MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLAE AD TITVM POMPONIVM ATTICVM,

SEBASTIANI CORRADI BREVISSIMIS *Interpretationibus illustratæ.*



Cautum Priuilegijs, Summi Pontificis, ac Illustriss. Senatus Veneti, nequis hunc Librum in aliquo suæ ditionis loco imprimat, aut alibi impressum uendere audeat.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. XXXXIIII.

Mense Octob.





ALEXANDRO FARNESIO

CARDINALI AMPLISSIMO




SEBASTIANVS CORRADVS S. D.



ICERONIS *epistolas ad* T. *Pomponium Atticum scriptas quum paulo accuratius essem interpretatus, non fuit mibi necesse, cui nam potissimum* προσφωνοῖμι ἄν, *sæpe, & multum cogitare*. Nam tu *mibi statim vel oium dignissimus es visus, cui doctissimi quiq; bomines non scripta modo sua, sed se ipsi etiam dicarent. ea est enim tua nobilitas, ea virtus, ea dignitas, vt qui te non obseruet, nouus ipse, ac planè ignobilis: qui non amet, omnis virtutis, & eruditionis expers: qui non admiretur, omni bonore indignus esse videatur*. Nos certe amplitudi*nem istam tuam obseruantia, amore, & admiratione tam semper, quàm quod maxime, sumus prosecuti. Quin si nos dignos essemus arbitrati, qui in tuorum numerum reciperemur, iampridem pedibus, & manibus, ac neruis omnibus, vt aiunt, contendissemus, vt id aliquando tandem consequeremur: sed quum bumilitatem nostram cum altitudme fortunæ tuæ conferremus, & vtranq; quasi in* Critolai *libra penderemus, duo præsertim verebamur, & ne temerarij, quòd peteremus id, quod principes etiam viri interdum magis expetunt, quàm assecuntur: & ne fortunam potius, quàm virtutes tuas secuti videremur, q ad bominem ditissimum nos potissimum contulissemus*. Hanc *meam dubitationem etsi quum natura tua, qui facillimus, bumanissimusq; prædicareris, & esses, tum nostra, qui nibil vnquàm minus, quàm diuitias sumus admirati, maluimusq; semper pauperes esse, quàm cupidi videri, tollere poterat: quia tamen & nos natura quoq; timidi sumus,* δυσωπίᾳ*q; potius, quàm impudentia laborandum putamus, & credi vulgo solet, potentium amicitias vtilitatis causa peti, in eadem* ἀπορίᾳ *versabamur, nec ea prius est sublata, quàm & nos, quales in expetendis diuitijs essemus, magno theatro nos spectandos dedimus: & tu te proximis mensibus* Regium Lepidi, *vbi nos iam treis annos literas* Græcas, & Latinas *publice sumus professi, cum* Paulo III. Pont. Max. *auo tuo viro longe oium sapientissimo ad* Carolum. V. Imp. *in agrum* Parmensem *colloquij causa proficiscente, contulisti*. Tunc *enim, præterquàm quòd mibi per otium licuit faciem istam tuam planè regiam contemplari, ea de tuis moribus, facilitate, prudentia, iustitia, liberalitate, cæterisq; tuis virtutibus à* M. Antonio *flaminio, &* Romulo Amasæo *viris mibi sine vllo exceptione laudatis, audiui, quæ vel inimicum, nedum me tui iampridem studiosum, ad te amandum, tuamque amicitiam expetendam possent commouere*. Huc *accessit* Iulij Boiardi *principis mei, & viri clarissimi tuarum virtutum commemoratio, atq; adeo commendatio, qua frequenter vti solet ille, quum se vel boc nomi*

ne felicem vocat, quòd Paulum Pontificem vnum post hominum memoriam prudentißimum, & Alexandrum Farnesium eius nepotem Cardinalem iuuenem illum quidem sed Octauiani hac in parte similem intra paucos dies hoc anno bis hospitio Scandiani acceperit. Quin ille mihi præterea sæpius autor fuit, vt ego me ad tuam amicitiam, vel potius clientelam conferrem: quòd diceret, nullum hodie inueniri principem, qui & magis ipse sit literatus, & magis literatis faueat: nullum, qui nobis Mecœnatem quendam magis referat. Ego vero etsi ab eo vera prædicari sciebam, quia tamen nunquàm is fui, qui mihi tantum tribuerim, vt me inter literatos numerandum censuerim, & morem doctißimorum hominum quasi Persarum eum esse noram, vt munusculo aliquo sibi ad magnorum hominum amicitias aditū patefacerent, nec quo pacto eos imitari possem, inueniebam, consilium viri prudentißimi, meiq; amicißimi probaui quidem semper, sed re ipsa nondum comprobaui. Nunc autem me animi inductio mei, perpetuaque mea erga te obseruantia, tua singularis humanitas, suauißimiq; mores, & summorum virorum de tuis virtutibus prædicatio, ac cohortatio commouent, ac planè inducunt, vt hoc, quicquid est muneris, tibi mittam, quod si tu ita, ut spero, et opto, acceperis, tum demque me ipsum etiam in fidem, clientelamq; tuam receptum putabo. Vale. VI. Cal. Ian. M.D.XLIIII. Regio Lepidi.



CORRADVS LECTORI.



VINQVE iam propè sunt anni, quum ego Venetijs cum Syluestro Mauroceno Ioannis F. uiro, quem semper honoris causa nominabo, ita uiuebam, ut nihil mihi neque ad animi tranquillitatem, neque ad otium deesse uideretur. Id otij quum ego in Græcis literis maiorem partem consumerem, & iam tum deinceps in sacra philosophia consumere constituissem, adolescẽtes nõ pauci nobilissimi, & studiosissimi, qui me uel apud Egnatium præceptorem illum nostrum norant, uel Quæsturam, & τὰ σχόλια in epistolas, quæ familiares dicuntur, nostra tum primum descripta legerant, à me quum per se, tum per amicos communes summopere contenderunt, ut sibi Ciceronis epistolas ad Atticum subsecinis operis explicarem. Illos ego libenter sane quidem ad alios reiecissem, q; onus mihi grauius imponi uidebam, quàm quod possem sustinere: sed quum & illi ualde instarent, nec ego soleam, quod à me honeste petitur, negare, id suscepi, & ne, quæ interpretando uel inuenissem, uel excogitassem, prorsus perirent, ea scriptis mandaui, non eo mediusfidius consilio, ea, ut unquàm apparerent, sed, si unquàm aliàs accideret, ut eas epistolas interpretandas susciperem, ea mihi soli ut prodessent, ut tres iam annos, qbus eas epistolas Regij publicè sum interpretatus, profuere. Vt enim amicissimi mei Petrus Victorius, & Paulus Manutius uiri doctissimi, & de literis latinis optimè meriti plurimum operæ, & studij in eam rem contulerint, quia tamen neuter illorum totum opus exposuit, sed alter castigationibus, ut uocat, alter σχολίοις & his admodum paucis contentus fuit: atque in eo opere declarando is est labor, cui nunquàm exhausti satis est, ut inquit Poeta, mihi necesse fuit hisce tribus annis non ea modo, quæ Venetijs scripserã, iterum legere, sed alia etiam addere, multa comminisci, & nihil non tandem tentare, ut quam expectationem mei apud ciues meos absens concitaueram, eam præsens sustinere, ac tueri possem. Non dico quid in ea re sim consecutus, illud dico, M. Antonium Flaminium, & Romulum Amaseum uiros optimos, & homines doctissimos, mihiq; summa beneuolentia cõiunctos, superioribus mensibus Regium quum uenissent, Pontificem Max. comitati, mihi autores fuisse, ut, quæ intellexissent à me in epistolis ad Atticum interpretandis explicata, ea foras dari sinerem, nec paterer, quantum esset in me, librum longe omnium re uera, & doctissimi cuiusque iudicio utilissimum de manibus hominum, rerum, quæ in eo sunt, ignoratione quasi deponi. His ego & si poterã respondere: οὔτοι π ἔφυκα μάντις, &, cur uos boni clitellas, quũ uestrũ hoc sit onus; quia tamẽ sciebã & eos in alijs rebus multò maioribus, quæ, ut spero, breui apparebunt, occupatos esse, & id à me quasi debitum iam postulari, & penè flagitari, ut quemadmodum familiares olim, ita nunc epistolas ad Atticum illustrarem, quæcunq; in eas uel scripseram, uel à me excogitata, & de superiore loco dicta meminerã, collegi, & in cõmune contuli, sperans forè, ut aliquid opis, atq; adeo lucis harum epistolarũ studiosis uidear attulisse. Hæc tu benigne lector ita leges, ut ab homine profecta, qui unum illud egerit, ut tibi prodesset, putaritq; id uel maximum suorum laborum præmium fore, si id esset consecutus. atq; ut ea commodius legas, et melius intelligas, placet rationem, quam secuti sumus paucis, exponere. Librum igitur cum libro, rem cum re, & tempus cum tempore ita coniunximus, ut, quod scripsit Cornelius Nepos, qui sexdecim hæc uolumina epistolarum ab Consulatu Ciceronis usque ad extremum tempus ad Atticum missarum legat, non multum desideret historiam contextam eorũ temporum. Et sanè Cicero historiam quasi contexere uidetur uoluisse, quũ epistolas non solum suas, sed alienas etiam in hæc uolumina referendas curarit. Epistolas nos ipsas multis locis ita permistas, & confusas ut tibi chaos quoddam planè referrent, ad arbitriũ nostrũ, et coniecturã secuimus, & diuisimus, arbitrati, quãuis suo prorsus loco non fuerint sectæ, et diuisæ, sic tamen & rem totam facilius intelligi, &, ne eadem sæpius repeterentur, te lector ad singulas epistolas ita numero signatas cõmodius reijci posse: præsertim quum sub eodem numero epistolas, & τὰ σχόλια nostra simus complexi. Neq; tamen cur ita fecerimus, semper nobis rationem reddendam esse duximus: quòd & quiuis per se intelligere poterit, & nos breuitati in primis studuimus: in quo Græcos interpretes, & præsertim Homericum sumus imitati. De proprijs nominibus quum doctorum hominum diuersas opiniones esse uideremus, quòd alij ne quærenda quidem putarent, alij uero epistolas hasce à nemine posse interpretari crederent, nisi ab eo, qui historias oẽs etiam priuatorum hoĩum ut ungues nosset suos, nos, qui neq; multum, neq; nihil operæ dandum huic rei semper censuimus, nomina eorum, qui uel ita ignobiles fuere, uel ita reiecti à scriptoribus, uel recepti illi quidem, sed ita cum illorum libris desiderati, ut uix, ac ne uix quidem inueniri posse uiderentur, curiosis quærenda reliquimus, præsertim si ea cognosse non magni referre putauimus: illa uero, sine quibus res intelligi non poterat, quã diligentissime potuimus, sumus persecuti: neque tamen ueriti sumus, ne, qua in re multus est Cicero ipse in his præsertim epistolis, in ea nos nimis curiosi esse uideremur. atq; illud quidem in primis curauimus, ut Ciceronis epistolas ex Ciceronis epistolis, cæterisq; eius libris potissimum interpretaremur, et sæpe locum cum loco conferremus. Quòd si forte quid occurrit, ut multa occurrere, ubi cæterorum scriptorum auxilio esset opus, nullum fugimus laborẽ neq; illis legẽdis, neq; his, quæ multa in hisce

epistolis graecè scripsit, rectè uertendis. Quibus quidem in rebus nullius scriptoris nomen, qd' in nostris familiarũ σχολίοις scimus desideratum, tacuimus. à primo quidem non ita cogitarã, ut minima quæq; quasi interpres persequerer, sed me postea & rei susceptæ amor, et cõmunis utilitas mouit, & penè mcruit, ut nihil ferè, de quo uel dubitari posset, prætermitterem, præsertim si ab alijs aliter uel descriptum, uel interpretatum fuisset. Videmus enim nullum esse librum, in quo tam librarij, quàm interpretes minus operæ, & studij posuerint: semper tamen excipio Andream Cratandrum, Petrum Victorium, & Paulum Manutium, qui pro uirili laborarunt, ut librum nobis hunc quàm emendatissimum traderent: quod illi, quæ fuit illorum diligentia, essent assecuti, si plures libros manu scriptos habuissent: sed quum duo tantummodo huiuscemodi libri, qui autoritatis aliquid habeant, hodie reperiantur, alter in Italia apud Petrum ipsum Victorium, qui Francisci Petrarchæ fuisse dicitur: alter in Germania, quem Beatus Rhenanus legit, & Cratander uidetur secutus, & hi quoq;, ut apparet, dimidiati, & corrupti, ex his difficile esset, uel potius planè ἀδύνατον ita omnia restituere, ut nihil desiderares. Quare nobis & ea, quæ illi in mediũ protulere, accuratius consideranda fuere, & libri quum noui, tum ueteres ad unum omnes legendi: Qua in re quid laboris tulerim, & intelligere possunt omnes, qui semel sunt experti, et tu lector legens iudicabis. Mitto nunc, quot libri manu illi quidẽ, sed male scripti, & penè lacerati nobis uel Venetijs, uel Bononiæ, uel alibi fuerint uoluendi: quot de coniecturis doctissimorum hominum quasi coniecturæ faciendæ: quot denique opiniones, et interpretationes ex amicorum libris describendæ. Nihil dico de tempore, quod locis explicandis, quod αἰνίγματα soluendis, quod notis interpretandis consumpsimus. Taceo quoq; leges, plebiscita, senatusconsulta, & Prætorum edicta: quæ nobis omnia uel inuenienda, uel certe fuerunt explicãda. Illud unum dico paucis, nos pedibus & manibus contendisse, nullum fugisse laborem, nullam rei familiaris, aut temporis habuisse rationẽ; ut quod opus longe omnium difficillimum propter rerum ignorationem uidebatur, nunc per nos quàm facillimum, & planissimum exiret: quod si consecuti sumus, tu lector Deo Opt. Max. gratiam habebis, & id boni consules, nosq; amabis: sin sæpe, ut ueremur, offendimus, tuum erit existimare nos homines esse, &, quod præstare potuimus, ad omnium usum libenter contulisse. Vale. IIII. Cal. Ian. M. D. XLIII. Regio Lepidi.

Notæ.

ep.1.l.1.	epistola prima libri primi.
ep.1.h.	epistola prima huius libri.
ep.1.l.2.	epistola prima libri secundi.
ep. sup.	epistola superiore.
ep. seq.	epistola sequenti, & sic in cæteris.
al.	aliter ex libris.
alij,	alij homines ex coniectura.

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER PRIMVS.

CICERO ATTICO S.

1



PETITIONIS *nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri possit. prensat vnus P. Galba, sine fuco, ac fallacijs, more maiorum. negatur. vt opinio est hominum, non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio: nam illi ita negant vulgo, vt mihi se debere dicant. ita quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inueniri. nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his literis proficisci Cincius dicebat. in campo, comitijs tribunitijs ad XVI. Cal. Sext. competitores, qui certi esse videbantur, Galba, & Antonius, & Q. Cornificius. puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias. sunt, qui etiam Cæsonium putent. Aquilium non arbitramur; qui denegat, & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor. de Aufidio, & Palicano, non puto te expectare, dum scribam. de ijs, qui nunc petunt, Cæsar certus putatur. Thermus cum Syllano contendere existimatur: qui sic inopes & ab amicis, & existimatione sunt, vt mihi videatur non esse ἀδύνατον Curium obducere: sed hoc præter me nemini videtur. nostris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare: nemo est enim ex ijs, qui nunc petunt, qui, si in nostrũ annũ reciderit, firmior candidatus fore videatur, ppterea ꝙ curator est viæ Flaminię: quę cum erit absoluta, sanè facile eum libenter nunc cæteri Consuli acciderint. petitorum hæc est adhuc informata cogitatio, nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniam videtur in suffragijs multum posse Gallia, cum Romæ à iudicijs forum refrixerit, excurremus mense Septẽbri legati ad Pisonem, vt Ianuario reuertamur. cum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. cętera spero prolixa esse, his duntaxat urbanis competitoribus. illam manum tu mihi cura vt præstes, quoniam propius abes, Pompeij nostri amici. nega me ei iratum fore, si ad mea comitia nõ venerit. atq; hæc huiusmodi sunt. Sed est, qđ abs te mihi ignosci peruelim. Cæcilius auunculus tuus, à P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre Caninio Satyro de ijs rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. verum hoc ridiculum est, de magistro nunc cognoscere. rogauit me Cæcilius, vt adessem contra Satyrum. dies ferè nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. obseruat L. Domitium maxime: me habet proximum. fuit & mihi, & Quinto fratri magno vsui in nostris petitionibus. sanè sum perturbatus, cum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitij, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. demonstraui hæc Cæcilio: simul & illud ostendi, si ipse vnus cum illo vno contenderet, me ei satisfacturum fuisse. nunc in causa vniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile communem causam sustinerent, æquum esse, eum & officio meo consulere, & tempori. du-*

rius accipere hoc mihi visus est, quàm vellem, & quàm homines belli solēt: & postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. abs te peto, vt mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibitum, ne contra amici summam existimationem miserrimo eius tempore venirem, cum is omnia sua studia, & officia in me contulisset. quod si voles in me esse durior, ambitionem mihi putabis obstitisse. ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή: vides enim in quo cursu sumus, & q̄ omnes gratias non modo retinendas, verum etiā acquirendas putemus. spero tibi me causam probasse, cupio quidem certe. Hermathena tua valde me delectat, & posita ita belle est, vt totum gymnasium ἡλιακὸν esse videatur. Multum te amamus. Vale.

σχόλια.

PETITIONIS nostræ) Consulatus, sed futuræ anno sequenti. Nunc enim tantum prensare cogito L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coss. P. Galba) P. Sulpitius Galba: quo de Q. Cicero in libro de petitione Consulatus ita scribit. Iam P. Galbam, & L. Cassiū summo loco natos, quis est, qui petere Consulatum putet? Sine fuco, ac fallacijs) Nam inter Ciceronis competitores Q. Cornificius, & P. Galba sobrij, sanctiq; uiri sunt uisi. Ascon. in orat. in toga candida. Negatur) fore, ut P. Galba Cos. fiat: uel negant homines uulgò se illi suffragaturos. Vt opinio est hominum) ex eo natas, quòd propere nimis prensare cœpit. Non aliena) sed commoda, & utilis. ἐξουθενισμὸς, siue λιτότης. illi) P. Galbæ. Quiddam) al. quidem. tempore) al. die. Cincius) ep. v. h. l. In campo) hic fortasse diuidi potuit epistola, ne Galba bis ponatur, diceturq; uideri certus competitor, quum iam prensare incœperit, atq; id ipsum eadē epistola. Comitijs tribunitijs) al. comitijs tributis, ut ep. xxxi. lib. vij. fam. his enim plebeij magistratus Voleronis lege fiebant. Liu. lib. ij. xvi. Cal. Sext.) per eos enim dies plerūq; comitia fiebant. ep. xij. & xiij lib. ij. Certi) competitores. Antonius) C. Antonius, qui cum postea Cos. fuit. Q. Cornificius) Qui Trib. pl. fuit Q. Hortensio, & Q. Metello Coss. Verr. ij. Frōtem ferias) præ dolore, & rei indignitate, quòd is Consulatum sit petiturus, cuius annus nōdum uenerit: uel certe qui sit indignus. sic Homer. Iliad. χ. ᾤμωξεν δ' ὁ γέρων, κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσὶν, ὑψόσ' ἀνασχόμενος. & Aristoph. in Plut. σὲ κρεῖττόν ἐστιν ἐᾶν κλάειν μακρὰ τὴν κεφαλὴν τύπτοντα. Cæsoniū) M. Cæsoniū, qui mecum fuit Aedilis. Verr. ij. putent) petiturum. Aquilium) C. Aquilium Gallum iurisconsultum: orat. pro A. Cecinna: collegam, & familiarem nostrū in Topic. qui tūc & ipse Prætor erat. Ascon. in orat. pro Cornel. Non arbitramur) petiturum. Denegat) se petiturum. Iurauit morbum) ep. viij. lib. xij. Regnū iudiciale) hinc est iudex in orat: pro P. Quintio, hinc iudicium de dolo malo protulit. lib. iij. de nat. Deor. Catilina.) L. Sergius Catilina, qui postea contra Remp. coniurauit. Sallust. Meridie) nam sæpe iudices hora nona conueniebant. Verr. 2. & ita iudicia post meridiem exercebantur. ep. xiij. l. ij. ad Q. fr. & l. ij. ad Herēn. præsertim diebus intercisis. Varr. de ling. lat. Nō lucere) quod est ἀδύνατον. Nam meridie omnino lucet. al. nō licere, scilicet uocare populum ad suffragium propter ferias conceptas. Varr. de ling. lat. al, non liquere, N. L. hoc est obscuram eē causam. Ascon. Verr. iij. hoc magis placet, quoniam Catilina his temporibus fuit reus, ep. seq. & dixit, iudicatum erit: nisi qs ex Varr. de ling. lat. uelit legere, meridiem inlicere. Aufidio) T. Aufidio, orat. pro. L. Flacc. & Val. Max. lib. vi. cap. x. fuit his temporibus etiam M. Aufidius Lurco. Varr. lib. iij. cap. vi. de re rust. nisi forte Cn. Aufidium Orestem significet. Palicano) M. Palicano. Verr. iiij. in Brut. & Val. Max. lib. iij. cap. viij. Nunc petunt) Consulatum sequentis anni, quo petam ego postea. nunc tātum prensare cogito. Cæsar) L. Iulius Cæsar. ep. seq. Certus) Cos. ut fuit. ibidem. Thermus) Q. Martius Thermus. ep. seq. Syllano) ep. xv. l. xij. ἀδύνατον) quod fieri non possit. ep. iiij. lib. ix. fam. Curium) Q. Curium hominem quæstoriū. orat. in toga candida, Ascon. & Sallust. Obducere) quasi opponere. Sed quoniam quid Consulatus ad Curium hominem & quæstorium, & flagitijs, atq; facinoribus, ut inquit Sallust. coopertum pertineat, non uideo, & uerbum, obducere, non satis proprie positum uidetur, uelim, uideant docti, an legi possit: callum obducere, ut dicat, Thermus, & Syllanus sic inopes sunt ab amicis, ut mihi non uideatur eē ἀδύνατον, eos ferendis repulsis callum obducere. potest tamen alium Curium significare, ut M. Curium, cuius ipse fuit Quæstor. orat. post red. in Senat. Nostrum annum) biennio post futurum. orat. ij. contra Rullum. etsi nunc annum petitionis, non Consulatus significat. annus quoq; Præturæ erat biennio post Aedilitatē. ep. xxv. lib. x. fam. Firmior) Thermo. Curator) à Cess. fortasse præfectus. nam lex est l. iij. de legib. Cess. uias tuento. Flaminiæ) olim à C. Flaminio Cos. stratæ. Strab. l. v. Sanè facile eum libenter nunc cæteri Consuli acciderint) sanè facile eum, ac libenter tunc certum Consulem accipient: legunt quidam, affirmantq; in bonis libris ita scriptum inueniri: quod si uerum est, nihil addo: sin id est falsum, & aliquid coniecturæ est dandum, totus locus ita mihi legendus uidetur. quæ quum erit absoluta sanè facile, eum libenter Mun. cæteri Cos. acceperint: hoc est, quum erit. absoluta uia Flaminia, quod sanè facile fiet, non modo municipes uiæ Flaminiæ, sed cæteri etiā illum libenter Cos. acceperint, sperantes fore, ut Cos. multò magis uias curet. Mun. uero Probus interpretatur, municipes, & municipia, quorum multa ius suffragij habebant, præsertim in Gallia. Hirc. lib. viij. de bel. Gal. Gallia) ibidem. et Philip. ij. Refrixerit) præsertim ludis, Verr. ij. & ferijs uindemialibus, & æstiuis, ut uocat Gell. Legati) legatione libera. ep. xi. l. xv. Pisonem) C. Calphurnium Pisonem, qui, quum duobus ante annis Cos. cum M. Attilio Glabrione fuisset, uideri potest tunc Procos. Galliam administrauisse, & à Cicerone fuerat defensus. orat. Pro Flac. nisi malumus L. Pisonem significari, qui se-

miplacentinus à Cicerone dicitur, & tunc illi erat amicus. Nobiliū) ep. seq. Prolixa) prompta, facilia. hinc prolixe ep. xyi. l. xyi. Vrbanis) quasi lautis ἀστείοις, uel potius, his, qui sunt in urbe: hoc est, nisi aliquis ex his, qui sunt in prouincijs, accesserit. Illam manum) illos familiares, qui Pompeio solent suffragari. ep. i. l. i. fam. Praestes) ita per literas concilies, ut mihi faueat. Propius abes) ab urbe propius abes, quàm Pompeius, qui bellum gerens cum Mithridate, abest ita procul, ut mihi suorum familiarium manum praestare non possit. sic loquitur ep. xxij. l. xiij. Pompeij nostri amici) Pompeij, qui noster est amicus. ep. xiij. huius lib. & orat. pro lege Manil. Nega) per literas. Non uenerit) quum tam longe, & rei tātae causa absit. iocatur. sciebat enim Pompeium, qui tantum bellum gereret, uenire non posse. Hunc tamen locum ita quoq; legi posse existimo. illam manum, tu cura, ut mihi praestes, quoniam propius abes. Pōpei nostri amicis nega, me ei iratum fore, si ad mea comitia nō uenerit. et tū manū nobilium interpretabimur ex ep. seq. Caecilius) ep. xx, l. iij. P. Vario) plures fuere Varij. Quare quem potissimū significet, conijci uix potest. Eius) P. Varij. Caninio Satyro) ep. xyij. lib. xij. aliter, Caninio Satrio. ep. yi. ad M. Brut. Atticum ipsum Satrium uocat Suet. in Grammat. Eum) Caninium Satyrum. Dolo malo) quo creditores fraudarentur. Mancipio accepisse) emisse: quod falsum erat. Lucullus) L. Licinius Lucullus, cuius familiaris erat Q. Caecilius. Nepos in Attici uita. P. Scipio) Verr. yi. Magistrum) auctionis, ep. xxx. l. xij. fam. L. Pontius) ep. ij. iij. & iiij. l. y. uel ep. xxxiij. l. x. fam. L. Domitium) Aenobarbum. ep. xxiiij. l. ij. Vno) ut nobili, & gratioso: quippe qui urbanā gratiam, & dignitatem iactare solitus erat. Caes. l. iij. de bel. ciu. Illo uno) Caninio Satyro. Nunc in causa) al. uerū in causa. Eo) patrono. Perhiberet) exhiberet, nisi forte legendum sit, praeberet. Causam sustinerēt) causam ita agerent, ut aduersarium uincere posse uiderentur, alio sensu, atq; loquitur ep. xi. l. xiij. & exponunt, qui cōuertūt. αἰτίαν ἔχειν, uel αἰτίαν ὑπέχειν. Eum) Caecilium. Officio meo) erga Satyrum familiarem. Tēpori) petitionis. Visus est) Caecilius. erat enim natura difficillima, Nepos. Amici) Satyri. existimationem) quum Caecilius eum diceret dolo malo emisse. Is) amicus Satyrus, Contulisset (in petitionibus. Obstitisse) ne adessem contra Satyrum. & iocatur. Id sit) quòd ambitio obstiterit, nūc serio loquitur. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή) diuinum enim bonum honor, Plat. lib. y. de legib. al. ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον οὐδὲ βοείην. rectius. hoc est, quoniam neque uictimam, neque bouis corium, scilicet σπουδάζω λαβεῖν. ut exponit interpres Homeri Iliad. χ. ubi carmina sunt integra. prouerb. magna de re disceptatur, Cursu) honorum. nec recessit à tralatione, quam ab Homero sumpserat. Hermathema) imago Mercurij et Mineruae. ἑρμαθῆναι) imago Mercurij & Mineruae. al. ἡλίου ἀνάθημα, solis statua suspensa. Videatur) usque adeo lucet. Amamus) quòd hanc statuam curasti. ep. seq.

CICERO ATTICO S. 2

LVCIO Iulio Caesare, C. Martio Figulo Coss. filiolo me auctum scito, salua Terentia. abs te tam diu nihil literarum? ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. hoc tempore Catilinam competitorem nostrum defendere cogitamus. Iudices habemus quos uolumus, summa accusatoris uoluntate. spero, si absolutus erit coniunctiorem nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit, humaniter feremus. tuo aduentu nobis opus est maturo: nam prorsus summa hominum est opinio, tuos familiares nobiles homines aduersarios honori nostro fore. ad eorum uoluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore uideo. quare Ianuario ineunte, vt constituisti, cura, vt Romae sis. Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse, & simul quòd uerita sit, ne Latinae in officio non manerent & in montem Albanum hostias non adducerent. eius rei consolationem ad te L. Saufeium missurum esse arbitror. nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis? nam ad me de eo nihil scripsisti. Signa, quae nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita: nos ea non uidimus: neq; enim exeundi Roma potestas nobis fuit. misimus, qui pro uectura solueret. te multum amamus, quòd ea abs te diligenter, paruoq; curata sunt. Quod ad me saepe scripsisti de nostro amico placando, feci, & expertus sum omnia, sed mirandum in modum est animo abalienato: quibus de suspicionibus, & si audisse te arbitror, tamen ex me, cum ueneris, cognosces. Sallustium praesentem restituere in eius veterem gratiam non potui. hoc eo ad te scripsi, quòd is me accusare de te solebat, in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium nec tibi defuisse. Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus. Vale.

σχόλια

LVCIO Iulio Caesare) episto. xix. & xxi. lib. xiiij. C. Martio figulo) Philip. ij. orat. pro. P. Sylla, Sallust. & Dion. l. xxxyij. in Cos. tamen Q. Martius Thermus, scribitur perperam, ut puto. Nā Thermus Praetor multo post à Caesare dicitur lib. 1. de bel. ciu. & Propraet. a Cicerone ep. xyiij. lib. ij. fam. & si alius eē poterat, & cognomen esse cōmune. Filiolo) M. Tullio Cicerone. l. 1. de offi. Salua) ὑγιαινούσης γάρ ut ep. xyiij. l. x. Te

rentia)uxore. Scripsi) ep.sup. Catilinã)ibid. Defendere)reum de repetundis ob Africã spoliatam. Ascon. Cogitamus) defendit etiam autore Fenestella, sed addubitat Ascon. & Cicero ipse penè se deceptum fuisse à Catilina scribit orat. p M. Cælio. Accusatoris)P. Clodij, qui tamẽ à Catilina pecuniam accepit, ut turpissime præuaricaretur. orat. de respons. Arusp. & Ascon. Familiareis)M. Crassum, & C. Cæsarẽ, quos C. Antonio et Catilinæ fauisse, & Ciceroni aduersatos fuisse scribit Ascon. uel Hortensium, Philippum, & Lucullum, quos piscinarios, & amicos Attici uocat ep.xv. & xvi.h.l. Nobiles) ep.sup. & orat. in toga candida. ubi queritur C. Antonium & Catilinam domum cuiusdam nobilis conuenisse. Te) qui munus illã mihi præstes. ep.sup. Ianuario) ibid. Cõstituisti)ut ex rumore, & literis tuis ad alios missis cognoui paulò post, nisi forte hæc epistola alicubi sit diuidenda. Auiam tuam)ep.xxij.l.xiij. Verita sit)ut anus religiosa, quæ sacra illa frequentaret, uel potius superstitiosa. iocatur enim Cicero. Latinæ)fœminæ. Officio)in montem Albanum ferijs Latinis conueniendi. Nõ adducerent)de more. Diony. Alicarn. Liuij. L. Saufeium)ep.vi.l.iiij. & ep.i.l.vij. & Nepos in Attici uita. Signa)ep.seq. Nobis)in prensatione occupatis. Amamus)ut ep.sup. Nostro amico)L. Luccio. ep.i.ix.h.l. Sallustium) Cn. Sallustium. ep.xviij.l.xi. Solebat)quũ esset hortator assiduus ep.ix.h.l. C. Pisoni)orat. post reditum ad Quirit. & in L. Pisonem. L.)L. Pisonis, qui Verris fuit collega. Verr.iij. & vi. Frugi)χρησίμου. Tusc.iij. hoc erat Pisonũ cognomen. orat. pro M. Font. & semper ferè post patris prænomen, & filium ponitur: ut Cn. Pompeio Cn. F. Magno. epis.vij.l.v. fam. Despondimus)primo nam deinde Crassipedi, & postremo etiam Dolabellæ despondit, ut in Quæstura diximus.

CICERO ATTICO S. 3



REBRAS *expectationes nobis tui commoues. nuper quidem, cum te iam aduentare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem reiecti sumus. nunc vero sentio(quod commodo tuo facere poteris) venias ad id tempus, quod scribis. obieris Q. fratris comitia, nos longo interuallo viseris, Acutilianam controuersiam transegeris. hoc me etiam Peduceus, vt ad te scriberem, admonuit: putamus enim vtile esse, te aliquando iam rem transigere. mea intercessio & est, & fuit parata. Nos hic incredibili ac singulari populi uoluntate de C. Macro transegimus. cui cum æqui fuissemus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes cõe oium, & Minerua singulare est eius gymnasii. quare velim, vt scribis, cæteris quoque rebus quamplurimis eum locum ornes. Quę mihi antea signa misisti, ea nondũ vidi. in Formiano sunt: quo ego nunc proficisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam, si quando abundare cæpero, ornabo. Libros tuos conserua, & noli desperare eos meos facere posse. quod si assequor, supero Crassum diuitijs, atque omnium uicos, & prata contemno. Vale.*

σχόλια



OMMOVES)te uenturum scribens ep.sup. Sentio)alij, censeo. Q. fratris) mei quidem fratris, sed tuæ sororis uiri. ep.seq. Comitia)ædilitia, uel potius prætoria, quam prius petierit, ep.1.h.l. et postea Prætor Asiam obtinuerit. ep.xli.h.l. Acutilianam)ep.seq. et ep.6.h.l. Peduceus)Sext. Peduceus potius pater ut ante Ciceronis Consulatum, ep.1.l.x. quam filius ep.12.l.7. Iam rem)alij, eam rem, nos, tandem, legi posse existimamus. Mea intercessio)qui ut Prætor possum intercedere. Verr.3. et Ascon. C. Macro)C. Licinio Macro de pecunijs repetundis reo, quòd male Asiam (ut quidam uolunt) administrasset. Vale. Max.l.9.cap.xii. Trãsegimus)Prætores illum damnatum pronunciauimus. quare epistola hæc superioribus uidetur præponenda, quòd in hac Cicero prætor sit, in illis iã consulatũ petere instituat: quod etsi in prætura fieri poterat, in fine tamẽ potius Præturæ, quàm in principio id erat faciendum. atqui epistola hæc multo ante Quintilem est scripta, ut, si epistolæ ita ponantur, necesse sit, Ciceronem in præturæ principio prensare incæpisse: quanquàm scribit ep.1.h.l. post XVI. Cal. Sext. at ep.sup. prope instat Ianuarius, hic nondum Quintilis adest. quid quòd in illis ostendit, hermathenam sibi ab Attico missam, hic tãtum ab eo nescio quid de illa scriptum? accedit eo, quòd Cicero Prætor fuit L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coss. orat. cõtra Rullum.2. & Ascon. in orat. p Cornelio. & superior scripta fuit L. Iulio Cæsare, & C. Martio figulo Coss. nisi forte ita interpretemur, transegimus tunc, quam Prætores essemus. Existimatiõe) me uirum seruandis iudicijs integrum esse, nec cuiusquam amore aut metu à iustitia abduci. Plutar. in uita. Damnato)quamuis Valerius scribat, reum, non damnatum perijsse. Absolutus)à me Prætore, & iudicibus. Cepissemus)nam postea ille, Crassus, & reliqui eius amici, & affines me cõplexi fuissent. Hermathena)ep.1.h.l. Academiæ)gymnasio inferiori in Tusculano. Tusc.3 nã superius Lyceum uocabat. lib.1. de Diuinat. habuit & Puteolis Academiam. Plin.lib.xxxi.cap.ij. Hermes)Mercurius, ἑρμῆς. Commune) nam communis Mercurius prouerbio dicitur. Omnium)meorum gymnasiorum: uel potius Academiæ, Lycei, Ptolemæi, et aliorum o-

nimũ, in quibus statuam ponebant ἑρμῇ τῷ λόγου προεστῶτι. Athenaeus l.xiij. Eius gymnasij) Academiae meae, atque etiam Atheniensis ipsi τῇ ἀθηνᾷ καθιερωμένης. Athen. ibid. περὶ αὐτὴν δ' ἦσαν αἱ οὕτως ἱεραὶ ἐλᾶιαι τῆς θεοῦ, αἱ καλοῦνται μορίαι. Aristoph. interpres in Nubib. Eum locum) Academiam Tusculani. Signa) ep. sup. Formiano) ep. 4. lib. 2. Caietam) ep. 7. lib. xiiij. Ornabo) signis. Libros tuos) ep. 8. & ix. h. l. Conserua) nobis. ibid. Crassum) M. Licinium Crassum ep. xi. h. l. Diuitijs) quibus tamen ita non affluit, ut dicat, neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere possit suis fructibus. l. i. de off. & paradox.

CICERO ATTICO S. 4



VANTVM dolorem acceperim, & quanto fructu sim priuatus & forensi, & domestico Lucij fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes: nam mihi omnia, quae iucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. quare non dubito, quin tibi quoq; id molestum sit cũ & meo dolore mouëare, & ipse omni uirtute, officioq; ornatissimum, tuiq; & sua sponte, & meo sermone amantem, affinem, amicumq; amiseris. Quod ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa quãtae mihi curae fuerit, ut Q. fratris animus in eam esset is, qui esse deberet. quem cum esse offensiorem arbitrarer, eas literas ad eum misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorem, & obiurgarẽ ut errantem. itaque ex ijs, quae postea saepe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia, ut & oporteat, & uelimus De literarum missione, sine causa abs te accusor: nunquàm enim à Pomponia nostra certior sum factus, esse cui literas dare possem: porrò autem neq; mihi accidit, ut haberem, qui in Epeirum proficisceretur: neq, dum te Athenis esse audiebamus. De Acutiliano aũt negotio qđ mihi mãdaras, ut primũ à tuo digressu Romã ueni, cõfecerã. sed accidit, ut & cõtentiõe nihil opus esset, & ego, q in te satis consilij statuerim esse, mallẽ Peduceũ tibi consiliũ p literas, quàm me dare: etenim cũ multos dies aures meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus tibi notum eẽ arbitror, non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimonijs, cũ eas audire (qđ erat subaodiosũ) leue putassem. sed abs te ipso, qui me accusas, unas mihi scito literas redditas eẽ, cũ et otij adscribẽdũ plus, et facultatẽ dãdi maiorẽ habueris. Quod scribis, etiã si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere: qđ dicas? neq; id neglexi: sed est miro quodã mõ affectus. ego autem, quę dicenda fuerunt de te, non praeterij. quid autem contendendum esset, ex tua putabam uoluntate statuere oportere: quam si ad me perscrpseris, intelliges me neque diligentiorem esse uoluisse, quàm tu esses, neque negligentiorem fore, quam tu uelis. De Tadiana re mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraret, quoniam hereditas usucapta esset. id mirabamur, te ignorare de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse. Epeiroticam emptionem gaudeo tibi placere. Quae tibi mandaui, & quae tu intelliges conuenire nostro Tusculano, uelim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris: nam nos ex omnibus molestijs, & laboribus uno illo in loco conquiescimus: quò fratrem quotidie expectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, & te, sororemq; tuam, & matrem maxime diligit, salutemq; tibi plurimam ascribit, & Tulliola deliciae nostrae. Cura, ut ualeas, & nos ames, & tibi persuadeas, te à me fraterne amari. Vale.

σχόλια



VCII) L. Ciceronis. l. 5. de finib. Fratris nostri) patruelis. ibid. & Verr. 6. Affinem) propter Pomponiam Q. fratris uxorem. Sorore tua) Põponia Q. fr. uxore. ep. seq. & ep. i. l. 5. Deberet) ut in uxorem. Minorem) natu. ep. 9. l. II. Errantem) quòd uxorem non amet. Missione) alij, intermissione. Põponia nostra) quae ut soror tua facilius, quàm ego, qui proficiscantur ad te, scire potest. Dare possem) ad te. In Epeirum) praesertim Buthrotum, ubi domum parasti. ep. 6. l. 2. Athenis) ep. 10. l. 5. Acutiliano) ep. 6. h. l. Peduceum) ep. sup. Duxi scribere) al. duxi rescribere, unde ijs facile assentior, qui legunt: duxissem scribere, quòd magis placeat, quàm, duxi scribere. non enim scripsit, sed maluit Peduceum illi consilium dare. Si cuius) ut L. Lucceij. ep. 9. h. l. Quid dicas?) quid dicere possis. al. quid dicas: ut sit ἀπροσωποποίησις, scio, quod alij etiam addunt. Neque) an semel poni posit, quaerit Ascon. orat. pro M. Scauro. Miro quodam modo) pergrauiter. ep. 8. h. l. Affectus) ipse Lu.

ceius.ep.9.h.l. Contendendum)ab illo.ep.5.h.l. Tadiana re)ep.6.h.l. Tadius)Verr.3. Vsucapta)usu, hoc est,possessione acquisita,ut docent iurisconsulti: etsi scio quid intersit inter χρῆσιν, καὶ κτῆσιν.ep.30.l.7.fam. Ignorare)& decipi.ep.5.h.l. Tutela legitima)tutela lege.xij.tabularum tutoribus legitimis commissa. Nihil usucapi posse)nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum autoritate diminui.orat.pro.L.Flac. Epeiroticam emptionē)Nepos in uita. Quæ)signa potissimum. Tusculano)ep.sup. Fratrem)Q.fratrem. Sororemque tuam)Pomponiam.erāt enim fratriæ, ut uocant Grammatici. Matrem)Cæciliam,nisi fallor.Q.enim Cæcilius erat auunculus.ep.1.h.l.

CICERO ATTICO S. 5



ON committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.tu modo uideto,in tanto otio ut par mihi sis. Domum Rabirianam Neapoli,quam tu iam dimensam,& exædificatam animo habebas, M. Fontius emit HS CCCLↃↃↃ XXX.id te scire uolui,siquid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. frater(ut mihi uidetur)quo uolumus animo est in Pomponiam, & cum ea nunc in Arpinati prædio erat,& secum habebat hominem χρηστομαθῆ D. Turranium. Pater nobis decessit ad VIII. Cal.Dec.hæc habebam ferè,quæ te scire uellem.tu,uelim,siqua ornamenta γυμνασιώδη reperire poteris,quæ loci sint eius,quem tu non ignoras,ne prætermittas. Nos Tusculano ita delectamur,ut nobismet ipsis tum deniq;,cum illo uenimus,placeamus. Quid agas omnibus de rebus,& quid acturus sis,fac nos quamdiligentissime certiores. Apud matrem rectè est,eaq; nobis curæ est. L.Cincio HS XX C D.constitui me curaturum Idib.Feb.tu uelim ea,quæ nobis emisse,& parasse scribis,des operam,ut quamprimum habeamus.& uelim cogites,id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis:omnem spem delectationis nostræ, quam,cum in otium uenerimus,habere uolumus,in tua humanitate positam habemus. Vale.

σχόλια



ABIRIANAM)quæ fuit C.Rabirij,quem postea perduellionis reum Cicero Cos,defendit,et Apuli,atque Campani ut municipem laudarunt. M.Fontius)al.M.Fonteius,pro quo extat oratio.HS.CCCLↃↃↃXXX)al.CCCXCIII.rectius.nam superior summa est maior,quàm qua Reges,nedum priuati ciues domos emere soleāt. Pomponiam)ep.sup. Arpinati prædio)al.Arpinatibus prædijs. χρηστομαθῆ)usu peritum:uel,qui utilia didicit.alij,χρησιμώτατον frugalissimum,utilissimum.Tusc.3. D.Turranium(epi.9.l.6. Varro Librum.2.de re rust.ad Nigrum Turāuum scribit.C.Toranij meminere Val.Max. Suet.& Appian. Pater)M. Tullius Cicero.l.2.de orat.qui,quum esset infirma ualetudine,in Arpinati ferè ætatem egit in literis,l.2.de legib.&,dum filius Consulatum petebat,decessit.Ascon. Ornamenta)ut signa ep.3.h.l. γυμνασιώδη)quæ sunt gymnasij.ep.seq. Loci)ibid. Placeamus)quòd in eo conquiescamus ep.3.h.l. Matrem)ep.sup. L.Cincio) ut procuratori tuo.epi.13.h.l. XX.CD)& hæc summa ita magna,ut Ciceroni minime conueniat.Quare,uel.DCCCC.ut etiā legitur:uel.XX.uel.DCXX. legendum putamus. Idib.Feb.)cur idibus epi.14.l.4. Conficere)ex tuis libris.ep.3.h.l.

CICERO ATTICO S. 6



PVD te est,ut uolumus.mater tua,& soror à me,Quintoq; fratre diligitur. Cum Acutilio sum locutus:is sibi negat à suo procuratore quicquam scriptum esse, & miratur istam controuersiam fuisse,q. ille recusarat satisdari amplius abs te non peti.Quod te de Tadiano negotio decepisse scribis,id ego Tadio & gratum esse intellexi,& magnopere iucundum. Ille noster amicus, & mehercule uir optimus,& mihi amicissimus,sanè tibi iratus est.hoc si quanti tu æstimes,sciam,tum,quid mihi elaborandum sit, scire possim. L.Cincio HS CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCCC.pro signis Megaricis,ut tu ad me scripseras,curaui. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis,de quibus ad me scripsisti,iam nunc admodum delectant.quare uelim,& eos,& signa,& cætera,quæ tibi eius loci,& nostri studij,& tuæ elegantiæ esse uidebuntur,quamplurima,quamprimumq; mittas,& maxime quæ tibi gymnasij, xysti'q; uidebuntur esse:nam in hoc genere sic studio efferimur, ut abs te adiuuandi, ab aliis propè reprehendendi simus. si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit imponito. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me ut sponsorem appellat. mihi autem abiurare cer-

tius

tius est, quàm dependere. Vale.

σχόλια



PVD te) domi tuæ Romæ. Mater) ep. 4. h. l. Soror) ibid. Acutilio) ibid. Satisdari) satisdare, malum legere. Amplius abs te non peti) sic ep. 28. l. 13. fam. orat. p Roscio comœd. & in Brut. Quod) quam rem. Decepisse) fefellisse, quum scripsisti, nihil esse, quod laboraret, quoniam hæreditas usucapta esset. ep. 4. h. l. alij, decidisse. Ille) L. Luceius. ep. 9. h. l. Amicissimus) uetusto amore, cõsuetudine, & studijs paribus. ep. 16. l. 5. fam. Iratus) et miro modo affectus. ep. 4. h. l. Elaborandum) contendendum. ibid. L. Cincio) ep. sup. CCLↃↃ. CCLↃↃ. CCCC.) al. DCCCC. ibid. Megaricis) ἀπό τῶν μεγάρων. nam τὰ μέγαρα uocat Thucyd. lib. 4. & Strab. lib. 8. & in Attica collocat, latomiãque prope Amphialan esse scribit. quan μόνοις ἑλλήνων μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης λίθος ἐστι, καὶ σφισι, καὶ ἐν τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. Pausan. in Attic. præterea quum uictoribus in sacris certaminibus dicarentur statuæ. Plin. l. 34. cap. 4. μεγάροισι δ᾽ ἔχεις γέρας, inquit, Pind. od. 8. Pyth. Hermæ) ep. 3. h. l. Pẽtelici) ex marmore Pentelico facti. ὄρος γὰρ ἐστὶ ἀθηναίοις πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι. Pausan. in Attic. & Theophrast. περὶ τῶν λίθων. Capitibus æneis) quæ poterant eximi. Eius loci) quem non ignoras. ep. sup. Gymnasij) ep. 1. h. l. γυμνασιώδη ep. sup. & sequen. Xystique) Vitruu. l. 5. cap. 11. Reprehendendi) ut Romani, qui res istas, quibus Græci delectantur, contemnimus. Verr. 6. Lentuli) epist. seq. Deliciolæ) al. deliciæ, ut epist. 4. huius lib. Sponsorem) epist. 8. huius lib.

CICERO ATTICO S. 7



IMIVM *raro nobis abs te literæ afferuntur: cum & multo tu facilius reperias, qui Romam proficiscantur, quàm ego, qui Athenas; & certius tibi sit, me esse Romæ, quàm mihi, te Athenis. itaque propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipsa epistola est, quòd, cum incertus essem, ubi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me scripsisti, uehementer expecto. quicquid eiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod uidebitur, ne dubitaris mittere, & arcæ nostræ confidito, genus hoc est uoluptatis meæ: quæ* γυμνασιώδη *maxime sunt, ea quæro. Lentulus naues suas pollicetur. peto abs te, ut hæc cures diligenter. Chilius te rogat, & ego eius rogatu* ἐυμολπιδῶν πάτρια. Vale.

σχόλια



EGARICA) ep. sup. Hermas) ep. 3. h. l. Academia) ib. γυμνασιώδη) ep. 5. h. l. Lẽtulus) & si uix sciri põt q̃s nã fuerit hic Lentulus, uidetur tñ Clodiæ filius ep. 16. h. l. quòd cæteri ferè omnes erant magistratibus functi, uel erant Senatores. atqui lege Claudia cautum erat, ne quis Senator, quiue Senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quæ plus, quàm trecentarum amphorarum esset, haberet. Liu. l. 21. quin dutius negotiari turpe putabatur. orat. pro L. Flac. Naues suas) al. nauem suam ep. sup. Chilius) poeta ep. 13. h. l. Rogat) ut suis carminibus posset includere. Ego) rogo. ἐυμολπιδῶν) Eumolpidarum, qui mysteria curant. l. 2. de legib. τὰ γὰρ ἱερὰ τοῖν θεοῖν εὔμολπος, καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ κελεοῦ. Pausan. in Attic. quin ἐυμολπίδαι, καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων, τοῖς βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν προαγορεύουσι, Isocrat. ἐν τῷ πανηγ. Suidas plura. πάτρια) τὰ τῆς πατρίδος ἔθη. patrios ritus. & sanè εὔμολπος ἔγραψε τελετὰς δήμητρος, καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένην. Suid. al. πατρίδα, patriã. nam neque de patria, neque de patre Eumolpi satis constabat, ut mirum non esset, si Chilius id ab Attico quærebat. Isocrat. tamen & Pausan. & Thracem, & Neptuni filium fuisse scribunt, quicquid dicat Suid.

CICERO ATTICO S. 8



VM *essem in Tusculano, (erit hoc tibi pro illo tuo, cum essem in Ceramico) uerumtamen cum ibi essem, Roma puer à sorore tua missus epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiauitq; eo ipso die post meridiem missuram eum, qui ad te proficisceretur. eo factum est, ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer scribere. primum tibi de nostro amico placando, aut etiam planè restituendo polliceor. quod ego, & si mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen & agam studiosius, & contendam ab illo uehementius, quod tantam ex epistola uoluntatem eius rei tuam perspicere uideor. hoc te intelligere uolo, pergrauiter illum esse offensum. sed quia nullam uideo grauem subesse causam, magnopere con*

fido illum fore in officio, & in nostra potestate. Signa nostra, & Hermeraclas, ut scribis, cum com modissime poteris, uelim imponas, & si quod aliud οἰκεῖον *eius loci, quem non ignoras, reperies, & ma xime, quæ tibi palæstræ, gymnasijq́, uidebuntur esse: & enim ibi sedens hæc ad te scribebam, ut me lo cus ipse admoneret. præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo. Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris: nam ego omneis meas uindemiolas eo reseruo, ut illud subsidium senectuti parem. De fratre cõ fido ita esse, ut semper uolui, & elaboraui. multa signa sunt eius rei, non minimum, quod soror prægnans est. De comitijs meis, & tibi me permisisse memini, & ego iampridem hoc cõmunibus amicis, qui te expectant, prædico, & te non modo nõ accersam, sed prohibebo, quod intelligam multo magis interesse tua, te agere, quod agendum est hoc tempore, quàm mea, te adesse comitijs. pro inde eo animo te uelim esse, quasi mei negotij causa in ista loca missus esses. me autem eum & offendes erga te, & audies, quasi mihi si qua parta erũt: nõ modo te præsente, sed per te parta sint. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Vale.*

σχόλια

ILLO tuo) principio, quo scribendus ad me literis sæpe ueris. In Ceramico) ἐκτὸς τείχους ἐν κεραμεικῷ, *Plut. in Parmen.* δύο γὰρ οἱ κεραμεικοὶ Ἀθήνησιν ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ ἔξω. *Aristo pha. interpres in equitib.* τὸ δὲ ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος κεράμου. *Pausan. in Attic. Veruntamen quũ ibi essem)* ἐπανάληψις. *Sorore tua) Pomponia. ep. 4. h. l. Dedit) reddidit, ut ep. 4. l. 5. Missurã) Põ ponam. Cogerer) ut cogerer, sequitur latius locutio. Nostro amico) L. Luceio. ep. seq. Mea sponte) ibid. Voluntatem) ex qua statuere oportere, quid contendendum esset, putabam. ep. 4. h. l. Offensum) affectum. ibid. Signa) ep. sup. Herme raclas) imagines Mercurij, & Herculis, quibus Athenienses statuas in gymnasijs ponebant. Athen. l. 13. sed & Romani arã Herculi cõmunem cum Musis esse uoluerunt. Plut. in problem. al.* ἑρμέρωτας, *Mercurij, & Cupidinis signa. nam scribit ibid. Athen.* κατὰ γυμνάσια ἔρωτα συνιδρῦσθαι ἑρμῇ καὶ ἡρακλεῖ, τῷ μὲν λόγον, τῷ δὲ ἀλκῆς προεστῶτι. *Lactant. l. 1. cap. 20. Imponas) ep. 6. h. l.* ἐντιθῇς εἰς τὴν ναῦν. οἰκεῖον) *accõmodatum. l. 2. Acad. quæst. proprium. ep. 3. h. l. al.* ὤνιον, *uenale. Eius loci) Academiæ. ep. 3. h. l. Non ignoras) ep. 5. h. lib. Palæstræ) Vitruu. l. 5. cap. 11. Gymna sijque) ep. 6. h. l. Typos) formas, uel* τύπους *Cicero potius dixisset, quam typos. Quare, quum libri ueteres, lypos, habe ant, nec satis Ciceroniane dictum uideri possit, typos includere in tectorio, quòd typi non includantur, sed quod ad typos fie ri solet, uidendum est, an, lupos, legere uelimus, quum Vitruu. l. 7. cap. 5. scribat in tectorijs picta fuisse monstra, & sigilla be stiarum capitibus similia: & Plin. l. 28. cap. 10. autor sit, morem fuisse, ut contra ueneficia rostrum lupi inueteratum uillarũ portis præfigerent. Neque tamen mirum de Romanis uideri debet, qui simulachrum Romuli lupinis uberibus inhiãtis habue runt. orat. 3. in Catil. & Diony. Alicar. l. 1. Lupus præterea instrumentum e, quod &* λύκον *uocat Pollux. l. 6. cap. 13. al. lip pos, unde, cippos, legere fortasse possis. Atrioli) atrij minoris. Vitru. l. 6. cap. 13. Putealia sigillata) tegumenta, uel tympa na quædam puteorum sigillis ornata, ut scyphos & simulachra sigillata dixit. Verr. 6 alij. plutealia sigilla, quòd in ædibus plutei essent marmorei. Vitru. l. 4. cap. 4. & l. 5. cap. 1. atque sigilla idem l. 2. cap. 7. & lib. 7. cap. 5. Bibliothecam tuã) ep. 3. & 5. h. l. Fratre) Q. fratre. Ita esse) in Pomponiam. ep. 5. h. l. Elaboraui) ut testis est ipsa ep. 4. h. l. Comitijs meis) cõ sularibus. ep. 1. h. l. Permisisse) ut ab esses, nec Romam uenires, quãuis tuo aduentu nobis opus esse scripsissem ep. 2. h. l. Nõ accersam, sed prohibebo) al. non accersi à me, sed prohibe i. In ista loca) in Græciam, Athenas. ep. sup. Missus esses) mis sus sis, fortasse scripsit Cic. Me autem) al. sin autem, ut sit* ἀποσιώπησις. *sin autem ueneris. Diem) dandi munusculi à te promissi. ep. 6. huius. l. Sponsorem) me. ibid.*

CICERO ATTICO S. 9

ET MEA *sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis perdiligenter in eãdem rationem scriptis, magnopere sum commotus. eo accedebat hortator assiduus Salustius, ut agerem quamdiligentissime cum Luceio de uestra uetere gratia recon cilianda. sed cum omnia fecissem, non modo eam uoluntatem eius, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, uerum ne causam quidem elicere immutatæ uoluntatis. tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium, & ea, quæ iam tum, cum aderas, offendere eius animum intellige bam, tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit, quod neque epistolæ tuæ, neque nostra legatio tam potest facile delere, quam tu præsens non modo oratione, sed tuo uultu illo familiari tolles, si modo tanti putabis id, quod, si me audies, & si humanitati tuæ constare uo*

tes, certe putabis. ac ne illud mirere, cur, cum ego antea significarem tibi per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem uidear diffidere: incredibile est, quãto mihi uideatur illius uoluntas obstinatior, & in hac iracundia obfirmatior. sed hæc aut sanabuntur cum ueneris, aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quàm candidatos omnibus iniquitatibus, nec, quando futura sint comitia, sciri. uerum hæc audies de Philadelpho. tu uelim, quæ Academię nostræ parasti, quamprimum mittas. mirum, quàm illius loci non modo usus, sed etiam cogitatio delectat. libros uero tuos caue cuiquam tradas: nobis eos, quemadmodum scribis, conserua. summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum: quas tu, incredibile est, quàm breui tempore, quanto deteriores offensurus sis, quàm reliquisti.

obstinatior obfirmatior

TEVCRIS *illa lentum sanè negotium, neq; Cornelius ad Terentiam postea rediit. opinor ad Considium, Axium, Selicium confugiendum est: nam à Cæcilio propinqui minore centesimis numum mouere non possunt. sed, ut ad prima illa redeam: nihil ego illa impudentius, astutius, lentius uidi. libertum mitto. Tito mandaui.* σκέψισ, *atque* ἀναβολαὶ. *sed nescio, an* ταὐτομάτου ἡμῶν. *nam mihi Pompeiani prodromi nunciãt, aperte Pompeium acturum, Antonio succedi oportere: eodemq; tempore aget Prætor ad populum. res eiusmodi est, ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere, nec mihi libeat, quod uel maximum est: etenim accidit hoc, quod totum cuiusmodi sit, mando tibi, ut perspicias. libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem, & clientem tuum. de eo mihi Valerius interpres nuntiat, Chiliusq; se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio, Antonium porrò in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quæri, & à me custodem communis quæstus libertum esse missum. non sum mediocriter commotus, neq; tamen credidi: sed certe aliquid sermonis fuit. totum inuestiga, cognosce, perspice, & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. huius sermonis Valerius auctorem Cn. Plancium nominabat. mando tibi planè, totum ut uideas cuiusmodi sit. Pompeium nobis amicissimum constat esse. diuortium Muciæ uehementer probatur. P. Clodium Appii filium te credo audisse cum ueste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cum pro populo fieret, eumq; per manus seruulæ seruatum, & eductum: rem esse insigni infamia: quod te moleste ferre certo scio. Quod præterea ad te scribam, non habeo. & mehercule eram conturbatior: nam puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat, meq; plus, quàm serui mors debere uidebatur, commouerat. Tu uelim sæpe ad nos scribas. si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit, scribito. Vale. Cal. Ian. M. Messala, & M. Pisone Coss.*

σχόλια

ME A sponte) ep. sup. Sallustius) ep 2 h.l. Luceio) ep. 13. l. 5. fam. Sum) alii, tum. Legatio) quasi legatio. Significarem) ep. sup. al. significarim. Sperare) confidere. ibid. Illum) Luceium. Designatum) Cos. ep. 1. h.l. Comitia) præsertim consularia. Academiæ) ep. 3. h.l. Parasti) ep. 6. & 7. h.l. Mirum quã illius) alii, mirũ est, quã me illius. Delectat) alii, delectet. Libros) ep. 3. h. lib. Reliquisti) in Græciam proficiscens. atque superiora quidem omnia ante Consulatum, quæ uero sequuntur, multò etiam post Consulatum scripsit, ut anni duo minimum intersint, quod uel ex Coss. colligi potest. hoc in Quæst. nos etiam diximus. sequentia igitur a superioribus sunt separanda ita, ut epistolam faciant duobus post annis scriptam. Teucris illa) C. Antonius collega meus, olim cum L. Catilina ita coniunctus, ut illi regnum Consul non aliter, atque Teucri filia Dardano, comparare posse crederetur: ita porrò libidinosus, ut Teucris potius, quàm Teucer sit appellãdus ἐν τῷ αἰνίγματι, quod tamen paulò post explicatur, ut de Pompeio, quem, illũ dixerat, ep. 15. l. 4. al. Teucri Syllani, C. Antonii, qui sub Sylla multos Romanos occidit, ut Teucer Troianos ὅτε ὑπ' Αἴαντος σάκει τελαμωνιάδαο, ut inquit Homer. Iliad. 6. spoliauerat item multos ille in Achaia nactus de exercitu Syllano equitum turmas. orat in toga candida, Vide, Sallust. Q. Cicerone de petit. Cons. & Dion. nos hæc collegimus, uel potius coniecimus. Lentum) ep. 10. h.l. sic lentulum ep. 12 l. 10. Cornelius) Q. Cornelius affinis P. Sestii, qui tunc Quæst. erat C. Antonii in Macedonia. ep. 6. l. 5. fam. Cornelius igitur Romæ quum esset, hoc negotium fortasse curabat. Ad Terentiam) al. ad te rem. nos libenter, uel, ad rem: uel ad tem. hoc est, tẽpus, scriberemus. Postea rediit) ut ego uolebam. Considiũ) Q. Considium fœneratorem. Val. Max. l. 4. cap. 8. Axium) Q. Axium diuitem & fortasse etiam fœneratorẽ. ep. 12. & 15. l.

10. Selicium)hic quoque publicanus & fœnerator fuisse uidetur.ep.4.l.1.fam. Confugiendum) ut mihi pecunias, quibus indigeo, fœnerentur.ep.6.l.5.fam. à Cæcilio) à Q.Cæcilio fœneratore.Senec.ep.119. Propinqui) ut tu.ep.1.h.l.& ep.20.l.3. Centesimis)usuris,quæ centesimo mense sortem æquant.singulos enim menstruos numos pariunt. Non possunt)tantum abest,ut ego possim, qui propinquus non sum, cuique ille iratus est.ep.1.h.l. Prima illa) de Teucride. illa)Teucride. Lentius)unde lentum negotium dixit. Libertum)qui pecuniam ferat. Mitto)ego C.Antonius,sive Teucris & est μίμησις. Tito)amico,uel liberto. Mandaui)ego C.Antonius mandaui,ut hanc pecuniam curaret. σκέψεις)considerationes: ep.3.l.12.sic Lucian.ἐν τῇ τῶν βίων πράσει.ἐπέχω περί τούτου,καὶ διασκέπτομαι.alij σκῆψεις, fictæ excusationes. ἀναβολὰς)dilationes,procrastinationes.sunt inquit deliberationes,& dilationes,quibus utitur C.Antonius,ut mihi det uerba,dum dicit,libertum mitto. Tito mandaui. & sumptum est ex Græcorum iudicijs,in quibus κλήσεις τῶν δικῶν τῇ λ΄.φασὶ γενέσθαι: ὅπως ὁ κληθεὶς εἰς τὴν δίκην,ἔχῃ την τριακοστην ὅλην εἰς τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ Aristoph.interpres in nubib.& paulò post,εἰς σκέψιν αὐτοῖς ἐδίδοτο ἡ τριακοστή. Quare σκέψεις, paulò ante legas,necesse est. An) sit. ταὐτόματον ἡμῶν) casus noster:euentus quidam quasi uoluntarius,ut res C.Antonij ipsius multo manus meum studium,maioremq; grauitatem,& laborē desiderent.ep.5.l.5.fam.al.ταὐτόματον,casus.Hinc Aristot. l.2.περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως,disputat ἀπὸ τύχης πολλὰ γίνεσθαι ἀπὸ τὸ ταὐτομάτου δὲ πλεῖστα.Demosthen. uero Philip.4 sic loquitur. συμβέβηκε δὲ εὐτυχήματα ἀπὸ ταὐτομάτου. Pompeiani prodromi) Pompeij præcursores nunc ex bello Mithridatico reuertentis.sic ep.6.l.16.& Plat.in Charmid. οὗτοι τυγχάνουσι οἱ εἰσιόντες πρόδρομοί τε,καὶ ἐρασταὶ ὄντες τοῦ δοκοῦντος καλλίστου εἶναι. Acturum)in senatu,quum Romam uenerit. Antonio)C.Antonio Collegæ meo. Succedi oportere)quod Macedoniam male administret. Liu.l.103.Dion.l.38. & Iulius obseq.de prodig. Honeste)quum rem male gesserit,Liu.l.103.& homo sit sceleslus,orat.in toga cādida. Hominem) ipsum C.Antonium. Defendere)defendit postea tamen.orat.pro domo.& in Vatin.& Dion.l.38. Libeat)quòd mihi det uerba. paulò ante,& ingratus sit.ep.5 &.6.l.5.fam. Hilarum)ep.18.l.13. Valerius interpres)ep.10.l.16. Chiliusque)ep.7.h.l. Dictitare)& falsò in me conferre.ep.5.l.5.fam. Illum)Hilarum. Istis locis)Macedonicis,quibus Epeirus est uicina. Pli. l.4.cap.23. Cn.Plancum) Tribunum milit.orat.pro Cn.Planc.ipso.hic postea Quæstor Ciceronem recepit.ibid.& epist.22.l.3. Diuortium)quod Pompeius in Italiam rediens facit.Plutar.in Pomp. Mutiæ)hæc fuit Pōpeij uxor,& Q. C. Metel.Celeris,& Nepotis soror.ep.2.l.5.fam. Probatur)ut fœminæ minus honestæ,qua cum Cæsarem adulterium fecisse quidam suspicabantur:unde Cæsarem Pompeius Aegysthum uocabat.Suet.in Cæs. P.Clodium)hic postea cum Cicerone gessit inimicitias. Appij) Ap.Claudij Pulchri,qui fuit Cos.cum P.Seruilio Vatia Isaurico an.ab urb.con.675. Veste muliebri)ep.seq. Deprehensum)ut adulterum Pompeiæ in sacris Bonæ Deæ.Suet.& Plutar.in Cæs. C.Cæsaris) ut Pontif. Max.Sallust.& Suet.non autem Prætoris,ut quidam uolunt.nam Cicerone & Antonio Coss.Prætor fuerat.Suet. Quum pro populo fieret)quum res diuina Bonæ Deæ pro populo fieret.ep.seq.& orat.pro domo.al. quum sacrificium pro populo fieret. Seruilæ)ancillæ.orat.de resp.& Plutar.in Cic.al.Seruiliæ,quæ quum Cæsaris esset amica, eius uxorē fortasse,ut fit,oderat,& hanc illi notam inurere cupiebat,ut eam Cæsar,quod fecit,repudiaret.al.Sepridæ, ut sit nomen ancillæ,uel eius,quæ Clodium eduxit,uel alterius,quæ tale quid in aliqua comœdia fecisse diceretur. Infamia)propter sacra polluta.orat.de resp. Anagnostes)lector.ep.9.l.5.fam. Sositheus)al.Sosisthenes. In buccam)ep.1.l.12. Cal. Ian.) principio anni secundi post Ciceronis Consulatum. M.Messala)qui Cicerone Cos.Præturam petierat.orat. pro P.Sylla; quique minor natu,quàm Cicero,dicitur in Brut. M.Pisone)L 5.de finib.& in Brut.

CICERO ATTICO S. 10



CCEPI *tuas treis iam epistolas,unam à M.Cornelio,quam à Tribus ei Tabernis(ut opinor)dedisti:alteram, quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit:tertiam, quam(ut scribis)ancoris solutis de phaselo dedisti.quæ fuerunt omnes rhetorum,pure loquuntur,cum humanitatis sparsæ sale,tum insignes amoris notis.quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum:sed iccirco sum tardior, quòd non inuenio fidelem tabellarium: quotus enim quisq; est, qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit? accedit eò,quòd mihi non est notum,ut quisque in Epeirum proficiscatur:ego enim te arbitror cæsis apud Amalthеam tuam uictimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum:neq; id ipsum tamen certum habeo, quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epeiro temporis ponas.ita neque Achaicis hominibus,neq; Epeiroticis paulo liberiores literas committere audeo.sunt autem post discessum à me tuum res dignæ literis nostris,sed non committendæ eiusmodi periculo,ut aut interire,aut aperiri,aut intercipi possint.Primū igitur scito,primum me nō esse rogatum sententiam, præpositumq; esse nobis pacificatorem Allobrogum,idque,admurmurante senatu,neq; me inuito esse factum:sum enim & ab obseruando homine peruerso liber, & ad di-*

gnitatem

gnitatem in Rep. retinendam contra illius uoluntatem solutus: & ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem pene principis, & uoluntatem non nimis deuinctam beneficio Consulis. tertius est Catulus, quartus (si etiam hoc quæris) Hortensius. Consul autem ipse paruo animo, & prauo, tantum cauillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis, quàm facetiis ridiculus, nihil agens cum Rep. seiunctus ab optimatibus, à quo nil speres boni Reip. quia non uult, nil me tuas mali, quia non audet. eius autem collega & in me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor bonarum. quin immo leuiter inter se dissident. sed uereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius: credo enim te audisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret, uenisse eo muliebri uestitu uirum, idque sacrificium cum uirgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex S. C. ad uirgines, & Pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex S.C. Consules rogationem promulgasse, uxori Cæsarem nuntium remisisse. in hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex. S. C. & de religione, antiquetur. Messala uehementer adhuc agit se uere. boni uiri precibus Clodii remouentur à causa. operæ comparantur. nosmet ipsi, qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur. instat, & urget Cato. quid multa? uereor, ne hæc neglecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum Reip. malorum causa sit. Tuus autem ille amicus, scin quem dicam? de quo tu ad me scripsisti, posteaquam non auderet reprehendere, laudare cœpisse, nos (ut ostendit) admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occulte (sed ita, ut perspicuum sit) inuidet. nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. sed hæc ad te scribam alias subtilius: nam neq; adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Prouincias Prætores nondum sortiti sunt. res eodem est loci, quo reliquisti. τοποθεσίαν, quam postulas, Miseni & Puteolorum includam orationi meæ. ad III. Non. Dec. mendose fuisse animaduerteram. Quæ laudas ex orationibus, mihi crede, ualde mihi placebant: sed non audebam antea dicere: nunc uero, quòd à te probata sunt, multo mihi Ἀττικώτερα uidentur. in illam orationem Metellinam addidi quędam. liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri φιλορήτορα reddidit. Noui tibi quidnam scribam? quid? etiam. Messala Cos. Antronianam domum emit HS CCCCXXXVII. quid id ad me, inquies? tantum. quòd ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus, & homines intelligere cœperunt, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire. Teucris illa lentum negotium: sed tamen est in spe. Tu ista confice: à nobis liberiorem epistolam expecta. Vale. VI. Cal. Febr. M. Mesala, & M. Pisone. Cos.

σχόλια.



M. Cornelio) eius fortasse propinquo, quem Cicero Prætor defenderat. Tribus tabernis) ep. 10. l. 2. Solutis) al. soluta. Scribēdum) al. rescribendum. Releuarit) ne tam grauis sit? & iocatur in uerbis, grauiorem, & releuarit. al. releuerit. Epeirum) ep. 4. h. l. Cæsis) ut cedebantur ab Imperatoribus pugnaturis. Liu. sæpe. Amaltheam tuam) uel opus tuum de Amalthea, uel potius bibliothecam ita libris refertam, ut Ἀμαλθείας κέρας possit appellari. epist. 13. h. l. Sicyonem) Sicyonios debitores tuos. ep. 16. h. l. Oppugnādum) ut minos exprimas. ibid. est μεταφορὰ. Antonium) ep. sup. Proficiscare) cum literis, in quibus te illi commendo. ep. 5. l. 5. fam. Vnde illi postea gratias egit. ep. 13. h. l. Me) ut Senatus principē. Gell. l. 4. ca. 10. Rogatū) à M. Pisone Cos. Pacificatorē) fortasse C. Pisonē ut Consularē, & propinquum, & qui in Gallia fuerat, ep. 1. h. l. uel L. Murænam, quem nuper summo cum imperio Gallia ui derat. orat. pro L. Mur. et de resp. uel eum, quicunq; is esset, qui de pace, cum Allobrogibus facienda in Senatu ageba, ut ep. 1. li. 10. C. Pontiniū, qui nec Cos. fuerat, nec adhuc Allobrogas uicerat, ep. 15. l. 4. significare non potest, quū sententiam primū rogare Consulares tantum liceret. Gell. l. 4. cap. 10. Homine) M. Pisone Cos. Peruerso) uitioso. ep. sequen. Principis) Gell. l. 4. cap. 10. Non nimis) al. nō minus. Vnde legas licet, uel, nūc minus: uel tantū, minus, ut altera negatio uel ex interpretatione, uel ex literis concurrentibus accesserit. Consulis) M. Pisonis. Tertius est) rogatus sententiam. Catulus) Q. Luctatius Catulus filius. orat. pro dom. Hic cū M. Hemylio Lepido Cos. fuit an. urb. con. 676. Hortensius) orator, qui fuit Cos. cū Q. Cecilio Metello. Consul) M. Piso. epist. sup. Paruo animo, et prauo) παρωρομιαία. Nihil agens) ut uers. ep. seq. Col

lega) M. Messalæ.ep.sup. Perhonorificus) ep.seq. Partium studiosus, ac defensor bonarum) ὑπέρβατον. Quin imo) al. qui nunc. al. quin nunc. Vereor) prospiciens, quanta tempestas excitetur. Audisse) uel ex mea ep. sup. Cæsarem) ut Pontif. Max. ibid. id enim sacrificium fiebat in ea domo, quæ imperio esset. orat. de resp. Fieret) res diuina Bonæ Deæ. ep. sup. Virum) P. Clodium. ibid. Virgines) Vestales. orat. de resp. Instaurassent) ut pollutum. ibid. Q. Cornificio) ep. 1. h.l. Nostrum) qui sumus Consulares, quum ille sit Pretorius. Consules) M. Messalam, & M. Pisonem. Rogationem) ut iudicium de pollutis sacris constitueretur. ep. seq. & ep. 13. h.l. Vxori) Pompeiæ. ep. sup. Nuncium) nuncium repudij, libellum repudij. ut uocant, ἀποστάσιον. uxor etiam remittebat. ep. 23. l. 11. Remisisse) qđ diceret, decere uxorem suam etiã suspitione carere. Plutar in Cæs. Piso) Cos. Et fert ex S.C. & de religiõe) δείνωσις. Messala) Cos. Boni uiri) qui boni iudicantur, uel est εἰρωνία. Lygurgei) legis de pollutis sacris quasi latores, qualis fuit Lygurgus. Plutar. Cato) M. Cato. ep. seq. Vereor) ut paulò ante. Sit) ut fuit. orat. de resp. Tuus) hinc dixit Nepos in uita. Pompeiũ coniunctũ non offendit. Ille) Pompeius. ep. 17. h.l. Non auderet) uidens ab omnibus ferè laudari. ep. seq. Reprehẽdere) res nostras. ibid. reprehendere tamen cupiebat, quum quòd inuideret, tum quòd esset incitatus à Q. Metello Nepote uxoris fratre, & Ciceronis inimico, ep. 2. l. 5. fam & ad eum in Asiam profecto. Dion. l. 37. & Plutar. in Cat. hinc dixit ep. 1. l. 2. in res meas eũ multi incitarant. Cœpisse) serò. nam nimium diu tacuit. ep. 16. h.l. id queritur Cicero ep. 7. l. 5. fam. Vi ostendit) ut loquitur. ep. 9. l. 4. Perspicuum sit) non enim tantum ualet ingenio, ut non appareat, quid cupiat. ep. 1. l. 8. fam. Inuidet) epist. 22. l. 5. fam. hinc inuidus dicitur ep. 1. l. 4. Nihil simplex) in Pompeio, qui solet aliud sentire, & aliud loqui. ep. 1. l. 8. fam. uel in Pompeij concione. ep. seq. ἐν τοῖς πολιτικοῖς) in rebus ciuilibus: in rebus publicis, & ad Remp. accõmodatis. ep. 6. l. 14. hinc ἀπολιτικώτατον uocat ep. 25. l. 8. Illustre) amplum, & excelsum. ep. 17. h.l. Huic) cui literas hasce dedi. Terræ filio) prouerbium. Nondum sortiti sunt) ep. seq. sed erunt sortiti ep. 12. h.l. τοποθεσίαν) loci descriptionem: loci situm. Miseni) ep. 6. l. 10. Puteolorum) ep. 9. l. 4. Includam) ut mones. Orationi meæ) uni ex his, quas in Catilinam dixi, sic enim putamus, quũ addat, ad .III. Non. Dec. quo tempore illas habuit orationes. ep. 1. l. 2. Mendose) scriptum. A te) tã quàm Aristarcho. ep. seq. Probata) ep. 5. l. 4. ep. 14. l. 15. & ep. 10 l 16. ἀττικώτερα) magis Attica, elegantius dicta: unde ἀττικισμὸς ep. 16. l. 4. sic ἀττικώτατα ep. 1. l. 15. Metellinam) contra Q. Metellum Nepotem scriptam. ep. 12. l. 3. contra concionem Metelli. Quintil. l. 9. cap. 3. Gell. l. 18. cap. 7. & fortunat. l. 3. Rhet. Liber) uel orationum σῶμα ep. 1. l 2. uel oratio ipsa Metellina. orationes enim sæpe libros uocat, ut Verr. in oratore. sic Corn. Tacitus, Diomedes, & Iul. Rufinian. φιλορήτορα studiosum Rhetoricæ. quid! etiam) sic ep. 3. l. 7. Messala Cos.) ep. sup. Antronianam) P. Antronij ep. 2. l. 3. Emisse, domum de Crasso. ep. 6. l. 5. fam. Licere) mihi, & alijs, quando Messalæ licuit. Amicorũ) ut P. Syllæ. Gell. l. 12. cap. 12. Dignitatem) ornãda est enim dignitas domo, at non ex domo tota dignitas quærenda. l. 1. de off. Teucris illa) ep. sup. Confice) ut uicinus, quum sis in Epeiro. ibid. Febr.) ep. seq. Coss.) ep. sup.

CICERO ATTICO S. 11



E R E O R, ne putidum sit scribere ad te, quàm sim occupatus. sed tamen ita distinebar, ut uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim: atque id ereptum è summis occupationibus. Prima concio Pompeij qualis fuisset, scripsi ad te antea, non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis nõ grauis. itaq; frigebat. tũ Pisonis Cos. impulsu leuissimus Trib. pl. L. Fusius in concionem produxit Pompeium. res agebatur in circo Flaminio: & erat in eo ipso loco ipso die nũdinarũ πανήγυρις. quæsiuit ex eo, placeret ne ei iudices à Prętore legi, quo cõsilio idẽ Prętor uteret. id aũt erat de Clodiana religiõe ab senatu cõstitutũ. tũ Põpeius μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est, senatusq; auctoritatẽ sibi oĩbus in rebus maximã uideri, semperq; uisam esse rñdit, & id multis uerbis. postea Messala Cos. in senatu de Põpeio quæsiuit, quid de religione, & de promulgata rogatione sentiret. locutus ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta γενικῶς laudaret, mihiq;, ut assedit, dixit se putare satis ab se etiam de istis rebus esse responsum. Crassus posteaquàm uidit illum excepisse laudem, ex eo, quòd hi suspicarentur homines ei Consulatum meum placere, surrexit, ornatissimeq; de meo Consulatu locutus est, ut ita diceret se, quòd esset senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd uiueret, mihi acceptum referre: quoties coniugem, quoties domum, quoties patriam uideret, toties se beneficium meum uidere. quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego uarie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) ualde grauiter pertexuit. proximus Pompeio sedebam: intellexi hominem moueri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset, an esse tantas res nostras, quæ tam libenti senatu laudarentur, ab eo præsertim, qui mihi laudem illam eo minus deberet, quòd meis omnibus literis in Pompeiana laude perstrictus esset. hic dies me ualde

Crasso adiunxit: & tamen; ab illo aperte, tecte quicquid est datum, libenter accepi. ego autem ipse, Dij boni, quomodo ἐνεπερπερευσάμην nouo auditori Pompeio. si unquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditauerunt, illo tempore. quid multa? clamores: etenim hæc erat ὑπόθεσις de grauitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiæ, de immortuis reliquijs coniurationis, de uilitate, de otio. nostri iam in hac materia sonitus nostros tanti fuerunt, ut ego eo breuior sim, quòd eos usque istinc exauditos putē. Romanæ autem res sic se habent. senatus Ἄρειος πάγος. nil constantius, nil seuerius, nil fortius: nam cum dies uenisset rogationi ex S. C. ferendæ, concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis, & populum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem Consul lator rogationis, idem erat dissuasor. operæ Clodianæ ponteis occuparant. tabellæ ministrabantur, ita ut nulla daretur, Vti rogas. hic tibi rostra Cato aduolat, conuitium Pisoni Cos. mirificum facit, si id est conuitium, uox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. accedit eodem etiam noster Hortensius, multi præterea boni. insignis uero opera Fauonij fuit. hoc concursu optimatum comitia dimittūtur: senatus uocatur. cum decerneretur frequenti senatu, contra pugnante Pisone. ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio, ut Consules populum cohortarētur ad rogationem accipiendam: homines ad XV. Curioni nullum S. C. facienti assenserunt: facile ex altera parte CCCC. affuerunt: acta res est. Fufius tertium concessit. Clodius conciones miseras habebat, in quibus Luculum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam Cos. contumeliose lædebat, me tm̄ cōperisse oīa criminabat'. senatus & de prouincijs Prætorū, & de legationibus, & de cæteris rebus decernebat, ut ante, q̄ rogatio lata eēt, neq̄d ageret'. habes res Romanas. sed tn̄ ēt illud, q̄d ego nō sperarā, audi. Messala Cos. est egregius, fortis, cōstans, diligēs, nostri laudator, amator, imitator. ille alter uno uitio minus uitiosus, ꝙ iners, ꝙ somni plenus, ꝙ īperitus, quòd ἀπρακτότατος, sed uoluntate ita κακέκτης, ut Pompeium post illam concionem, qua ab eo senatus laudatus est, odisse cœperit. itaque mirum in modum omneis à se bonos alienauit, neque id magis amicitia Clodij adductus fecit, quàm studio perditarum rerum, atque partium. sed habet sui similem in magistratibus, præter Fufium, neminem. bonis utimur Tribunis pl. Cornuto uero pseudoCatone. quid quæris? num ad priuata redeam? Τευκρὶς promissa patrauit. tu mandata effice, quæ recepisti. Quintus frater, qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit HS DCCXXV. Tusculanum uenditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum. Cum Luccio in gratiam redi. uidero hominem. ualde petitur. renauabo operam. Tu, quid agas, ubi sis, cuiusmodi istæ res sint, fac me quamdiligentissime certiorem. Idib. Febr. Vale.

σχόλια

PVTIDVM) σαπρόν. Prima) post reditum. ep. 9. h. l. Scripsi) ep. sup. sed ἐν τῷ αἰνίγματι. Non iucunda) quòd nihil come, nihil simplex esset. ibid. Frigebat) Pompeius. Pisonis Cos.) ep. 9. h. l. Impulsu) ex amicitia Clodij profecto. ep. sup. Leuissimus) qui tam facile impellatur. L. Fufius) al. Fusius, recte. is enim est Q. Fusius Calenus. ep. 6. l. 5. fam. qui semper fauit P. Clodio. Philip. 8. Produxit) poterat enim Tribunus Pl. in concionem producere non modo priuatos, sed eos etiam, qui erant in magistratu, ut Coss. ep. 3. l. 12. fam. & orat. post reditum in Senat. & Augures. orat. pro domo. πανήγυρις) conuentus. Placeret) uerbo ad rem accommodato est usus. nam in plebiscitis erant inter alias tres notæ, Q. P. P. quid fieri placeret. Prob. & Frōtin. Ei) Pompeio. alij. C. centum. erant enim centumuiralia iudicia. l. 1. de orat. ubi de priuatis hereditatibus potissimum iudicabatur. orat. 2. contra Rullum. Prætore) quæstioni præfecto. orat. pro L. Mur. Legi) non sorte dari de more. nam Prætor, qui præerant quæstioni, iudices cogebat, ibid. iudicia dabat, orat. pro A. Cecin. & iudices. Victorin. l. 2. de inuent. Consilio) hunc iri in consilium ep. 48. l. 13. & orat. pro A. Cluent. De clodiana religione) de sacris à Clodio pollutis. ep. sup. ὑποθέσεως. sic religiosum, sanctum, & pium uocat orat. pro domo. Constitutum) ex S. C. rogatione à Coss. promulgata. ep. sup. φιλαριστοκρατικῶς) ualde studiose pro optimatum principatu: quo de statu Plat. & Aristot. in politic. & Isocrat. in Panathen. Promulgata) à Coss. ex. S. C. ep. sup. γενικῶς) generaliter. ep. 12. l. 9. Assedit) nā stātes dicebant. in Brut. Poetæ sæpe. τὸ γὰρ παλαιόν, κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν ἄλλης εἶδος δή ποτε τύχης, ἐδημηγόρει ὀρθὸς ἱστάμενος, Homer. interpres Iliad. α. De istis rebus) al. dēptis rebus: nos legimus: de meis rebus, ut litera p accesserit. alij, de ntis rebus. certe, quæ sequūtur, uel, de meis rebus: uel, de nostris rebus, requirūt. Risum) quū γενικῶς oīa illius ordinis cōsulta laudasset, &

ego nihil cõstituissem, nihil gessissem, nisi ex illius ordis cõsilio, autoritate, et sñia. Philip. 2. Crassus) ep. 3. h. l. Illi) Pōpeiū Suspicarētur) ex eo, q. γενικῶς oīa Sena. cons. laudaret, q̄uis de rebus nostris taceret: ep. 1. h. l. Acceptū referre) Phil. 2. Cōiugem) Tertullā. Suet. in Cæs. Domū) in colle uiminali. P. Victor reg. 5. Meum) cuius opera salua eēt patria, orat. in L. Pison. Quem Aristocratia ego) al. quem ego. Aristarchus) criticus talis, qualis erat Aristarchus Grāmaticus, qui solebat iudicare, utrū uersus essent τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι; & τοὺς παρεμβεβλημένους ὀβελίζειν. ep. 10. l. 9. fam. prouerb. stellis signare. hinc illū μάντιν ἐκάλει Παναίτιος ὁ Ῥόδιος φιλόσοφος διὰ τὸ ῥᾳδίως καταμαντεύεσθαι τῆς τῶν ποιημάτων διανοίας Athen. l. 14. ego uero tuas cerulas minatulas extimesco. ep. 14. lib. 15. & ep. 10. l. 16. De flamma, de ferro) de incendijs, & cædibus, quæ à Catilina, & cæteris factæ fuissent, nisi ego de coniuratorum manibus faces, & tela extorsissem. orat in L. Pis. ληκύθους) μυροθήκια ut ep. 1. l. 2. & sanè Pollux λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα ponit l. 6. cap. 19. hinc scripsit Aristop. ἐν ἐκκλης. φρόνιμ ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γραφαῖς, & Plat. in Charm. λήκυθον καὶ στλεγγίδα iunxit. rectè igitur Cicero, quum pingere, dixisset addidit ληκύθους, quibus unguenta, & pigmenta continentur, quæ consumebat. ep. 1. l. 2. nec tamē perdebat, ut Euripides λήκυθον ἀπώλεσεν, ut putat Aeschylus apud Aristop. in Ran. Pertexuit) M. Crassus. Crassum) suum inimicum. Plutar. Prætermisisset) de nostris rebus tacens. Tantas) quantas nec ipse putabat, nec absens fortasse intellexerat. Ab eo) Crasso. Meis omnibus) al. in omnibus: Literis) nedum syllabis, et oratione, ut sit ὑπερβολή. In Pompeiana laude) in oratione, quæ etiam, de laudibus Cn. Pompeij, inscribitur. Perstrictus esset) præsertim ubi gloriam belli seruilis à Crasso profligati totam penè Pompeio tribuo. Tecte) quòd esset inimicus. ep. lon. ad Lent. ep. 8. l. 5. fam. Sallust. in Cat. et Ascon. in orat. in toga cand. ἀνεπερπερεύσάμην) ostentaui, uenditaui. Nouo) modo ex bello Mithridatico, & Syria reuerso ep. 9. h. l. & Philip. 2. ἐπιχειρήματα) epichiremata, aggressiones, argumentationes, ratiocinationes. autor ad Heren. l. 2. Quintil. l. 5. cap. 10. & 14. & Hermog. l. 3. περὶ τῶν εὑρέσεων. al. περίοδοι, ἢ καρποὶ, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαί; hoc est, ut singula ordine interpretemur; periodi, circuitus, ambitus, comprehensiones, continuationes, circumscriptiones in orator. Quint. l. 9. cap 4. Aquil. Roman. Hermog. l. 4. περὶ τῶν εὑρέσ. & Demetr. Phaler. περὶ τῶν κώλων καὶ κομμάτων ἢ καρποὶ, uel fructus. al. si καρποὶ, sed quoniam fructus quid hic uelint, uix intelligi potest, et καρπὸς etiam manus partem significat, ut Iliad. ε. Κύπριδα μὲν πρῶτον σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, & apud Polluc. l. 2. uidendum est, an hic καρποὶ ponantur pro gestibus, qui manibus ἐν τῇ χειρονομίᾳ ὑποκρίσει, & actione fiunt: qui quātam uim habeant, scribit ipse l. 3. de orat. & in orator. autor ad Heren. l. 3. & Quintil. l. 11. cap. 3. fortasse tamen non incommode legi possit κύκλοι: κύκλος γάρ ἐστι σχῆμα καὶ αὐτὸ ῥητορείας ἴδιον κάλλος ἐμπεριέχον λόγου. Hermag. l. 4. περὶ εὑρές. uel τρόποι, siue τροπαὶ, de quibus idem l. 3. et 4. uel potius, τόποι, ut locos communes significet. ἢ ἐνθυμήματα, uel enthymemata, sententiæ ex contrarijs conclusæ. in Topi. Aristo. li. 2. ad Teodect. Quintil. l. 5. cap. 14. & Hermag. l. 3. περὶ εὑρές. al. si ἐνθυμήματα. ἢ κατασκευαὶ, uel apparatus, uel confirmationes. nam κατασκευὴ τῇ ἀνασκευῇ opponitur. Quintil. l. 2. cap. 4. & Theon ἐν προγυμνάσ. Hermog. quoque l. 3. de inuent. περὶ ἐργασίας ἐπιχειρημάτων, τῇ λύσει κατασκευὴν opponit. Suppeditauerunt) sic l. 3. de orat. suppeditat omnis apparatus, ornatusque dicendi. Illo tempore) suppeditauerunt. Clamores) fuerunt, quos res istæ in bonis oratoribus efficere solent. l. 1. de orat. ὑπόθεσις) argumentum, materia, causa. in Topic. & Quintil. l. 3. cap. 5. Grauitate) præsertim in S.C. quod in M. Catonis sententiam est factum de coniuratis. Salust. Ordinis) Senatus, in quo tantum fuit animi, & autoritatis. ep. longa ad Lent. Equestri concordia) à me constituta, ep. 1. l. 2. Consensione) ad communem salutem orat. 2. & 4. in Catil. Immortuis) non mortuis, & ob id reprimendis. Reliquijs coniurationis) copias Catilinæ uocat orat. post reditum ad Quir. & in Senat. quarum ducem Clodium appellat orat. pro dom. quòd socius & familiaris fuisset Catilinæ. orat. de resp. & pro Mil. & Ascon. non igitur Cicero in extinguenda coniuratione eius opera usus fuerat, ut scripsit Plutar. in uita. Vilitate) post extinctam coniurationem consecuta. al. utilitate. Otio) sublato Catilinæ bello. Istinc) ex Epeiro. ep. sup. ἄρειος πάγος) Martius uicus, Areopagus. ἔστι δὲ ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. Pausania in Attic. Areopagitas uero Solon constituit. l. 1. de off. qui seueri ita fuerunt, ut seueri iudices prouerbio Areopagitæ dicantur, ut εἰρωνικῶς ep. 13. h. l. Rogationi) de pollutis sacris ep. sup. al. rogationis. Ille grex) illæ reliquæ. Catilinæ) ep. 1. h. l. Filiola Curionis) C. Curione C. F. qui eam consuetudinem cū M. Antonio tunc habebat, ut merito filia potius, quàm filius dici posset. Philip. 2. et Plutar. in Ant. Antiquaret) Rogationem. ep. sup. Piso) ibid. Consul) ep. 9. h. l. Lator) ex S.C. ep. sup. Dissuasor) amicitia P. Clodij ductus. ibid. Operæ Clodianæ) sic epist. 3. lib. 4. & ep. 3. lib. 2. Ad Quint. fra. Ponteis) in quibus suffragia ferebantur. l. 3. de legib. l. 1. & 2. ad Herenn. & Ouid. l. 5. fast. tabellæ) quibus lege tabellaria suffragia ferebantur, l. 3. de legib. Nulla) nulla uti rogas: nulla quasi sententia, nullum pro rogatione suffragium, in quo scriptum esset, uti rogas. al. nulli, scilicet rogatori. in suffragijs enim erant rogatores. orat. in L. Piso. Daretur) à populo. Vti rogas) sententia, punctum, quo suffragium ferebant. l. 2. de legibus. & Liu. lib. 3. de pace, uti rogassent, omnes tribus iusserunt. idem l. 38. omnes tribus, uti rogassent, iusserunt Cato) ep. sup. Hortensius) ibid. Fauonij) episto. 1. lib. 2. Comitia) rogationis Pisone) Cos. Accidente) al. accedente, ut episto. 4. lib. 4. fam. Curione) patri, non filio, qui nondum id ætatis uidetur fuisse, ut senator esse posset, & sanè non ita multo post ut non Senator introducitur in Senatum. ep. 2. 4. l. 2. Facienti) Fortasse, ut rem gratam faceret filio, quo duce grex Catilinæ utebatur. CCCC.) hic cognoscimus Senatores ad CCCCXV. fuisse, orat. post reditum in Senat. CCCCXL in l. 60. CCC. Machab. l. 1. cap. 8. CCCXX. Affuerunt) scribendo, ut ep. 7. l. 8. fam. & orat. post reditum in Senat. Acta res est) factum est

ctum est decretum, ut Coss. populum cohortarentur adrogationem accipiendam. Fusius tertium concessit) quum Fusius antea bis cessisset, tunc tertium cessit, siue concessit. tertium ut dicatur Gell. l. 10. cap. 1. al. Fusius tert. Consul cessit: unde, quũ de religione bis tantum in Senatu adhuc facta mentio hac epistola & superiori cognoscatur ita, ut Fusius tertium conce dere non potuerit: atque adeo ne cesserit quidem, qui in principio huius epistolæ, ut quum maxime, instare dicatur: facile adducor, ut mutatis duabus tantum literis, ita legam. Fusius Ty. & Consul cessit: uel, Fusius Ty. & Cos. cessit. hoc est, Fusius. Trib. Pl. & Piso Cos. qui contra pugnabat, cessit. Lucullum) L. Lucullum, qui iuratus dixit, sequæstionibus habitis comperisse, Clodium cum sorore germana nefarium stuprum fecisse. orat. pro Mil. quare nuncium illi remisit. Plutar. in Lucul. & Cic. Hortensium) qui ductus odio properabat rem deducere in iudicium. ep. 13. h. l. C. Pisonẽ) ep. 1. h. l. Messalã Cos.) qui uehementer agebat ep. sup. Comperisse) hinc testis producitur ep. 13. h. l. Prouincijs. prætorum) ep. sup. Legationibus) quibus ex Cal. Febr. usque ad Cal. Mart. Senatus quotidie lege Gabinia dabatur. ep. 12. l. 2. ad Q. Fr. & Ascon. Verr. 3. sæpe tamen reijciebantur. ep. 3. l. 2. ad Q. Fr. & ep. 3. l. 1 fam. & ep. 15. h. l. Rogatio) de pollutis sacris. Nostri laudator) in nos perhonorificus. epist. sup. Ille alter.) M. Piso. Quòd iners) ita, ut nil metuas mali, quia non audet. epist. sup. ἀπρακτότατος) ignauissimus, ad res gerendas ineptissimus, nihil prorsus faciens: ut apud Lucian. in primo Phalarid. μήτε ἡμᾶς ἀπράκτους ἀποπέμψητε. Volũtate) q̃a nõ uult boni aliq̃d facere. ep. sup. κακέκτης) male habitus, male affectus, deprauatus, deprauatis moribus, prauo aĩo, ep. sup. Põpeiũ) cui præter alia Consulatũ acceptũ referre põt. Dion. l. 37. Cõcionẽ) in quã p̃ductus fuit à Fusio: Alienauit) ut ab his seiũctus ep. sup. Amicitia Clodij) ibid. Fusiũ) hoĩem leuissimum. Tribunis pl.) reliquis. Cornuto) C. Cornuto Trib. pl. q̃ tribus post annis Prætor fuit. orat. post reditũ in Senat. Pseudocatone) ut Pseudophilippus, & Pseudodamasippus dicitur. τεῦχρις) ep. 9. h. l. Promissa) de pecunijs, quas differebat. ibi. Patrauit) fecit, persoluit. sed quia uerbum uetus est, & uersum claudit, uidetur ab aliquo Poeta sumptum, fortasse Pacuuio, qui Teucrum scripsit. l. 1. de orat. alij, parauit, ut sequentia uidentur postulare: ut sit, Antonius quidem pecuniam parauit, sed tu ita effice, ut habeam, ut mandaui. sic ep. sup. tu ista confice. Argiletani) ep. 27. l. 12. Venditat) uendendi desiderio tenetur, & quasi uenale proponit, ut in Quæst. diximus. Pacilianam) fortasse M. Pacilij. Verro. 4. Luccio) ep 9. h. l. Hominem) ipsum Lucciũ. Valde petitur) hæc à me gratia: uel Lucceius ipse, hoc est, rogatur. sed quoniã mihi neutrum nescio quo modo satis placet, uelim docti uideant, an legendum sit: ualde patitur, ut quasi uertat, ἄγχι πάσχει, ualde afficitur. habet enim quiddã, qd' in animo eius insedit. ep. 9. h. l. Renauabo) al. renouabo: Istæ res) præsertim Sicyoniæ. ep. sup. Idib. Febr. uale) al. neq; hic ep. seq. uale scribitur. & sanè Cicero uerbum hoc post diem non solet collocare.

GICERO ATTICO S. 12

ASIAM Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti: non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quam ullius nostrum literæ nuntiarint. nũc, quoniam & laudis auidissimi semper fuimus, & præter cæteros φιλέλληνες & sumus, & habemur, & multorum odia, atq; inimicitias Reip. causa suscepimus: παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο: curaque, & effice, ut ab omnibus et laudemur, & amemur. his de rebus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi Quinto dabo. Tu me uelim certiorem facias: quid de meis mandatis egeris, atque etiam, quid de tuo negocio: nam, ut Brundusio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditę literæ. ualde aueo scire, quid agas. Idib. Mart. Vale.

σχόλια

ASIAM) quam postea triennium Prætor obtinuit. ep. 6. l. 6. & ep. 1. l. 1. ad Q. Fr. quum L. Flacco successisset: orat. pro L. Flac. Obtigisse) in sortitione prouinciarum à Prætoribus facta. ep. 10. & 11. h. l. Laudis auidissimi) ep. 13. l. 5. fam. &, ut alios mittam, Quintil. l. 11. cap. 1. φιλέλληνες) studiosi Græcorum. quippe quorum præceptis sumus eruditi. ep. 1. l. 1. ad Q. Fr. in Brut. & Plutar. in uita. Multorum) qui postea illum uiolarunt. orat. post reditum ad Quir. Suscepimus) Philip. 2. παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο) uniuersæ uirtutis reminiscere. Prouer. uirtutem omnem explica. Effice) ut Q. Fr. affinis, &, ut adhuc puto, legatus. ep. seq. Quinto) in Asiam profecturo. Mandatis) ep sup. Tuo negotio) Sicyonio. ep. 10. h. l.

CICERO ATTICO S. 13

QVAERIS ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omnium factum sit: & simul uis scire, quomodo ego minus, quàm soleam pręliatus sim. respondebo tibi ὕστερον πρότερον Ὁμηρικῶς. Ego enim, quandiu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter, & uehementer prælitatus sum, ut clamor, concursusq; maxima cum mea laude fierent. quòd si tibi unquam sum uisus in Rep. fortis, certe me in illa

causa admiratus esses. cum enim ille ad conciones confugisset, in hisq; meo nomine ad inuidiam uteretur: Dij immortales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi: quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci: quomodo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis. saepe, ita me Dij iuuent, te non solum auctorem consiliorum meorum, uerum etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideraui. postea uero quàm Hortensius excogitauit, ut legem de religione Fufius Trib. pl. ferret, in qua nihil aliud à consulari rogatione differebat, nisi iudicum genus (in eo autem erant omnia) pugnauitq;, ut ita fieret, quòd & sibi, & alijs persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse: contraxi uela perspiciens inopiam iudicum, neque dixi quicquàm pro testimonio, nisi quod erat ita notum, atque testatum, ut non possem praeterire. itaq; si causam quaeris absolutionis, ut iam πρὸσ τὸ πρότερον reuertar, egestas iudicum fuit, & turpitudo. id autem ut accideret, commissum est Hortensij consilio: qui dum ueritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quae ex S.C. ferebatur, non uidit illud, satius esse, illum in infamia relinqui sordibus, quàm infirmo iudicio committi: sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. sed iudicium, si quaeris, quale fuerit, incredibili exitu, sic, uti nunc ex euentu ab alijs, à me tamen ex ipso initio consilium Hortensij reprehendatur. nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator, tanquàm Censor bonus, homines nequissimos reijceret, reus, tanquàm clemens lanista, frugalissimum quenque secerneret, ut primum iudices consederunt, ualde diffidere boni coeperunt: non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit. maculosi senatores, nudi equites, Tribuni non tam aerarij, ut appellantur, quàm aerati. pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui moesti inter sui dissimileis, & moerentes sedebant, & contagione turpitudinis uehementer permouebantur. hic, ut quaeque res ad consilium primis postulationibus referebatur, incredibilis erat seueritas nulla uarietate sententiarum: nihil impetrabat reus: plus accusatori dabatur, quàm postulabat: triumphabat (quid quaeris?) Hortensius se uidisse tantum. nemo erat, qui illum reum, ac non millies condemnatum arbitraretur. me uero teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quae consurrectio iudicum facta sit, ut me circunsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quae mihi res multo honorificentior uisa est, quàm aut illa, cum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hae (ut mos est) circunferrentur, nostri iudices aspicere noluerunt. multo haec inquam nostra res maior. itaque iudicum uocibus, cum ego sic ab his, ut salus patriae, defenderer, fractus reus, & una patroni omnes conciderunt. ad me autem eadem frequentia postridie conuenit, quacum abiens Consulatu sum domum reductus. clamare praeclari Ariopagitae se non esse uenturos, nisi praesidio constituto. refertur ad consilium: una sola sententia praesidium non desiderauit. defertur res ad senatum: grauissime, ornatissimeq; decernitur. laudantur iudices. datur negotium magistratibus. responsurum hominem nemo arbitrabatur. ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. nosti caluum, ex Nanneianis, illum laudatorem meum: de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per unum seruum, & eum ex ludo gladiatorio, confecit totum negotium: accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. iam uero (ò Dij boni rem perditam) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. ita summo discessu bonorum, pleno foro seruorum, XX. iudices ita fortes tamen fuerunt, ut summo proposito periculo uel perire maluerint, quàm perdere omnia. XXXI. fuerunt, quos fames magis, quam fama commouerit. quorum Catulus cum uidisset quendam, quid uos (inquit) praesidium à nobis postulabatis? an, ne numi uobis eriperentur, timebatis? habes, ut breuissime potui, genus iudicij, & causam absolutionis. Quaeris deinceps, qui nunc sit status Reip. & qui meus. Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione, & auctoritate Consulatus mei fixus, & fundatus uidebatur

tur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum scito esse de manibus uno hoc iudicio, si iudicium est, triginta homines populi R. leuissimos, ac nequissimos numulis acceptis ius, & fas omne delere, & quod omnes non modo homines, uerum etiam pecudes factum esse sciebant, id Caluum, & Plautum, & Spongiam, & cæteras huiusmodi quisquilias statuere nunquam esse factum. sed tamen ut te de Rep. consoler, non ita, ut sperarunt mali, tanto imposito Reip. uulnere, alacris exultat improbitas in uictoria: nam plane ita putauerunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore, ut aperte uictrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoq; peteret sui doloris, quem improbissimo cuiq; inusserat seueritas Consulatus mei. idem ego ille (non enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola, quam nolo alijs legi) idem inquam ego recreaui afflictos animos bonorum, unumquenq; confirmans, & excitans. insectandis uero, exagitandisq; numarijs iudicibus, omnem omnibus studiosis, ac fautoribus illius uictoriæ παῤῥησίαν eripui. Pisonem Cos. nulla in re consistere unquam sum passus: desponsam homini iam Syriam ademi: senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui: Clodium præsentem fregi in senatu cum oratione perpetua plenissima grauitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes: nam cætera non possunt habere eandem neque uim, neque uenustatem remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα uos appellatis: nam, ut Idib. Maij in senatum conuenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi de summa Rep. atque ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga accepta patres conscripti conciderent, ne deficerent, uulnus esse eiusmodi, quod mihi neq; dissimulandum, neq; pertimescendum uideretur, ne aut ignorando stultissimi iudicare muribis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium iam esse à iudicibus in Remp. immissum. erras Clodi: non te iudices urbi, sed carceri reseruarunt, neque retinere in ciuitate, sed exilio priuare uoluerunt. quamobrem patres conscripti erigite animos, retinete uestram dignitatem. manet illa in Rep. bonorum consensio: dolor accessit bonis uiris, uirtus non est imminuta: nihil est damni factum noui, sed, quod erat, inuentum est in unius hominis perditi iudicio. plures similes reperti sunt. sed quid ago? pene orationem in epistolam inclusi. Redeo ad altercationem. surgit pulchellus puer: obijcit mihi, me ad Baias fuisse. falsum: sed tamen quid huic simile est inquam? quasi in operto dicas fuisse. quid, inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? narra inquam patrono tuo, qui Arpinateis aquas concupiuit. nosti enim marinas. quousq;, inquit, hunc Regem feremus? Regem appellas inquam, cum Rex tui mentionem nullam fecerit? ille autem Regis hæreditatem spe deuorarat domum, inquit, emisti. putas, inquam, dicere, iudices emisti? iuranti, inquit, tibi non crediderunt. mihi uero inquam XX. iudices crediderunt: XXXI. quoniam numos ante acceperunt, tibi nil crediderunt. magnis clamoribus afflictus conticuit, & concidit. Noster autem status est hic. apud bonos ijdem sumus, quos reliquisti: apud sordem urbis, & fæcem multo melius, quàm reliquisti: nam & illud nobis non obest, uideri nostrum testimonium non ualuisse: missus est sanguis inuidiæ sine dolore, atque etiam hoc magis, quòd omnes illi fautores illius flagitij rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus confitentur. accedit illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij, misera, & ieiuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat. & hercule multa, & iucũda cõsuetudine coniuncti inter nos sumus, usque eo, ut nostri isti comessatores coniurationis, barbatuli iuuenes illum in sermonibus Cneum Ciceronem appellent. itaq; & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoritia fistula auferebamus. nunc est expectatio comitiorum, in quæ omnibus inuitis trudit noster Magnus Auli filium, atque in eo neq; auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modo asellus onustus auro posset ascendere. Consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negotium dicitur, & domi diuisores habere: quod ego non credo. sed S.C. duo iam facta sunt, odiosa, quòd in Consulem facta putantur, Catone, & Domitio postulante: unum, ut apud magistratus inquiri liceret: alterum, cuiusmodi diuisores

haberent, aduersus Remp. Lurco autem Trib. pl. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit solutus est & Aelia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio claudus homo promulgauit ita comitia in a.d. VI. Cal. Sext. dilata sunt. noui est in lege hoc, ut qui numos in tribu pronuntiauerit, si nõ dederit, impune sit: sin dederit, ut, quoad uiuat, singulis tribubus HS. ∞ ∞ ∞. debeat. dixi, hanc legem P. Clodium iam antea seruasse: pronuntiare enim solitum esse, & non dare. sed heus tu, uides ne Consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν uocabat, si hic factus erit, fabam mimum futurum? quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, & istos Consulatus non ἐλαφιτέον? Quod ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire: equidem mallem, ut ires: ac uereor, nequid in ista re minus commode fiat: sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, præsertim cum egomet in prouinciam non sim profectus. Epigrammatis tuis, quę in Amaltheo posuisti, cõtenti erimus, præsertim cum & Chilius nos reliquerit, & Archias nil de me scripserit. ac uereor, ne Lucullus, quoniam græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Antonio tuo nomine gratias egi, eamq; epistolam Mãlio dedi. ad te ideo antea rarius scripsi, quòd non habebam idoneum cui darem, nec satis sciebam quid darem. te ualde uindicaui. Cincius siquid ad me tui negotij detulerit, suscipiam: sed nunc magis in suo est occupatus, in quo ego ei non desum. tu, si uno in loco es futurus, crebras à nobis literas expecta, est plures etiã ipse mittito. uelim ad me scribas, cuiusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ, & quæ poemata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. lubet mihi facere in Arpinati. ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti. Vale.

σχόλια



IVDICIO) Clodiano. Præter opinionem omnium) quum omnes putarent fore, ut iudices à Prætore legerentur, ut erat ab Senatu constitutum. ep. 11. h. l. & ita Clodius condemnaretur. Præliatus) ut præliũ ep. 15. l. 4. ὕστερον πρότερον) præpostere secũdum uel de secundo prius ὑστερολογίαν etiam uocãt Grãmatici, quum aliter, atque ordo postulat, aut ꝓpositum est narramus. ὁμηρικῶς) Homerice, ut Homerus. qui sæpe hac figura ὕστερον πρότερον dicta utitur. ego quoque, quum tu duo quæras, ad secundum prius respondebo. Clamor) ut ep. 11. h. l. Illa causa) Clodiana. Ille) Clodius. Confugisset) post rem actam in Senatu. ep. 11. h. l. Vteretur) me comperisse omnia criminans. ibid. Pisonem) Cos. ibid. Curionem) qui nullum S. C. fieri uoluerat. ibid. Hortensius) ibid. Religione) Clodiana. ibid. Fusius Trib. pl.) ibid. Consulari) à Coss. promulgata ep. 10. h. l. Rogatione) de religione. ibid. Iudicum) qui quũ rogatione Consulari à Prætore essent legendi, lege Fusia aliter hoc est forte de more lecti uidentur. Nullis) quãuis iniquis. Contraxi uela) Prouerb. Testimonio) qua nocte pro populo fiebat, Clodium Romæ fuisse, quum ille diceret se fuisse interamnæ, ut postea probauit. ep. 1. l. 2. & orat. pro Mil. Absolutionis) Clodij. πρὸς τὸ πρότερον) ad prius, ad id, quod priore loco quæsisti. Fuit) causa absolutionis. Fusius) Trib. pl. Legi) rogationi de pollutis sacris. ep. 10. h. l. Intercederet) apud populũ, quãuis in Senatu cessisset. ep. 11. h. l. Ferebatur) à Coss. ep. 10. h. l. Illum) Clodium. In infamiæ relinqui sordibus) al. in infamia relinqui, ac sordibus. Id fuisset factum, si Fusius intercessisset. nã reus, ac in sordibus etiã uestitus reorũ more fuisset relictus, donec iudicium fieret. Ductus) Hortẽsius ut lesus. ep. 11. h. l. Odio) in Clodiũ, à cuius postea seruis Hortẽsius ipse penè interfectus est, quũ Ciceroni adesset. orat. ꝑ Mil. Illũ) Clodiũ. Plũbeo gladio) Prouer. Sic, uti) al. sicuti. Reprehẽdatur) al. reprehẽdebatur. Reiectio) ep. 15. l. 4. & Ascon. Verr. 2. Accusator) Lẽtulus. orat. de resp. et Val. Max. l. 4. ca. 2. subscriptor C. Fãnius. ep. 24. l. 2. Reus) Clodius. Clemẽs lanista) Prouerb. Senatores,) nam. M. Aurelius Cotta præt. legẽ tulit, ut Senatores, et eqtes Ro. ac Tribuni ærarij simul iudicarent. Liu. l. 97. Ascon. Verr. 1. & Paterc. l. 2. Aerarij) qbus attributa erat pecunia, ut Militi redderent, Tribuni ærarij sunt dicti. Varr. de ling. lat. à tribuẽdo ære sunt appellati, inquit Sext. Põp. pecunia in stipẽdiũ Militum de ærario à Tribunis ærarijs adnumerari Quæstori solet. Ascon. Verr. 3. Tribunos ærarios studio defendendæ Reip. conuenisse scribit orat. 4. in Catil. Vt appellantur, quam) al. quàm ut appellantur: rectius, nisi fallor. non enim dubium erat, quin Tribuni ærarij dicerentur, sed tunc, quum pecuniam ob iudicandum accepissent, ep. seq. κατὰ παρωνομασίαν ærati quasi numati dicebantur, atque idipsum uulgo ita, ut uere dicat, appellantur. Fugare) repellere, reijcere, alij, effugere. Ille) Clodius. Non potuerat) quòd non posset uere dicere, eos aut sibi inimicos, aut ex aliqua re incõmodos fore. tũc enim potuisset. Ascon. Verr. 2. quum liceret plures reiicere. orat. pro Cn. Planc. sed lege Pompeia postea cautum est, ut quinque tantum accusatori, & totidem reo reijcere liceret. Ascon. orat. pro Mil. & Dion. l. 40. Consilium) Iudicum, quo Prætor utebatur. ep. 11. h. l. Petitionibus) al. postulationibus. Me) quem ille comperisse omnia criminatus erat. ep. 11. h. l. Aduocatorum) aduocati dant cõsilium, uel sententiam suam dicunt in rebus amicorum dubijs. Teren. in Phorm. ius suggerunt, aut præsentiam suam commodant amicis, Ascon. Verr. 2. etiam extra iudicium. orat. pro A. Cecin. & orat. pro A. Cluent. aduocatus post patronũ, &

laudatorem

laudatorem collocatur. Audisse)usque istinc,ut ep.11.b.l.tanta fuit acclamatio Clodianorum aduersa. Honorificētiōr) εἰρωνικῶς. nam quis honor à tam sceleratis hominibus proficisci poterat? Illa)res. Tui)Athenienses.ep.10.l.5. Xenocratem)τὸν φιλόσοφον χαλκηδόνιον. Diogen.& Suid. Dicentem)publice,&,ut mos Græcorum est,iurādi causa ad aras accedentem.orat.pro L.Corn.Balbo. Probibuerunt)ne iuraret,reclamantes.ibid.& Vale. Max.l.2. cap.5. Metelli Numidici)Q.Cecilij.L.F. Metelli Numidici.orat.pro L.Cor.Balbo,& Plin.de uiris illust.qui Cos.fuit cum M.Iunio Sylano.Sallust.in Bel.Iugurt. Mos est)in iudicijs repetundarū,de quibus causam tunc dicebat.orat.pro Cor. Balbo. Circūferrētur)inspiciendi nos causa.ibid. Nostri)Romani. Iudices)equites,qui tunc iudicabant.ibid. Noluerūt)ibid.& Val. Max.l.2.cap.5. Itaque)al.idque. Reus)Clodius. Reductus)ita,ut nemo,nisi qui mecum esset,ciuium esse in numero uideretur.orat.in.l.Pis. Præclari Ariopagitæ)εἰρωνικῶς,ut ep.14.l.4.aliter ep.11.b.l. Consilium)ipsorum iudicum. Vna sola sententia)inter ipsos iudices.nam reliqui omnes præsidium desiderarunt. Desiderant)à Senatu. Decernitur)præsidiū. Datur)ut præsidiū constituant. Hominem)Clodium. ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὅππως, δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε) dicite nunc mihi Musæ,quo modo iam primum ignis incidit,Iliad.π. quidem in naues,hic in Rempub.Roma.hinc enim prospicio iam nunc,quantum malum impedeat Reip.orat.de resp. Nosti)ostendit hoc uerbo Caluum uel adolescentē fuisse, ut in Brut.uel ita ignobilem,ut necesse esset ita præfari,id magis ostendit paulò post,quum inter quisquilias numerat. Caluum)C.Licinium Caluum oratorē C.Curionis filio æqualem.in Brut. Nanneianis)uel quòd esset ex Nanneijs,de quibus Q. Cicero de petitione Consul.& postea adoptatus fortasse à C.Macro ep.3.b.l.uel q. esset νανοφυὴς,ut loquitur Aristoph. ἐν τῇ εἰρήνῃ, hoc est,nanus natura,ut dixisset Gell.l.19.cap.13.nam Caluum statura parua fuisse scribunt Senec.& Catull. et sic erit iocus ex ambiguo. Laudatorē)hinc fortasse par pari retulit ep.21.l.15.fam. Accersiuit) iudices, collegas suos. Certarum)al scortorum.Senec.ep.98. Mulierum)matronarum.Val.Max.l.9.cap.1. Adolescētulorum)eodem ordine penè usus est orat.pro Mil.Clodius semper secum scorta,exoletos, & lupas ducebat. Introductiones) Senec.ep.98. XXI) al.XXV.recte.nam idem scribit Plutar.in Cic. Perire)dum Clodium condemnarent. Fames magis,quàm fama)παρανομασία Commonerit)ut absoluerent. Catulus)ep 10.b.l.Plutar.in Cic.& Dion.l.37. Eriperentur) erepti essent nunc, nisi à Senatu præsidium postulassent.orat.de resp. Diuino)Dijs enim imortalibus ducibus eam mentem,uoluntatemq; suscepi.orat.4 in Catil.& orat.pro P.Sylla. Confirmatū)ep.lōga ad Lētul. Respexerit) sic ep.1.l.7. Triginta)atqui paulo ante XXXI.sed hic unum non curat. Plutar.quoque. in Cice.triginta scribit:omnes igitur erant LVI.uel.LI. quot postea etiam de Mil.iudicarunt. Ascon quot penè etiam dicuntur ep.14.l.4. Ius)ius humanum. Fas)ius diuinum. Pecudes)ὑπερβολὴ. Factum esse)sacra polluta esse.ep.9.& 10.b.l. Sciebant)al.sciant. Caluum) al.Talnam.ep.29.l.13. Plautum)al. Plancum. Spongiam)ὄνομα κύριον,ut diceret Suid. Religio)pollutis sacris. Pudicitia)stuprata Pompeia,ep.9.b.l.et quidem in puluinaribus Bonæ Deæ,orat.de resp.Vnde dixit orat.pro dom.quid te impurius, qui religiones omneis pollueris aut ementiendo,aut stuprando? Iudiciorum fides)corruptis hoc modo iudicibus. Senatu)cui de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta.orat.pro Mil. Inusserat)al.incusserat. Idem) qui fuerā Cos.talis. Idem inquam) ἐπανάληψις post,παρένθεσιν,quæ frequēter fit hisce particulis:inquam,ueruntamen,tamen,igitur: Græcis, οὖν,ἀλλὰ. Omnem omnibus)παρονομασία. Victoriæ)Clodianæ. παῤῥησίαν)licentiam,libertatem loquendi,quæ uellent,de hac uictoria. Desponsam) à Q.Fusio Caleno Trib.Pl.ut postea P.Clodius Trib.pl.Gabinio illam despondit.orat.pro dom. Homini)C. Pisoni Cos. Oratione perpetua)l.2.de finib. Ex qua)altercatione. Pauca)paulò post posita. Cætera)quæ ad orationem pertinent. Non possint)& icciroo non scribo. ἀγῶνα) certamē,contentionē,actionem ep.12.l.5. Vos)Græci ut Demost. sæpe,præsertim orat.περὶ τοῦ στεφάνου. Plaga)μεταφορὰ. Accepta)in negocio Clodiano. Ne aut ignorando stultissimi iudicaremur)hic omnes aliquid desiderari putant:nos, si legatur ita,ne haud ignorando stultissimi iudicaremur,credimus hunc sensum elici posse:ne,quum cæteri,qui ignorant,stulti habeantur,nos,qui Clodij factum non ignoramus,stultissimi iudicaremur,si illud dissimularemus,aut pertimesceremus.neque enim id ignorabant.& sic erit quædam quasi species τοῦ ὀξυμώρου. Bis absolutum)semel absolutum legimus apud Plutar.in Cicero. sed uerisimile est de eo,qui decoxisset,& Senatu motus esset,idem,& Dion.l.37.quique talis esset,qualis describitur orationib.in Catil. Lentulum)P.Cornelium Lentulum Suram. Bis)incesti,Oros.l.6.cap.3.& repetūdarum. orationib.pro P.Sella,& M.Cælio,& in toga candid.quādo Clodius est præuaricatus.orationib.de resp.& in L.Pis. Catilinā)ep.1.b.l. Hunc)P.Clodium. Exilio priuare)ut priuare molestia.ep.21.l.12. Illa)quæ fuit in meo Consulatu. Accessit) ex hoc iudicio. Quod erat) sed erat occultum. Hominis)P.Clodij. Plures) ut iudices,& qui Clodio fauebant. Surgit)dicturus epist.11.b.l. Pulchellus)P. Clodius è gente Claudiorum,qui pulchri dicuntur.Puer)adhuc imberbis:Plutar.in Cic. Baias) ubi libidines,amores, adulteria, conuiuia, comessationes.cantus,& symphoniæ audiri solent.orat.pro M.Cælio. Fuisse)tanquàm hominem perditum. Falsum)falsum,dixi ego,me ad Baias fuisse.alij, falsum,ut sit εἰρωνικῶς dictum. Huic)tuo facto.al.hoc recte.ut,inquit,ad Baias fuerim,quod falsum esse dixi,qua tamen in re hoc tuo facto est simile? Operto) Bonæ Deæ.Paradox.4. Ascon. in orat.pro Mil. Fuisse)ut te fuisti:ep.9.&.10.b.l. Arpinati) quasi agresti,& montano. Aquis calidis) quales sunt Baianæ. Cor. Celsus lib.2.cap.17.Strab.l.5.& Plin.lib.31.cap.2. Patrono tuo) Clodiæ sorori tuæ, quæ te, ut patronus, sua gratia defendit. Arpinates aquas) me uiruis licet Arpinatem. Plutar. in Ciceron. aquas uero dixit, ut Clodio responderet, & quòd Clodia aquis delectabatur.orat.pro M.Cælio. Nosti)tu Clodi. Marinas)ubi piratarum contumelias perpessus es,& Cilicum libidines,barbarorumq; satiasti.orat.de resp.uel Baianas interpretentur.quæ sunt ad mare, & ad quas Clo

dia commeniebat sæpe.orat.pro M.Cælio al. Marianas. sed diuerso sensu,hoc est,patronus tuus,siue Caluus, siue Clodia cõcupiuit aquas Marij,qui & ipse fuit Arpinas.nosti enim tu Attice aquas Marianas ita,ut necesse non sit mihi ... scribere. Hunc) Ciceronem, Regem)sic L.Torquatus appellauit. orat.pro P.Sylla. Rex)Q. Martius Rex Terentiæ sororis tuæ maritus.Plutar.in Cic.fecerit)in testamento? Ille)Clodius. Emisti,) de Crasso.ep.10.h.l. Emisti)ut tu Clodi emisti. Iuranti)ut testi. nam iurati testes dicebant. Ascon.Verr.3. Nõ crediderunt)me contra tuum testimonium absoluẽtes. Mihi uero)al.imò uero. XX.)al.XXV.ut supra. Crediderunt)te condemnantes. Nil crediderunt)ex ambigua. Non ualuisse)in iudicio Clodiano. Missus est sanguis)epis.1.l.6. Fautores)ut Piso Cos.Fusius Trib.pleb.& Curio F.ep.11.h.l. Flagitij)Clodiani. Redemptam)nummis,& stupris, Concionalis)ad faciendas conciones apta. Hirudo)tanquam hirudo non missura cutem nisi plena cruoris.Prouerb. Aerarij)unde largitiones fieri cupit,quales Tribuni nimis populares facere solent,ut Saturninus. Autor ad Herenn.l.1. Magno)Pompeio populari.epi.17.huius lib. Diligi)ita,ut me ipsa quoque diligat. Putat)nescit tamen,quum ille sit homo tectus.ep.9.l.4. Coniuncti)epist.16.h.l.& orat.pro dom. Nostri isti)reliquias appellant ep.11.h.l. Comesatores)sic orat.pro Cælio. Coniurationis)ut describit orat.2.in Catil. Barbatuli)ibid.& ep.11.h.l. Illum)Pompeium. Cneum Ciceronem)ex ipso & me iunctum. sic ep.14.l.4. Ludis)ut megalensibus,circensibus,& Apollinaribus,quibus hæc epistola,certe non multò ante VI.Cal.Sext.scripta uidetur,ut uere dicat,auferebamus. Gladiatoribus)ep.1.l.2. ἐπισημασίας) significationes,ep.3.l.14.& quasi plausus,ut epi 19.l.2. Pastoritia fistula)quasi βουκολιασμῷ. ἦν δέ αὔλησις τοῖς ἡγουμένοις τῶν βοσκημάτων ὁ βουκολιασμός. Athen.l.14. Pastores enim ἰδίαις ᾠδαῖς utuntur,Theocriti interpres:&,dicunt in tenero gramine pinguium custodes ouium carmina fistula:& delectatur amica tibiæ mixtis carminibus non sine fistula.orat.l.4.carm.quum olim uirorum clarorum laudes ad tibiam canebantur. Tusc.1.& 4.& Pind.olym.od.10.nos uero sine fistula plausus huiusmodi auferebamus, & nõ obscure commendabamur. Comitiorum)consulariũ. In quæ)comitia.al.in qua. Trudit)Plutar.in Põpeio & Cat.& Dion.l.37. Magnus)Pompeius. Audi filium)L.Afranium Aul.F.ep.15.h.l. Quibus)nummis. Philippus)Macedonũ Rex,& Alexandri Magni pater,qui diffidit urbium portas,& subruit æmulos Reges muneribus.Orat.l.3.carm. Dicebat) Plutar.in apophth. Consul)M.Piso. Deterioris)peioris,minus boni,alij tamen nomen histrionis esse uolunt. Similis)quòd,ut histrio deterior in scena,sic ille male,aut nihil agat in Rep.ep.10.h.l. Suscepisse)Põpeij causa,cuius gratia & ipse Cos. est factus.ep.11.h.l. Negotium)truderet Afranij in comitia. Domi)suæ. Diuisores)tribuum Verr.2.& Ascon.qui nummos candidatorum nomine diuidebant.magistros curiarum uocat Plaut.in Aul. Non credo)ut de Cos.uel ut de homine,qui sit ἀπρακτότατος ,quique Pompeium odisse cœperit.ep.11.h.l. Consulem)ἐμφάσις. Putantur)quòd apud magistratus inquiri liceat,& qui diuisores habeant,contra Remp.facere censeãtur:quum is et magistratus sit,& diuisores domi habere dicatur. Catone)M.Catone Pompeij ambitioni aduersante.Plutar. Domitio)L.Domitio Aenobardo.epist.1.h.l. qui Porciam Catonis sororem habet uxorem.epist.o.36.l.13. Apud magistratus) in ædibus magistratuum,quàm coram magistratibus, interpretari malo. Inquiri)de hac largitione,& diuisoribus. Cuiusmodi diuisores haberent) al. cuiusmodi diuisores habitarẽt.Vnde opinio est,legi posse: cuius domi diuisores habitarẽt:uel,q eiusmodi diuisores haberẽt:uel q domi diuisores habeat,eum:uel,cuiusmodi diuisores haberent:ut ep.7.l.4.fam.multi legunt. Aduersus h. ẽp.)facere.sic ep.24.l.2.et ep.8.l.8.fam. Lurco)M.Aufidius Lurco.orat.pro L.Flacc.& Varr.l.3.cap.6.de re rust. Magistratum) Tribunatum. Lege Aelia)ep.9.l.2. Solutus est)ne possit impediri ea lege,si quis de cœlo seruet.ibid. Fusia)ibid. Bono auspicio) εἰρωνικῶς, quod claudus homo sit,quum in auspicio nihil esse debeat uitij. In a.d.)in ante diem.ep.10.l.2. VI.Cal.Sext.) tunc enim sæpe fiebant comitia.ep.1.h.l. Lege)Lurconis de ambitu. In tribu)in tribus,legi oportere, malim,uideant docti,quã necesse mihi sit plura dicere, ne longum faciam, Pronunciauerit) sic orat. pro Cn.Planc.& per centurias pronunciare dixit Suetõ. in Cæs. Tribubus) al.tribulibus.hinc tribules decuriauisse . orat.pro Cn.Planc. HS. ∞ ∞ ∞) al. HS. CCCCXXXV. quæ summa ferri potest,quum illa uix in Rege sit ferenda. Non dare) sed populum fraudare,& diuisores domi suæ crudelissima morte mactare.orat.de resp. Curio)pater.ep.11.h.l. ἀποθέωσιν) relationem in Deos:deificationem uertunt alij.ep. 7.l.12. Vocabat)cum meum Consulatum probaret.ep.15.l.12.& Philip.2. Hic)L. Afranius. Factus)Cos.quo honore sit indignus.ut ignauus.ep.15.h.l. Fabam mimum)mimum fabam inscriptum, ut Laberius suos inscripsit,Virginem,Tuscum,Ephebum.alij, fabulam mimum:quod si placet, nobis quoque placet distinguere.ut orat.pro M.Cælio,ubi legitur,mimi ergo est exitus,non fabulæ,penè docet distinguendum: fabulam, mimum,hoc sensu:non ne uides Consulatum futurum fabulam,ut dixit Orat.od.11.τῶν ἐπῳδῶν:& mimum. rem etiam magis ridiculam,qui secũdum fabulas introduci solet:ep.16.l.9. fam.alij, fabam numum:prouerb.alij,fabulam omnium. sed quoniam in omnibus penè libris manu scriptis legimus, faba mimum,iampridem suspicati sumus,atq; adeo nunc etiam suspicamur,legendum esse: fabæ minimum,hoc est,hilum,quod grano fabæ adhæret,ut scribit Sext.Pomp.& Varr. in libris de ling.lat.& de analog.minimum,interpretatur,& hominem nihili,qui non hili sit,dici scribit,et hæc inania expertus est Cicero.ep.5.l.2. φιλοσοφητέον)philosophandum est.φιλοσοφηθέον, scribere oportuit. sic refert se ad literas,& studia.ep.15.l.4.& omnem curam,et operam ad philosophiam se contulisse scribit ep.3.l.4. fam. Tu)quem alia ratio ad honestum otium duxit.ep. seq. Pacis) cum L.Saufeio.Nep.in uita.& alijs Philosophis.ep.12.l.5.& l.5.de finib. Non ἐλαφητίον) non more cerui fugiendum: dictum,ut illud poetæ:pacem ab Rege petendum. al.nomine ἐλαφητὸν; al.non floccifacteon,non flocci faciendum,ut ep.2 4. 9.4.ut uerbum latinum græce extulerit,quum φιλοσοφητέον dixisset.atque id ipsum ut animi affectum magis exprimeret.

Asiã)quæ Q. fr.obtegit.ep.sup. Ire)Q. fr.legatũ.Nep.in uita. Ista re)Asiæ administratiõe. Fiat)à Q. fr.ut hoïe iracũdo.ep.1.l.1.ad Q. fr. Cõsiliũ)nõ eũdi in Asiã. Prouinciã)quã deposui in conciõe.ep.1.l.2. Amaltheo)paulò post. Posuisti)de rebus meis. Chilius)ep.7.h.l. sed uelim,cõsiderẽt eruditi,an legi possit:C. Heluius,ut sit C.Heluius Cina poeta illis tẽpibus illustris.al.Thylius,Vnde legi possit,Tullius.Pli.l.31.cap.2. Archias)A.Licinius Archias poeta,pro quo extat oratio. Scripserit)adhuc.nam paulo post inchoauit.ibid. Lucullus)L.Lucullus.ep.16.h.l.quanquàm multi quẽdam poetam significari credunt. Græcum)græce enim scribebat.ep.16.h.l. Cæcilianam)Statij Cæcilij. Spectet)ut & ipse fabpulas Cæciliano more,& non historias,ut cœpit, scribat ep.16.h.l. Antonio)C.Antonio collegæ meo.ep.9.h.l. Gratias egi)quòd te in negotio Sicyonio iuuit,ep.10.h.l.ut ab eo petieram ep.5.l.5.fam. Manlio)T.Manlio,qui Thespijs negotiatur.ep.22.l.13.fam. Te ualde)al.uale.te. Vindicaui)puniui,ultus sum,tibi par pari retuli,rarius ad te scribens,quam tu quoque rarò ad me scribas. Cincius)ep.5.h.l. Detulerit) ut procurator tuus ibid. ἀμαλθεῖον) bibliothecam amaltheon appellatam, ep.10.h.l.uel monimentum,in quo uersibus,qui honore,rerumque amplitudine cæteros Ro.Pop.præstiterant,exposuisti ita,ut sub singulorum imaginibus facta,magistratusque eorum nõ amplius quaternis, quinisque uersibus descripseris.Nepos in uita. τοποθεσίαι)loci descriptio.ep.10.h.l. De ἀμαλθείαι)de Amalthea.ibid. sic.de προπυλαίῳ ep.6.l.6. & de ὁμοπλοίᾳ ep.5.l.16. Facere.)tale quid,Amaltheam.ep.1.l.2.

CICERO ATTICO S. 14



MAGNA *mihi uarietas uoluntatis,& dissimilitudo opinionis, & iudicij Quinti fratris mei demonstrata est ex literis tuis,in quibus ad me epistolarum illius exempla misisti.qua ex re & molestia sum tãta affectus,quantam mihi meus amor summus erga utrunque uestrum afferre debuit,& admiratione,quidnam accidisset,quod afferret Quinto fratri meo aut offensionem tam grauem,aut commutationem tantam uoluntatis.atq; illud à me iam ante intelligebatur,quòd te quoque ipsum discedẽtem à nobis suspicari uidebam,subesse nescio quid opinionis incommodæ,sauciumq; eius animum,& insedisse quasdã odiosas suspiciones:quibus ego mederi cum cuperem & antea sæpe,& uehementius etiam post sortitionẽ prouinciæ nec tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literæ tuæ declarant,nec tantum proficiebam quantum uolebam.sed tamen hoc me ipse consolabar,quòd nõ dubitabam,quin te ille aut Dyrrhachij aut in istis locis uspiam uisurus esset.quod cum accidisset,confidebã,ac mihi persuaseram fore,ut omnia placarentur inter uos nõ modo sermone,ac disputatione,sed conspectu ipso,congressuque, uestro: nam quanta sit in Quinto fratre meo comitas,quanta iucunditas,quam mollis animus & ad accipiendam,& ad deponẽdam offensionem, nihil attinet, me ad te, qui ea nosti, scribere. sed accidit perincommode,quòd eum nusquam uidisti:ualuit enim plus quòd erat illi nonnullorum artificijs inculcatum,quàm aut officium,aut necessitudo,aut amor uester ille pristinus,qui plurimũ ualere debuit.atque huius incomodi culpa ubi resideat,facilius possum existimare,ꝙ scribere:uereor enim,ne, dum defendã meos,non parcam tuis:nam sic intelligo,ut nil à domesticis uulneris factum sit,illud quidem, quod erat,eos certe sanare potuisse.sed huiusce rei uitium totius, quod aliquanto etiam latius patet, quam uidetur,præsenti tibi cõmodius exponam.De his literis, quas ad te Thessalonicam misit, & de sermonibus,quos ab illo & Romæ apud amicos tuos,& in itinere habitos putas, ecquid tantum causæ sit ignoro, sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius leuandæ molestiæ:nam si ita esse statueris,et irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum,& eosdem placabiles,& esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ plerunque bonitati,&,id quod caput est, nobis inter nos nostra siue incõmoda,siue uitia,siue iniurias esse tolerandas, facile hæc, quẽadmodum spero, mitigabuntur.quod ego,ut facias,te rogo:nam ad me,qui te unice diligo,maxime pertinet,neminem esse meorum,qui aut te non amet,aut abs te nõ ametur. Illa pars epistolæ tuæ minime fuit necessaria,in qua exponis,quas facultates aut prouincialiũ,aut urbanorum commodorum & alijs temporibus,& me ipso Consule ꝑtermiseris:mihi enim perspecta est & integritas,& magnitudo animi tui: neq; ego inter me,atq; te quicquã interesse unquã duxi,præter uoluntatem institutæ uitæ,ꝙ me ambitio quędã ad honorũ studium,te autem alia minime reprehẽdenda ratio ad honestũ otium duxit: uera quidem laude probitatis,diligentiæ,religionis neque me tibi,neque quenquam antepono:amoris*

uero erga me, cũ à fraterno amore, domesticoq; discessi, tibi primas defero: uidi enim, uidi, penitusque perspexi in meis uarijs temporibus & solicitudines, & lætitias tuas: sunt enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. quin mihi nunc te absente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maxime deest. quid dicam, in publica re? quo in genere mihi negligenti esse, non licet. an in forensi labore? quem antea propter ambitionẽ sustinebam, nunc ut dignitatem tueri gratia possim? an in ipsis domesticis negotijs? in quibus ego cum antea, tum uero post discessum fratris te, sermonesq; nostros desidero? postremo nõ labor meus, nõ requies, non negotium, non otiũ, non forenses res, nõ domesticę, non plubicę, non priuatę carere diutius tuo suauissimo, atq; amãtissimo cõsilio, ac sermõe possunt. atq; harũ rerum cõmemorationẽ uerecundia sæpe impediuit utriusque nostrum. nunc autẽ ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te, ac mores tuos mihi purgatos, ac probatos esse uoluisti. atque in ista incommodatione alienati illius animi, & offensi, illud inest tamen commodi, quòd & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquãdo testificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ, ut, quod unà non estis, non dissensione, ac dissidio uestro, sed uoluntate, ac iudicio tuo factum esse uideatur. quare & illa, quæ uiolata, expiabuntur; & hæc nostra, quæ sunt sanctissime conseruata, suam religionem obtinebunt. Nos *hic in* Rep. *infirma, misera, commutabilique uersamur: credo enim te audisse, nostros equites penè à senatu esse disiunctos. qui primum illud ualde grauiter tulerunt, promulgatum ex* S.C. *fuisse, ut de ijs, qui ob iudicandum pecuniam accepissent quęreretur. qua in re decernenda cum ego casu non affuissem, sensissemque id equestrem ordinem ferre moleste, neque aperte dicere, obiurgaui senatum, ut mihi uisus sum, summa cum auctoritate, & in causa non uerecunda, admodum grauis, & copiosus fui. ecce aliæ deliciæ equitum uix ferẽdæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornaui.* A*siani quid de* Censoribus *conduxerunt: questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulauerunt. ego princeps in adiutoribus, atque adeo secundus: nam, ut illi auderent hoc postulare,* Crassus *eos impulit. inuidiosa res, turpis postulatio, & confessio temeritatis. summum erat periculum, ne, si nihil impetrassent, plane alienarentur à senatu. huic quoque rei subuentum est maxime à nobis, perfectumque, ut frequentissimo senatu, & libentissimo uterentur: multaque à me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt* Cal. Dec. *& postridie: neque adhuc res confecta est, sed uoluntas senatus perspecta: unus enim contradixerat* Metellus Cos. des. *diu erat dicturus, ad quem propter diei breuitatem peruentum non est, heros ille noster* Cato. *sic ego conseruans rationem, institutionemque nostram, tueor, ut possum, illam à me conglutinatam concordiam. sed tamen, quoniam ista sunt infirma, munitur quædam nobis ad retinedas opes nostras tuta, ut spero, uia, quam tibi literis satis explicare non possum, significatione parua ostendam tamẽ. utor* Pompeio *familiarissime. uideo, quid dicas. cauebo, quę sunt cauenda, ac scribã aliàs ad te de meis consilijs capessendæ* Reip. *plura.* Luceiũ *scito* Cõsulatũ *habere in animo statim petere: duo enĩ soli dicunt petituri.* Cęsar *cũ eo coire per* Arriũ *cogitat, &* Bibulus *cũ hoc se putat p* C. Pisonem *posse coniũgi. rides? nõ sunt hæc ridicula, mihi crede. quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt, sed in aliud tempus. te si expectari uelis, cures ut sciam. iam illud moleste rogo, quod maxime cupio, ut quam primũ uenias.* Non. Dec. Vale.

σχόλια



OLVNTATIS) *ergate.* Prouinciæ) *Asiæ. epist. 12. h. l.* Visurus esset) *in Asiam proficiscent.* Quinto fratre) *in cuius summis laudibus una excipitur iracundia. epist. 1. l. 1. ad Q. fr.* Mollis) *flexibilis. ep. 12. l. 10.* Vellet) *effecit enim, ne te uidere uoluerit.* Necessitudo) *propter Pomponiam.* Defendam) *scribens.* Meos) *meum fratrem.* Tuis) *Pomponiæ sorori tuæ.* Domesticis) *Quin. fratris.* Misit) *Quin. frater.* Sermonibus) *maledictis. episto. 8. lib. 11.* Illo) *Quinto fra.* Omnis) *omnis spes.* ὑπέρβατον. Mollitiem) *episto. 21. lib. 2.* Te rogo) *al. te oro.* Prætermiseris) *ut mecum, & cum fratre esses.* Integritas) *al. ingenuitas, ut ingenuitas, & magnitudo animi ad eam liberalitatem referantur, quam Nepos in Attico fuisse scribit, neque temporariam, neque callidam.* Otium) *Philosophiæ. ep. sup.* Duxit) *non merita, sed iudicio. Nepos in uita.* Vidi *enim, uidi)*

di) πολλολογίας. Quo tu excellis) quo tu abundas. ep. 15. l. 3. Mihi) tot honoribus functo. Non licet) ut et Resp. animũ quem debeo, præstem, ep. longa ad Lent. & ne dem ansam calũniãdi aduersarijs, & inimicis. Non labor meus) hic est ἐπιφορὰ, siue ἐπιβολὴ, & ἀντίτιτον. Incommodatione) al. incommoditate. Alienati) à te. Illius) Q. fr. Aliquãdo testificata) al. aliquanto ante testificata. Esse) tu legatus, ille prætor. Iudicio) quo semp Reipu. pcuratione fugisti. Nep. in uita. Illa) quæ ad Q. fr. ptinẽt. Nostros) q. & nos equestri loco sumus orti. orat. 1. cõtra Rull. et Nep. in Attic. Eqtes) eqtatũ. ep. 1. l. 2. Disiũctos) quos ego cõiũxi: ibid. Primũ) ut ep. 8. l. 16. Tulerũt) itaq̃ à Senatu decretũ cõtra eqtes, qui iud carẽt, ep. sup. q̃uis Senatores quoq, et Tribuni ærarij iudicassent. Promulgatũ) M. Catone cẽsente. ep. 1. l. 2. Ob iudicãdũ) ob rẽ iudicandã. ibid. accepissent) ut acceperant. ep. sup. Quæreretur) iudiciũ cõstitueretur. epist. 1. l. 2. Obiurgaui) dissentiens. ibid. Non uerecunda) λιτότης, uel ἐζουθενισμὸς: Igitur inuerecunda, & turpi. quid enim turpis quàm dicere, non esse quærendum de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepissent? sed ita retinendi ordinis causa faciendũ fuit. ep. 1 l. 2. Tuli) concordiæ cã. Asiam) eqtes. publicani. Societas. q̃ Asiæ uectigalia cõduxerat. Cẽsoribus) q uectigalia locare solẽt, orat. 1. cõtra Rull. Cupiditate) lucri. Induceret̃) deleret̃, ut ep. 12. h. l. & ep. 17. l. 4. Atq; adeo) μετάνοια. Auderẽt hoc postular̃,) al. auderẽt: ut duo uerba, hoc postulare ex iñtpretatiõe accessisse uideri possint. Crassus) ep. 3. h. l. Impulit) more suo, q malorũ patrocinia suscipe solet. Sall. ĩ Catil. Alienarent̃) ut postea alienati sunt. ep. 1. l. 2. Libẽtissimo) al. lib. alissimo. Adhuc) usq; ad No. Decẽb. Metellus) Q. Cæcilius Metel. Celer. ep. 1. l. 5. fam. Cos. Des.) cũ L. Afranio. ep. seq. Diu erat dicturus) q̃si more suo. Val. Max. l. 2. ca. 5. et Gell. l. 4. ca. 10. al. q erat dicturus. Diei breuitatẽ) ut in Bruma. Heros) ut ep. 4. l. 14. Cato) M. Cato. ep. seq. Conglutinatam) in cliuo capitolino. ep. 1. 2. Vtor Pompeio) ep. sup. Familiarissime) epist. 16. h. l. Dicas) cauendum esse ab eo, qui inuideat. episto. 10. huius lib. Lucceium) L. Lucceium. episto. 9. huius lib. Duo) M. Bibulus, & C. Iulius Cæsar. & propterea uult Lucceius tertius accedere. Cæsar) C. Iulius Cæsar. Eo) Lucceio. Coire) coitionẽ facere, ut ep. 1 . l. 4. Arrium) Q. Arrium in Brut. & Liu. l. 96. Cogitat) ut, quoniam Lucceius inferior est gratia, pecuniaque pollet, nummos de suo, communi nomine per centurias pronũciet. Suet. in Cæs. Bibulus) M. Bibulus. Hoc) eodem Lucceio, uel Arrio, qui & ipse his temporibus ambisse uidetur. epis. 7. l. 2. C. Pisonem) ep. 11. h. l. Coniungi) per coitionẽ, nisi ita uolumus ĩterpretari: Bibulus, q̃uis gerat inimicitias cũ Cæsare ex Aedilitate, & Prætura cõceptas, Cæs. l. 3. de bel. ciu. putat tamen se per C. Pisonem ita cum eo posse coniungi, ut Cos. cum eo fiat. Sed in aliud tempus) differo, reseruo. ἀποσιώπησις. Te si expectari uelis) Romæ. Sed quoniam sic idem bis dicit, & quidem particula, iam, separatẽ, nos, ut in alijs etiam libris descriptum est, reponere non dubitamus: sed si in aliud tempus tu expectare uelis, cures, ut sciam. sunt quidem multa, sed tu cura, ut sciam, si tu ea uelis in aliud tempus expectare: nam si intellexero te expectaturum esse, tunc scribam. Moleste rogo) molestia afficior, toties rogans. al. modeste rogo: modeste autem rogo, quòd intelligam magis interesse tua, te id agere, quod agendum est, ut ep. 8. h. l. quid uero tunc ageret Atticus, intelliges ep. 10. h. l.

CICERO ATTICO S. 15

NIHIL mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me curæ aliqua afficiunt, unà communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam: abest enim frater ἀφελέστατος, & amantissimus Metellus. non homo, sed litus, atque aer, & solitudo mera. tu autem, qui sæpissime curam, & angorem animi mei sermone, & consilio leuasti tuo, qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum, et consiliorum particeps esse soles: ubinam es? ita sum destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur: nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent: itaque, cum bene completa domus est, tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari libere, aut suspirare familiariter possimus. quare te expectamus, te desideramus, te iam etiam accersimus: multa sunt enim, quæ me solicitant, anguntque: quæ mihi uideor, aureis nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse. ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes, & scrupulos occultabo, neque ego huic epistolæ, atque ignoto tabellario cõmittam. atque hi (nolo enim te pmoueri) non sunt pmolesti, sed tñ insident, & urgẽt, & nullius amãtis consilio, aut sermone requiescunt. In Rep. uero, quanquam animus est præsens, tamen uoluntas etiam atque etiam ipsa me deficit: nam, ut ea breuiter, quæ post tuũ discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse: etenim post profectionem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ: in qua ego nactus, ut mihi uidebar, locum resecandæ libidinis, & coercendæ iuuentutis, uehemens fui, & omneis profudi uires animi, atque ingenij mei, non

odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis. afflicta Resp. est empo, constupratoque iudicio. uide, quæ sint postea consecuta, Consul est impositus is nobis, quem nemo præter nos philosophos aspicere sine suspirio posset. quãtum hoc uuinus: facto S.C. de ambitu, de iudicijs nulla lex plata, exagitatus senatus, alienati equites Romani sic ille annus duo firmamenta Reip. per me unum constituta euertit, nam & senatus auctoritatem abiecit, & ordinum concordiam disiunxit. instat hic nunc ille annus egregius eius initium eiusmodi fuit, ut anniuersaria sacra iuuentutis non committerrentur: nam M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiauit. Menelaus ægre id passus diuortium fecit, quanquam ille pastor Idæus Menelaum solum contempserit: hic noster Paris tam Menelaum quàm Agamemnonem liberum nõ putauit. Est autem C. Herennius quidam Trib. pl. quem tu fortasse ne nosti quidem, tametsi poteris nosse: tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius numos uobis diuidere solebat. is ad plebem P. Clodium traducit, idemque fert, ut uniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat. hunc ego accepi in senatu, ut soleo: sed nihil est illo homine lentius. Metellus est Consul egregius, & nos amat, sed imminuit auctoritatem suam, quòd habere dicit causam promulgatam, illud idem de Clodio. Auli autem filius, ó Dij immortales: quam ignauus, ac sine animo, milites que dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat. Agraria autẽ promulgata est à Flauio sanè leuis, eadem ferè, quę fuit Plotia. sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ quisquam inueniri potest: qui poterat, familiaris noster (sic est enim: uolo te hoc scire) Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam. Crassus uerbum nullum cõtra gratiam. cæteros iam nosti, qui ita sunt stulti, ut amissa Rep. piscinas suas fore saluas sperare uideantur. unus est, qui curet, constantia magis, & integritate, quam (ut mihi uidetur) consilio, aut ingenio, Cato, qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem uexat, neque ijs à senatu responsum dari patitur. ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere ante, quã publicanis responsum sit. quare etiam legationes reiectum iri puto: nunc uides, quibus fluctibus iactemur: & si ex ijs, quæ scripsimus, tamen etiam à me non scripta perspicis, reuise nos aliquando, & quanquam sunt hæc fugienda, quò te uoco, tamen fac, ut amorem nostrum tanti æstimes, ut eò uel cum his molestijs peruenire uelis, nam, ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. sub lustrum autem censeri, germani negociatoris est, quare cura, ut te quamprimum uideamus. **Vale.**

XI. Cal. Febr. Q. Metello, & L. Afranio Coss.

σχολια.

HOMINEM) *amici quasi περίφρασις, ut in Lel. Quid dulcius, quàm habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? Frater) Q. fr. in Asiam profectus. ep. 12. h. l. sed quoniam iampridem fuerat profectus, & quidem Attico iratus ep. sup. uereor, ne putidum sit nunc ad Atticum scribere, eum abesse, & eum illi tantopere commendare. Quare iungi fortasse posit, frater Metellus, siue Metellus ille loco fratris, siue frater patruelis fuerit. Quòd si consobrinus frater, ut patruelis frater, dicatur, hoc loco legi commode posit, Visellius, non Metellus. C. enim Visellius Varro Ciceronis consobrinus fuit. in Brut. & orat. de prouinc. consul. ἀφιλόστοργος) frugalissimus, simplicissimus, optimus. sic ἀφιλὴς γυνὴ ἡ ἀπόνηρος, καὶ ἀδοὶ ἐγγύη dicitur. Aristoph. interpres in Equitib. Et) hac etiam coniunctione ita posita ἀφιλόστοργος & amantissimus potius, quàm frater & Metellus copulantur. Quòd si uoluisset separare, potius ita dixisset: ἀφιλόστοργος frater, & amantissimus Metellus. Non homo) mihi uideor. Mera) al. mea. Consilio) quo excellis. ep. sup. Socius) & sæpe signifer, ac princeps. ep. 1. l. 2. Vxore) Terentia. ep. 2. h. l. Filiola) Tulliola. ibid. Cicerone) meo filio iam quartum annum agente. ibid. Completa) salutatoribus. Tempore matutino) prima & secunda hora. nam prima salutantes, atque altera continet hora. Martial. Descẽdimus) hora tertia. exercet raucos tertia causidicos. idem. Hi) aculei, uel scrupuli. Animus) νοῦς; uel θυμὸς potius, quàm ψυχή, cuius quem βούλησις sit δύναμις. ut scribunt Philosophi, nescio quam recte dici tunc posset: animus est præsens, tñ uoluntas me deficit. Fabulæ Clodianæ) ep. 9. 10. & 13. h. l. Nactus) quãdo recreaui afflictos animos bonorum ep. 13. h. l. Libidinis) quæ pœnas ab optimo quoq; petebat sui doloris. ibid. Iuuentutis) iuuenũ barbatulorũ. ep. 11. h. l. Profudi) in dicẽda sñia. ep. 13. h. l. Cõstuprato) stupris etiã corrupto. ibid. Cõsul) M. Piso. ep. 10. h. l. Nos Phos) ep. 13. h. l. Facto S.C. de ambitu) facto S.C. ut lucro Trib. pl. legẽ de ambitu ferret. Iudicijs) de pollutis sacris ep. 12. h. l. & de his, q ob iudicãdũ pecuniã accepissent. ep. sup. Nulla lex perlata) ex S.C. nã de religione tulit fusius Trib. Pl. ep. 13. h. l. Exagitatus Senatus) ibid. Alienati) quod grauiter tulerunt, ex S.C. promulgatum fuisse, ut de ijs, qui ob iudicãdum pecuniã accepissent,*

quæreretur ep. sup. & ep. 1. l. 2. Ille annus) M. Messala, & M. Pisone Coss. ep. 10. h. l. Per me) Cos. Constituta) iactis fundamentis ex Cal. Lan. ep. long. ad Lent. Autoritatem) per Clodium uiolatam. orat. de resp. Dissoluit) equatatus enim Senatum deseruit. ep. 1. l. 2. Ille annus) Q. Metello, et L. Afranio Coss. Egregius) εἰρωνικῶς propter Afranium Cos. Sacra iuuentutis) sacra pro iuuenibus instituta. Sext. Pomp. erat & Romæ Iuuentutis ædes. Liu. & Plin. Committerentur) fierent, ut ludi. M. Luculli) fratris L. Luculli. Plutar. in Lucull. Memmius) C. Memmius, qui M. ipsum Lucullum de repetundis accusarat. Plutar. in Lucul. Suis sacris) sacris Cerealibus ab ipso factis. Polician. Miscel. ca. 85. Initiauit) uiciauit quidem, ut etiam scriptum est, sed in uerbo ad sacra præsertim Cereris pertinente iocari uoluit Cicero. Menelaus) M. Lucullus Fecit) cum uxore. Pastor Ideus) Paris, qui Phrygius etiam pastor à Poeta, & ab Ouidio Idæus adulter uocatur. Menelaum) cuius uxorem Helenen rapuit. Noster Paris) C. Memmius. Menelaum) M. Lucullum. Agamemnonem) Cn. Pompeium Magnum, qui nunc à Cicerone Agamemnon, & postea ab omnibus est dictus. Dion. l. 41. & Appian. l. 2. Liberum non putauit) quippe quum ad ipsius Pompeij tanquam hominis serui uxorem de stupro codicillos Nicæ Grammatico dederit. Suet. in Grammat. C. Herennius) ep. seq. Diuidere solebat (quòd in uestra tribu diuisor esset: sic ep. 13. h. l. Ad plebem) ut à P. Fonteio adoptatus, et Plebeius factus, Trib. pl. fieri possit. orat. pro dom. Traduci) de traducendo agit. ep. seq. De re.) de adoptione, uel de lege curiata, qua lege possit adoptari. orat. pro dom. & ep. 7. L. 2. hunc) C. Herennium. Illo) eodem Herennio. Metellus) ep. sup. Consul) cum L. Afranio. Egregius) sanè bonus ep. seq. & φιλόπατρις, ep. 1. l. 2. Amat) admodum diligit. ep. seq. Imminuit) apud nos ipse ita, ut non ita facile illi credamus. Quod habere dicit causam promulgatam, illud idem de Clodio) quod dicit se illud, quod agit Herennius de Clodio, causam promulgatam habere, quum uere promulgata non sit, & ab eo ut Cos. ne promulgetur, impediri debeat: ut postea impedita est multum, ep. 1. l. 2. sic habere leges promulgatas. orat. in Vat. dubitabat uero Cicero, quoniam Metellus erat Clodij frater patruelis, orat. pro M. Cælio, & uir sororis. ibid. & ep. 1. l. 2. Auli autem filius) L. Afranius alter Cos. ep. 13. & 17. h. l. Sine animo, milesque dignus) al. sine animo miles: quàm dignus recte. nam Pompeij miles fuit Afranius, Plutar. in Pomp. & absurdum est, militem esse sine animo, & quam particula repetita grauiorem facit orationem. Palicano) ep. 1. h. l. hic fortasse moleste ferebat Afranium sibi prælatum fuisse. Præbeat) sic Sannio Terentianus in Adelph. sed hic ad male audiendum, ille ad uerberandum. Agraria) lex. ep. seq. Promulgata est) autore Pompeio. ibid. Flauio) L. Flauio Trib. pl. ibid. & Dion. l. 37. hic postea Prætor Des. dicitur ep. s. 2. l. 1. ad Q. fr. Leuis) quæ nihil habeat populare, præter autorem. ep. seq. Plotia) ea uidetur esse, quàm Cæsar suasit. Suet. in Cæs. & Gell. l. 13. cap. 3. πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ) ciuilis & Reipub. studiosus uir neque in somnijs. Prouerb. ne per somnium quidem. Qui poterat) inueniri, & esse πολιτικός. Volo te hoc scire) ne dubites, & aliquid dicas ep. sup. Togulam illam pictam) uestem triumphalem. Liu. l. 30. nam T. Ampius, & T. Laberius Tribb. pl. legem tulerant, ut Pompeius ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium uteretur. Patercul. l. 2. & Dion. l. 37. atque ita nos amicis olim Venetiis exposuimus. Crassus) ep. 3. h. l. Nullum) facit. Gratiam) quam tanti facit, ut neminem non appellet nomine. Plutar. præsertim uideatur Consulatum secundum non multò post petiturus. ep. 5. l. 2. Cæteros) ut Philippum, Hortensium, & Lucullum. Piscinas) hinc piscinarios uocat ep. seq. & ep. 17. h. l. & ep. 1. l. 2. Plin. l. 9. cap. 54 & Varr. l. 3. cap. 3. de re rust. Constantia) qua tanquam in Platonis πολιτείᾳ sententiam dicit. ep. 1. l. 2. Cato) ep. 11 h. l. Publicanos) Asianos. ep. sup. Vexat) præfracte nimis ærarium, uectigaliaque defendens. l. 3. de off. Responsum) de inducenda locatione. ep. sup. Legationes reiectum iri puto) ep. 11. h. l. Tamen etiam) al. tanta etiam. Censeare) in censum referare. Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniasque censento. l. 3. de legib. Lustrum) Seruius, inquit Liu. l. 1. instructum exercitum omnem in campo Martio sue, oue, tauroque tribus lustrauit: idque conditum lustrum appellatum. sortiebantur Censores, uter lustrum faceret Varr. in libris de ling. latin. & bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. l. 1. de diuin. Germani) ueri, meri. Negotiatoris) qui certo in loco non consistat, & Romam raro, & serò ueniat.

CICERO ATTICO S. 16

NON modo si mihi tantum esset otij, quantum est tibi: uerum etiam, si tam breueis epistolas uelim mittere (quod tu soles facere), te superarem, & in scripto multo essem crebrior, quàm tu. sed ad summas, atque incredibileis occupationes meas accedit, quod nullam à me epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia uenire. & primum tibi (ut æquum est) ciui amanti patriam, quæ sunt in Rep. exponam: deinde, quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quæ scire te non nolle arbitramur. Atque in Rep. nunc quidem maxime Gallici belli uersatur metus: nam Edui fratres nostri pugnant: Sequani male pugnarunt: & Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionesque in prouinciam faciunt. senatus decreuit, ut Consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, uacationes ne ualerent, legati cum autoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darentque operam, ne hæ cum Heluetijs se iungerent. legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, &, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lentullus Clodiæ fi

*lius. atque hoc loco illud non queo præterire, quod, cum de consularibus mea prima sors exisset, una
uoce senatus freq̃uẽs retinendũ me in Vrbe censuit. hoc idẽ post me Pompeio accidit: ut nos duo quasi
pignora Reip. retineri uideremur: quid enim ego aliorũ in me ἐπιφωνήματα expectẽ, cũ hęc domi in
nascant? Vrbanę autẽ res sic se habẽt. agraria lex à Flauio Trib. pl. uehemẽter agitabat auctore
Pompeio. quæ nihil populare habebat, ꝑter auctorẽ. ex hac ego lege secunda concionis uolũtate
omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum pertinebant: liberabam agrum eum, qui P.
Mutio, L. Calphurnio Coss. publicus fuisset: Syllanorum hominum possessiones confirmabam: Vo
lateranos, & Artemitanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possessione re
tinebam: unam rationem non reijciebam, ut ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis ue
ctigalibus per quinquennium reciperetur. huic toti rationi agrariæ senatus aduersabatur, suspicans
Pompeio nouam quandam potentiam quæri. Pompeius uero ad uoluntatem perferendæ legis incũ
buerat. ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium priuatorum possessiones:
is enim est noster exercitus, hominum, ut tute scis, locupletium. populo autem, Pompeioq́; (nam id
quoque uolebam) satisfaciebam emptione, qua constituta diligenter, & sentinam Vrbis exhauriri,
& Italiæ solitudinem frequẽtari posse arbitrabar. sed hæc tota res interpellata bello refrixerat.
Metellus est Consul sane bonus, & nos admodum diligit. ille alter ita nihil est, ut plane, quid erit,
nesciat. hæc sunt in Rep. nisi illud etiam ad Remp. putes pertinere, Herennium quendam Trib. pl.
tribulem tuum, sane hominem nequam, atque egentem. sæpe iam de P. Clodio ad plebem traducendo
agere cœpisse. huic frequenter interceditur. hæc sunt (ut opinor) in Rep. Ego autem, ut semel No
narum illarum Decembrium iunctam inuidiæ: ac multorum inimicitijs eximiam quandam, atque im
mortalem gloriã consecutus sum: non destiti eadem animi magnitudine in Rep. uersari, & illam in
stitutam, ac susceptam dignitatem tueri. sed postea, quàm primum Clodij absolutione leuitatẽ, infir
mitatemq́; iudiciorũ ꝓspexi, deinde uidi nostros publicanos facile à senatu disiungi, quãquã à me ipso
non diuellerentur, tum autẽ beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) nõ obscure nobis inui
dere: putaui mihi maiores quasdam opes, & firmiora præsidia esse quærenda. itaque primum eum,
qui nimium diu de rebus nostris tacuerat, Pompeium adduxi in eam uoluntatem, ut in senatu non se
mel, sed sæpe, multisque uerbis suis mihi salutem imperij, atque orbis terrarum adiudicarit: quod nõ
tam interfuit mea (neq; enim illæ res aut ita sunt obscuræ, ut testimoniũ, aut ita dubiæ, ut laudationẽ
desiderẽt) q̃ Reip. q̃ erãt q̃dã improbi, qui cõtentionẽ fore aliquã mihi cũ Põpeio, ex illarũ rerũ dis
sensione, arbitrarent. cũ hoc ego me tãta familiaritate cõiunxi, ut uterq; nostrũ in sua rõne munitior,
& in Rep. firmior hac cõiunctiõe eẽ possit. odia aũt illa libidinosę, et delicatę iuuẽtutis, q̃ erãt in me
incitata, sic mitigata sunt quadam comitate mea, me unum ut omnes illi colant. nihil iam denique
à me asperum in quenquam fit, nec tamen quicquam populare, ac dissolutum, sed ita temperata
tota ratio est, ut Reip. constantiam pręstem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, ini
quitatem malorum, odium in me improborum adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. atque
ita tamen nouis amicitijs implicati sumus, ut crebro mihi uafer ille Siculus insusurret Epicharmus
cantilenam illam suam:* νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *ac nostræ quidem ratio
nis, ac uitæ quasi quandam formam (ut opinor) uides. De tuo autem negotio sæpe ad me scribis,
cui mederi nunc non possumus: est enim illud S.C. summa pedariorum uoluntate, nullius nostrum
auctoritate factum: nam, quòd me non esse adscriptum uides, ex ipso S.C. intelligere potes, aliam
rem tum relatam. hoc autem, de populis liberis, sine causa additum, & ita factum est à P. Seruilio
filio, qui in postremis sententiam dixit: sed immutari hoc tempore non potest. itaque conuentus, qui
initio celebrabantur, iamdiu fieri desierunt. tu si tuis blanditijs tamen à Sicyonijs numulorum ali
quid expresseris, uelim me facias certiorem. Commentarium Consulatus mei græce compositum
misi ad te. in quo si quid erit, quod homini Attico minus græcum, eruditumque uideatur, non dicam,
quod tibi (ut opinor) Panormi Lucullus de suis historijs dixerat, se, quo facilius illas probaret*

Romani

Romani hominis esse, iccirco barbara quædam, & obsoleta dispersisse: apud me siquid erit eiusmodi, me imprudente erit, & inuito. latinum si perfecero, ad te mittam. tertium poema expectato, ne quod genus, à me ipso laudis meæ prætermittatur. hic tu caue dicas, τίς πατέρ' αἰνήσει. si est enim apud homines quicquam, quod potius sit, laudetur, nos uituperemur, qui non potius alia laudemus: quanquam non ἐγκωμιαστικὰ sunt hæc, sed ἱστορικὰ quæ scribimus. Quintus frater purgat se mihi per literas, & affirmat nil à se cuiquam de te secus esse dictum, uerum hæc nobis coram summa cura, et diligentia sunt agenda, tu modo nos reuise aliquando. Cossinius hic, cui dedi literas, ualde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui uisus est, & talis, qualem esse eum tuæ mihi literæ, nuntiarant. Vale. Idib. Martijs.

σχόλια



QVOD tu soles facere) alij, quàm tu soles. Scripto) alij, scribendo. Venire) al. peruenire. Proximi) secundũ patriam. Te non nolle) al. te nolle, sed uel, te non nolle: uel, te uelle, legere oportet. Gallici belli) Cæsar. l.1. Edui fratres nostri) ep.10. l.7. fam. & Cæs. l.1. Pugnant) contra nos, quos fratres uocant. Sequani) Cæs. l.1. Heluetij) ibid. Prouinciam) Galliam Narbonensem. Faciunt) Cæs. l.1. Consules) Q. Metellus Celer, & L. Afranius. ep. sup. Duas Gallias) Cisalpinam, & Transalpinam. Vacationes) quæ bello gallico ualebant, tumultu non ualebant. Philip. 8. ut hic penè tumultus censeatur. Autoritate) qua possint ea, ad quæ mittuntur, conficere, etiamsi Senatum non consulant. Iungerent) al. coniũgerent. Q. Metellus Creticus) à Creta paulò ante uictà dictus. ep. 8. ad M. Brut. orat. pro Cn. Planc. & Liu. l. 98. et. 99. L. Flaccus) pro quo extat orat. τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον) in lente unguentum. Prouerb. Lentulus) non sine ioco, Lentulus in lente unguẽtum, quãuis græce sit locutus. Clodiæ filius) οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. ut inquit Thelemachus odys. α. & ita Clodiam uidetur mordere ut impudicam, quum illam matrem Lentuli uocet, & præter morem patris nomen taceat, qui tamẽ fortasse Q. Martius Rex credebatur, qui iam decesserat. ep.13. h. l. Hoc loco) ubi de publica, nõ de re priuata scribo. Nõ queo) quouis sciam ad Remp. de qua nunc scribo non pertinere. Quid enim) αἰτιολογία, ne uerba illa, nos duo quasi pignora Reip. retineri uideremur, nimis arroganter dixisse uideretur. ἐπιφωνήματα) acclamationes. τὸ ἐπιφώνημα δὲ λόγος ἐστὶν ἔξωθεν ἐπὶ τῷ πράγματι παρ' ἡμῶν λεγόμενος. Hermog. l.4. περὶ εὑρέσ. Agraria lex) epist. sup. Flauio) ibid. Autore Pompeio) cuius militibus ea lege ager diuiditur. Dion. l.37. Autorem) Flauium, uel Potius Põpeium, in quo nihil non est populare ep. seq. Liberabam) sic agros liberare, & contrà publicare. orat. 1. contra Rull. P. Mutio, L. Calphurnio Coss.) an. ab ur. con 621. Publicus) publicatus, nisi fallor, à T. Graccho, qui illis Coss. occisus ẽ. Verr. 6. Syllanorum hominum) quibus à L. Sylla ipsæ possessiones sunt datæ. orat. 3. contra Rull. Volaterranos) quos diu obsessos Sylla in deditionem accepit. Liu. l. 89. Artemitanos) alij Arretinos. Nos nihil decernimus, quòd historia lateat: nisi forte legamus, Antemnanos, quòd sciamus Antemnam à Sylla captam. Plutar. in Syll. Antemnæ meminit Plin. l.3. cap. 5. & Strab. l.5. Publicarat) quum ciuitatem etiam eripere uellet. orat. pro. dom. Neque diuiserat) & sic illi. Syllani temporis acerbitatem, Deorum immortalium benignitate subterfugerunt. ep.4. l.13. fam. Vnam) ex ijs, quas Flauius proponebat. Emeretur) ad diuidendum. Nouis) nuper à Pompeio constitutis. ep.16. l.2. Aduersabatur) duce Q. Metello Cos. qui uel ob id à Tribuno pl. in carcere inclusus dicitur. ep.1. l.2. Pompeio) ut autori. Queri) hac lege agraria. Agrariorũ) agripetarum. ep.30. l.15. Emptione) ex aduentitia pecunia. Sentinam) sic orat. 1. in Catil. Frequentari) deductis colonis. Bello) Gallico. Metellus est Consul sanè bonus) ep. sup. Admodum diligit) amat. ibid. & quidem merito. ep.2. l.5. fam. Ille alter) Afranius. ep. sup. Ita nihil) ita ignauus. ibid. Quid erit) al. quid emerit. recte, emerat enim Cõsulatum. ep.13. h. l. sic penè Terent. in Eunuc. eò redigis me, ut quid emerim, egomet nesciam. Herenniũ) ep. sup. Tribulẽ tuũ) ibid. Nonarum illarum Decembrium) ep.1. l.2. Inuidiæ) cuius sanguis missus dicitur. ep.13. h. l. Inimicitijs) in principio Philip. 2. eximiam) quippe quum mihi uni conseruatæ Reip. gratulationem senatus decreuerit. orat. 3. & 4. in Catil. in Pis. & alibi sæpe. Non destiti) ep.13. h. l. Institutam) præsertim in meo Consulatu ex. Cal. Ian. ep. longa ad Lentul. Clodij absolutione) ep.13. h. l. Nostros publicanos) nostros equites. ep.14. h. l. Disiungi) ibid. Me ipso) qui Senatum obiurgaui, & illos adiuui. ibid. Piscinarios) ep. sup. Amicos tuos) ut Hortensium. Nep. in Attic. Inuadere) & si simulant amare. ep.3. l.1. ad Q. fr. Firmiora) quàm ista, quæ sunt infirma. ep.14. h. l. Tacuerat) à multis incitatus. ep.1. l.2. ita, ut ne mihi quidẽ sit gratulatus. ep.7. l.5. fam. Adiudicarit) nam mihi hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in Remp. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. l.1. de off. Quàm Reip.) cui ratio hæc utilior est, quàm mihi. ep. seq. Dissensione) ep.1. l.2. Familiaritate) ep.13. & 14. h. l. Libidinosæ, & delicatæ) cuius libido, ac nequitia pœnas iam ab optimo quoque petebat sui doloris. ep.13. h. l. Iuuentutis) mihi inimicissimæ. ep.7. l.2. In me) cuius Consulatus seueritas dolorem improbissimo cuique inusserat. ep.13. h. l. Illi) iuuenes. Malorum) al. maleuolorũ. Vafer) acutus. Tuscul. 1. Siculus) ibid. & Orat. ep.1. l.2. Epicharmus) Suidas. νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν) sobrius sis, & memẽto nõ credere artus hos mẽtiũ: uel, ut Q. Cicero in libello de petitione Consulatus uertit, sobrius esto, atque illud tenete, neruos, atque artus esse sapientiæ, non temere credere. Prouerb. nemini fidas, nisi cum quo prius modium sa-

lis absumpseris. Lucian.in Hermot.οὐκ ἐμὸν ἐρῶ, ἀλλὰ τινος τῶν σοφῶν, τὸ νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, & Demosth.Philip.2. τὴν ἀπιστίαν laudat. Tuo autem negotio) cum Sicyonijs ep. seq. Nunc possumus) quum inducendi S. C. maturitas nondum sit ibid. Pedariorum) Gell.l.3.cap.18. Voluntate) qua in sententiam concurrerunt.ep. seq. Nostrum) qui consulares sumus, & magistratibus functi. Me non esse adscriptum) al.me esse ad scribendum.recte, ut se excuset, quod scribendo affuerit, quum S.C. illud esset Contra rem Attici.affui.inquit, sed tunc alia res referebatur, ut ex ipso S.C. intelligere potes. esse uero ad scribendum, uidetur dictum, ut poni ad scribendum, ep.15.l.9.fam. Populis liberis) ut uidentur fuisse Sicyonij. Additum) ne (ut ego puto) cogantur Soluere. P.Seruilio) ep.1.l.2.& ep.15.l 4. Filio) nam pater adhuc uiuebat, & postea etiam uixit.ep.65.l.13 fam. In postremis) quippe quum nec Prætor quidem adhuc fuisset.ep.15.l.4. Immutari) induci.ep. seq. Nō potest) quum nondum sit maturitas.ibid. Cōuentus) hominum, qui S.C.induci cupiebant. Defierunt) quum uiderent immutari non posse.& ita nemo est iam, qui queratur.ep. seq. Blanditijs tamen) quamuis hoc S.C.non nihil impediaris. Sicyonijs) ep.10.h.l. Commentarium) librum, ep.1.l.2. Græce compositum) græce perfectum.ep.seq. Misi ad te) L.Cossinio ad te perferendum dedi.ep.1.l.2. Homini Attico) tibi.ep.10.l.5. Græcum) græce expressum. Lucullus) L. Lucullus. Suis historijs) de bello Marsico Plutar.in uita. Dixerat) quod sequitur, non quod scribit Gel.l.11.cap.8.ut uolunt, qui tempora confundunt, & historias. Illas) historias. Romani) non Græci, quamuis græce essent scriptæ. Barbara) latina, siue Romana: ut Marcus uortit barbare.Plaut. in Asinar.uel uitiose elata, Vnde barbarismus. autor ad Heren.l.4. Obsoleta) antiqua, quæ fugienda sunt.l.3.de orat.al.σόλοικα.ep.6.l.14 hinc solœcismus.autor ad Heren.l.4. Latinum) commentarium. Tertium poema) tertium librum.ep.3.l.2. τίς πατέρ' αἰνήσει;) τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; quis patrem laudabit, nisi infelices filij? Prouerb. quis te Cicero, qui pater patriæ à Q. Catulo es appellatus, uere laudabit, nisi improbi posteri, qui suis sceleribus causa erunt, ut ab omnibus non lauderis solum, sed desidereris etiam? iccirco nihil est, cur te ipse laudes. caue hoc dicas, inquit Cicero. Potius sit) laude, sed nihil potius est laude, laudemur igitur. argumentatio à cōsecutione, in Topic. Potius alia) quàm nos. ἐγκωμιαστικὰ) laudes continentia, laudatiua, ut uertunt alij. ἱστορικὰ) historica. Purgat) de sermonibus, quos ab illo habitos putabas.ep.4.h.l. Secus) ac deceat, male. sic ep.20.l.3. Cossinius) ep. seq. ep.1.l.2.ep.44.l.13. Varr.l.2.cap.3.de re rust.& ep.23.l.13.fam.

CICERO ATTICO S. 17




VM è Pompeiano me Romam recepissem ad IIII.Id.Maij, Cincius noster eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu Idib.Febr. dederas. ei nunc epistolæ literis his respondebo. ac primum, tibi perspectum esse iudicium de te meum, lætor: deinde, te in ijs rebus, quæ mihi asperius à nobis, atque à nostris, & iniucundius actæ uidebantur, moderatissimum fuisse, uehementissime gaudeo: idque neque amoris mediocris, & ingenij summi, ac sapientiæ iudico. qua de re cum ad me ita suauiter, diligenter, officiose, humaniter scripseris, ut non modo hortari te amplius non debeam, sed ne expectare quidem abs te, aut ab ullo homine tantum facilitatis, ac mansuetudinis potuerim: nihil duco esse commodius, quàm de his rebus nihil amplius scribere. cum erimus congressi, tum, siquid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de Rep. scribis, disputas tu quidem & amanter, & prudenter, & à meis consilijs ratio tua non abhorret: nam neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, neque sine nostris copijs intra alterius præsidia ueniendum: & is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non summissum, atque populare: ueruntamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed mehercule Reip. multo etiam utilior, quàm mihi, ciuium improborum impetus in me reprimi, cum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuantem sententiam confirmassem, & à spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem. quod si cum aliqua leuitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti æstimassem: sed tamen à me ita acta sunt omnia, non ut ego illi assentiens leuior, sed ut ille me probans grauior uideretur. reliqua sic à me aguntur, & agentur, ut non committamus, ut ea, quæ gessimus, fortuito gessisse uideamur. eos bonos uiros, illos quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse, σπάρταν non modo nunquam deseram, sed etiam, si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamen uelim existimes, me hanc uiam optimatum post Catuli mortem nec præsidio ullo, nec comitatu tenere: nam, ut ait Rhinton ut opinor, οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει. mihi uero ut inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reseruabo. à curia autem nulla me res diuellet: uel quòd ita rectum est: uel quòd rebus meis maxime consentaneum: uel quòd, à senatu quanti

fiam, minime me pœnitet. De Sicyonijs (ut scripsi ad te antea) non multũ spei est in senatu: nemo est enim iam, qui queratur. quare, si id expectas, longum est: alia uia, si qua potes, pugna. cum est actũ, neque animaduersum est ad quos pertineret, & raptim in eam sententiam pedary concurrerunt. inducendi S.C. maturitas nondum est, quòd neque sunt, qui querantur, & multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus est egregius Consul. unum reprehendo, q̃ otiũ e Gallia nõ magnopere nũtiari gaudet. cupit, credo, triũphare. hoc uellẽ mediocrius: cætera egregia. Auli filius uero ita se gerit, ut eius Cõsulatus nõ Cõsulatus sit, sed Magni nostri ὑπώπιον. De meis scriptis misi ad te græce perfectũ Consulatum meum. eum librum L. Cossinio dedi, puto te latinis meis delectari, huic autem græco græcum inuidere. alij si scripserint, mittemus ad te: sed, mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Papirius Pætus, uir bonus, amatorque noster mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donauit. cum mihi per legem Cinciam licere capere Cincius amicus tuus diceret, libẽter, dixi me accepturũ, si attulisset. nũc, si me amas, si te à me amari scis, enitere p̃ amicos, clientes, hospites, libertos deinque, ac seruos tuos, ut scheda ne qua depereat: nã & græcis his libris quos suspicor, et latinis, quos scio illũ reliquisse, mihi uehemẽter opus est. ego aũt quotidie magis, q̃ mihi de forẽsi labore tẽporis datur, in his studijs cõquiesco. p̃ mihi, p̃ inquã gratum feceris, si in hoc tã diligẽs fueris, quã soles in his rebus quas me ualde uelle arbitraris. ipsiusque Pæti tibi negotia cõmendo, de quibus tibi ille aget maximas gratias: &, ut iam inuisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo. Vale.

σχόλια



OMPEIANO) ep.1.l.2. & ep.9.l.4. Cincius) ep.1.h.l. Dederas) respondens ep.14.h.l. Iudiciũ) ibid. Nobis) qui non restitimus. Atque à nostris) uidetur esse quædam ἐπανόρθωσις, uel ἐπεξήγησις, hoc modo, à nobis, atque adeo à nostris. uel, à nobis, idest à nostris. significat autem Q. fr. & Pomponiam. ep.14.h.l. Neque amoris mediocris, & ingenij summi) sic ep.5.l.4. fam. neque tibi defuissem, coram que meum dolorem tibi declarassem: ep.4.h.l. neque id neglexi, sed est miro quodam modo affectus. orat. pro Mil. nulla uictoria neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam. orat. pro M. Scauro. neque illius Crassi factum superioris, iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M. Aquilius imitari potuit. & hic paulò post. non semper igitur postulat hæc coniunctio, neque, ut rursus inferatur, ut scribit Ascon. Coràm) sic ep. sup. Recedendum) decedendum. ep.1.l.2. Alterius) ut Põpeij. ibid. Is) Pompeius. Nihil excelsum) nihil illustre. ep.10.h.l. Populare) ep.1.l.2. Reip. multo etiã utilior) id enim non tam interfuit mea, quàm Reip. ep. sup. & ep.1.l.2. Reip. certe prodest. Conuertissem) ep. sup. Fortuito gessisse) sed fortes consilio fuisse. ep.2.l.5. fam. σπαρτάν) Spartam. Prouerb. Spartam nactus es hanc orna. ep.6.l.4. Permanebo) id ut postea fecerit, docet ep. longa ad Lentul. Catuli) ep.10.h.l. Mortem) Dion.l.37. illum uiuum neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquã de suo cursu uitæ aut spe, aut metu dimouere. orat. p P. Sest. Rhinthon) poeta Tarẽtinus. Suidas, Athen.l.3. & 11. Pollux l.7. & 10. Varr.l.3. cap. de re rust. fabulas etiã Rhinthonicas appellatas scribit Donatus. οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσιν, οἱ δ' οὐδὲν μέλει) alij quidem propè nihil sunt, alij uero nihil est curæ. Inuideant) ep. sup. Piscinary) ep.15.h.l. Sicyonijs) ep.10.h.l. Scripsi) ep. sup. Queratur) desierunt enim fieri conuentus. ibid. Longum est) immutari enim hoc tempore non potest. ibid. Alia uia) ut blanditijs. ibid. Actum) in Senatu. ibid. Ad quos pertineret) quum tamẽ ad multos pertineret. ep.1.l.2. Pedarij) ep. sup. Inducendi) ut ep.14.h.l. Nondum est) immutari enim non potest hoc tempore. ep. sup. Maleuolentia) in creditores. Aequitatis) in debitores, qui quum liberi sint, æquum non uidetur eos cogi. Metellus) ep.14.h.l. egregius Consul. ep.15.h.l. Reprehendo) in Metello. Gallia) unde prius nascebatur metus. ep. sup. Auli filius) Afranius. ep.15.h.l. Magni) Pompeij, qui illum in comitia omnibus inuitis trusit. ep.13.h.l. ὑπώπιον) liuor, ulcus, sanies. qua Romanos quasi sparsit Pompeius, illum omnibus inuitis Cos. faciens. λέγεται γὰρ ὑπώπια τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πελιδνώματα, ἢ τὰ ἐξ αὐτῶν ἐξιόντα πῦα. Suidas, Aristop. interpres, & Pollux, qui τὰ ὑπὸ τοὺς ὦπας τῶν πληγῶν ἴχνη, ὑπώπια uocari scribit l.2. & inter τὰ νοσήματα numerat l.4. alijs suggillatio, & infamia uertitur. erit enim infamia Pompeio, tam ignauum fecisse Cos. Consulatum meum) mei Consulatus commentarium. ep. sup. Dedi) perferendum. ep.1.l.2. Latinis) libris. Græco) libro, uel commentario. Græcum) Attici. ep. sup. & ep.10.l.5. Scripserint) de meo Consulatu. Nostrum) cõmentarium. Retardantur) sic conturbatur Græca natio ep.1.l.2. L. Papirius Pætus) ep.15.l.9. fam. Noster) ep.19.l.14. Ser. Claudius) frater. ep.16.l.9. fam. Donauit) ep.1.l.2. Legem Cinciam) quam M. Cincius de donis, & muneribus tulit. l.2. de orat. et de senect. cauebatur enim, neq; ob causam orandam pecuniam, donumue acciperet. Corn. Tacitus l.11. Licere) etsi causas oro. Cincius) quasi qui originem haberet ab eo Cincio, qui legem tulit. Amicus tuus) ep.1.h.l. Attulisset) ipse Cincius. & uidetur iocus ex ambiguo.



M TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER SECVNDVS

CICERO ATTICO S. 1



A L. Iun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, uenit obuiam tuus puer. is mihi literas abs te, & commentarium Consulatus mei græce scriptum reddidit. in quo lætatus sum, me aliquanto ante de ijsdem rebus græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse: nam, si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta uisa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; &, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnis eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit: quem tu Corcyræ, ut mihi aliis literis significas, strictim attigisti. post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti. quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiose probauissem. quanquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud ὑπόμνημα cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de ijsdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum. quid quæris? conturbaui Græcam nationem. ita, uulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut & Athenis sit, & in cæteris oppidis Græciæ: uidetur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiúculas autem & quas postulas, & plures etiam mittam, quoniam quidem ea, quæ nos scribimus adolescentulorum studijs excitati, te etiam delectant: fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ciuis ille tuus Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, ut σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος uideretur, curare, ut meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur. quarum una est in senatu Cal. Ian. altera ad populum de lege agraria, tertia de Othone, quarta pro Rabirio, quinta de proscriptorum filijs. sexta, cum prouinciam in concione deposui. septima, qua Catilinam emisi, octaua, quam habui ad populum postridie, quam Catilina profugit. nona in concione quo die Allobroges inuocarunt. decima in Senatu Non. Dec. sunt præterea duæ breues, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariæ. hoc totum σῶμα curabo, ut habeas. & quoniam te cum scripta, tum res meæ delectant, ijsdem ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim. at ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. Quod quæris, quid sit, quo te accersam. ac simul impeditum te negotijs esse significas. neque recusas, quin, non modo si opus sit, sed etiam si uelim, accurras: nihil sane est necesse: ueruntamen uidebare mihi tempora peregrinationis commodius posse distribuere nimis abes diu, præsertim cum sis in propinquis locis. neque nos te fruimur, & tu nobis cares. ac nunc quidem otium est. sed si paulo plus furor Pulchelli progredi posset, ualde te ego istinc excitarem. uerum præclare Metellus impedit, et impediet. quid quæris? est consul φιλόπατρις, & (ut semper iudicaui) natura bonus. ille autem non simulat, sed plane Tribunus pl. fieri cupit. qua de re cum in Senatu ageretur, fregi hominem, & inconstantiam reprehendi, qui Romæ Tribunatum pl. peteret, cum in Sicilia Aedilitatem sæpe dictitasset. sed neque

magnopere

magnopere dixi esse nobis laborandum, quod nihilo magis ei liciturum esset plebeio Remp. perdere, quàm similibus eius me Consule patricijs esset licitum. iam cum se ille septimo die uenisse à freto, neque sibi obuiam quenquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione iactasset: nihil ei noui dixi accidisse: ex Sicilia septimo die Romam, tribus horis Roma Interamnam: noctu introisse, item ante: non esse itum obuiam, ne tum quidem, cum iri maxime debuit. quid quæris? hominem petulantem modestum reddo, non solum perpetua grauitate orationis, sed etiam hoc genere dictorum. itaq; iam familiariter cum ipso cauillor etiam, ac iocor. quin etiam cum candidatum deducerem, is quærit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. negaui. at ego, inquit, nouos patronos instituam. sed soror, quæ tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat. noli, inquam, de uno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. non cõsulare, inquies, dictum. fateor: sed ego odi illam male consularem: ea est enim seditiosa, ea cum uiro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio, quòd eos mihi esse amicos moleste fert. Quod de agraria lege quæris, sane' iam uidetur refrixisse. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei præsidij causa cum illo coniunctum esse, sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte dissensio, maximas in Rep. discordias uersari esset necesse: quod à me ita præcautum, atque ita prouisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem, sed ut ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponeret. quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius, quàm de suis prædicare: sibi enim bene gestæ, mihi conseruatæ Reip. dat testimonium. hoc facere illum, mihi quàm prosit, nescio, Reip. certe prodest. quid, si etiam Cæsarem, cuius nunc uenti ualde sunt secundi, reddo meliorem? num tantum obsum Reip? quin etiam, si mihi nemo inuideret, si omnes, ut erat æquum, fauerent, tamen non minus esset probanda medicina, quæ sanaret uitiosas partes Reip. quàm quæ execaret. nunc uero cum equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino te signifero, ac principe collocaram, senatum deseruerit, nostri autem Principes digito se cœlum putent attingere, si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alij autem negligant, non ne tibi satis prodesse uideor, si perficio, ut nolint obesse, qui possunt: nam Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. sed tamen ille optimo animo utens, & summa fide, nocet interdum Reip. dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, *non tanquã in Romuli fece sententiam. quid uerius, quam in iudicium uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? censuit hoc Cato. assensit senatus. equites curiæ bellum, non mihi, nam ego dissensi. quid impudentius publicanis renuntiantibus? fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. restitit, & peruicit Cato. itaque nunc Consule in carcere incluso, sæpe item seditione commota, aspirauit nemo eorum, quorum ego concursu, itemque Consules, qui post me fuerunt, Rem. defendere solebant. quid ergo istos, inquies, mercede conductos habebimus? quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis, atque etiam seruis seruiamus? sed, ut tu ais,* ἄλις σπουδῆς. *Fauonius meam tribum tulit honestius, quàm suam, Luceij perdidit. accusauit Nasicam inhoneste, ac modeste tamen dixit, ut Rhodi uideretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse. mihi, quòd defendissem, leuiter succensuit. nunc tamen petit. iterum Reip. causa. Lucceius quid agat, scribam ad te, cum Cæsarem uidero, qui aderit biduo. Quod Sicyonij te lędũt, Catoni, & eius æmulatori attribuas Seruilio. quid? ea plaga nõ ne ad multos bonos uiros ptinet? sed si ita placuit, laudemus, deide in dissensionibus soli relinquamur. Amalthea mea te expectat, & indiget tui. Tusculanum, & Pompeianum ualde me delectant, nisi quod me illum ipsum uindicem æris alieni ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt. In Gallia speramus esse otium. prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta. & tamen, quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos: nam mihi Pomponia nuntiari iussit, te mense Quintili Romæ fore. id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat. Pætus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donauit. hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me*

amas, cura, ut conseruentur, & ad me perferantur. hoc mihi nil potest eße gratius. & tum græcos, tum uero latinos diligenter ut conserues, uelim. tuum eße hoc munusculum putabo. Ad Octauium dedi literas: cum ipso nil eram locutus: neq; enim ista tua negotia prouincialia eße putabam: neque te in Toculionibus habebam. sed scripsi, ut debui, diligenter. Vale.

σχόλια.

CAL. Iun.) Liber hic superiori, quod ad tempus pertinet, est continuatus. nam prima huius libri epistola post Cal. Iun. ultima uero libri primi post IIII. Id. Maij est scripta. Antium) ep.8.l.4. Gladiatores M. Metelli) quærimus historiam. Relinquenti) & ea negligenti, quæ sine causa mirãtur alij, ut ep.1.l.7. fam. Græce scriptum) à te. Nep. in uita Item) ut tuum. Dedisse) ep.16. & 17.l.1. Mulieres) mulier enim recte olet, ubi nihil olet. Plaut. in Most. Isocratis) quo nemo scientius in numerosa oratione uersatus est. in orator. ad Brut. μυροθήκιον) unguentariam thecam, quia nihil olebant, dixerat. sic λυκύθους ep.11.l.1. Discipulorũ) ut Theopompi, Ephori, Demostenisq; & aliorum. l.2. de orat. quorum multa præcepta de arte legit Cicero. l.2. de inuẽt. Aristotelica) Aristoteles enim de arte treis libros ad Theodect. & unum ad Alexand. scripsit. Corcyræ) ep.3.l.4. Attigisti) nondum perfectum. Accepisti) perfectum. ep.17.l.1. uel potius iocatur, ut Atticum quasi mendacij conuincat, qui primũ se strictim attigisse, deinde accepisse scripserat, atque idipsum fortasse, ut prius ipse suum composuisse uideretur. Tibi) meorum scriptorum Aristarcho. epist.11.lib.1. Rescripsit) al. scripsit. Rhodo) domo. Tuscul.2. & Plin.l.7.cap.30. Posidonius) familiaris noster. l.1. de finib. & Plutar. in Cice. ποσειδώνιος græce scribitur. Athen. & Suid. ὑπόμνημα) commentarium. epist.24.lib.15. Excitatum esse) excitatum esse se, placet legere. Quoniam quidem) sic epist.5.lib.14. alij, quandoquidem. Philippicæ) contra Philippum scriptæ. Ciuis ille tuus) Atheniensis, ut epist.13.lib.1. Demosthenes) orator. Refractariolo) græce dici putant, σκληρὸν, χαλεπὸν, ἀντίτυπον, ἀπεμφαῖνον. & sanè Cicero iudiciale genus mõ uocat asperũ. l.2. de orat. modo concertatoriũ, in Brut. mõ contortũ, in orator. ad Brut. & in Hegesia etiã fractũ notat in Brut. Abiũxerit) al. abiũxerat, & paulò ante, einiuerat. σεμνότερος τις, καὶ πολιτικώτερος) grauior quidam, & ciuilior: grãdior aliquis, & Reip. studiosior. Curare) me. curare. Cõsulares) ut in cõsulatu habitæ. Vna) quæ extat dimidiata. Altera) quæ extat. Lege agraria) quam P. Seruilius Rullus Trib. pl. ferebat. Tertia) non extat. Othone) L. Roscio Othone orat. pro L. Muræn. quãuis Plutar. in Cic. M. Othonem uocet, hic legem tulit, ut in theatro equitibus Ro. 14. ordines spectandi gratia darentur, atque ij à plebe disiungerentur. ibid. Ascon. Plin. & Orat. ep.1. Roscia dic sodes melior lex! Quarta) extat. Rabirio) C. Rabirio perduellionis reo. Quinta) non extat. Proscriptorum) à Sylla. Dion. l.37. Filijs) quos comitiorum ratione priuaui. orat. in L. Pis. & Plin.l.7. cap.30. Sexta) non extat. Prouinciã) Galliam. orat. in L. Pis. Depesu) ep.2.l.5. fam. prætermisi, ibid. neglexi. orat.4. in Catil. Septima) quæ prima est in Catil. Catilinam) ep.1.l.1. Emisi) potius, quàm eieci. orat.2. in Catil. Octaua) 2. in Catil. Populum) Quirities. Profugit) ex urbe. Nona) 3. in Catil. In concione) ad Quirities. Inuocarunt) alij, indicarunt, quos libenter sequimur, ut Vlturtius indicaret: &, indicatũ erat M. Cepario Apuliam esse attributam. orat.3. in Catil. eadem Galli fatentur, inquit Sallust. Decima) 4. in Catil. Non. Decemb.) quo die Senatus sumẽdum supplicium de coniuratis censuit. ep.16.l.1. & ep.1.l.10. Duæ) quarum altera extat, quæ tertia est contra Rullum, nisi forte eas significat, quas de lege, quam Flauius ferebat, uidetur habuisse ep.26.l.1. ἀποσπασμάτια) reliquiæ. ἀποσπάσματα, res quasdam euulsas & abscissas uocat Plat. in Phæd. σῶμα) corpus, ut penè dixit ep.13.l.5. fam. Iisdem ex libris) iisdem ex orationibus, quas libros uocat. ep.20.l.1. At ni poposcisses, ego me tibi nõ offerebam) al. aut ne poposcisses: ego enim tibi me non offerebã. Distribuere) al. describere. In ꝓpinquis locis) Buthroti. ep.7.l.3. Otium) à Clodio. Pulchelli) Clodij. ep.13.l.1. Posset) & non impediretur à Metello. Metellus) ep.14.l.1. Impedit) quippe quum in Senatu dixerit se Clodium fratrem patruelem incipientem furere, atque conãtem, sua manu interfecturum. orat. pro M. Cælio. & Dion l.37. φιλόπατρις) studiosus patriæ, & quidem ita, ut eius cõmoda etiam affinitati P. Clodij proponat. Cos. egregius ep 15.l.1. Indicata) quum illum in agrum Gallicum, Picenumque præmisi, orat.2. in Catil. & cogitaui, quemadmodum illi prouinciam traderem. ep.2.l.5. fam. Bonus) qualis describitur orat. pro M. Cælio. Ille) Clodius. Tribunus pl.) ep.12.h.l. Cupit) ita quidem, ut ob id ad plebem traduci uelit. ep.16.l.1. & orat. pro dom. Qua de re) al. quare. Fregi) ut ep.13.l.1. Hominem) Clodium, Tribunatum pl.) ep.12.h.l. In Sicilia) quum esset in Sicilia. Vnde paulò post rediisse dicitur. Aedilitatẽ) quæ Tribunatũ sequitur. Sæpe dictitasset) al. sæpe hæreditasset: unde cum doctis legere placet: se petere dictitasset. Dixi) in Senatu. Ei) Clodio. Plebeio) quum plebeius esset factus. Similibus eius) nequissimus. Patritijs) ut Catilinæ, Lẽtulo, & reliquis. Freto) Siculo, quasi ꝓpriè fretum appelletur illud, quod est inter Siciliam, & Italiam. ep.4.l.16. Potuisse) propter suam celeritatem. Introisse) in urbem. Iactasset) quòd celeriter uenisset, & nemini molestus fuisset. Romam) uenisse. Tribus horis) eadẽ hora. orat. pro Mil. Roma interamnam) dixi illum iuisse. nam C. Cassinij Scholæ testimonio Clodius ꝓbauit se interamnæ fuisse, qua nocte deprehensus est in Cæsaris domo. Ascon. orat. pro Mil. & ꝓ dom. Noctu introisse) dixit ille se in urbẽ noctu itroisse. Itẽ ante) dixi ego, illũ itẽ ante noctu introisse, sed in ædes Cæsaris. ep.9.l.1. ex ambiguo. Nõ eẽ itũ obuiã.) dixit ille nõ eẽ itũ obuiã sibi ex Sicilia reuertenti. Ne tum qdẽ) dixi ego, ne tum quidẽ illi itum esse obuiam. ex ambiguo. nam ire obuiam significat etiam quasi resistere. ut ire obuiam cupiditati hominum. Ver.3. Iri) obuiam. Debuit) iudicio. epis.13.l.1. Orationis)

ut ibid. Dictorum)ex ambigue præsertim. Cãdidatum)nescio quem. Deducerem)assectarer,ut Seruius Galba P.Crassum.l.2.de orat.utque olim Pompeius P.Scipioni pollicitus est, se Lælium deducturum.Plutar.in apoph.quin sæpe mercede corrupti obuiam candidatis ibant,& eos conducti sectabantur.orat.pro Muræn. Is)Clodius. Consuessem) ut patronus. Verr.1. Locum)ad spectandum.dabatur enim sæpe etiam tributim.orat.pro Muræn. Gladiatoribus)ut ibid. & ep.13.l.1. & Philip.9.gladiatores his temporibus dedit Faustus Syllæ F.orat.pro P.Sylla,& Dion.l.37. Soror) Claudia Quadrãs Q.Metelli Celeris Cos.uxor.Plutar.in Cic. Consularis loci)ubi sedeat ipsa Cos.uxor.neque uidetur deesse locus in loco: siquidem loci mulieris etiam dicuntur. Pedem)xij.uncias. Alterum)pedem. Tollas)in concubitu,in quo tolluntur pedes.Martial.& Aristoph.in Plut. ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλὴν σοι πάντ' ἐρῶ: quæ uerba sint exponit interpres. ποιῆται τι πάνυ αἰσχρὸν, καὶ ἄξιον τῆς τῶν δούλων ἀσελγείας, καὶ μοχθηρίας. sorores uero Clodius stuprasse dicitur,orat. pro dom.& epist. longa ad Lentul. Non consulare) non consulari uiro, qualis ego sum,dignum. Illam)Clodiam. Consularem)Cos.uxorem. Viro)marito. Metello)Q.Metello Celere Cos. quem paulò post illa sustulit.orat.pro M.Cælio. Fabio) qui & ipse quasi uir impudicæ mulieris fuisse uidetur. Amicos) nam Metellus nos admodum diligit,ep.15.l.1.& Fabius semper peramans nostri fuit.ep.8 l.4. si modo is est. Fabio certe iudice miserum est deprehendi.Orat.Saty.2.l.1. Agraria lege)à L.Flauio Trib.Pl.promulgata.ep.15.l.1. Molli brachio)quasi molliter,& leuiter,ut leui brachio,ep.15.l.4.prouerb. Pompeij familiaritate)ep.16.l.1. Mei præsidij)id tamen ostendit parua significatione ep.14.l.1. Instituta)sic ep.18.l.5.fam. Esset aliqua) ut improbi fore putabant.ep.16.l.1. in Rep.)cui ratio hæc multò est utilior,quàm mihi.ep.17.l.1. Præcautũ,atque ita prouisum est)uerso ordine loquitur Verr. 6.& orat.pro Cn.Planc.& sanè ante prouidere solemus,quàm præcauere. sed actionem etiam cogitationi proponit ep.4.l.1.fam. Decederem)sed Reip.constantiã præstarem.ep.16.l.1. Ille)Pompeius. Populari leuitate)nihil enim habet non populare.ep.17.l.1. Multi)et in his Q.Metellus Nepos.ep.10.l.1. Incitarant)ita,ut diu tacuerit.ep.16.l.1. Prædicare) quã mihi imperij,atque orbis terrarum salutem adiudicet.ibid. Bene gestæ)quod cæteris etiam contigit.orat.4.in Catil. Conseruatæ)ut Senatus uni mihi decreuit.ibid.& orat.in L.Pis. Illum) Pompeium.Prosit) ad tranquillitatem meorum temporũ. ep.17.l.1. Prodest)ibid. Cæsarem)C.Iulium Cæsarem Cos. Des.uel potius Consularem candidatum.ep.14.l.1. Secundi) prouerb.secundis uentis nauigare. Num tantum obsum Reip.)alij, non tamen obsum Reip. Inuideret)ut piscinarij.ep.17.l.1. Sanaret) ἰᾶται quasi uictu et medicamentis,quod pertinet ad διαιτητικὴν, καὶ φαρμακευτικὴν.Cels.l.1. Execaret) ἐκτέμνη,quod pertinet ad χειρουργικὴν,quæ manu medetur.Celsus ibid.ep.3.l.4. Equitatus)equites.ep.14.l.1. In cliuo capitolino)orat.post reditum in Senat.et Philip.2. Te signifero)quippe qui mihi in Rep. socius esse soles.ep.15.l.1. Principe) erant enim in re militari signiferi & principes.Veget.l.2.cap.7.8.& 15. Collocaram) ad concordiam reuocarum.orat.4. in Catil. Deseruerit)alienatus.ep.15.l.1. Principes)consulares,ut Philippus,Hortensius,& Lucullus.ep.15.l.1. Digito) prouerb.cœlum digito attingere: Piscinis)ep.15.l.1.Macrob.l.3. Alij)optimates. Negligã)Remp.nam οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσιν, ὁ δ' οὐδὲν μέλλει. ep.17.l.1. Prodesse)Reip. Nolint)Pompeius,& Cæsar. Catonem) M. Catonem. Nostrum)ep.14.l.1. Summa fide)potius,quàm consilio.ep.15.l.1. Nocet) præfractè nimis ærarium,uectigaliaque defendens.l.3.de off. Dicit)& sentit.orat.pro Mur.& Plutarc.in Phocion.ep.4.l.12. Verius)rectius,iustius,æquius. sic l.2.de legib.et Orat.Saty.3.l.2. sic Aristo.l.1.περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς. ὥστ' ἀληθὲς ἂν εἴη λέγειν, ὅτι ὑπάρχει τισὶ τὸ μὴ ὄν. Obrem indicandam)ob indicãdũ.ep.14.l.1. Censuit)ut quæreretur.ibid. Assensit)facto etiã S.C.ibid. Eqtes Curiæ bellũ) quasi indixerunt aut Iuderũt.al. eqti,curiæ bellum. Dissensi)& Senatũ obiurgaui. ep.14.l.1. Publicanis) Asianis. Renũciantibus?)uectigalium conductionem.ep.14.l.1. Ordinis)equestris.ibid. Facienda)inducta locatione.ibid. Peruicit)ne locatio induceretur,ut publicani postulabant. Nunc)modo,interdum.nam si nunc in carcere inclusus esset,quomodo impediret,ut paulò ante dicitur. Consule)Q.Metello Celere. Incluso)à L.Flauio Trib.pl.Dion.l.37. Seditione)de actis Pompeij præsertim.Plut.in Pomp.& Cat. Aspirauit)ad Remp.defendendam. Consides)D.Iunius Syllanus,L.Murena:M.Piso,& M.Messala. Istos)equites. Libertinis,atque etiam seruis)quorum opera nos exigendis uectigalibus uti oporteret, nisi equitibus ea locaremus. ἅλις σπουδῆς)satis studij,ut ἅλις δρυός ep.19.h.l. Fauonius.)M.Fauonius Catonis æmulator.Plut.in Cat. Meam)unde fauit illi meo familiari.ep.1.l.7. Tribum)Aemyliam,ut puto.ep.14.h.l. Tulit)suffragantem habuit,ut Philip.2.& 11. Suam)tribum. Lucej)tribum. Perdidit) suffragantem non habuit,ut orat.p dom. Accusauit)Fauonius. Nasicam)Scipionem Nasicam nescio quem competitorem,ut nos putamus. Ac)at, legimus. Modeste)alij,moleste. Vt) al.ita,ut. Rhodi)Rhodius enim erat Molo.in Brut. Videretur)Fauonius. Molis)τοῖς μύλοις. & est προσωπομαχία. Moloni)Apollonio Moloni actori summo causarum,et magistro.in Brut.& Plut.in Cæs. Defendissem)Nasicam. Succensuit)Fauonius,uir,quem uerba etiam facile mouent.Plut.in Cat. Petit) Tribunatũ pl.potius, quàm Aedilitatem,quam multò post petiisse uidetur.Plut.ibid. Lucceius)ep.9.l.1. Cæsarem)qui cum eo coiuit.epis.14.l.1. Sicyonij)ep.10.l.1. Lædunt)non soluentes.ep.16.l.1. Catoni)qui id S.C.faciendum censuit. Seruilio)qui de populis liberis addidit.ep.16.l.1. Plaga)ex illo S.C.accepta. Viros)qui S.C.illo exigere prohibentur. Relinquamus) ὑπομνῆς.. Amalthea)quam feci in Arpinati.ep.13.l.1. Tui) si quas habes historias. Tusculanum)ep.4 l.1. Pompeianum) epis 17.l.1. Vindicem æris alieni)sic quoque iocatur ep.6.l.5.fam. Corinthio)Plin.l.34.cap.2. Circũforaneo)quod circum fora fœnori datur,ut ad medium Ianum.l.2.de off.Philip.6.orat.Saty.3.l.2.& ep.1.l.1.& sub ueteribus. Plaut.in Curc. obruerunt)dum & ipsa ornantur,& domus emitur.ep.6.l.5.fam. Gallis)quò missi sunt legati.ep 16.l.1. Otium)quod nunciari

non magnope Metellus gaudebat.ep.17.l.1. Prognostica)carminibus pscripta.l.1.de Diuin. Pōponia) ep.4.l.1. Patus) ep.17.l.1. Frater suus)Ser.Claudius.ibid. Et tum)al.& quū. Octauium)Cn.Octauium ex pretura Macedoniam administrantem.ep.1.&.2.l.1.ad Q.fr.C.Octauium uocat Suet.in Aug. Ipso)Roma in prouinciam profecturo. Prouincialis)qualia in prouincijs esse solent,ut aditus prouinciales.ep.2.l.6. Toculionibus)etsi Toculiones magistratus quidam uideri possunt,uidendum est tamen,an tocutelonibus.hoc est,publicanis,qui usuram exigūt,legi possit. Scripsi)ad Octauiū.

CICERO ATTICO S. 2

CVRA, amabo te,Ciceronem nostrum.ei nos θεῖοι uidemur. Πελληναίων in manibus tenebam.& hercule magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxeram. ô magnum hominē,& à quo multo plura diceris,quā'm de Procillio. Κορινθίων, καὶ Ἀθηναίων puto me Romæ habere. mihi hæredes,lege.hoc doceo.mirabilis uir est. Ἡρώδης, si homo esset,eum potius legeret, quā'm unam literam scriberet: qui me epistola petiuit,ad te,ut uideo, comminus accessit.coniurasse mallem,quam restitisse coniurationi, si illum mihi audiendum putassem. De lolio sanus non es.de uino laudo.sed heus tu,ecquid uides Cal.uenire, Antonium non uenire?iudices cogi?nam ita ad me mittunt.Nigidium minari in concione, se iudicem, qui non affuerit,compellaturum.uelim tamen, siquid est de Antony aduentu, quod audieris, scribas ad me.& quoniā huc non uenis,cœnes apud nos utiq; prid.Cal.caue aliter facias.Cura,ut Valeas.

σχόλια

CVRA)apud te in Epeiro. Ciceronem)Q.Ciceronem filium sextum annum agentem. Nostrum)fratris mei,& sororis tuæ filium. Ei)Ciceroni. Nos)ego.θεῖοι)patrui,& ob id nimis Seueri,quales ferme sunt patrui oēs.Prouerb.patruus ne sis.tu uero auunculus facilis,et indulgēs. Videmur tñ etiā cōmode sic interpretari posse. Cura)literis,ut ego ep.1.l.1.ad Q.fr. Cice.)Q.fr. Nostrū)meum fratrē,& tuæ sororis uirum. Ei)Q.fr. Nos)ego et tu. θεῖοι)diuini.tanti nos facit. πελληναίων)πελληναίων πολιτείαν,Pelinæorum Remp.scriptā à Dicæarcho,qui τριπολιτικὸν scripsit ep.32.l.13. sicut Aristoteles πολιτείας τῶν πόλεων centum quinquaginta octo libris est complexus.Diogen.Pelinæi uero appellati uidentur à monte,quem πελιναῖον uocat Strab.l.14.& Pellenæum Plin.l.5.cap.31.al.πελληναίων,recte nisi decipimur.Strab.l.8.Plin.l.4.cap.5.& Aristop. interpres in Auib. Aceruum)librorum. Dicæarchi)ep.2.l.6.Suid.et Varr.l.1.cap.2.de re rust. Hominem) Dicæarchum. à quo)al.unde. Procillio) Procilium inter autores numerat Plin.l.8. & Porcilū uocat Varr.in libris de ling.lat.Spartian. uero in Aemyliano tyranno Proculum uidetur appellare. κορινθίων, καὶ Ἀθηναίων) πολιτείας, Corinthiorū,& Atheniensium Resp.ab eodem Dicæarcho scriptas.nam præter τριπολιτικὸν,& reliqua id genus,scripsit etiam περὶ τοῦ τῆς ἑλλάδος βίου. Athen.l.13.& sermonem Corinthi habitum tribus libris exposuit.Tuscu.1. Mihi hæredes)sint.ita mihi sint hæredes,ut uerum est,quod dico.al.mihi Herodes:hoc est,Dicæarchus est mihi Herodes:tu uero illum lege:uel,mihi Herodes solet dicere,tu Cicero,quæ scribo,lege:ego uero Attice,quod sequitur,te doceo. Vir est) Dicæarchus. ἡρώδης)Herodes.ep.13.l.14. Eum)Dicæarchū. Legeret)nec diceret,ut ego sua scripta legerem. Epistola)Græca,cui græce respondi,et scripsi.Plutar.in Cic. Petiuit) quasi aggressus est,uel petiuit,ut darē sibi,quod ornaret,ut ep.sup. Ad te)in Epeirū Athenis. Accessit)ut aliquid fortasse de coniuratione præmonstrares. Coniurasse) cum Catilina. Restitisse) in Consulatu. Illum) Herodem. Audiendum)dum recitaret ea,quæ scripsisset de coniuratione, sic propemodū.ep.17.l.7.fam. De Lolio sanus non es,de uino laudo)Lolium herba est,quæ frugum pestis à Plin.dicatur:qua fortasse Cæsarem hoc loco significat:quòd ipse quoque optimatibus,quasi Lolium frumentis,infestus esset,nec multum à Iulio nomine discedit:et uino Bibulum,quòd à bibendo dicatur.& sanè tam lolium,quàm uinū ebrios facit homines,et olim Cæsar à Catone ebrius est appellatus.al.de Lollio sanus non es, de Vinio laudo.& de Lollio quidem ep.47.l.13.uel potius orat.pro dom.de Vinio uero Dion l.47. Antonium)ep.9.l.1. Non uenire?)quum iam Octauius illi successerit ep.sup.ut Pompeius uolebat ep.9.l.& ipse reus fiat à M.Cælio.orat.pro M.Cælio? Iudices)qui de ipso C.Antonio iudicent. Ad me)ipsius Antonij patronum.orat.pro dom. Nigidium)P.Nigidium Figulum.ep.13.l.4.fam. Se)ut Præt.ep.2.l.1.ad Q.fr. Huc)Romam. Venis)ex Epeiro. Cœnes)ut uenias ad cœnam,quā Plaut.uiaticam.Græci ὁδοιπορίον uocant.& iocatur.nam cœnare apud Ciceronem non poterat Atticus,nisi prius ad illū uenisset. Vtique) ut ep.4.l.4. Caue aliter facias) sic Aristop.in Auib. μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς. & Plat.l.1.de Rep.ἀλλὰ μένετε,καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε.& uidetur ex ambiguo dictum, hoc modo. caue aliter facias, cœnes omnino: uel,caue aliter facias,ne uenias.nam dixerat,non uenis.

CICERO ATTICO S. 3

PRIMVM, ut opinor,εὐαγγέλια. Valerius absolutus est Hortensio defendente.id iudicium Atilio condonatū putabatur.et Epicratē suspicor,ut scribis,lasciuū fuisse:etenim mihi caligæ eius,ut fasciæ cretatę,non placebāt.qd fit,sciemus,cum ueneris. Fenestrarū angustias

quod

quod reprehendis, scito te κύρου παιδείαν reprehendere: nã cum ego idem istuc dicerẽ, Cyrus aiebat, radiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus, non tam esse suaueis: etenim ἔστω ὄψις μὲν ἡ α. τὸ δὲ ὁρώμενον, β γ. ἀκτῖνες δὲ, δ καὶ ε. uides enim cætera: nam si κατὰ εἰδώλων ἐμπτώσεις uideremus, ualde laborarent εἴδωλα in angustijs. nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorũ. cætera si reprehenderis, non feres tacitum, nisi si quid erit eiusmodi, q̃d sine sumptu corrigi possit. Venio nũc ad mensem Ianuariũ, & ad ὑπόστασιν nostram, ac πολιτείαν, in qua σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν. est res sane magni consilij: nam aut fortiter resistendum est legi agrariæ, in quo est quædam dimicatio, sed plena laudis; aut quiescendum, quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium. aut etiam adiuuandum, quod à me aiunt Cæsarem sic expectare, ut non dubitet: nam fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum Cæsaris familiarem: is affirmabat illum omnibus in rebus meo & Pompeij consilio usurum, daturumq; operam, ut cum Pompeio Crassum coniungeret. hic sunt hæc, coniunctio mihi summa cum Pompeio. si placet, etiam cum Cæsare, reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis otium. sed me κατάκλεισις mea illa commouet, quæ est in libro III.

Interea cursus, quos prima à parte iuuentæ,
Quosque adeo Consul uirtute, animoque petisti,
Hos retine, atque auge famam, laudesque bonorum.

hæc mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa præscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis uideatur εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. sed hæc ambulationibus compitalitijs reseruemus. Tu pridie compitalia memento. balneum calfieri iubebo: & Pomponiam Terrentia rogat: matrem adiungemus. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quinti fratris. Vale.

σχόλια.

PRIMVM) debes. Opinor) quum nondum pro certo affirmare possim Valerium prorsus absolutum iri. εὐαγγέλια) boni nuncij præmia. ep.12.h.l. Valerius) L. Valerius Flaccus, pro quo extat oratio. Absolutus) pro absoluto habitus. Hortensio) ep.10.l.1. Defendente) prima actione, ut ex oratione colligitur. Attilio) M. Attilio Glabrioni Consulari, nisi fallor. is enim, ut scribit Plutar. in Pomp. Bythiniæ præfuit, & Flaccus Asiæ. unde forte sunt conciliati. Epicratem) Pompeium omnia potentem. ep.15.l.4. Lasciuum) mollem, & non acrẽ in Valerium, quũ eius Lælius, & alij accusatores uehementer illi inimicum esse dissipassent. orat pro Flac. & esset. ibid. Vt fasciæ) ex quibus male audiebat Pompeius. Val. Max. l.6. cap.2. κύρου παιδείαν) Cyri institutionem. apud Xenophõtem quidem librum de Cyro Rege scriptum, sed hic opus Cyri architecti. ep.14. l.2. fam. & orat. pro Mil. Idem istuc) angustas esse fenestras. Cyrus) ipse architectus. Aiebat) mihi. Radiorum) ex oculis. Gell. l.5. cap.16. al. uiridiorũ. τῇ γὰρ ὄψει ἀτενίζοντες πρὸς τὰ χλωρὰ καὶ ποώδη, οἷον λάχανα, διατιθέμεθα βέλτιον. Arist. in problem. τὰς διαφάσεις) exitus, & quasi egressus, si ad oculorum radios, sin ad res uirides, ut ego magis sentio, referas, perspicuitates, & quasi inuectiones: q̃bus res & colores in uisum inuehũtur, & inferũtur. etenim διαφανὲς φασιν εἶναι φύσιν ἐν πλείοσιν ὑπάρχουσαν διαπορθμευτικὴν τῶν χρωμάτων. Suid. hac de re ita scribit Plat. in Timæo. τὰ φερόμενα ἀπὸ τῶν ἄλλων μορίων, ἐμπίπτοντα δὲ εἰς τὴν ὄψιν, τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω, τὰ δὲ ἴσα τοῖς αὐτῆς τῆς ὄψεως μέρεσιν ἐστὶ. τὰ μὲν οὖν ἴσα ἀναίσθητα, ἃ δὴ καὶ διαφανῆ λέγομεν. Latis luminibus) magnis fenestris. Non tam esse suaueis) ut minus collectas. ἔστω ὄψις μὲν ἡ α. τὸ δὲ ὁρώμενον β. γ. ἀκτῖνες δὲ δ, καὶ ε) sit uisus quidem α: id autem, quod uidetur β, γ: radij uero δ, & ε. hoc est, uisus ab angusto loco in latiorẽ paulatim exeat. Quod enim coni simile Stoici dicebant, ut scribit Diogen. in Zenon. id Cicero per literas more Aristotelico uidetur explicare: ut uisus ab uno incipiens, ita paulatim crescat, ut duo paulò post occupet. alij tertio loco ita degunt. ἀκτῖνες δὲ μ, σ, δ, ut sit ἰσοσκελὲς. Vides enim cætera) uides iam cætera, magis placeat. κατ᾽ εἰδώλων ἐμπτώσεις) per imaginũ incursiones. ep.26. l.15. fam. Videremus) ut uolunt Epicurei. Plutar. l.4. de placit. Philosop. & Gell. l.5. cap.16. Laborarent) ut tu putas, & angustias reprehendis ut Epicureus. ep.6. l.4. εἴδωλα) imagines. Nunc) quum secundum Stoicos loquamur, & faciamus. Lepide) pulchre. ἔκχυσις) effusio, emissio, ut uidetur uertere Gell. l.5. cap.16. Reprehẽderis) ut Epicureus. Non feres tacitum) respondebo, & par pari referam ut Stoicus, uel Academicus. Corrigi possit) in ædificio. Ianuarium) Cæsare & Bibulo Coss. ὑπόστασιν) statum, sed humiliorem. ὑπὸ enim hoc loco meo quidem iudicio minuit. πολιτείαν) Rẽp. In qua) πολιτείᾳ. σωκρατικῶς) Socratice, Socratis more, qui qualis esset in disputando scribitur l.1. Academ. quæst. l.2. de finib. & Tuscul. 1. εἰς ἑκάτερον) in utrũque, in utrãque partem dissero. ep.3. l.9. Ad ex-

trenuum) sequor. Illi) Socratici, uel Academici, qui nihil affirmant, & id sequuntur, quod probabile uidetur. l. 2. de fin. & Tusc. 5. alij, ille, scilicet Socrates, qui οὐδὲν ἄλλο, ἢ αὐτός τε ἠπόρει, καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίει ἀπορεῖν usque adeo, ut in Plat. Menon. νάρκῃ ὁμοιότατος dicatur: ἀνεπιεισθεὶς tamen ὑπὸ τῶν σοφῶν ἔλεγεν ἅπερ αὐτοί, ut ipse testatur in Hippia maiore. τὴν ἀρέσκουσαν) γνώμην, placentem sententiam, uel probabilem sententiã. Legi agrariæ) quæ fertur à Cæsare Cos. Suasore Pompeio, ut ager Campanus plebei diuidatur Patercul. dimicatio) ut contra Cæsarem & Pompeium. Plena laudis) quòd pro statu optimatium sumatur. Solonium) qui campus est amœnissimus agri Lanuuini. l. 1. de Diuin. & ep. 9. h. l. Antium) ep. 6. h. l. & ep. 8 l. 4. Adiuuandum) Cæsarem, ut Consulatus ἐλαφρότερον ep. 13. l. 1. Expectare) à me. Non dubitet) quin id facturus sim. Cornelius) L. Cornelius Balbus, pro quo extat oratio. Cæsaris familiarem) ep. 14. l. 8. & ep. 10. l. 9. Illum) Cæsarem Meo) consilio. Vsurum) ita, ut sui Consulatus me socium esse uelit. orat. de prouinc. Consul. & in L. Pis. Coniungeret) ut coniunxit. Suet. & Plutarc. Cum Pompeio) ep. sup. Cum Cæsare) mihi est coniunctio, quam illum reddam meliorem. ibid. Reditus in gratiam cum inimicis) qui à me Reip. causa fuerãt lacessiti. Philip. 2. Pax cum multitudine) quæ me ab hoc Magno unice diligi putat. ep. 13. l. 1. Senectutis otium) epist. 14. l. 14. hæc omnia alij aliter distinguunt. κατάκρισις) damnatio, quæ me quasi damnaret, si aliter, atque scripsi, facerem. Libro. III. tertio poemate. ep. 16. l. 1. Petisti) tu Cicero. ἀριστοκρατικῶς) pro optimatium principatu. ut ep. 11 l. 1. Calliope) quæ libro tertio loquitur, ut Vrania secundo. l. 1. de Diuinat. Præscripserit) carminibus. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης) unum augurium optimum pugnare pro patria. Iliad. μ. Cõpitalitijs) sic compitalitius dies ep. 7. l. 7. Compitalia) qui dies est Laribus attributus, & quotannis concipitur, Varr. de ling. Lat. & quidẽ hisce uerbis. Die noni post Cal. Ian. Quiritibus compitalia erunt. Macrob. l. 1. Satur. Memento) uenire. Balneum) ep. 51. l. 13. Pomponiam) ep. 4. l. 1. Terentia) ep. 2. l. 1. Rogat) ut ueniat tecum. Matrem) tuam. epist. 4. l. 1. θεοφράστου) librum Theophrasti philosophi ep. 16. h. l. περὶ φιλομαθίας) de studio discendi. atque hic liber fortasse erat is, qui inscriptus erat. τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίστασθαι. Diogen. al. περὶ φιλοτιμίας, de ambitione. Theophrastus enim περὶ φιλοτιμίας α, β, scripsit.

CICERO ATTICO S. 4



ECISTI *mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem uix intelligo. pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres. At quoniam numorum mentio facta est, amabo te, cura, ut cum Ticinio, quoquo modo poteris, transigas. si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi maxime placet ea, quæ male empta sunt, reddi, si uoluntate Põponiæ fieri poterit. si ne id qdẽ, numi potius reddãtur, quàm ullus sit scrupulus. ualde hoc uelim anteq̃ pficiscare, amãter, ut soles, diligẽterq; cõficias. Clodius ergo, ut ais, ad Triganẽ uelim, Syrpiæ conditione: sed facile patior: accõmodatius enim nobis est ad liberã legationẽ tẽpus illud, cũ & Quintus noster iam, ut speramus, in otio cõsederit, &, iste sacerdos Bonæ Deæ cuiusmodi futurus sit, sciri possit. interea quidem cum musis nos delectabimus animo æquo, immo uero etiam gaudenti, ac libenti. neque mihi unquam ueniet in mentem Crasso inuidere, neque pœnitere, quòd à me ipse non desciuerim. De geographia, dabo operam, ut tibi satisfaciam: sed nihil certi polliceor. magnum opus est. sed tamen, ut iubes, curabo, ut huius peregrinationis tibi opus extet, tu quicquid indagaris de Rep. & maxime quos Consules futuros putes, facito, ut sciam. tametsi nimis sum curiosus: statui enim nihil iam de Rep. cogitare. Terentiæ saltum perspeximus. quid quæris? præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo minus Epeirum ipsam possidere uideamur. Nos circiter Cal. aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. tu, si in Formiano non erimus (si nos amas) in Pompeianum uenito. id & nobis erit periucundum, & tibi non sanè deuium. De muro, imperaui Philotimo, ne impediret, quominus id fieret, quod tibi uideretur. censeo tamen, adhibeas Vectium. his temporibus tam dubia uita optimi cuiusque, magni æstimo unius æstatis fructum palæstræ Palatinæ, sed ita tamẽ, ut nihil minus uelim, quàm Põponiam, & puerũ uersari in timore ruinæ. Vale.*

σχόλια



ERAPIONIS) ep. 6. h. l. Præsentem) quasi numeratam. Expensum muneribus ferres) quasi mihi donasses, in codice perscr. heres, ubi cætera munera scribis. Ticinio) fortasse M. Ticinio, ad quem de L. Plotio Gallo scripsit Cicero. Suet. de Grãmat. al. Ticinio. ep. 21. l. 5 et epist. 16. l. 7. Pomponiæ) ep. 4. l. 1. Proficiscare) ex urbe. Clodius) ep. 9. l. 1. et ep. seq. Tigranẽ) ep. 7. h. l. Velim) proficiscatur Clodius ad Tigranem. Syrpiæ conditione) ut nunc est, legimus, cyrnia conditione, idest ingenti malo. Prouerb. Cyrnia

incltura. uelim capiatur à Pyratis, ut olim captus est: Strab. l. 14. & Dion l. 38. quem Cilicum libidines satiauit. orat. de Resp. Pattor) bene etiam proficisci, dum proficiscatur. Liberam) ep. 11. l. 15. Legationem) quam tunc fortasse accipiam declinandi periculi causa. ep. 19. h. l. Tempus illud) post reditum Clodij. Quintus noster) frater nunc Asiæ Prætor. ep. 12. l. 1. Consederit) ex prouincia reuersus. ep. 18. h. l. Sacerdos) P. Clodius. ἱεροποιός, ut orat. de Resp. uel Cæsar, ut alij uolunt, q. in eius edibus id sacrum fieret. ep. 9. l. 2. Bonæ Deæ) cuius sacrificium Clodius uiolauit. ibid. & orat. de Resp. Cuiusmodi) in me. Futurus sit, sciri possit) al. futurus scius sit: Vnde nos ita legimus. futurus sit, sciam. Crasso) quem supero diuitijs. ep. 3. l. 1. à me) à mea ratione, ut ep. 2. h. l. Non desciuerint) ut expectabat Cæsar ep. sup. Geographia) ep. 6. h. l. Satisfaciam) scribam. Magnũ opus est) ep. 6. h. l. Peregrinationis) in agris. Tibi) ubi inscriptum. Opus extet) sic extabit opera. ep. 13. l. 15. Futuros) post Cæsarem & Bibulum. Nimis) alij, minus. Quercum Dodonæam) ἡ γὰρ ἐν Δωδώνῃ δρῦς ἣν δένδρον μετὰ τὴν λόγον σοφίας πρεσβύτατον. Pausan. in Arcad. Epeirum) in qua tu tuas habes possessiones. Nep. in uita. ex ea nos in saltu Terentiæ nihil desideramus, præter quercum Dodonæam, quam si haberemus, in Italia Epeirum ipsam possidere uideremur. Formiano) ep. 8. et. 9. h. l. Pompeiano) ep. 17. l. 2. Philotimo) τῷ τῆς δάμαρτός μου ἀπελευθέρῳ. ep. 4. l. 6. & meo procuratori. ep. 15. l. 10. Vectium) Chrysippum Vectium Cyri architecti libertum. ep. 29. l. 13. Palestræ) ep. 8. l. 1. Palatinæ) domi meæ in palatio positæ. orat. pro dom. Patercul. l. 2. de Druso, & Plutarc. in uita. Pomponiam) ep. 4. l. 1. Puerum) Q. Ciceronẽ filium. ep. 2. h. l. Versari) apud me absente fratre. ep. 12. l. 1. Ruinæ) muri. ep. 6. et. 7. h. l.

CICERO ATTICO S. 5

CVPIO equidem, & iampridem cupio Alexandream, reliquamque Aegyptum uisere, & simul ab hac hominum satietate nostri discedere, & cum aliquo desiderio reuerti. sed hoc tempore, & ijs mittentibus, αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. quid enim nostri optimates, siqui reliqui sunt, loquentur? an me aliquo præmio de sententia esse deductum? Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus? quid uero historiæ de nobis ad annos DC. prædicarint? quas quidem ego multo magis uereor, quàm eorum hominum, qui hodie uiuunt, rumusculos. sed opinor excipiamus, & expectemus: si enim deferetur, erit quædam nostra potestas, & tum deliberabimus. & iam hercule est in non acipiendo nonnulla gloria. quare siquid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. de istis rebus expecto tuas literas, quid Arrius narret, quo animo se destitutum ferat, & qui Consules parentur, utrum (ut populi sermo) Pompeius, & Crassus, an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Ser. Sulpitius, & num quæ nouæ leges, & num qd noui omnino: &, quoniam Nepos proficiscitur cui nam Auguratus deferatur, quo quidem uno ego ab istis capi possum uidere ciuitatẽ meam. sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo, atque omni cura φιλοσοφεῖν? sic inquam in animo. sic uellem ab initio. nunc uero, quoniam, que putaui esse præclara, expertus sum, quam essent inania: cum omnibus musis rationem habere cogito. tu tamen de Curtio ad me rescribe certius. & num quis in eius locum paretur, & quid de P. Clodio fiat, & omnia, quemadmodum tu polliceris, ἐπὶ σχολῆς scribe. & quo die Roma te exiturum putes. uelim ad me scribas, ut certiorem te faciam, quibus in locis futurus sim: epistolamque statim des de his rebus, de quibus ad te scripsi: ualde enim expecto literas tuas, Vale.

σχόλια

ALEXANDREAM) τὴν Ἀλεξανδρείαν. Reuerti) ut postea reuersus est ab exilio. orat. p dom. Hoc tempore) quo Resp. mea opera eget. Iis) Cæsare, Pompeio, & Crasso potissimum. Mittentibus) ut cum Ptolemæo Rege lege & S.C. societas fiat, ut facta est. Cæs. l. 3. de bel. ciu. αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους) uereor Troianos, & Troianas trahentes uestes: hoc est, uereor ne Romani à Troianis Reip. usque ad finem studiosis oriundi me accusent, si Cæsari, Pompeio, & Crasso Remp. perturbantibus cessisse uidear, ut ueretur Hector Troianos Iliad. χ. & ζ. ep. 1. & 11. l. 7. ep. 25. l. 8. ep. 13. l. 13. et alibi. Præmio) ut legatione. De sententia) de ratione mea. ep. 1. h. l. Esse deductum) desciuisse. ep. sup. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. Cato) Pulydamas mihi primus uitio dabit Cato, hoc est, Cato me reprehendet, ut Pulydamas Hectorem. Iliad. χ. ep. 1. l. 7. ubi καταθήσει leges. Persius Saty. 1. Ille) ἔμφασις. Noster) ep. 14. l. 1. & ep. 1. h. l. Mihi unus est pro centum Millibus) ἐμοὶ εἷς μύριοι. ep. 10. l. 16. quem unum Romæ extitisse mirabile est. ep. 6. l. 15. fam. Annos DC.) annos sexcentos, sic ep. 17. h. l. ep. 1. l. 6. & alibi sæpe ex usu loquendi antiquo, quo loco Græci μύρια dicunt. Donat. in Pharmion. Expectemus) donec ista nobis legatio Aegyptia deferatur. Deferetur) legatio. Potestas) accipiendi, & non accipiendi. Nonnulla gloria) me præmio de sententia deduci non potuisse. Θεοφάνης) Theophanes Mitylenæus rerum Pom-

peij scriptor. orat pro Archia, ep. 11. l. 5. ep. 7. l. 7. ep. 16. l. 8. & ep. 1. l. 9. Contulerit) ut qui expiscari potest,' quo animo sit Pompeius. ep. 17. h. l. nam Pompeius ei magnis etiam de rebus communicare consueuerat. Caes. l. 3. de bel. ciu. & Strab. l. 13. Arrius) Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius, in Brut. Catull. Orat. Saty. 3. l. 2. et orat. in Vatin. Destitutum) in petitione Consulatus. ep. 7. h. l. Parentur) futuri sint post Caesarem & Bibulum. ep. sup. Pompeius, & Crassus) parentur Coss. iterum. Gabinio) A. Gabinio. qui postea fuit Cos. cum L. Pisone Ser. Sulpitius) qui septimo post anno cum M. Marcello Cos. fuit. ep. 21. l. 5. Noue) praeter agrariam. ep. 3. h. l. Leges) ferantur à Caesare Cos. Nepos) Q. Metellus Nepos, ut etiam in Quaest. diximus, qui postea cum P. Lētulo Cos. fuit. ep. 22. l. 3. Proficiscitur) Procos. in Hispaniam. Plutar. in Caes. & Dion. l. 39. Auguratus) Q. Metelli Celeris. orat. in Vatin. paulò ante mortui. orat. pro M. Caelio. Deferatur) Nepote discedente, cui uidebatur deferendus ut fratri. ep. 1. l. 5. fam. & in Brut. Quo) Auguratu. Istis) Caesare, Pompeio, & Crasso. Capi possum uidere ciuitatem meam) al. capi possum. Videte ciuitatem meam. Ego malim legere. capi possum. Videre ciuitatem meam? hoc sensu. ego, qui nullo praemio de sententia deduci possum, Auguratu capi. ab istis possum. ἐρωτικῶς. nam tunc Auguratum negligebat. ep. 4. l. 15. fam. & , uidere ciuitatem meam? erit ἀγωνιστικῶς, & ἀπροσδοκήτως. Deponere) et nihil iam de Rep. cogitare. ep. sup. φιλοσοφεῖν) Philosophari, ut ep. 13. l. 1. In animo) est. Vellem) fecisse. Praeclara) ut Consulatus. ep. 13. l. 1. Inania) nihili, & fabae minimum. ibid. Habere) & me ad literas, & studia referre. ep. 15. l. 4. Tamen) etsi scribo me cupere haec deponere. Curtio) fortasse M. Curtio. ep. 9. l. 14. nisi malit quis legere, Q. Arrio, ut idem sit, de quo paulò ante dictum est. P. Clodio) traducendo ad plebem, ep. 16. l. 1. uel eligēdo legato ad Tigranem. ep. sup. ἐπὶ σχολῆς) in otio. sic loquitur Plato in Euthyph.

CICERO ATTICO S. 6



VOD tibi superioribus literis promiseram, fore, ut opus extaret huius peregrinationis: nihil iam magnopere confirmo: sic enim sum cōplexus otiū, ut ab eo diuelli nō queā. itaq; aut libris me delecto, quorū habeo Antij festiuā copiam: aut fluctus numero: nā ad lacertas captādas tēpestates nō sunt idoneae. à scribēdo prorsus abhorret animus. etenī γεωγραφικά, q constitueram, magnū opus est: ita ualde Eratosthenes, quē mihi proposuerā, à Serapiōe, & ab Hipparcho reprehēdit. qd cēses, si Tyrānio accesserit? et hercule sunt res difficiles ad explicandū, & ὁμοειδεῖς. nec tā possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quam uidebantur: & , quod caput est, mihi quaeuis satis iusta causa cessandi est. quin etiam dubitem, an hic Antij considam, & hoc tempus omne consumam: ubi quidem ego mallem diu nimirum, quam Romae fuisse. tu uero sapientior Buthroti domum parasti. sed, mihi crede, proxima est illi municipio haec Antiatum ciuitas. esse locum tam prope Romam, ubi multi sint, qui Vatinium nunquam uiderint? ubi nemo sit, praeter me, qui quenquam ex uigintiuiris unum esse saluū uelit? ubi me interpellet nemo, diligāt omnes? hic, hic nimirū πολιτευτέον. nam istic non solum non licet, sed etiam taedet. itaque ἀνέκδοτα à nobis, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. neque aliud iam quicquam πολιτεύομαι, nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi uoluptate. Sed ut ad rem, scripsi ad Quaestores urb. de Quinti fratris negotio. uide qd narrent, ecquae spes sit denarij, an cistophoro Pompeiano iaceamus. Praeterea de muro, statue, quid faciendum sit. aliud quid? etiā quando te proficisci istinc putes, fac, ut sciam. Vale.

σχόλια.



VPERIORIBVS literis) ep. 4. h. l. ut forte haec illam sequi debeat. Opus extaret) ibid. Antij) ep. 8. l. 4. Lacertas) Plin. l. 32. cap. ultimo. γεωγραφικά) terrae descriptiones, quae ad geographiam pertinent. ep. 4. h. l. Magnum opus est) ibid. Eratosthenes) Suid. Strab. l. 2. et Plin. l. 2. cap. 108. Serapione) Plin. saepe. Hipparcho) Strab. l. 2. & Plin. l. 2. cap. 108. Reprehēditur) ibid. Tyrānio) ep. 4. l. 4. Res) quae ad geographiam pertinent. ὁμοειδεῖς) unius modi, eiusdem formae. ἀνθηρογραφεῖσθαι) floride scribi. Caput est) Prouerb. Quin etiam) al. qui etiam. Consumam) in otio. Fuisse) & φιλοσοφῆσαι. ep. sup. Buthroti) ubi possis esse in solitudine. ep. 7. l. 3. Proxima) solitudine: et Antium Buthrotum est Romae, ut illud Corcyrae. Municipio) Buthroto. Vatinium) P. Vatinium Tribunum pl. in quem extat oratio. Viginti uiris) à Caesare creatis ad diuidendum agrum Campanum: Paterc. & Suet. uel potius aestimandum: siquidem docet Dion l. 38. uiginti è populo lectos fuisse, q pretium agris facerent, alios uero maioris dignitatis, qui eosdem diuiderent, qui fuisse quinque uidentur. ep. seq. Vnum esse saluum uelit?) al. uiuum est saluum uelit? unde legi fortasse possit: uiuum, & saluum uelit? uel, uiuum esse sciuerit? Hic, hic) παλιλλογία. πολιτευτέον) Resp. administranda est. in Rep. uiuendum est, hoc est, in hac urbe manendum, existimandumque, id esse Remp. administrare. Istic) Romae. ἀνέκδοτα) non edita, uel non edenda. ep. 20. l. 14. Theopōpino) συμβου-

συμβουλευτικοῦ ep.35.l.12.& ep.20.l.14. πολιτεύομαι)molior,de Rep.cogito.aut curo. Odisse improbos) ut odisse superbos ep.8.h.l. Quæstores urb.)qui ærarium curabant,eiusque pecunias expensas,& acceptas in tabulas publicas referre consueuerant.Ascon.Verr.3. Quinti fratris)ep.12.l.1. Negotio)pecunia ex ærario accipienda.ep.3.l.1.ad Q.fr. ijs enim,qui prouincijs præerant,publicus sumptus decernebatur.ep.3.l.6.ep.1.l.7.& Verr.7. Narrent) Quæstores. Denarij)pecuniæ Rom. Cistophoro)nono Asiatico.ep.1.l.11.Liu.l.37.& Sex.Pompeius,ubi de euboico talento scribit. Põpeiano) quem Pompeius in Asia numerarat Q.fratri uellet,ut ipse tantũdem reciperet Romæ.& sanè Põpeius negotia hābebat cum Ariobarzane ep.1.l.6.& cum Luceio ep.41.& 42.l.13 fam.uel Pompeiano,quem Pompeius paulò ante uicto Mithridate Romam attulerat,qui erogandus erat ante,quàm denarij expenderentur ep.16.h.l. taceamus)ita,ut,quod debetur,consequi non possimus. Muro)ep.4.h.l. Aliud quiddã)sic propè ep.10.l.1. Istinc)Roma.ep sup.

CICERO ATTICO S. 7

DE GEOGRAPHIA *etiam atque etiam deliberabimus.* Orationes à me *autem duas postulas, quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram: alteram ne laudarem eum, quem non amabam. sed id quoque uidebimus. denique aliquid extabit, ne tibi planè cessasse uideamur.* De Plubio *quæ ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eaque etiam uelim omnibus uestigijs indagata ad me afferas, cum uenies, & interea scribas, siquid intelliges, aut suspicabere, & maxime de legatione quid sit acturus. equidem ante, quàm tuas legi literas in hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo uadimonium: nam mira sum alacritate ad litigandum: sed uidebatur mihi, siquid esset in eo populare, quòd plebeius factus esset, id amissurus: quid enim? ad plebem transi sti, ut* Tigranem *ires salutatum? narra mihi,* Reges Armenij *patritios salutare non solent? quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc eius legationem. quam si ille contemnit, & si (ut scribis) bilem id cõmouet & latoribus, & auspicibus legis curiatæ: spectaculum egregium. hercule, uerum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster* Publius: *primum qui, cum in domo* Cæsaris *quondam unus uir fuerit, nunc ne in uiginti quidem esse potuerit: deinde alia legatio dicta erat, alia data est: illa opima ad exigendas pecunias* Druso: *ut opinor,* Pisaurensis *nebuloni* Vatinio *reseruatur: hæc ieiuna, ac bella relegatio datur ei, cuius* Tribunatus *ad istorum tempora reseruatur. incende hominem, amabo te, quoad potes, una spes est salutis, istorum inter istos dissensio. cuius ego quædam initia sensi ex* Curione. *iam uero* Arrius Consulatum *sibi ereptum fremit.* Megaboccbus, *& hæc sanguinaria iuuentus inimicissima est. accedat uero, accedat etiam ista rixa* Auguratus. *spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurum. sed, illud quid sit scire cupio, quod iacis obscure iam etiam ex ipsis quinque uiris loqui quosdam: quid nã id est? si est enim aliquid, plus est boni, quàm putaram. atque hæc sic uelim existimes non me abs te* κατὰ τὸ πρακτικὸν *quærere, quòd gestiat animus aliquid agere in* Rep. *iam pridem gubernare me tædebat, etiam cum licebat. nunc uero cum cogar exire de naui non abiectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio, ut ait tuus amicus* Sophocles, καὶ ὑπὸ στέγῃ· πυκνὰς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί. De muro, *quid opus sit, uidebis.* Castritianum *mendum nos corrigemus, & tamen ad me* Quintus CIↃ.C CIↃↃ.IↃↃↃ. *scripserat, non ad sororem tuam* HS XXX. Terentia *tibi salutem dicit.* Cicero *tibi mandat, ut* Aristodemo *idem de se respondeas, quod de fratre suo sororis tuæ filio respondisti.* De Amalthea *quod me admones, non negligemus.* Cura, *ut* Valeas.

σχόλια

GEOGRAPHIA)ep.4.h.l. ne Laudarem) quum cupiam παλινῳδίαν canere. ep.9.h.l. Eum) Pompeium traductorem ad plebem. ibid. Cessasse) quamuis id scripserim ep. sup. Publio) P. Clodio. ep.5.h.l. Iucunda sunt) Clodium contemnere legationem, & id bilem legis latoribus commouere. paulò post. Venies) ad nos.ep.4.h.l. Legatione) ad Tigranem. ep.4 h.l. Acturus) Clodius. In hominem) Clodium. alij, hominem. rectè, nisi cui magis placeat legere: eò hominem. Ire)legatum ad Tigranem. Cupiebam)ut Roma abesset. Differrem) in aliud tempus, quasi nunc litigare non possem. Eo) Clodio. Vadimonium) quasi tempus, & diem litigandi. μεταφορά. Litigandum) altercandum, ut ep.13.l.1. Amissurus) ad Tigranem proficiscens; quũ

populares Romæ maneant, ut populum tueantur. Quid enim ad plebem transisti, ut) al. quid enim ad plebem transisti? ut. Tigranem) Armeniorum Regem. orat. pro P. Sestio. Ires salutatum?) & ob id factus es plebeius. quum prædicares, te plebeium fieri cupere, ut populi partes tuereris. Narra mihi) secretò ut rem magnam, εἰρωνικῶς. Salutare) al. resalutare. Non solent?) nisi plebeij fiāt, ut factus es tu. Ille) Clodius. Latoribus) Cæsari, qui sua lege Clodium ad plebē traduxit. orat. de prouinc. Cons. Auspicibus) Pompeio, qui in adoptando P. Clodio augur fuit. ep. 3. l. 8. Legis curiatæ) de Clodio latæ. orat. pro dom. & de resp. Tractatur) à Cæsare, & Pompeio. μυκτηρισμὸς. Noster) εἰρωνεία. Publius) P. Clodius. In domo) al. domi, ut ep. 9. l. 1. Quondam) M. Messala, & M. Pisone Coss. ibid. Vnus uir) ita, ut puluinaribus Bonæ Deæ stuprum intulerit. orat. de resp. σαρκασμός. Viginti) uiris ep. sup. Esse potuerit) tantum abest, ut in quinque uiris esse possit. Dicta) quasi promissa Clodio. Opima) al. optima. Drusio: ut opinor, Pisaurensis) al. Druso (ut opinor) Pisaurensi, ut Drusus iste Pisaurensis fuerit. Nebuloni) al. à nepotuloni: unde mihi nunc placet legere, uel, à nebulone, qualis penè describitur Vatinius in orat. & à Paterc. l. 2. uel, ab epulone: nam Vatinius in epulo Q. Arrij atratus accubuit, & antea in epulo Fausti ueterem famem non expleuerat. orat. in Vat. ut iure possit epulo appellari. Vatinio) ep. sup. Reseruatur) ut ab eo, qui ne hæc quidem Senatui relinquat. orat. in Vat. Hæc) legatio ad Tigranem. Ieiuna) unde nihil pecuniæ possit exigi. Ac bella relegatio) al. tabellarij legatio: recte, quam tabellarius etiam obire poterat, quum Tigranes tantum esset salutandus. paulò ante. nec præterea bene copulantur illa uerba, ieiuna, ac bella. Ei) Clodio. Istorum) Cæsaris Pompeij, & Crassi. Tempora) quæ post Cæsaris Consulatum ita turbulenta possent accidere, ut huiusmodi Tribuni pl. opera indigerent: uel tempora Consulatus Pompeij, & Crassi, qui Coss. parentur. ep. 5. h. l. Hominē) Clodium Istorum) Cæsaris, Pompeij, Crassi, & Clodij. Dissensio) hinc dixit dissentiet ep. 9. h. l. Curione) ep. seq. Arrius) ep. 5. h. l. Ereptum) ab istis, à quibus destitutus est. ibid. Megabocchus) magnus Bocchus, hoc est, Pompeius, qui, quum Domitium in Africa interfecisset, Bogudi Maurorum Regi tanquā Bocchus pater imperauit, ut Hiarbam Numidiæ Regem copijs spoliaret: Liu. l. 89. Oros. l. 5. cap. 15. & 21. & Eutrop. l. 5. uel, qui perfidus sit inter me, & Clodium, quemadmodum Bocchus olim inter Syllam, & Iugurtham. Sallust. al. Megabrotus, magnus mortalis. nam Pompeius, magnus dicebatur. ep. 13. l. 1. Iuuentus) ep. 13. & 16. l. 1. Inimicissima) ep. seq. Auguratus) ep. 5. h. l. Quinque uiris) ad Campanum agrum diuidendum creatis. ep. sup. hunc Quinqueuiratum Cicero repudiauit. ep. 2. l. 9. & orat. de prouinc. Cons. Loqui) nescioquid. Aliquid) cōtra Cæsarem, & Pompeium, & alios. Plus est boni) quòd incipiunt odio esse. ep. 19. h. l. κατὰ τὸ πρακτικὸν) quasi actuose, hoc est, desiderio agendi. Plato in scripsit dialogum περὶ πρακτεῦ. Tædebat) ep. sup. Quum licebat) nunc enim non licet. ibid. Naui) Reip. administratione. μεταφορὰ. Prouerb. in eadem es naui. Non abiectis) à me. Sed ereptis) ab alijs. Gubernaculis) quibus Remp. regebamus, quū sedebamus in puppi, clauumq; tenebamus. ep. 15. l. 9. fam. Istorum) Cæsaris, & aliorū. Ex terra) è loco tuto. Prouerb. è terra spectare naufragium: καὶ ὑπό στέγῃ πυκνὰς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενὶ) & sub tecto spissam audire guttam dormienti mente: hoc est, tutus ego eorum pericula audire. Muro) ep. 4. h. l. Castritianum) Castritij, qui in Asia negotiatus est. orat. pro Flacc. Quintus) Q. fr. CIↃ. CCIↃↃ. IↃↃ.) al. Deceliani mendum, ut forte, Deciani mendum, legi possit. Decianus enim & ipse in Asia negotiabatur. orat. pro Flacc. Sororem) Pomponiam. ep. 4. l. 1. Terentia) ep. 2. l. 1. Cicero) filius meus. ibid. Aristodemo) nescio cui. Fratre suo) patruele. Sororis) Pomponiæ. Filio) Q. Cicerone, Q. fr. F. ep. 2. h. l. 1. Amalthea) ep. 13. l. 1. quæ te expectabat. ep. 1. h. l.

CICERO ATTICO S. 8

EPISTOLAM *cum à te auide expectarem ad uesperum, ut soleo; ecce tibi nuntius pueros uenisse Roma. uoco, quæro: ecquid literarum? negant. quid ais, inquā nihil ne à Pōponio? perterriti uoce, & uultu, cōfessi sunt se accepisse sed excidisse, in uia. quid quæris? permoleste tuli: nulla enī abs te per hos dies epistola inanis aliquā re utili, & suaui. nūc, si quid in ea epistola, quam ante diē XVI. Cal. Maij dedisti, fuit historia dignum, scribe quāprimum, ne ignoremus. sin nihil præter iocationem, redde id ipsum. & scito Curionem adolescentem uenisse ad me salutatum. ualde eius sermo de Publio cum tuis literis congruebat. ipse uero mirandum in modum Reges odisse superbos. peræque: narrabat incensam esse iuuentutem, neque hæc ferre posse. bene habemus. nos, si in ijs spes est, opinor aliud agamus. Ego me do historiæ. quanquam licet me Sauseium putes esse nihil me est inertius. Sed cognosce itinera uostra, ut statuas, ubi uos uisurus sis. In Formianum uolumus uenire Parilibus, inde, (quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore cratera illum delicatum) Cal. Maijs de Formiano proficiscemur, ut Antij simus ad V. Non. Maij: ludi enim Antij futuri sunt à IIII. Cal. ad prid. Non. Maij: eos Tullia spectare uult. inde cogito in Tusculanum, deinde Arpinum, Romam ad Cal. Iun. te aut in Formiano, aut Antij, aut in Tusculano, cura, ut uideamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui Vale.*

σχόλια



VNCIVS)refert mihi. Ecquid) attulerint. Ais)quaſi cum uno loqueretur,qui etiã reſponderet,ais,dixit. Pomponio!) T.Pomponio Attico! Accepiſſe)literas à te. Excidiſſe)illas. Epiſtola)quæ excidit in uia. Dediſti)ut colligo. Hiſtoria) quam Theopompino genere pango.ep.6. h.l. uel quaſi cognitione,ut ſignificat ἱστορίαι. Curionem)C.Curionem C.F.ep.11.l.1. Publio)P.Clodio. Tuis literis)Clodium legationem contemnere, & id Cæſari,& Pompeio bilem commouere, & ita quædam diſſenſionis initia ſenſit.ep.ſup. ipſe)uidebatur ipſe Curio,hinc unus loquitur,& palam aduerſatur.ep.18.h.l. Reges)Cæſarem,Pompeiũ,& Craſſum. Odiſſe ſuperbos)ep.3.l.6. Narrabat)Curio ut Dux ipſius iuuentutis ep.24.h.l.& epiſ.11.l.5. Iuuentutem)ep. ſup. Bene habemus) εἰρωνικῶς atque, ſi liceat per libros ueteres,malim legere,bene habet,ut,nus, particula nata ſit è ſequenti pronomine nos. Iis)Curione,& iuuentute, & non alijs. Aliud agamus)alias res, ut loquitur Terent. potius agamus,q̃ Remp.curemus,quũ nulla ſpes eſſe poſſit nec in Curione,nec in iuuentute,præſertim mihi,in quem illius odia ſunt incitata ep 16.l.1. Hiſtoriæ)quam legendæ,tũ etiã pãgendæ.ep.6.h.l. Saufeium)ep.1.l.1.& ep.1.l.7.ubi Saufeiũ Planpigiũ deſcribit. Formianum)ep.4.h.l. Parilibus)XI.uel,ut alij uolunt, XII.Cal.Maij. Hoc tempore)uere,quo dilutius eſt bibendum.Celſus,et Polybus hoc ſcribunt. Cratera)uideri poteſt Cicero ad illud reſpicere κρατὴρ δικῶν, δοχεῖον κακῶν, & legationem aliquam ſignificare,ep.5.h.l.uel intelligere cacumen Aetnæ,uel montis Veſuuij,uel etiam ſinum, quem craterem uocant,quemque Strab.l.5. deſcribit, ſed nos tamen credimus illum uoluiſſe ſignificare ſinum Formianum,de quo ſic ſcribit Athen.l.1. πρωνέργῳ ἔμφερής ὁ φορμιανὸς ὅινος, ταχὺ δὲ ἀκμάζει, καὶ λιπαρώτερος ἐστὶν αὐτοῦ.& Orat.o.l.20.l.1. Illum) Formianum. Antij)ep.1.h.l. Sunt à IIII.Cal.ad prid.Non.Maij)ut ep.14.h.l.al.ſunt prid.Non.Maij.Fortaſſe rectius.nam ſi ludi fuiſſent futuri à IIII.Cal.oportuiſſet uenire Antium ante V.Non. Tullia)ep.1.l.1. Cogito)proficiſci. Tuſculanum)ep.3.l.1. Arpinum)ep.11.h.l. Epiſtolam)quæ in uia excidit.

CICERO ATTICO S. 9



VBITO cum mihi dixiſſet Cæcilius Quæſtor puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim,ut tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos, cum eos,de quibus ſcribis,tum illum,quem addis,& ais,longum eſſe,quæ ad ea reſponderis,perſcribere:illum uero,qui non dum habitus eſt,quem illa βοῶπις cum è Solonio redierit, ad te eſt relatura,ſic uelim putes,nihil hoc poſſe mihi eſſe iucundius.ſi uero quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur,in cœlo ſum,ut ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem,quam,bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit:quarum expecta diuinam παλινῳδίαν. etenim, quantum coniectura auguramur,ſi erit nebulo iſte cum ijs dynaſtis in gratia,non modo de Cynico conſulari,ſed ne de iſtis quidem piſcinarum Tritonibus poterit ſe iactare:non enim poterimus ulla eſſe in inuidia ſpoliati opibus,& illa ſenatoria potentia.ſin autem ab ijs diſſentiet, erit abſurdum in nos inuehi.uerũtamen innuebatur.feſtiue,mihi crede,& minore ſonitu,quàm putaram,orbis hic in Rep.eſt conuerſus:citius omnino quàm potuit:id culpa Catonis,ſed rurſus improbitate iſtorum, qui auſpicia,qui Aeliam legem,qui Iuniam,& Liciniam,qui Cæciliam,& Didiam neglexerunt,qui omnia remedia Reip.effuderunt,qui regna,qui prædia tetrarchis, qui immaneis pecunias paucis dederunt.uideo iam,quo inuidia tranſeat,& ubi ſit habitura.nihil me exiſtimaris neq; uſu, neque à Theophraſto didiciſſe,niſi breui tempore,deſiderari noſtra illa tempora,uideris. etenim ſi fuit inuidioſa ſenatus potentia:cum ea non ad populum,ſed ad treis homines immoderatos redacta ſit, quid nam cenſes fore? proinde iſti licet faciant,quos uolent,Conſules,Tribunos pl.deniq; etiam Vatinij ſtrumam ſacerdotij διβάφῳ ueſtiant.uidebis breui tempore magnos non modo eos,qui nihil titubarunt,ſed etiam illum ipſum,qui peccauit, Catonem:nam nos quidem, ſi per iſtum tuum ſodalem Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus: ſi ille cogitat,tantum duntaxat nos defendere,&,quod eſt proprium artis huius, ἐπαγγέλλομαι, ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. patria propitia ſit:habet à nobis etiam ſi non plus,quàm debitum eſt,plus certe quàm poſtulatum eſt.male uehi malo alio gubernante,quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare. ſed hæc coràm commodius. nunc audi,quod quæris. Antium me ex Formiano recipere cogito ad V.Non.Maias. Antio uolo Non.Maijs proficiſci in Tuſculanum. ſed cum è Formiano rediero(ibi eſſe uolo uſque ad prid. Cal. Maias) faciam ſtatim te certiorem. Terentia tibi ſalutem. Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον.

σχόλια



CAECILIVS) historiam reperire non potuimus. Publio)P.Clodio. Addis)alij, abdis. Perscribere) al.perscribe. Illum uero)σολοικισμὸς Græcis,& Ciceroni usitatus. βοῶπις)Clodia,quam Clodius iure eandem sororem appellare poterat,& uxorem:orat.pro dom.de resp.& pro M.Cælio,sicut Iuno,quæ βοῶπις ab Homero sæpe dicitur,Iouis erat & soror,& coniux.sic olim nos in epistola ad Petrum Bembum,quem honoris causa nominamus,interpretati sumus. Solonio)ep.3.h.l. Relatura)epist.14.h.l. De me) accusando. Pacta sunt)inter Cæsarem,& Clodium,ut Clodius ipse mihi diem dicat.Plutar.in uita,Patercul.et Dion.l.38. In cœlo sum) Prouerb.in cœlo esse. Hierosolymarius)Pompeius,qui Hierosolymam cepit.Liu.l.102.Ioseph.l.14.cap 8.& Egesip.l.1. Tradctor)augur in adoptando.ep.3 l.8. Ad plebem)nam plebeium fieri passus est.ep.22.h.l. Bonam)εἰρωνικῶς.Putissimis)purissimis.orationes enim putari dictæ sunt,quoties ex his fraudis,aut falsi mendacij, aut iniqui aliquid separatur. Non.Marcell. Orationibus)in quibus illum laudaui,& Crassum perstrinxi.ep.11.l.1. Expecta)à me, παλινῳδίαν)cõtrariam cantionem,qua Pompeium,quem semper laudaui,nunc uituperem:atque Cicero παλινῳδίαν aliter,atque alij usurpare uidetur hic,ep.5.l.4.& ep.7.l.7.Prouer.palinodiam canere. Etenim)nunc,sanè quidem,profectò: Nebulo)Clodius. Dynastis)Cæsare,Pompeio,& Crasso. Cynico Consulari)me ipso,quem ipse Clodius Cynicum Consularem uocat quasi nimis mordacem,& seuerum,quales erant Cynici philosophi. Piscinarum)ep.15.l.1. Tritonibus)Hortensio,Lucullo, & Philippo,qui quasi tritones piscinis delectantur.ibid. Poterimus)ego Cynicus Consularis,& isti tritones. Spoliati)à Cæsare,Pompeio,& Crasso potentioribus. Ab ijs)dynastis. Dissentiet)Clodius,ut initia sensi ex Curione.ep.7.h.l. Absurdum)quoniam utrosque potea haberet inimicos ita,ut neutris posset nocere. δίλημμα. Festiue)alij festine. Sonitu)ut ep. 21.h.l. Orbis) status. ibid. sic penè Liu.l.42.circũagetur hic orbis. μεταφορά. Potuit)usque adeo incitata, & uolenta fuit ista conuersio,ut citius etiam,quàm potuit, sit facta:uel potuit,debuit.ut ep.15.l.3.& orat.pro dom. Catonis)qui miseros uexauit publicanos.ep.15.l.1.& ep.1.h.l. Istorum)Cæsaris,Pompeij,Crassi, & Vatinij. Auspicia)contra quæ adoptatus est Clodius.orat.pro dom. Aeliam) Aelia,& Fusia legibus cautum fuisse uidetur,ut auspicijs obtemperaretur, obnunciare concilio,aut comitijs,& legi intercedere liceret.orat.post reditum in Senat.pro dom.pro P.Sestio, in Vatin. & de prouinc.Cons.ubi leges istas semp ita cõiungit, ut mirer nunc esse separatas, nisi forte Fusiã,non Iuniã loco sequẽti malit quis legere præsertim,quũ Iuniæ raro fiat mẽtio,ut ep.15.l 4. Liciniã)quæ nõ m õ eũ,q tulerit de aliqua curatiõe,ac potestate, sed etiam collegas eius,cognatos,et affines excipit,ne eis ea potestas,curatione mandetur.orat.2.contra Rull. & pro dom. Cæciliam,& Didiam)leges à Q. Cæcilio Metello,& T.Didio Viuio Coss. latas, quarum ea quasi uis, & sententia erat, ne populo necesse esset in coniunctis rebus compluribus,aut id,quod nollet, accipere,aut id,quod uellet; repudiare. orat.pro dom. Neglexerunt)orat.in Vatin. Remedia Reip.) sic subsidia Reip.orat.post reditum in senat,atque hic significat, quod in Politico scribit Plato. ὁπόταν τῶν νόμων μὴ φροντίζωσιν, ὀλιγαρχίαν καλοῦμεν. Regna)exempli causa,Ariouistus Rex & amicus est appellatus,Cæs.l.1.de bel.Gal.& Ptolomeus socius,idem.l.3.de bel.ciu. Prædia)agros ex hostibus captos.alij,præsidia. Tetrarchis)cum quibus fœdera fecerunt.orat.in Vatin. Pecunias)ex ærario erogatas.ibid. Transeat) à nobis in istos. Habitura) futura. al. habitura. Vsu)tractandæ Reip.ut ep.6.l.6.fam. Theophrasto) cum scripsisset quæ essent in Rep.inclinationes rerum,& momenta tẽporum,quibus esset,moderãdum,utcũque res postularet.l.5.de finib. Desiderari)ep.22.& 23.h.l. Tempora)quæ fuerũt usque ad Cæsarem,& Bibulum Coss.ep.longa ad Lent. Potentia)quũ unus ferè sensus erat bonorum omnium.ibid. Ea)potentia, Treis homines)Cæsarem, pompeium, & Crassum. Redacta sit)al.tralata sit. Isti)Cæsar,Pompeius,& Crassus. Consules)anni sequentis.ep.4.h.l. Tribunos pl.)ut Clodium.epis.12. h.l. Vatinij) ep.6.h.l. Strumã, tumidũ guttur, quale Vatinius habuisse dicitur. Plutar.in Cic.in eo enim deformitas cum turpitudĩe certabat ingenij.Paterc.l.2. Sacerdotij) Auguratus.ep.5.& 7.h.l. sic uocat ep.4.l.15.fam. διβάφῳ)purpura bis tincta,hoc est,ueste augurali,quam Curtius cogitat ep.16.l.2 fam. Vestiant)ut cupit ipse Vatinius,qui pro Q. Metello Augur fieri cupit.orat.in Vatin. Eos)optimates,ut Bibulum,Domitium,& reliquos. Peccauit) in equitum causa.ep 1.h.l. Sodalem)cum quo etiam dialogos facias. paulò ante. Publium) P.Clodium. Licebit) quod nobis diem non dicat: σοφιστεύειν)philosophari, φιλοσοφεῖν,ep.5 h.l. sapientiæ operam dare. Cogitat,tantum)uelim legere:coget,attamen. Defendere)ab ipso Clodio. Artis huius)Rhetoricæ,quam semper sum professus,quamque Plato in Gorgia uocat τέχνην ἐν τοῖς δικαστηρίοις διασώζουσαν:uel potius τῆς σοφιστικῆς,quã nunc profiteri,hoc est,σοφιστεύειν cogito.σοφιστὴς γὰρ ἀντιλογικὸς dicitur à Plat in Sophist. ἐπαγγέλλομαι) promitto, profiteor. sic Protagoras Sophistes apud Plat. αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστιν ὦ σώκρατες τὸ ἐπάγγελμα, ὃ ἐπαγγέλλομαι.erat enim hic mos eorum,qui tunc Sophistæ nominabantur.l.2.de finib. ἄνδρα ἀπαμύνεσθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ)de homine pœnas sumpturum,quãdo quis prior molestus fuerit:hominem me ulturum,qui prior læserit.prouerb.Qui prior læserit. Si non plus)modestius loquitur,quàm ep.14.l.5. fam. Vehi) in Reip.naui.ep.7.h.l. Ingratis)ita ut inuideant,quũ gratiam deberẽt referre.ep.17.l.1. Gubernare)ut ante.ep.7.h.l. Recipere)proficisci.episto. sup. V.Non.)ibid. Ad prid. Calendas)sic ad pridie Nonas. ep. 11.huius lib. Salutem)dicit.ep.7.h.l. κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται τίτον Ἀθηναῖον)Cicero paruus saluta Titum Atticum.ibidem.

CICERO ATTICO S. 10



OLO *ames constantiam meam. ludos Antij spectare non placet: est enim* ὑπόσολοικον, *cum uelim uitare omnium deliciarum suspicionem, repente* ἀναφαίνεσθαι. *non solum delicate, sed etiam inepte peregrinantem. quare usque ad* Non. Mai. *te in* For*miano expectabo. nunc fac, ut sciam, quo die te uisuri simus.* Ab Appij foro *hora quarta: dederam aliam paulo ante à tribus* Tabernis. Vale.

σχόλια




ONSTANTIAM) *in rerum humanarum despicientia.* Meam) *qui cupio* φιλοσοφεῖν. *ep.5.h.l.* Ludos) *quos spectare uolebat* Tullia. *ep.8.h.l.* ὑποσόλοικον) *absurdum. ep.25.l.14.* ἀναφαίνεσθαι) *apparere, uideri, præsertim quum ludos semper contempserim. ep.1 l.7. fam. Philip.1. & ep.26.l.15.* Expectabo) *quamuis ad* V. Non. *me inde recipere cogitassem. ep. sup.* Sciam) *sic ep.6.h.l.* Appij foro) *quod recentiores fossam nouam uocāt, de quo sic scribit* Antoninus Augustus. *ab urbe,* Appia, *recto itinere,* Aritia M.P.XVI. *tribus tabernis* M.P.XVII. Appij foro M.P.XVIII. *Orat. Sat.5.l.1.* Hora quarta) *data est hæc epistola.* Aliam) *ep. sup.* Tribus tabernis) *ep.10.l.1. & ep.12.h.l. & Lucas in act. Apost. cap.18.*

CICERO ATTICO S. 11



ARRO *tibi: plane relegatus mihi uideor, posteaquam in* Formiano *sum, dies enim nullus erat,* Antij *cum essem, quo die non melius scirem* Romæ *quid ageretur quàm ij, qui erant* Romæ: *etenim literæ, tuæ non solū quid* Romæ, *sed etiam quid in* Rep. *neque solum quid fieret, uerum etiam quid futurum esset, indicabant. nunc, nisi siquid ex prætereūte uiatore exceptū est, scire nihil possumus. quare quanquā iam te ipm expecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquā epistolam, plenā omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum: ac diem, quo* Roma *sis exiturus, cura ut sciam.* Nos in Formiano *esse uolumus usque ad prid.* Non. Maias. *eò si ante eam diem non ueneris,* Romæ *te fortasse uidebo. nam* Arpinum *quid ego te inuitem?* τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὰ κουροτρόφος, ὄντι ἔγωγε ἧς γαίας δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. *hæc igitur.* Cura ut Valeas.

σχόλια



ARRO tibi) *sic ep.5.l.5. & ep.17.l.15.* In formiano sum) *ep. sup.* Antij) *ep.6.h.l.* Quid futurum esset) *sic ep.12.l.5.* Expecto) *ep. sup.* Exiturus) *ep.8.h.l.* Sciam) *ep. sup.* Ad prid. Non.) *sic ad prid. Cal. ep.9.h.l.* Romæ) *quò cogitabam ad Cal. Iun. ep.8.h.l.* Arpinū) *quò ex Tusculano uolebam proficisci. ibid.* τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, ὄντι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι) *aspera, sed bona puerorum altrix, neque ego hac terra possum dulcius aliud uidere. sic loquitur* Vlysses *L. odys.9. de Ithaca,* Cicero *de Arpino, ut l.2. de legib.* Hæc igitur) *habeto.*

CICERO ATTICO S. 12



EGENT *illi* Publium Trib. pl. *factum esse. hoc uero regnum esse, ferri nullo pacto potest. emittat ad me* Publius, *qui obsignent. iurabo,* Cneum *nostrum, collegam* Balbi Antij *mihi narrasse, in auspicio fuisse. ò suaues epistolas tuas uno tempore mihi datas duas: quibus* εὐαγγέλια *quæ reddam, nescio, deberi quidem planè fateor. sed uide* συγκύρημα. *emerseram commode ex* Antio *in* Appiam *ad* Treis Tabernas, *ipsis* Cerealibus, *cum in me incurrit* Roma *ueniens* Curio *meus. ibidem illico puer abs te cum epistolis. ille ex me, nihil ne audissem noui? ego negare.* Publius, *inqt,* Tribunatū pl. *petit. quid ais? & inimicissimus quidem* Cæsaris, *& ut omnia, inquit, ista rescindat. quid* Cæsar, *inquam? negat se quicquam de illius adoptione tulisse. deinde suum,* Memmij, Metelli Nepotis *exprompsit odium. cōplexus iuuenem dimisi, properans ad epistolas. ubi sunt, qui aiunt* ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι? *quanto magis uidi ex tuis literis, quam ex illius sermone, quid ageretur, de ruminatione quotidiana, de cogitatione* Publij, *de lituis* βοώπιδος, *de signifero* Athenione *de literis missis ad* Cneum, *de* Theophanis, Memmijque *sermone. quantam porrò mihi expectationem dedisti conuiuij istius* ἀσελγοῦς? *sum in curiositate* ὀξύπεινος. *sed tamen facile patior te id ad me* συμπόσιον *nō scribere: præsentem audire malo:* Quod

me, ut scribam aliquid, hortaris: crescit mihi quidem materies, ut dicis: sed tota res etiam nunc fluctuat κατὰ ὀπώραν τραχὺς: *quæ si desederit, magis erunt iudicata quæ scribam: quæ si statim à me ferre non potueris, primus habebis tamen, & aliquandiu solus. Dicæarchum recte amas: luculentus homo est, & ciuis haud paulo melior, quàm isti nostri* ἀδικαίαρχοι. *Literas scripsi hora decima Cerealibus, statim, ut tuas legeram: sed eas eram daturus, ut putaram, postridie ei, qui mihi primus obuiam uenisset. Terentia delectata est tuis literis, & impertit tibi multum salutis.* καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται.

σχόλια.



ILLI) Cæsar, Pompeius, & Crassus. Publium) P. Clodium. Trib. pl.) alij, plebeium. nam paulò post Tribunatum petit. orat. de prouinc. Cons. ita scribitur: si plebeius omnino esse non potuit, qui Tribunus pl. potuit esse? & orat. pro dom. ostendit quum lex curiata de Clodio lata est, de cœlo seruatum fuisse. quamuis hic potius uelit probare plebeium esse factum, idque Cnei testimonio. Esse) est, magis probo. Obsignent) testimonium, ut ep. 15. l. 15. Cneum nostrũ) Pompeium. Collegam) in Vuiratu, uel uigintiuiratu. ep. 7. h. l. hinc Capuæ esse dicitur ep. 19. h. l. & magistratum gerere orat. post reditum in Senat. & est μυκτηρισμὸς, quòd collega esset hominis Aricini, cuius ignobilitatẽ postea M. Antonius Octauio obiecit. Philip. 3. Balbi) M. Accij Balbi. ibid. hic functus honore Præturæ inter uigintiuiros agrum Campanum plebi lege Iulia diuisit, Suet. in August. Antij) ubi eram. ep. sup. In auspicio fuisse) se auspicem legis curiatæ fuisse. ep. 7. h. l. εὐαγγέλια) boni nuncij præmia. ep. 3. h. l. συγκύρημα) quasi fortuiti boni adeptionem, quod sorte euenit, sortem, casum. Commode) alij, cõmodum. Antio) al. Antiati. Appiam) uiam. ep. 9. & 12. l. 16. Treis tabernas) ep. 10. h. l. Cerealibus) V. Id. Apr. Ouid. l. 4. Fast. Quare, si dies conferãtur, hæc epistola superioribus præponenda uideri possit. Curio) ep. 8. h. l. Meus) penè discipulus. ep. 1. l. 2. fam. & in Brut. Ille) Curio. Ex me) quæsiuit. Tribunatum pl. petit) nondum igitur erat Tribunus, præsertim nondum habitis comitijs, quæ antequã haberentur, Laterensis Tribunatum pl. petere destitit. ep. 18. h. l. Inimicissimus) ut uidetur. ep. 22. h. l. Ista) quæ Cæsar contra auspicia egit. orat. pro dom. Rescindat) per Senatum. ibid. quãuis posterioribus mensibus illa actio fuerit. Illius) Clodij. Tulisse) quum tamen tulerit. ep. 7. h. l. Suum) qui Reges odit superbos. ep. 8. h. l. Memmij) C. Memmij. orat. in Vatin. quo postea Præt. de Cæsaris actis referẽte, cognitio Senatui delata. Suet. in Cæs. Metelli Nepotis) qui moleste fert, Auguratum sibi eripi, ep. 5. h. l. & Pompeium cum Mutia sorore diuortium fecisse. ep. 9. l. 1. Odium) in Cæsarem, Põpeiũ, & Crassum: uel in Clodium, quem Curio oderat ut riualem, Plutar. in Anton. Memmius ut Ciceronis inimicum, quum esset ipse amicus, ep. 1. l. 13. fam. Metellus Nepos ut fraternæ mortis autorem, orat. pro M. Cælio. Iuuenem) Curionẽ adolescentem. ep. 8. h. l. Epistolas) tuas. ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι;) uiuæ uocis maiorem efficacitatẽ esse. al. ζώσης φωνῆς Prouerb. uiua uox. Vidi) ἐνέργεια. Illius) Curionis. Ruminatione) commentatione, & meditatione Cæsaris et aliorum de Rep. suo arbitrio administranda. μεταφορά. Cogitatione) de istis actis rescindendis, uel de dicenda mihi die. Publij) P. Clodij. Lituis) Auguratus insignibus apud Clodium relictis, ut uero simile est, mortuo Q. Metello Celere marito, orat. pro M. Cælio, hoc est, Auguratu, ep. 5. h. l. Lituus enim erat insigne Auguratus, l. 1. de Diuinat. ne' certe tubis, quibus Clodia fratrem contra me quasi accendat. βοώπιδος) Clodiæ. ep. 9. h. l. Athenione) Sext. Clodio. Nam sicut Athenio Siculus fuit, & fugitiuorum Dux, Verr. 5. Ascon. in Verr. 4. & Flor. l. 3. cap. 19. sic Sext. Clodius Siculus fuit, Suet. de claris Rhet. & seruitia ad cædem, & inflammandam urbem incitauit, orat. pro M. Cælio, fuitque minister seditionis non aliter, atque Athenio defectionis, cuius signum uolunt fuisse, Athenionem uocare, dicitur quoque Clodius ludos Athenionis, aut Spartaci exemplo fecisse orat. de resp. & quamuis hæc multo post sint facta, iam tum tamen uidebantur. uel M. Crasso, ep. 22. h. l. à quo pulsi, fugatique sunt serui. Florus. l. 3. cap. 20. & si Spartacum, non Athenionem ille superauit. in ueterum quoque monimentis P. Clodium Athenionem legimus. Missis) Capuam. ep. 19. h. l. Cneum) Pompeium. Theophanis) ep. 5. h. l. Memmij) C. Memmij. paulò ante. Conuiuij istius) fortasse à Q. Arrio facti. orat. in Vatin. ἀσελγοῦς) lasciui, intemperati ἀσελγὴς γὰρ λέγεται, ὃ μὴ μετέχων μήτε δικαιοσύνης, μήτε ἀρετῆς. Interp. Demost. in argumento orat. omnis κατὰ Μειδίου. delicati, ep. 14. h. l. ὀξύπεινος) edendi cupidus, ut qui acuta fame tenetur, hoc est, intelligendi auidus, ut ep. 12. l. 4. & quum de conuiuio loqueretur, loco usus est eo uerbo. συμπόσιον) compotationem. ep. 14. l. 9. fam. & de senect. & græce maluit dicere, quia ἀσελγὲς appellarat. Præsentem) te referentem. Scribam) pangam. ep. 6. h. l. Hortaris) adhortaris. ep. 14. h. l. Materies) ex istorũ factis, quæ scribam nullo cum stomacho. ep. 6. h. l. κατὰ ὀπώραν τραχύς) ut pomum aspera, idest nondum matura, ut fructus acerbi esse solent. al. κατ' ὀπώραν τραχὺς, in autumno aspera, hoc est, hoc tempore, quo materies est magna non aliter, atque autumni tempore magna est fructuum copia, crescit quidem illa, sed nondum matura est, quum potius sit acerba & τραχύς. Quæ) materies sic acerba. Desederit) al. decesserit. Solus) habebis, ut ἀνέκδοτα. ep. 6. h. l. Dicæarchum) ep. 2. h. l. Amas) ut tuum familiarem. ep. 16. h. l. Luculentus) etenim erat ἱστορικώτατος. ep. 2. l. 6. Ciuis) qui τριπολιτικὸν scripsit. ep. 32. l. 13. Isti) Cæsar, & reliqui. ἀδικαίαρχοι) iniusti magistratus, quum Dicæarchus iustus magistratus interpretari possit. Obuiam uenisset) al. obuenisset. Delectata est) al. affecta est. Multum salutis) al. multam salutem. καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται) &

Cicero Philosophus ciuilem Titum salutat, hoc est, ego, qui nunc φιλοσοφῶ ep.5.h.l. te, qui nunc quasi in Rep. uersaris, saluto. atque hoc ipsum quodam cum ioco dictum, quum uterque semper contrarium fecerit. ep.14.l.1.

CICERO ATTICO S. 13



ACINVS indignum: epistolam αὐθωρεὶ tibi a' Tribus Tabernis rescriptam ad tuas suauissimas epistolas neminem reddidisse? at scito eum fasciculum, quo illam conieceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum relatum esse. itaque tibi tuam epistolam iussi referri, ex qua intelligeres, quā mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ quod scribis sileri: ita putabam: at hercule in agris non silētur: neciam ipsi agri regnum uestrum ferre possunt. si uero in hanc τηλέπυλον ueneris λαιστρυγονίην, (Formias dico) qui fremitus hominum? quam irati animi? quanto in odio noster amicus Magnus? cuius cognomen unà cum Crassi Diuitis cognomine consenescit. credas mihi uelim. neminem adhuc offendi, qui hæc tam lente, quam ego fero, ferret. quare, mihi crede, φιλοσοφῶμεν. iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Tu si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum: unde nos prid. Non. May. cogitamus. Vale.

σχόλια




PISTOLAM) superiorem. αὐθωρεὶ) eadē hora, hora decima Cerealibus statim, ut tuas legeram. ep. sup. Tribus tabernis) ep.10.h.l. Epistolas) duas ep. sup. Domū) in urbem. Formianum) ubi sim. ep 11.h.l. Tuam) ad te scriptam, ut ep.22.l.7. Illæ) tuæ epistolæ. Agri) homines, qui sunt in agris, ut municipia ep.25.l.8. μετονυμία. Regnum) ep. sup. Vestrum) qui estis in urbe, hoc est, Cæsaris, & aliorum. al. nostrum. τηλέπυλον ueneris λαιστρυγονίην) Telepylum ueneris Læstrigoniā, ubi te expecto. ep.10.h.l. Homer. Odys.κ. ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον τηλέπυλον λαιστρυγονίην. Formias) antiquam Læstrygonum sedem Plin.l.3.cap.5. Magnus) ex ambiguo. magnus amicus, & Magnus Pompeius. ep.13.l.1. atq; is potissimum in odio est, quòd Cæsarē alat. ep.3.l.8. Cognomen) Magnus Plutar. Crassi) ep.3.l.1. Diuitis) ibid. Cognomine) & Crassi ipsius, & eius familiæ, nam P. Licinius Crassus, qui Cos. an. ab urb. con. 549. fuit, Diues est dictus. Consenescit) quum uterque Cæsari Remp. uexāti assentiatur. φιλοσοφῶμεν) Philosophemur. ep.5.h.l. Tanti) quanti est φιλοσοφεῖν, & si aliter antea putabam. ibid. Literas) à Senatu, uel à Coss. Sicyonios) qui te lædebant. ep. 1.h.l. quum soluere nolebant, epist.16 lib.1. Habes) ut soluant. Aduola) profecturus in Epeirum. ep.15.h.l. Prid. Non. May) epist.11. huius lib. Cogitamus) proficisci.

CICERO ATTICO S. 14



VANTAM tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? quantam de colloquio βοώπιδος? quantam etiam de illo delicato conuiuio? proinde ita fac uenias ad sitienteis aures. quanquam nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, quā'm ne ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet uapulare, & cum has actiones ἀνατρεπτους uidebit, ruere incipiat. ego autem usque eo sum eneruatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐντυραννεῖσθαι, quam optima spe dimicare. De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. basilicam habeo, non uillam, frequentia Formianorum. at comparem basilicæ? tribum Aemiliam. sed omitto uulgus. post horam quartam molesti cæteri non sunt. C. Arrius proximus est uicinus, immo ille quidem iam contubernalis, qui etiam se iccirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. ecce ex altera parte Sebosus ille Catuli familiaris. quo me uertam? statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissime expectari uiderem, duntaxat ad prid. Non. Mai. uide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ. occasionem mirificam, siquis nunc, dum ij apud me sunt, emere de me fundum Formianum uelit. & tamen illud probem. magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis, atque otij. sed tamen satisfiet a' nobis, neque parcetur labori. Vale.

σχόλια



ERMONE) de comitiorum dilatione. ep. seq. Bibuli?) ep.14.l.1. Colloquio) dialogo, ep.9.h.l. βοώπιδος) Clodiæ. ibid. Delicato) ἀσελγεῖ. ep.12.h.l. Ita) paratus, ut scribis. Venias) in formianum. Sampsiceramus) Pompeius, qui Syriā uicerat, in qua erat regio Sampsicerami, et Iamblichi eius filij, qui Philarchæ genti Emesenorum erant. Strab.l.16. Omnium) qbus odio est. ep. sup. Vapulare) accusari, lacerari, uerberari, ut ep.26,

l.16. fam. Actiones)suas, Cæsaris, & Crassi. ἰνοσαετρέπτους)faciles aduertendū, quæ facile possint euerti, quòd sint contra auspicia factæ, ep.9.h.l. Ruere) in peius, & iracundiæ parere.ep.21.h.l. Eneruatus)ita, ut me nihil sit inertius. ep.8.h.l. Otio) cessatione.ep.6.h.l. ἐντυραννεῖσθαι) sub tyranno esse, à tyranno regi: sic male uehi alio gubernatore, ep.9.h.l. Quàm optima spe) al.quàm cum optima spe. Dimicare)cum istis. Pangendo)ep.6.h.l. Adhortaris)hortaris.ep.12.h.l. Basilicam)locum frequentem, ut Romæ sunt basilicæ. At comparem basilicæ? tribum Aemiliam) ego comparo uillam meam cum basilica & dico me habere basilicam? habeo potius tribum Aemiliam.al. at quam partem basilicæ? tribum Aemil.? quam partem basilicæ habes Cicero? habeo, inquit, tribum Aemiliam, hoc est, ut ego interpretor, spatium, quo solet honestari tribus Aemilia, ut loquitur orat.pro L. Muræn.tribum uero dixit Aemiliam, quòd in ea suffragium Formiani ferebāt. Liu. l.38. C.Arrius)ep. seq. Sebosus) fortasse Statius Sebosus.Plin.l.9.cap.15. Catuli)ep.10.l.1. Irem)pergerem. ep. seq. Commodissime)ut in hospitio maritimo. ep.16.h.l. Expectari)ep.10.h.l. Ad prid. Non. Mai.)ep.11.h.l. Occasionem) quoniam, dum frequentiæ huius me tædet, facile, & minoris fundum uenderem. Et tamen etc.) nos ita. legimus: & tamen illud probem? magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis, atque otij? quum ita interpeller, & tamen probem illud, quod proponis, magnum ut quid, & multæ cogitationis, atque otij aggrediamur? quasi uelit significare, id uix fieri posse. Sed tamen) quamuis ita interpeller, ut credam uix id fieri posse. Satisfiet) tibi.

CICERO ATTICO S. 15



T SCRIBIS, *ita uideo, non minus incerta in* Rep. *quam in epistola tua. sed tamen ista ipsa me uarietas sermonum, opinionumq́; delectat:* Romæ *enim uideor esse, cum tuas literas lego, & ut fit in tantis rebus, modo hoc, modo illud audire, illud tamen explicare non possum, quidnam inueniri posit, nullo recusante, ad facultatem agrariam.* Bibuli *autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet nisi ipsius iudicium sine ulla correctione Reip? nimirum in* Publio *spes est. fiat, fiat* Tribunus *pl. si nihil aliud, ut eo citius tu ex* Epeiro *reuertare: nam, ut illo tu careas, non uideo posse fieri, præsertim si mecum aliquid uolet disputare. sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit eiusmodi, sis aduolaturus. uerum ut hoc non fit, tamen seruet* Remp. *preclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat. cum hæc maxime scriberem, ecce tibi* Sebosus. *nondum plane ingemueram, salue, inquit* Arrius. *hoc est* Roma *decedere? quos ego homines effugi, cum in hos incidi? ego uero in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam. denique si solus non potuero, cum rusticis potius, quam cum ijs perurbanis, ita tamen, ut, quoniā tu certi nihil scribis, in* Formiano *tibi præstoler usque ad* III. Non. Maias. Terrentiæ *pergrata est assiduitas tua, & diligentia in controuersia* Muluiana. *nescit omnino te communem causam defendere eorum, qui agros publicos posideant. sed tamen tu aliquid publicanis pendis: hæc etiam id recusat. ea tibi igitur, &* Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς *salutem dicunt.*

σχόλια



VIDNAM inueniri posit, nullo recusante) quidnam proferri posit, quod nemo improbet.ep. seq. Agrariam)ep.3.h.l. Bibuli)Cos.ep. sup. Magnitudo animi) & constantia. orat. pro dom. Comitiorū dilatione)ep.20.h.l. Quid habet) quum aduersari non posit, inclusus domi.orat.in Vatin. Publio)P.Clodio. Spes est) ἱερωτικῶς uel spes est fore, ut acta Cæsaris rescindat.ep.12.h.l. Fiat fiat)ut petit. ibid. Si nihil aliud)εἰ μηδὲν ἄλλο. Epeiro) quò nunc cogitas, si literas ad Sicyonios habes.ep.13.h.l. Illo)Clodio. Disputare)alij, disceptare. Eiusmodi)ut mecū uelit disputare. Hoc)ut uelit disputare. Tamen seruet Remp.)al.tamen siue ruet siue eriget Remp.ex quibus uestigijs nos ita legendum censemus. tamen siue ruet, siue eriget Remp.hoc sensu: ut Clodius mecum non disputet, tamen præclarum mihi spectaculum propono, siue à Cæsare fuerit uictus, ita, ut ruat, siue ipse acta Cæsaris ita resciderit, ut Remp. erigat. Propono)utrinque. nam & Clodium ruere, & istorum naufragia intueri cupio.ep.7.h.l. Sebosus)ep. sup. Arrius)ibid. Montes patrios)Arpinates, & quidem asperos.ep.11.h.l. Incunabula)ubi ortus, & procreatus sum.l.2.de legib. Pergam)ibo.ep.sup. Rusticis)Arpinatibus. Perurbanis)Arrio.Seboso, & reliquis. Nihil)de tuo aduentu. Tibi præstoler) te expectem.ep. sup. Muluiana)fortasse à ponte Muluio, ep.33.l.13.uel miluina, ut ep.2.l.2.ad Q.fr. Defendere)contra publicanos. Publicos) sed priuatis hominibus assignatos. Posideant)iure assignationis. orat.3.contra Rull. Sed tamen) quamuis causam communem defendas. Publicanis) qui publica uectigalia exigunt.al.publicanos. Pendis)pro tuis agris, uel pendendum iudicas. Hæc)Terentia. Id recusat) pendere: tanquam sint libera prædia.orat.3.contra Rull. Ea)Terentia. Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς) Cicero optimanatium principatus studiosissimus puer. epist.9.huius lib. quasi iam patrem imitetur, qui semper fecit, & scripsit ἀριστοκρατικῶς. epist.3.huius lib.

CICERO ATTICO S 16



OENATO mihi, & iam dormitanti prid. Cal. Maias epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. quid quaeris? primum ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. sed id cogitatione magis, quam molestia. cogitanti autem haec fere succurrebant. primum ex eo, quod superioribus literis scripseras ex familiari te illius audisse, prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret, maius aliquid timueram: hoc mihi eiusmodi non uidebatur. deinde, ut me ego consoler, omnis expectatio largitionis agrariae in agrum Campanum uidetur esse deriuata. qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur, necesse est. praeterea, si ulla res est, quae bonorum animos, quos iam uideo esse commotos, uehementius possit incendere, haec certe est, & eo magis, quod portoriis Italiae sublatis, agro Campano diuiso, quod uectigal superest domesticum, praeter uicesimam? quae mihi uidetur una conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. Cneus quidem noster iam plane quid cogitet, nescio. φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ, qui quidem etiam istuc adduci potuerit: nam adhuc hoc ἐσοφίζετο, se leges Caesaris probare, actiones ipsum praestare debere: agrariam legem sibi placuisse, potuerit intercedi, nec ne, nihil ad se pertinere: de Rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici, Bibulus de coelo tum seruasset, nec ne, sibi quaerendum non fuisse: de publicanis, uoluisse illi ordini commodare: quicquid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se diuinare non potuisse. nunc uero Sampsicerame quid dices? uectigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? quid, hoc quemadmodum obtinebis? oppressos uos, inquit, tenebo exercitu Caesaris: non mehercule me tu quidem tam isto exercitu, quam ingratis animis eorum hominum, qui appellantur boni: qui mihi non modo praemiorum, sed ne sermonum quidem unquam fructum ullum, aut gratiam retulerunt. quod si in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem resistendi uiam. nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controuersia est Dicaearcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique a me mos gestus esse uideatur: puto enim me Dicaearcho affatim satisfecisse: respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo, ut requiescam, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. quare incumbamus o noster Tite ad illa praeclara studia, & eo, unde discedere non oportuit, aliquando reuertamur. Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ. quid dicam, nescio: nam ita deplorat primis uersibus mansionem suam, ut quemuis mouere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem, & edam, illud tamen, quod scribit, animaduertas uelim, de portorio circumuectionis. ait se de consilii sententia rem ad senatum reiecisse. nondum uidelicet meas literas legerat, quibus ad eum, re consulta, & explorata, perscripseram, non deberi. uelim, si qui Graeci iam Romam ex Asia de ea causa uenerunt, uideas, & (si tibi uidebitur) iis demonstres, quid ego de ea re sentiam. si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam publicanis εἰ δὲ μή, (uero tecum loquar in hac re malo uniuersae Asiae, & negotiatoribus: nam eorum quoque uehementer interest. hoc ego sentio ualde nobis opus esse, sed tu id uidebis. Quaestores autem, quaeso, num etiam de cistophoro dubitant? nam si aliud nihil erit, cum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam quod extremum est. Te in Arpinati uidebimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. Vale.

σχόλια



ORMITANTI) incipienti dormire. uel somniculoso, ut in Quaestura diximus. Agro Campano) plebi lege Iulia diuidendo. Patere. Primum) ut ep. 14. l. 1. al. primo. Mihi) qui semper contendi, ne diuideretur. orat. 2. contra Rull. Familiari) fortasse Cornelio Balbo. ep. 3. h. l. Illius) Caesaris. Prolatum iri) a Caesare. Nemo improbaret) nullus recusaret. ep. sup. & Dion l. 38. Eiusmodi) ut nemo improbaret: uel, quare timueram. Ego) al. egomet. Consoler) ex eo, quod sequitur. Dena iugera sint) quae singulis

dentur, ut Rullus etiā describebat. orat. 2. contra Rull. Quinque millia) ut Rullus etiā scribi iubebat, ibid. Cæsar tamē. XX. millia deduxit, Paterc. & Suet. sed stellatem addidit. Sustinere) quum uix in eum agrum constipari tantus numerus possit. orat. 2. contra Rull. Reliqua) cui nihil agri fuerit assignatum. Illis) Cæsare, Pompeio, & Crasso. Abalienetur) tanquam ab illis contempta. Bonorum) ep. 18. h. l. Connotos) ita, ut clare gemant. ep. 20. h. l. Sublatis) lege Iulia. Diuiso) eadem lege. Domesticum) Italicum. Vicesimam?) uectigal, in quo pro uiginti unum soluitur? Cneus) Pōpeius. φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ᾽ ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ) inflat enim non paruis tibijs amplius sed asperis follibus sine ligula, hoc est, amplius non dissimulat. sed aperte suam profert sententiam. prouerb. tibijs apertis. φορβειὰ uero ligula dicitur, quæ in uentriculo tibiæ posita flatum impedit. Etiam) præter alia, quæ Cæsaris causa fecerat. istuc Adduci potuerit) ut Cæsari leges hasce ferenti opem polliceretur, ob idque palàm in Senatu gloriaretur. Dion l. 38. Adhuc) antequā aperte suam sententiam ostenderet, Hoc) delendum censeo, præsertim quum in alijs libris nō legatur. ἐσοφίζετο) cauillabatur, & cauillando dicebat, quæ sequuntur. Probare) quum nemo improbaret. Dion l. 38. Actiones) quasi uero leges non sint actiones, quum nihil tam sit in actis, quàm leges. Philip. 1. Ipsum) Cæsarem. Agrariam legem) ep. 3. h. l. Placuisse) quo autore prius etiam fuit agitata. ep. 16. l. 1. Potuerit intercedi) legi Iuliæ à Tribunis pl. præsertim à tribus, qui quotidie de cœlo seruabant. orat. in Vatin. Rege Alexandrino) Ptolemæo lege & S. C. socio appellando. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Confici) ut socius appellaretur, ut appellatus est. orat. pro. P. Sest. Bibulus) Cos. ep. 14. h. l. Tum) quum Cæsar leges, præsertim curiatam de Clodio ferret. orat. pro dom. Seruasset) ut seruarat. ibid. & seruauit, quoad magistratu abijt, Suet. in Cæs. Publicanis) postulantibus, ut locatio induceretur. ep. 14. l. 1. Ordini) equestri. Cōmodare) lege Cæsaris tertia uectigalium parte remissa, Dion l. 38. & Appian. l. 2. & quidem per populum. orat. pro Cn. Planc. Quicquid) alij, quid. Forum) quò descendenti Bibulo inter cæteras iniurias cophinus stercoris superfusus est. Plutar. in Cat. Sāpsiceramo) Pōpei. ep. 14. h. l. Quid dices?) quum sententiam tuam aperueris. nec amplius cauillari possis? Te) in Syriam, & Hierosolymam profectum. ep. 9. h. l. Monte Antilibano) ad Eufratem posito. Strab. l. 16. Constituisse) populis illis, & præsertim Iudeis uictis. Egesipp. l. 1. cap. 17. Agri campani) uectigal, imo fundamentum uectigalium. orat. 2. contra Rull. Abstulisse?) auferendi autorem fuisse? Hoc) hanc quasi causam, qua te fecisse recte ostendas. Obtinebis) quamuis malas semper causas obtineas. ep. 23. l. 7. Exercitu Cæsaris) ep. 22. h. l. & orat. de resp. Ingratis) ep. 9. h. l. Appellantur) potius, quàm sunt. Boni) ep. 18. & 21. h. l. Partem) bonorum. Resistendi) tibi, Cæsari & Crasso. Dicearcho) ep. 2. h. l. Familiari tuo) ep. 2. l. 6. & ep. 30. l. 13. Theoprasto) ep. 3. h. l. Ille) Dicearchus. τὸν πρακτικὸν βίον) actuosam uitam: uitam, quæ agit. Omnibus) uitri Hic) Teophrastus. τὸν θεωρητικὸν) βίον, quæ in contemplatione uersetur, uitam. id fortasse Teophrastus dixit in eo libro, quem περὶ μετεώρων inscripsit: uel in libro de uita beata. Esse uideatur) ad hanc enim diem Reip. operam dedi, quod iubet Dicearchus ut ciuis bonus, ep. 12. h. l. quodque ad τὸν πρακτικὸν βίον pertinet: nunc uero φιλοσοφεῖν cupio, ep. 5. h. l. quod est Theophrasti consiliū, & ad τὸν θεωρητικὸν βίον spectat. Satisfecisse) ἐν τῷ βίῳ πρακτικῷ. Hanc familiam) Theophrasticam, non solum peripateticam: nam & Dicearchus magnus fuit peripateticus. l. 2. de off. Reprehendit) quippe quæ ad beatam uitam uocans, labores, & miserias fugiendas monet. Tuscul. 5. Tite) ep. 3. l. 16. Studia) philosophiæ. Eò) ad philosophiam. Discedere) ambitionis causa. ep. 14. l. 1. Non oportuit) quoniam, quæ putaui esse præclara, expertus sum, quàm essent inania ep. 5 h. l. Reuertamur) adolescens enim me Philoni Academiæ principi tradidi. in Brut. Quinti fratris) in Asia præt. ep. 12. l. 1. Scribis, ad me quoque fuit.) uidetur legendum: scribis ad me, quodque fuit. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ) πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα: ante leo, post autē draco, media uero chimæra. carmen est Homer. Iliad. ζ. quo nunc. ostendit Cicero, Q. fratris epistolam principium reliquis partibus dissimile habuisse ita, ut chimæra uideretur, quum in ea contraria essent scripta. Prouerb. chimæra. Mansionem) in Asia. ep. 12. l. 5. Roget) tanquam diutius abfuturus. Annales) ut ep. 30. l. 13. Suos) à se scriptos. Quod scribit) al. quod scribis. De portorio circumuectionis) an portorium publicanis pro circumuehendis rebus solui debeat. Consilij) nam magistratus in prouincijs consilium habebant, de cuius sententia pronunciarent. Verr. 7. al. Coss. ut forte legi possit: Conss. hoc est, consiliariorum. Probus. Non deberi) portorium publicanis. Græci) qui sunt in Asia. ep. 1. l. 1. ad Q. fr. De ea causa) de portorio, quod nollent soluere. Iis) Græcis, quorum sumus studiosi. ep. 12. l. 1. Sentiam) portorium non deberi. Satisfaciam) uerbis, aut alia ratione, uel potius, discedens, & nihil hac de re dicens. Publicanis) qui portorium uellent exigere. εἰ δὲ μή) si autem non: si autem non possum discedere hoc modo. Malo) satisfacere. Negotiatoribus) quàm publicanis. Eorum) negotiatorum. Interest) non soluere portorium circūuectionis. Quæstores) urb. ep. 6. h. l. Cistophoro) ibid. Ego illud ne quidem) legimus: ego ne illud quidem. Extremum est) ut Tribb pl. appellētur. Arpinati) ep. sup. Agresti) rustico, ibid. et aspero. ep. 21. h. l. Marttimum) Formianum. ep. 13. h. l. Contempsisti) non ueniens.

CICERO ATTICO S. 17



RORSVS, ut scribis, ita sentio. turbatur Sampsiceramus. nihil est, quod non timendum sit. ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται: quid enim ista repentina affinitatis coniunctio? quid ager Campanus? quid effusio pecuniæ significant? quæ si essent extrema, tamen esset nimium mali: sed ea natura rei est, ut hæc extrema esse

non poßint: quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? nũquam huc uenissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. Dij immortales. uerum, ut scribis, hæc in Arpinati ad VI. circiter Id. Maias non deflebimus, ne & opera, & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferemus tranquillo animo. neque tam me εὐελπιστία consolatur, ut antea, quam ἀδιαφορία, qua nulla in re tam utor, quam in hac ciuili, & publica. quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον, (bellum est enim sua uitia nosse) id afficitur quadã delectatione: solebat enim me pungere, ne Sampsicerami merita in patriam ad annos DC. maiora uiderentur, quam nostra. hac quidem cura certe iam uacuus sum: iacet enim ille sic ut Phocis Curiana stare uideatur. sed hæc coràm. tu tamen uideris mihi Romæ fore ad nostrum aduentum. quod sanè facile patiar, si tuo commodo fieri poßit. sin, ut scribis, ita uenies: uelim è Theophane expiscere, quonam in me animo sit Arabarches. quæres scilicet κατὰ τὸ κηδεμονικόν, & ad me ab eo quasi ὑποθήκας afferes, quemadmodum me geram. aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari. Vale. *

σχόλια



TVRBATVR) quum se omnium sermonibus sentit uapulare ep.14.h.l. Sampsiceramus) Pompeius, ibid. Timendũ) nobis, præsertim ne ruere incipiat: uel timendũ ipsi Pompeio, ne, quũ omnibus sit odio ep.13.h.l. insidijs petatur. ep.14 h.l. ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται,) planè, et quadã quasi conspiratione tyrãnidẽ dolose cõstituit al. ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι: unde legi posse uideo sic, ὁμολογουμένῳ τυραννίδα συσκευάζεσθαι, permittẽti tyrãnidem constitui: ut sit, turbatur Pompeius. nihil est enim, quod non sit timendũ ei, qui tyrãnidem constitui permittat, et cõstituenti assentatur. Repentina) ita, ut statim prior spõsus, cuius opera Cæsar paulò te Bibulum impugnauerat, sit repudiatus. Suet. in Cæs. Affinitatis) accepta uxore Iulia Cæsaris filia. Suet. ibid. unde gener dicitur ep.3.l.8. Ager Campanus) ep. sup. Effusio pecuniæ) nam Cæsar, quæ cuique libuissent, dilargitus est. Suet. in Cæs. Significant?) nisi tyrãnidem συσκευάζεσθαι. Essent extrema) ita. ut his isti contenti, nihil ulterius quærerent. Res pestiferas) Vt tyrannidem. Dij immortales) ἐπιφώνημα, & ἀποσιώπησις. al. paulò post, hæc duo uerba collocantur. Arpinati) ep. sup. Deflebimus) al. defleamus. Opera, & oleum) prouerb. oleum. & operam perdere. Philologiæ) studij disputandi, & liquendi. ep.12.l.13. sic philologia, & συζήτησις ep.21.l.16. fam. Perierit) si defleamus. Conferemus) al. conferamus. Neq;) ut ep.17.l.1. εὐελπιστία) bona spes quæ erat, fore, ut istorũ naufragia, ep.7.h.l. & bonorum honores uiderem, ep.9.h.l. ἀδιαφορία) contemptio, qua omnia æque accipiuntur, præsertim mihi, qui nunc ad familiã Theophrasti respicio, ep. sup. & φιλοσοφεῖν cupio. ep.5.h.l. Non ἀφιλόδοξον) non carens ambitione, ambitiosum. ep.14.l.1. Sua uitia nosse) quasi ἑαυτὸν γνῶναι. prouerb. nosce teipsum. Id afficitur) quasi afficitur. Pungere) quod sequitur. Sampsicerami) Pompeij. ep.14.h.l. Annos DC.) annos sexcentos. ep.5.h.l. Vacuus sum) ita, ut non amplius id me pungat. Iacet enim ille) Pompeius. Sic) ita. Vt focis curiana stare uideatur) uideant, quæso, docti, an ita legi poßit. ut Phocionis curia stare uideatur, hoc sensu. ita iacet Pompeius uelut alter Demades, ut nunc curia Catonis, qui nunc est alter Phocion, stare uideatur, ut sit ἀντίθετον. ex Plutar. in Phocion. Fore) ita, ut te istis sim usurus. ep.11.h.l. Theophane) ep.5.h.l. Expiscere) inuestiges, perspicias, ut ep.10.l.4. Arabarches) Pompeius, qui lasciuus erat, & mollis, ep.3.h.l. & uectigal in monte Antilibano constituit, episto. superio. quod qui faciebat, Arabarches dicebatur, ut in Quæstura diximus. Quæres) ex Theophane. κατὰ τὸ κηδεμονικόν) per curiositatem, curiose. ὑποθήκας) documenta. Eius) Teophanis. περὶ τῶν ὅλων) de totis de integris, de re tota.

CICERO ATTICO S. 18



ACCEPI aliquot epistolas tuas: ex quibus intellexi, quam suspenso animo, & solicito scire aueres, quid esset noui. tenemur undique, neq; iam, quo minus seruiamus, recusamus, sed mortem, & eiectionem, quasi maiora, timemus, quæ multo sunt minora. atque hic status, qui una uoce omnium gemitur, neque uerbo cuiusquam subleuatur, σκοπὸς est, ut suspicor, illis, qui timent ullam cuiusquam largitionem relinquere. unus loquitur, & palam aduersatur adolescens Curio. huic plausus maximi, cõsalutatio forensis perhonorifica, signa præterea beneuolentiæ pmulta à bonis impertiuntur. Fusium clamoribus, & conuitijs, et sibilis consectantur. his ex rebus non spes, sed dolor est maior, cum uideas ciuitatis uoluntatem solutam, uirtutem alligatam. ac, ne forte quæras κατὰ λεπτόν de singulis rebus, uniuersa res est eo deducta, spes ut nulla sit, aliquãdo non modo priuatos, uerum etiam magistratus liberos fore. attamen in oppreßione sermo in circulis duntaxat, & in conuiuijs est liberior, quam fuit. uincere incipit timorem dolor,

ſed ita, ut omnia ſint pleniſſima deſperationis. habet etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur, atq; ut ex legibus Iulijs. non dubitant iurare cæteri. Laterenſis exiſtimatur recte feciſſe, quod Tribunatum pl. petere deſtitit, ne iuraret. ſed de Rep. non libet plura ſcribere. Diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore, me tueor, ut oppreſſis omnibus, non demiſſe, ut tantis rebus geſtis, parum fortiter. à Cæſare ualde liberaliter inuitor in legationem illam, ſibi ut ſim legatus: atque etiam libera legatio uoti cauſa datur. ſed hæc & præſidij apud furorem Pulchelli non habet ſatis, & à fratris aduentu me ablegat: illa & munitior eſt, & non impedit, quo minus adſim, cum uelim: & hanc ego teneo, ſed uſurum me non puto. neq; tamē ſcit quiſquam. non libet fugere. aueo pugnare. magna ſunt hominum ſtudia. ſed nihil affirmo. tu hæc ſilebis. De Statio manumiſſo, & nonnullis alijs rebus angor equidem, ſed iam prorſus occallui. tu, uellem ego, & cuperem, adeſſes. nec mihi conſilium, nec conſolatio deeſſet. ſed ita te para, ut ſi inclamaro, aduoles. Vale.

σχόλια



SERVIAMVS) iſtis tyrannis. ep. ſup. Tenemus) ſi prorſus rerum potiamur. Gemitur) ep. 21. h. l. σκοπός) propoſitum, ut ep. 30. l. 15. al. σκότος. Illis) Cæſari, Pompeio, & Craſſo. Largitionem relinquere) largitionem, quam fecerit ullus quiſpiam, prætermittere, quam non faciant ipſi aſſignandis agris, & effundenda pecunia. ep. ſup. Aduerſatur) quód Reges oderit ſuperbos. ep. 8. h. l. Adoleſcens Curio) ibid. Plauſus maximi) ep. ſeq. Bonis) iam commotis. ep. 16. h. l. Fuſium) ep. 11. l. 1. Conſectantur) uel quód legem tuliſſet, ut tribus ſeparatim ſuffragium ferrent, Dion l. 38. uel quód nimis faueret Cæſari, quem poſtea etiam in bello ciuili ſecutus eſt. ep. 4. l. 9. & ep. 15. l. 11. κατὰ λεπτόν) minutatim, ut κατὰ μίτον, ep. 19. l. 14. Cāpana lex) lex de Campano agro lata. ep. 16. h. l. Execrationem) qua ſe candidati iurantes execrentur, maleque ſibi precentur. Coitiōe) ep. 14. l. 1. & ep. 17. l. 4. Fecerint) petentes, uel adepti magiſtratum. Quo aliter) ut aliter. Ager) Cāpanus. Atque ut) ſic ep. 12. l. 16. Ex legibus) poſſidendus aſſignatur. Iulijs) ab ipſo C. Iulio Cæſare Cos. latis. Cæteri) præter Catonem, Plutar. & M. Fauonium Dion. l. 38. niſi malis exponere, cæteri candidati, quod magis placet. Laterenſis) M. Iuuentius Laterenſis. orat. pro Cn. Planc. recte) al. laute. Tribunatum pl.) ibid. Petre deſtitit) petitionem reliquit, ibid. Iuraret) in leges Iulias. ſic orat. pro P. Seſt. Geſtis) à me. Cæſare) Cos. Inuitor) non Cæſar defert ipſe ſua ſponte legationem. orat. de prouinc. Cons. & Dion l. 38. quicquid in uita ſcribat Plutar. Sim legatus) in Gallijs. Libera legatio uoti cauſa) uotiua. ep. 2. l. 4. & ep. 11. l. 15. Datur) à Cæſare, qui legationem, quam uellem, detulit. orat. de prouinc. Cons. Hæc) in quam me inuitat, ſibi ut ſim legatus. Furorem) hinc furia Clodius ſæpe dicitur orat. pro dom. al. pudorem, i. petuīῶς. Pulchelli) Clodij ep. 13. l. 1. Non habet ſatis) quam legatos huiuſmodi reuocare liceat. ep. 14. l. 4. Aduentu) ex Aſia. ep. 12. l. 1. Ablegat) in Gallias. Illa) libera legatio uoti cauſa. Munitior) ut uoti cauſa ſuſcepta, & ob id religioſa. Non impedit) quam introire, & exire liceat, quum uelis. ep. 11. l. 15. Hanc) in quam inuitor. ſcit) me non uſurum. nulli enim meum conſilium indicaui. Pugnare) ep. ſeq. Studia) erga nos ep. 24. h. l. Nihil affirmo) nihil enim certi. ep. ſeq. Statio) ep. 2. l. 1. ad Q. fr. Manumiſſo) ibid. Rebus) ut indiligentia in mittendis li eris. ibid. Angor) ut frater. Occallui) callum duxi prouerb.

CICERO ATTICO S. 19



VLTA me ſolicitant, & ex Reip. tanto motu, & ex his periculis, quæ mihi ipſi intenduntur: & ſexcenta ſunt: ſed mihi nil eſt moleſtius, quàm Statium manumiſſum. nec meum imperium, ac mitto imperium non ſimultatem meam reuereri ſaltem? nec quid faciam, ſcio: neque tantum eſt in re, quantus eſt ſermo. ego autem ne iraſci quidem poſſum ijs, quos ualde amo. tantum doleo, ac mirifice quidem. cætera in magnis rebus, minæ Clodij, contentionesq;, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt: etenim uel ſubire eas uideor mihi ſumma cum dignitate, uel declinare nulla cum moleſtia poſſe. dices fortaſſe dignitatis ἅλις tanquam δρυός: ſaluti, ſi me amas, conſule. me miſerum, cur non ades? nihil te profecto præteriret. ego fortaſſe τυφλώττω, & nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα. ſcito nihil unquam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam per æque omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offenſum, quam hunc ſtatum, qui nunc eſt, magis mehercule, quam uellem, non modo quam putaram. populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt. Bibulus in cœlo eſt: nec, quare, ſcio. ſed ita laudatur, quaſi unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Pompeius,

Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. neminem tenet uoluntate, an metu necesse sit iis, uti, uereor. Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem, quæ antea gessi. utor uia. populi sensus maxime in theatro, & spectaculis perspectus est: nam gladiatoribus quà dominus, quà aduocati sibilis conscissi: ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est. Nostra miseria tu es Magnus: millies coactus est dicere eadem, Virtutem istam, ueniet tempus, cum grauiter gemes: totius theatri clamore dixit, itemque cætera: nam & eiusmodi sunt ii uersus, uti in tempus ab inimico Pompeii scripti esse uideantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & cætera magno cum fremitu, & clamore sunt dicta. Cæsar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. huic ita plausum est, ut salua Rep. Pompeio plaudi solebat. tulit Cæsar grauiter. literæ Capuam ad Pompeium uolare dicebantur. inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant, hostes omnibus: Rosciæ legi, etiam frumentariæ minitabantur. sane res erat perturbata. equidem malueram, quod erat susceptum ab illis silentio transiri: sed uereor, ne non liceat. non ferunt homines, quod uidetur esse tamen ferendum. sed est iam una uox omnium magis odio firmata, quam præsidio. Noster autem Publius mihi minitatur, inimicus est. impendet negotium: ad quod tu scilicet aduolabis. uideor mihi nostrum illum cōsularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum, habere firmissimum. Pompeius significat studium erga me non mediocre. idem affirmat uerbum de me illum non esse facturum. in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo, sum in eius locum, inuitatus. id erat uocari in locum mortui. nil me turpius apud homines fuisset: neque uero ad istam ipsam ἀσφάλειαν quicquam alienius: sunt enim illi apud bonos inuidiosi: ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem. Cæsar me sibi uellet esse legatū. honestior hæc declinatio piculi. sed ego hoc nō repudio. quid ergo est? pugnare malo, nihil tamen certi. iterum dico, utinam adesses: sed tamē, si erit necesse, arcessemus. quid aliud? quid? hoc, opinor. certi sumus perisse omnia: quid enim ἀκκιζόμεθα tandiu? sed hæc scripsi properans, & mehercule timide. Posthac ad te aut, si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia: aut, si obscure scribam, tu tamen intelliges. in his epistolis me Lælium, te Furium faciam. cætera erunt ἐν αἰνίγμασιν. Hic Cæcilium colimus, & obseruamus diligenter. Edicta Bibuli audio ad te missa, iis ardet dolore, & ira noster Pompeius. Vale.

σχόλια.



OTV) orbe in Rep. conuerso. ep. 9. h. l. Intenduntur) à Clodio. Sexcenta) ep. 5. h. l. Statium) ep. 2. l. 1. ad Q. fr. & ep. sup. Manumissum) ibid. Nec meum imperium) uerba Terenti. in Phorm. Ac mitto imperium) in Terent. age, mitto imperium. Sermo) hominum de hac manumiss. one. ep. 2. l. 1. ad Q. fr. lis) ut fratri. Minæ) quibus mihi periculum denunciat. ep. seq. Subire) pugnans. paulò post. Declinare) à Cæsare legationem accipiens. Dices) quæ sequuntur. Dignitatis ἅλις tanquàm δρυός) dignitatis satis tanquàm quercus: satis tibi dignitatis Cicero, ut priscis satis quercus, quando relictis glandibus ad uictum triticeum se contulerunt. prouerb. satis quercus: ut ἅλις σπουδῆς. ep. 1. h. l. Saluti) incolumitati, cui quāquàm honestas præstat, tamen utri potissimum sit cōsulendum, deliberatur. l. 2. de inuent. Consule) postquā dignitati, & honestati consuluisti. Adest) Attice. Præteriret) & quia prudens es, & quia in re aliena solemus acutius uidere. τυφλώττω) cæcus sum: ut sunt ferè omnes in re sua quasi φίλαυτοι. τῷ καλῷ) honestati. ep. 17. l. 15. fam. προσπέπονθα) deditus sum, magno affectu hæsi ita, ut saluti minus consulam. Offensum) odio esse. ep. 21. h. l. Hunc statum) hanc dominationem, ibid. hoc regnum, ep. 12. h. l. Nunc est) Cæsare Cos. Quàm uellem, non modo q̃ putaram) nisi iocus esset, uel εἰρωνεία, Cicero, qui fuit eius amor in patriam, ita fortasse dixisset: quàm putaram, non modo quàm uellem: & si fortasse Cicero nolebat idipsum, quia resisti iam sine internecione non poterat. ep. seq. neque id putarat, quia repente accidit, ep. 21. h. l. Populares isti) Cæsar, ep. 16. l. 16. Pompeius, ep. 17. l. 1. & Crassus, qui uerbum non faciebat contra gratiam. ep. 15. l. 1. Modestos) nedum reliquos. Sibilare) in theatro. Docuerunt) suis scelestis factis quasi coegerunt, ut docuisse uideantur. Bibulus) ep. 14. h. l. In cœlo est) hominum admiratione, & beneuolentia. ep. seq. prouerb. in cœlo esse. Nec, quare, Scio) quum domi inclusus contineatur. orat. in Vatin. sed nunc nihil est tam populare, quàm odium populariū. ep. seq. Restituit) ut de Q. Fabio Maximo scripsit Ennius. alij, restituat. Nostri amores) quod enim par amicitiæ fuit unquàm in hac ciuitate coniūctius? orat. pro dom. ep. 13. l. 1. Dolori est) ita, ut lachrymas non teneam. ep. 21. h. l. Afflixit) hac coniunctione, & societate, quam cum Cæsare coiuit. Philip. 2. Neminem tenet) quum omnibus sit odio. ep. 13. h. l. ita, ut, quò se conferat, nesciat. ep. 21. h. l. Necesse sit) Pompeio, qui progressum

præcipitem, inconstantem reditum uidet. ibid. Iis) *Cæsare, & Crass.* Illa causa) *Cæsaris, Pompeij, & Crassi.* Amicitiam) *Pompeij præsertim, quem facio plurimi, sed & Cæsaris, quo familiarissime utor. ep. 6. l. 6. fam.* Improbem) *improbarem enim, si approbarem ea, quæ nunc isti faciunt, quæ sunt contra statum Reip. & optimatium, pro quibus in meo consulatu omnia administraui.* Vtor uia) *utor consilio, & uia quadam media, & quasi foro. alij iungunt, utor uia populi.* Populi sensus) *populi Ro. sententia.* Perspectus est) *ut perspici solet. Philip. 1.* Gladiatoribus) *ut ep. 1. h. l.* Quã) *ut ep. 19. l. 15.* Domini *mus) gladiatorum.* Aduocati) *quos secum dominus adduxerat.* Ludis Apollinaribus) *qui fiebãt à Præt. urb. ante diem* III. *Non. Quint. Liu. l. 27. paulò aliter ep. 4. l. 16.* Diphilus) *Val. Max. l. 6. cap. 2.* Tu es Magnus) *Magnus est, in Valer. legitur, fortasse rectius.* Coactus est) *à populo.* Dicere eadem. Virtutem) *al. dicere. eandem uirtutem.* Ab inimico) *ab eo poeta, qui Pompeij inimicus fuisse uideatur, quum tamen non fuerit.* Cæsar) *Cos.* Curio filius) *ep. 11. l. 1.* Plausum est) *quòd unus loquatur, & aduersetur. ep. sup.* Capuam ad Pompeium) *ad Pompeium Capuæ Vatratum ep. 7. h. l. certe magistratum gerentem. orat. post reditum in Senat.* Erant) *Cæsar, & reliqui.* Equitibus) *quibus commodarant. ep. 16. h. l.* Rosciæ legi) *quæ* XIIII. *ordines equitibus, qui Curioni stantes plauserant, daret. ep. 1. h. l.* Etiam) *& iam, fortasse legi debet.* Frumentariæ) *legi à L. Saturnino latæ, autor ad Heren. l. 1. nam Sempronia fuerat abrogata. in Brut. nisi forte aliam significat. atque hæc quidem ad omnes, & Roscia ad equites pertinet:* Minitabantur) *al. minabantur.* Susceptum ab illis) *ut silerent, tanq̃ beneficio deuicti. ep. 16. h. l. sed uideant eruditi, an legi possit: suspectũ, ab illis, ut sit: eqdem malueram, qđ erat suspectum, ab illis silētio transiri: maluerã, inquit, equites, qđ hoĩes suspicabãtur eos esse facturos, silentio transissent.* Transiri) *ea, q̃ fiũt à Cæsa. al. trãsire.* Nõ liceat) *trãsire.* Ferendũ) *neq; enĩ resisti sine internecĩoe posse arbitramur. ep. seq.* Odio) *ep. 21. h. l.* Præsidio) *medicina. ep. seq.* Publius) *P. Clod.* Minitatur) *periculũ denũciat. ep. seq.* Consularẽ) *in cõsulatu confirmatũ. ep. 13. l. 1.* Exercitũ) *manũ. ep. 2. l. 1. ad Q. fr.* Significat) *et pollicetur oĩa. ibid.* Affirmat) *ep. seq.* Illum) *Clodiũ.* Fallitur) *à Clodio.* Cosconio) *C. Cosconio Calidiano, in Brut. q̃ Procos. in Hispania fuerat. orat. in Vatin.* Mortuo) *in Vuiratu, nisi fallor.* Inuitatus) *ab istis, et à Põpeio potissimũ, et Cæsare, qui me, ut Quinqueuiratũ acciperẽ, rogaunt. ep. 2. l. 9. & orat. de prouinc. Cons.* ἀσφάλειαν) *securitatem, & quidem contra furorem Clodij. ep. sup.* Illi) *Quinqueuiri.* Bonos) *quos agri Campani diuisio incendit. ep. 16. h. l.* Inuidiam) *ep. 13. l. 1. odium, ep. 16. l. 1.* Legatum) *ep. sup.* Honestior) *quàm per Quinqueuiratum.* Hæc declinatio) *per legationem, quæ tamen non habet satis præsidij. ep. sup.* Periculi) *quod Clodius denunciat.* Hoc) *periculum.* Non repudio) *non libet fugere. ep. sup.* Pugnare malo) *aueo pugnare ibid.* Nihil tamen certi) *nihil affirmo. ibid.* Adesses) *nam nec mihi consilium, nec consolatio deesset. ibid.* Certi sumus) *alij, certissimũ est.* ἀσκιζόμεθα) *dissimulamus, tergiuersamur, & non libere dicimus? prouerb. accissare.* Lælium) *C. Lælium sapientem. in Lælio. illo enim sum non multò minor. ep. 7. l. 5. fam.* Furium) *L. Furium Philum, ep. 15. l. 4. de quo in amicitia sic loquitur Lælius. beneuolẽtia magis elucet inter æquales, ut inter me, & Scipionem, L. Furium, P. Rutilium, Sp. Mummium. quo ne tu quidem minor es iustitia præsertim. Lactant. l. 5. ca. 12.* ἐν αἰνίγμασιν) *in ænigmatibus. al.* αἰνιγμοῖς. *ep. 7. l. 6.* Cæcilium) *auunculum tuũ. ep. 1. l. 1.* Obseruamus) *& tuemur. ep. seq.* Edicta Bibuli) *Bibulus enim Cos. domo aditus nihil aliud, quàm per edicta obnũciat. ep. 21. h. l. & Suet. in Cæs.* Iis) *edictis ut acerbis. ep. 21. h. l.* Ardet) *& tabescit. ibid.*

CICERO ATTICO S. 20



NICATO, ut te uelle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex literis tuis studiose scriptis, libenter in amicitiam recepi. Cæcilium quibus rebus possum tueor diligenter. Varro satisfacit nobis. Pompeius amat nos, carosq; habet. credis? inquies. credo: prorsus mihi persuadet. sed quia, ut uideo, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, uersibus denique cauere iubent, & uetant credere: alterum facio, ut caueã: alterum, ut non credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum. Pompeius affirmat, non esse. periculum, adiurat: addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me uiolatum iri. tractatur res. simul quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris. si quies dabitur, ab Amalthea te non commouebo. De Rep. breuiter ad te scribam: iam enim, charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribẽda, ἀλληγορίαις *obscurabo. nunc quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, ut, cum omnes ea, quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, uarietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & iam clare gemant, tamen medicina nulla afferatur: neque enim resisti sine internecione posse arbitramur: nec uidemus, qui finis cedendi, præter exitium, futurus sit. Bibulus hominum admiratione, & beneuolentia in cœlo est. edicta eius, & conciones describunt, & legunt. nouo quodam genere in summam gloriam uenit. populare nunc nil tam est, quàm odium popularium: hæc quò sint eruptura, timeo. sed, si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. tu, si me amas tantum, quantum profecto amas, expeditus facito ut sis,*

si inclamaro

si inclamaro, ut accurras. sed do operam, & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram, te Furium scripturum: nil necesse est tuum nomen mutare. me faciam Lælium, & te Atticum, neque utar meo chirographo, neque signo, si modo erunt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. Diodotus mortuus est: reliquit nobis HS fortasse centies. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV. Cal. Nou. distulit. A' Vibio libros accepi. poeta ineptus: nec tamen scit nihil, & est non inutilis. describo, & remitto. Vale.

σχόλια.

ANICATO) Anicetus quidem Romæ in ueterum monimentis legitur, sed de eo nihil habeo, quod affirmem, non magis, quam si, A. Catoni, legatur, ut olim puta' an. Numestium) ep. 22. h. l. Recepi) accepi ibid. Cæcilium) ep. 1. l. 1. Tucor) & obseruo. ep. sup. Varro) ep. 25. h. l. Iniquies) tu Atticæ, qui me sæpe de Pompeij familiaritate obiurgas. ep. 1. h. l. Credo) etsi interit nobili credo. ep. 3. l. 4. Pragmatici) apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbēt in iudicijs oratoribus ij, qui apud illos πραγματικοὶ uocantur. lib. 1. de orat. sed quid pragmaticis istis cum historicis præceptis. et uersibus? Videndum est igitur, an legi debeat, dramatici, hoc est, poetæ, qui τὰ δράματα scribunt, qualis fuit Epicharmus, qui carmē illud scripsit: νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν, ep. 16. l. 1. nisi τοὺς πραγματικοὺς in rebus uersatos, rerum peritos interpretari libet, ut Cicero iuris peritos eodem libro quasi interpretatur. Caueam) quæ sunt cauenda. ep. 14. l. 1. Denunciat) minatur. ep. sup. Periculum) tim, & iudicium. ep. 22. h. l. Affirmat) ep. sup. confirmat ep. seq. Non esse periculum) à Clodio. Eo) Clodio. Tractatur res) à Pompeio cum Clodio. ep. 22. h. l. Simul) postquàm, ut ep. 10. l. 9. al. simul &, unde legi potest, simulac. Pugnandum) cum Clodio. Arcessam) ep. sup. Amalthea) ep. 10. l. 1. ἀλληγορίαις) allegorijs, inuersionibus, quando aliud sensu, aliud uerbis intelligitur: αἰνίγμασιν, ep. sup. ἀλληγορία enim, quæ est obscurior, αἴνιγμα dicitur. Quintil. l. 8. cap. 6. Acta) à Cæsare, & socijs. ep. 16. h. l. Medicina) præsidium. ep. sup. Resisti) Cæsari, & socijs nimis potentibus. Arbitramur) & ic circo transitus tempestatis erat expectandus. ep. seq. In cœlo est) ep. sup. Edicta) ibid. Odium) epist. seq. Popularium) Cæsaris, Pompeij, & Crassi. ep. sup. Inclamaro) ut ep. 13 h. l. Accurras) aduolet. ibid. Scripserā) ep. sup. Furium) ibid. Scripturum) facturum. ibid. Faciam Lælium) ut scripseram. ibid. Atticum) ut uocaris, ep. 10. l. 5. nihil enim est ibi eo nomine periculi, quum multi sint Attici, idest, Athenienses. Meo Chirographo) literis mea manu scriptis. In alienum) in alienas manus. Diodotus) Stoicus, à quo quū in alijs rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar. in Brut. Mortuus est) domi meæ ibid. Archilochio) ep. seq. In ante diem) in a. d. ep. 13. l. 1. sic Liu. l. 45. Latinæ edictæ sunt à Cos. in ante diē IIII. & III. & prid. Id. Nouemb. Distulit) ut loquebatur. ep. 14. & 15. h. l. Vibio) fortasse, C. Vibio Pansa, ep. 8. l. 8. fam. uel Vibio Rufo, quem inter autores numerat Plin. l. 14. nisi Vibius ille sit, quem Pompeio similem fuisse scribit Val. Max l. 9. cap. 15. Libros) Alexandri. ep. 22. h. l. Poeta) Alexander. Ineptus) non bonus. ep. 22. h. l. Et est non inutilis) ibid. Remitto) ibid.

CICERO ATTICO S. 21

DE Rep. quid ego tibi subtiliter? tota periit: atque hoc est miserior, quàm reliquisti, quòd tum uidebatur eiusmodi dominatio ciuitatem oppressisse, quæ iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie: nunc repente tanto in odio est omnibus, ut, quorsum eruptura sit, horreamus. nam iracundiam, atque intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderunt. sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut posse uideremur sine dolore interire. nunc uero sibilis uulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ, uereor, ne exarserint. egdem sperabam, ut sæpe etiam loqui tecum solebam, sic orbem Reip. esse conuersum, ut uix sonitum audire, uix impressam orbitam uidere possemus: & fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent: sed cum diu occulte suspirassent, postea iam gemere, ad extremum uero loqui omnes, & clamare cœperunt. itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude uersatus, circunfluens gloria deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit: progressum præcipitem, inconstantem reditum uidet: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. ac uide molliciem animi: non tenui lacrymas, cum illum ante VIII. Cal. Sext. uidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset iactare se magnificentissime illo in loco, summo cum amore populi, cunctis fauentibus. ut ille tum humilis, ut demissus erat: ut ipse etiam sibi, non ijs solum, qui aderant, displicebat. ò spectaculum uni Crasso iucundum, cæteris non item. nam, quia deciderat ex astris, lapsus potius, quàm progressus uidebatur. & ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum uideret, magnum, credo, acciperet dolorem

sic ego hunc, omnibus à me pictum, & politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore uidi. quanquam nemo putabat propter Clodianum negotium me illi amicum esse debere. tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria. itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus, ipsi ita acerba, ut tabescat dolore, mihi mehercule molesta, quòd & eum, quem semper dilexi, nimis excruciant, & timeo, tam uehemens uir, tamque acer, in ferro, & tam insuetus contumeliæ ne omni animi impetu dolori, & iracundiæ pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se habet, admirabili gloria est, qui cum omnia in mensem Oct. distulisset, quòd solet ea res populi uoluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionem, ut iret ad Bibulum. multa cum seditiosissime diceret, uocem exprimere non potuit. quid quæris? sentiunt se nullam ullius partis uoluntatem tenere. eo magis uis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompeius confirmat, eum nil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere. ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. te cum ego desidero, tum uero res ad tempus illud uocat. plurimum consilij, animi, præsidij denique mihi, si te ad tempus uidero, accesserit. Varro satis mihi facit. Pompeius loquitur diuinitus. spero nos aut cum summa gloria, aut certe sine molestia esse discessuros. Tu quid agas, quẽadmodum te oblectes, quid cum Sicyonijs egeris, ut sciam, cura. Vale.

σχόλια



VBTILITER? tota) al. subtiliter scribam? tota. Perijt) certi sumus perijsse omnia. ep. 19. h. l. Dominatio) Cæsaris, Pompeij, & Crassi. Iucunda) ut popularium. ep. 19. h. l. Multitudini) ut largitionibus delinitæ. ep. 16. h. l. Odio) ep. sup. Eruptura) ibid. Horreamus) timeamus. ibid. Catoni) ep. 1. h. l. Irati) Pompeius quidem, quòd ille affinitatem suam repudiasset, & Lucullo fauens, legem agrariam, & acta sua oppugnasset: Cæsar uero, quòd triumphum suum impedisset, & legibus suis esset aduersatus: Plutarc. Crassus. autem, ut Pompeio, & Cæsari, quod ego puto, rem gratam faceret. Sibilis uulgi) ep. 19. h. l. Honestorum) modestorum. ibid. Exarserint) Cæsar, & socij. Orbem. Reip.) ep. 9. h. l. Esse conuersum) iri conuersum, locutio latina uidetur poscere. Sonitum) ep. 9. h. l. Tempestatis) à Cæsare, & socijs in Rep. commotæ. Cœperunt) ep. 18. h. l. Amicus noster) Pompeius. Nescit) tanto est in odio, ep. 13. h. l. & ita iacet, ep. 18. h. l. Progressum) accessum ἐς τό πρόσω, ut loquuntur Græci. Præcipitem) ad ruinam. hinc in locum, ex quo decidit, restitui cupit ep. 23. h. l. Inconstantem) si desistat. Reditum) à Cæsare ad optimates. Bonos) iampridem commotos. ep. 16. h. l. Improbos) omnibus enim generibus hic status est offensus. ep. 19. h. l. Molliciem) teneritatem. ep. 14. l. 1. Animi) mei. Non tenui lachrymas) præ dolore. Illum) Pompeium. Edictis Bibuli) ep. 19. h. l. Illo in loco) apud populum. Amore populi) quòd esset popularis. ep. 1. h. l. Sibi) quippe quem sui status pœniteat. Vni Crasso) nunc quidem cum eo coniunctio, ep. 4. h. l. sed ueteri inimico ep. 11. l. 1. Plutar. & ep. 8. l. 5. fam. Cæteris) ut mihi, & alijs amicis, & Rep. studiosis. Non item) iucundum. Deciderat) ep. 23. h. l. Ex astris) è summo loco, & gloria. prouerb. ex astris delabi. Lapsus) imprudenter. Progressus) prudenter. Appelles) Plin. l. 35. cap. 10. Venerem) Anadyomenen, ibid. uel Coam, ibid. ep. longa ad Lentul. & l. 3. de off. Protogenes) Plin. l. 35. cap. 10. Ialysum) ibid, Verr. 6. & Gell. l. 15. cap. 31. Hunc) Pompeium. Pictum) laudatum. ep. 11. l. 1. & ep. 9. h. l. Artis) Rhetoricæ. coloribus) χρώμασι, ornamentis. pigmentis. ep. 1. h. l. Illi) Pompeio. Esse debere) quum fuerit ille traductor ad Plebem. ep. 9. h. l. Amor) coniunctio, & familiaritas. ep. 13. & 16. l. 1. Archilochia) conuitiorum plena, qualia carmina scripsit Archilochus, quem proprio rabies armauit iambo, ut inquit Orat. ep. 10. l. 16. prouerb. Archilochia edicta, Illum) Pompeium. Edicta Bibuli) ep. 19. h. l. Ipsi) Pompeio. Acerba) ut in Cæsarem quidem scripta, sed ipsum mordentia, quod uerba illa dixisset: si quis ensem tulerit, ego ensem, & clypeum feram: & urbem militibus replesset. Plutarc. in Pomp. Dilexi, nimis) al. dileximus. Vir) Pompeius. Ferro) al. foro. Pareat) & ruere incipiat. ep. 14. h. l. Gloria) ep. sup. Omnia) al. comitia. recte. ibid. In mensem Oct.) in ante diem. XV. Cal. Nouemb. ibid. Ea res) comitiorũ dilatio. Iret) supplicatum, ut comitia haberi permitteret. Non potuit) concione reclamante. sentiunt) Cæsar, & socij. Partis) aut ordinis. omnibus enim hic status est offensus. ep. 19. h. l. Tenere) quum omnibus sint odio, & in his Pompeius neminem teneat. ibid. Nobis) omnibus. Timenda) à Cæsare, & socijs. Inimicus est) & periculũ denunciat. ep. sup. Confirmat) affirmat. ibid. Credere) ibid. Paro) sic enim credo, ut nihil de mea comparatione diminuam. ep. 2. l. 1. ad Q. fr. Studia) ibid. & ep. seq. Varro) ep. 25. h. l. Loquitur) ep. 9. l. 4. Summa gloria) multiplicata gloria. ep. 2. l. 1. ad Q. fr. Sicyonijs ep. 10. l. 1.

CICERO ATTICO S. 22



VAM uellem Romæ mansisses. quod egisses profecto, si hæc fore putassemus: nam Pulchellum nostrum facillime teneremus, aut certe, quid esset facturus, scire pos-

semus.nunc se res sic habet:uolitat,furit, nil habet certi, multis denuntiat,quod sors obtulerit, id acturus uidetur.cum uidet,quo sit in odio status hic rerum, in eos qui hæc egerunt, impetum facturus uidetur. cum autem rursus opes, et uim exercitus recordatur, conuertit se in nos. nobis autem ipsis tum uim,tum iudicium minatur.cum hoc Pompeius *egit, & ut ad me ipse referebat(alium enim habeo neminem testem) uehementer egit,cum diceret,in summa se perfidiæ, & sceleris infamia fore,si mihi periculum crearetur ab eo,quem ipse armasset,quem plebeium fieri passus esset:sed fidem recepisse sibi & ipsum,&* Appium *de me:hanc si ille non seruaret,ita laturum, ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse.hæc,& in eam sententiã cum multa dixisset, aiebam illum primo sanè diu multa contra,ad extremum autem manus dedisse,& affirmasse nil se contra eius uoluntatem esse facturum. sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui. quod si non faceret,tamen ei nihil crederemus,atque omnia,sicut facimus,pararemus. nunc ita nos gerimus,ut in dies singulos & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur.* Remp.*nulla ex parte attingimus.in causis,atque in illa opera nostra forensi,summa industria uersamur.quod egregie non modo ijs,qui utuntur opera,sed etiã in uulgus gratum esse sentimus.domus celebratur: occurritur: renouatur: memoria* Consulatus:*studia significantur:in eam spem adducimur,ut nobis ea contentio, quæ impendet,interdum non fugienda uideatur.nunc mihi & consilijs opus est tuis, & amore, et fide.quare aduola.expedita mihi erũt omnia,si te habeo.multa per* Varronem *nostrum agi possunt, quæ te urgente erunt firmiora:multa ab ipso* Publio *elici,multa cognosci,quæ tibi occulta esse non poterunt: multa etiam:sed absurdum est singula explicare,cum ego te requiram ad omnia.unum illud tibi persuadeas uelim,omnia mihi fore explicata,si te uidero. sed totum est in eo,si ante,quàm ille ineat magistratum.puto,*Pompeium Crasso *urgente,si tu aderis,qui per* βοώπιδα *ex ipso intelligere possis: qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia,aut certe sine errore futuros. precibus nostris, & cohortatione non indiges. quid mea uoluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postulet, intelligis.* De Rep. *nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos,qui tenent omnia.mutationis tamen spes nulla. sed quod facile sentias,tædet ipsum Pompeium, uehementerque pœnitet.non pro uideo satis,quem exitum futurum putem.sed certo uidentur hæc aliquo eruptura.* Libros Alexandri,*negligentis hominis, & non boni poetæ, sed tamen non inutilis, tibi remisi.* Numerium Numestium *libenter accepi in amicitiam, & hominem grauem & prudentem & dignum tua commendatione cognoui.* Vale.

σχόλια



VOD *egisses profecto, si hæc fore putassemus) al.profecto, si hæc fore putassemus:ut sit* ἀποσιώπησις *mansisses, uel simile uerbum tacens.* Pulchellum)*Clodium.ep.13.l.1.* Scire)*per* βοώπιδα.*ep.9.h.l.* Volitat)*Clodius.* Denunciat)*periculum.* In odio)*ep.sup.* Eos)*Cæsarem, & socios.* Hæc)*ep.16.h.l.has actiones ep.14.h.l.* Videtur)*ut omnia ista rescindat.ep.12.h.l.* Opes)*eorum.* Exercitus)*Cæsaris ep.16.h.l.* Tum uim)*hoc queritur in orat.pro dom.* Hoc)*Clodio.* Vt ad me ipse referebat)*ut loquebatur.ep.9.l.4.* Ab eo)*Clodio.* Passus esset)*ep.7.& 9.h.l.* Sed fidem recepisse sibi)*referebat Pompeius.* Ipsum)*Clodium.* Appium)*App. Claudium Pulchrum P.Clodij fratrem.ep.2 l 4.& l.3.fam.* De me) *sic in orat. pro P.Sest. scribit. Clodium uir Clarissimus Cn.Pompeius omni cautione,fœdere,execratione deuinxerat,nihil in Tribunatu contra me esse facturum.* Ille)*Clodius:* Illum)*Clodium.* Contra)*dixisse.* Manus dedisse)*ut ep.3.l.16.* Eius)*Pompeij.* Ille)*Clodius.* Ei)*Clodio.* Nihil crederemus)*est enim periculosum credere.ep.sup.* Pararemus)*ibid.* Studia)*ibid.* Attingimus)*nec publicis consilijs ullis interfuimus.ep.seq.* Forensi)*ibid.* Renouatur)*ut quasi prædixeram,ep.9.h.l.quum scripsi fore,ut nostra tempora desiderarentur.* Nobis)*ut cum summa gloria discessuris.ep.sup.* Impendet) *à Clodio.* Varronem)*ep.25.h.l.* Publio)*P.Clodio.* Multa etiam) ἀποσιώπησις, *in qua fortasse Clodium significare uoluit.ep.9.h.l.* Ille)*Clodius.* Ineat) *ad Non.Decemb.ep.13.l.16.* Magistratum)*Tribunatum.* Crasso)*M. Crasso, qui cum* βοώπιδι *nescio quid rei uidetur habuisse.ep.12.h.l.ubi uidetur Athenio uocari.* βοώπιδα)*quæ tibi dialogos referre solet, ep.9.h.l.* Ex ipso)*Crasso.al. ex illo ipso.* Possis)*quasi* κατὰ κλίμακα *hoc modo:tu* βοώπιδα, *illa Crassum,Crassus Pompeium urgebit,& ille rem demonstrauit.* Illis)*Cæsare & socijs.* Agatur)*mecũ.* Sine molestia) *si intellexerimus eos bona fide agere, nec Clodium nobis molestũ fore.* Sine errore) *sciemus enim,quibus credendum,& à quibus cauendum sit,& quid timẽdum.* ἀδλιμμα. Habeo) ἔχω. Odium)*ep.sup.* Omnium hominum)*ep.19.h.l.* Eos)*Cæsarem,& socios.* Tenent omnia)*oppressa domina-*

nisi ei Consul dedisset. eoque magis id eiectum est, quòd ad III. Id. Maij Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret insidias. in quo ei Pompeius gratias egerat. introductus Curio filius, dixit ad ea, quæ Vectius dixerat, maximeque in eo tum quidem Vectius est reprehensus, quòd dixerat adolescentum consilium, ut in foro cum gladiatoribus Gabinij Pompeium adorirentur, in eo principem Paulum fuisse, quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse. fit S.C. ut Vectius, quòd confessus esset se cum telo fuisse, in uincula conijceretur: qui eum emisisset, contra Remp. esse facturum. res erat in ea opinione, ut putarent id esse actum, ut Vectius in foro cum pugione, & item serui eius comprehenderentur cum telis, deinde ille se diceret indicaturum. idque ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompeium detulissent. tum S.C. in concione recitatum est. postero autem die Cæsar, is, qui olim, Prætor cum esset, Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vectium in Rostra produxit eumque in eo loco cōstituit, quò Bibulo Cos. aspirare non liceret. hic ille omnia, quæ uoluit, de Rep. dixit, ut qui illuc factus, institutusque uenisset. primum Cepionem de oratione sua sustulit, quem in Senatu acerrime nominarat: ut appareret, noctem, & nocturnam deprecationem intercessisse. deinde quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominauit: Lucullum, à quo solitum esse ad se mitti C. Fannium, illum, qui in P. Clodium subscripserat: L. Domitium, cuius domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret. me non nominauit: sed dixit, consularem disertum, uicinū Consuli, sibi dixisse, Ahalam Seruilium aliquem, aut etiam Brutum opus esse reperiri. addidit ad extremum, cum iam dimissa concione reuocatus à Vatinio fuisset, se audisse à Curione, his de rebus, conscium esse Pisonem generū meum, & M. Laterensem. nunc reus erat apud Crassum Diuitem de ui et, cum esset damnatus, erat iudicium postulaturus: quod si impetrasset, iudicia fore uidebātur. ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. hominum quidem summa erga nos studia significabantur: sed prorsus uitæ tædet: ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. modo cædem timueramus, quam oratio fortissimi senis Q. Considij discusserat: ea, quam quotidie timere potueramus, subito exorta est. quid quæris? nil me infortunatius, & Catulo, cum splendore uitæ, tum hoc tempore. nos tamen in his etiam miserijs erecto animo, & minime perturbato sumus, honestissimeque dignitatem nostram, & magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura, & summam in nos beneuolentiam omni ratione significat. te habere consiliorum auctorem, solicitudinum socium, omni in cogitatione coniunctum cupio. quare, ut Numestio mandaui, tecum ut ageret, item, atque eo si potest, acrius te rogo, ut planè ad nos aduoles. respiraro, si te uidero. Vale.

σχόλια.



VMESTIO) ep. 21. h. l. Literas) superiores. His) præsertim eo loco: si dormis. Euocabam) arcessebam. ep. 20. h. l. Solicitus) res est soliciti plena timoris amor. Res est) quæ sequitur de Vectio. Aditu) principio. μεταφορά, & ἀντίθετον. al. auditu. Vectius) L. Vectius. orat. in Vatin. Catull. & Dion l. 38. Ille ille) παλιλογία: Noster index) in coniuratione Catilinæ. Dion l. 37. unde uidetur index appellatus Pollicitus est) præmijs inductus. Suet. in Cæs. Curio filius) ep. 11. l. 1. Adduceretur) quòd unus loqueretur, & palàm aduersaretur, ep. 18. h. l. & Reges odisset superbos. ep. 8. h. l. Adolescentus) Curionis ep. 18. h. l. Deduxit) al. adduxit. Diceret) Curioni tanquàm familiari. Patrem) ep. 11. l. 1. Restitisse) al. constitisse, ut orat. post reditum in Senat. & alibi loquitur. Neque id) negauit. Duce Curione) ut ep. 11. l. 1. Paulus) L. Paulus. Initio) ante, quam in Macedoniā Quæstor proficisceretur. orat. in Vatin. sed paulò est Vectius hac in re conuincitur. Cn. Cæpio hic Brutus) M. Brutus, qui ab auunculo, ut par est credere, adoptatus, Cæpio dicitur. Philip. 10 ubi tamen Q. Cæpio uocatur, atque hic in uectéribus libris legitur C. Cæpio, & C. & Q. inter se mutantur sæpe: unde legi hic quoque fortasse possit. Q. Cæpio hic Brutus. hic uero Pompeium ut patris interfectorem, Plutar. in Brut. & Cæsarem ut tyrannum oderat, quem postea interfecit ep. 1. l. 14. al. Cn. Cæpio, & Brutus, ut duo sint, Cn. Seruilius Cæpio, quo priore sponso repudiato, Cæsar Iuliam Pompeio collocauit, Suet. in Cæs. quod ægre fortasse ferebat. & M. Brutus, qui, quod Seruiliæ filius esset, fortasse cum Cn. Seruilio Cæpione ut affine consensisse uideri poterat. Lentulus) L. Lentulus. Flaminis) Martialis. orat. de resp. & in Vatin. Patre) L. Lentulo. ibid. C. Septimium) ep. 8. l. 12. Bibuli) Cos. Gladiatoribus) unde gladiator Gabinius appellatur orat. in Pis. Gabinij) A. Gabinij consularis candidati. orat. in Vatin. In Macedonia fuisse) Quæstorem. ibid. Cum telo fuisse) contra legem, quæ esse cū telo hominis occidēdi causa uetat. orat. pro Mil. Conijceretur) à Triumuiris, quorū id erat munus. Plaut. in Aulul.

emisisset)ex uinculis. Contra Remp. esse facturum)ut ep.13.l.1. Esse actum) à Cæsare. Ille) Vectius. Diceret)ut in con iuratione dixerat. Dion l.37. Curiones)pater, & filius. Cæsar)Cos. Prætor quum esset) D. Iunio Syllano, & L. Murena Coss. Q. Catulum)ep.10.l.1.ex petitione Pontificatus odio incensum. Sallust.in Catil. Iusserat dicere) quando illum de refectione Capitolij ad disquisitionem populi uocauit, rogatione promulgata, qua curationem eam in Pompeium transferebat. Suet.in Cæs. et Dion.l.37. Produxit)autor fuit, ut Vatinius produceret. orat.in Vatin. In eo loco)in augurato templo. ibid. Bibulo Cos) ἐμφατικῶς. Non liceret)per Cæsarem, & socios, & præsertim per Vatinium, qui illum inclusum domi continebat. orat.in Vatin. Ille) Vectius. Factus) à Cæsare, & Vatinio. orat.in Vatin. Cæpionem)paulò ante. Nominarat)inter iuuenes. qui duce Curione cædem facere uellent, ut ipse dicebat. Noctem) fortasse Seruiliæ, uel alterius fœminæ, cuius precibus Cæpio de oratione sublatus esse, ut sit iocus ex ambiguo. Lucullum) L. Lucullum, ut Pompeij inimicum Plutarc. C. Fannium)ep.14.l.7. P. Clodium) tunc reum pollutarum cerimoniarum. ep.13.l.1. Subscripserat)accusatori. ibid. L. Domitium)ibid. & orat.in Vatin. qui postea Prætor de Cæsaris actis retulit. Suet.in Cæs. Consularem disertum) Ciceronem. περίφρασις. Vicinum Consuli)nam Cicero in Palatio habitauit, ep.4.h.l. Cæsar uero post Pontificatum in Sacra uia domo publica. Suet.in Cæs. porrò caput sacræ uiæ in Cornis oritur ab Strenæ sacello, quæ pertinet in arce, Varr. de ling. latin. certe non procul à Palatio. Ahalam Seruilium) C. Seruilium Ahalam, qui magister equitum iussu L. Quintij Cincinnati Dictatoris Sp. Mælium regnum appetentem interfecit. Liu.l.4. Brutum) L. Iunium Brutum, qui Reges exegit. Reperiri) ad interficiendos, aut expellendos Reges superbos ep.8 h.l. Addidit)Vectius. Reuocatus)quum iam de rostris descendisset. orat.in Vatin. Vatinio)Trib.pl. ibid. Curione) filio. Pisonem generum meum)ep.2.l.1. & orat. in Vatin. M. Laterensem)ibid. & ep.18.h.l. Reus)Vectius. Crassum Diuitem)ep.13.h.l. De ui)quòd cum telo fuisset. Damnatus)priuato Crassi iudicio de ui lege Plotia, cuius iudicia domi fieri poterant. orat. Sallust.in Cic. Iudicium) publicum. Postulaturus)ut appellaturus. Iudicia)publica. Fore)quum quasi intermissa fuissent. Ea)iudicia. Nos) quibus iudicium Clodius minatur. ep.22.h.l. Nihil contemnere)ita, ut non caueamus, & nos ad resistendū paremus. ibid. Studia)ibid. Cædem)apertam, & per arma, quibus à Pompeio refertum fuit forum. Plutar.in Cæs. tenueramus)dum lex de Gallijs ferretur. Oratio) ideirco Senatores non conuenire, quòd Cæsaris arma, militesque pertimescerent. Plutar.in Cæs. Senis)ita, ut dixerit Cæsari. senectus me intrepidum facit. ibid. Q. Considij)ep.9.l.1. Ea)cædes ex insidijs, & delationibus huiusmodi. Exorta est)ex hoc indice. Infortunatius)al. fortunatius, εὐφημικῶς. Catulo)quum uiueret. tunc enim obierat. ep.17.l.1. alij, Bibulo: nos, si quid mutandum sit, malumus legere: Lucullo, qui cum se iungat Cicero, quòd eos huius rei autores fuisse putabant. Dion l.38. Iubet)quum semper confirmet, eum nihil esse facturum contra me. epist.21.h.l. Omni ratione)al. omni oratione. Significat)ep.19.h.l. Aduoles)ep.18.h.l.

CICERO ATTICO S. 25

CVM *aliquem apud te laudaro tuorū familiarium, uolam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de* Varronis *erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summæ tibi uoluptati esse. sed ego mallē ad illū scripsisses, mihi illū satisfacere: mirabiliter enim moratus est, sicut nosti,* ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν. *nos tenemus præceptum illud,* τὰς τῶν κρατούντων. *at hercule alter tuus familiaris* Hortensius *quàm plena manu, quàm ingenue, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de* Flacci Prætura, *& de illo tēpore* Allobrogum *diceret. sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere à me tibi esse missum, sanè uolo. sed quid tu scribas? quem iam ego uenire, atque adesse arbitror: ita enim egi tecum superioribus literis. ualde te expecto, ualde desidero, neque ego magis, quàm ipsa res, & tempus poscit: his de negotijs quid scribam ad te, nisi idem quod sæpe? Rep. nil desperatius, his, quorum opera, nihil maiore odio.* Nos, *ut opinio, & spes, & coniectura nostra fert, firmissima beneuolentia hominum muniti sumus. quare aduola: aut expedies nos omni molestia, aut eris particeps. ideo sum breuior, quòd, ut spero, coràm breui conferre, quæ uolumus, licebit.* Vale.

σχόλια

VOLAM)ut ep.1.l.5. de Torquato. Scripsisse)ep.20. & 21.h.l. Varronis) M. Terētij Varronis familiaris tui, ep.2.l.4. & Pōpeij, ep.15. et 18.l.3. quippe quē bello piratico classibus præfecit, Varr. ipse l.2. de re rust. & Appian. de bello Mithrid. et postea in Hispaniā legatū misit, Cæs.l.1. de bel ciu. Officio) in exquirendo Pōpeij animo, et consilio, certe in multis rebus agendis. ep.22.h.l. Illum) Varronē. Mihi illū satisfacere)ep.20. et.21. h.l. al. mihi illū satisfacere, non quo faceret, sed ut faceret: nos ita legimus: mihi illū satisfacere, nō quo faceret, sed ut faceret, hoc sensu. mallem scripsisses ad Varronem, illum mihi satisfacere, non quia prorsus præstet, quod cupio. sed quia faciat, quod potest: hoc est, non quo faciat, sed quòd laboret, ut faciat. Moratus est)retardauit, & quasi inhibuit, ne mihi adhuc nocerent. ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν) ἑλικτά, καὶ οὐδὲν ὑγιές, *inuoluta, & nihil sanum, hoc est, Pompeium, & Cæsarē.*

Reges

Reges iam tales, quales Andromache Spartanos apud Euripidem uocat, quum illos ἑλικτά, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς *appellat: ubi* ἑλικτά *interpres exponit* πανοῦργα, καὶ οὐχ ἁπλᾶ, *quales erant isti, & præsertim Pompeius, ep. 9. l. 4.* οὐδὲν ὑγιὲς *ep. 13. l. 10. & ep. 1. l. 15. & Aristoph. in Plut.* ὑγιὲς μηδὲν, *& eius interpres,* ὁ γὰρ ἄδικος, καὶ ἅρπαξ οὐχ ὑγιαίνει τῇ ψυχῇ, ὡς νομίσας τοῦτο αὐτὸ συμφέρον ἐν τῷ παρόντι βίῳ. *Illud) quod apud Euripidem in Phœnis. profert Polynices.* τὰς τῶν κρατούντων) ἀμαθίας φέρειν χρεών: *potentium stultitias ferre oportet, uel peccata. interpres n.* ἁμαρτίας, *non* ἀμαθίας *uidetur legisse. Tuus familiaris) Nep. in Attici uit. Hortensius) ep. 10. l. 1. Plena manu) prouerb. ut pleno modio ep. 2. l. 6. Flacci) L. Valerij Flacci. ep. 3. h. l. Prætura) quã gessit me Cos. orat. p Flacc. Tempore Allobrogum) tempore, quo Allobroges à L. Valerio Flacco, & C. Pontino Præt. meo iussu sunt cõprehẽsi. Sallust. in Catil. & ep. 1. h. l. Dicerit) actione prima, ep 3. h. l. uel etiam postea. Superioribus literis. 23. & 24. h. l. Ipsa res) Clodiana, ut negotium Clodianum. ep. 21. h. l. Negotijs) urbanis. Desperatius) quum isti omnia perdiderint. epist. 21. h. l. His) Cæsare, & socijs. Quorum opera) Resp. est desperata. Odio) ep. 21. & 22. h. l. Beneuolentia) & studijs. ibid. Aduola) epist. sup. Particeps) & socius. ibid.*

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER TERTIVS

CICERO ATTICO S. 1



VM *antea maxime nostra interesse arbitrabar, te esse nobiscum: tum uero, ut legi rogationem, intellexi ad iter, quod constitui, nil mihi optatius cadere posse, quàm ut tu me quamprimum consequare, ut, cum ex Italia profecti essemus, siue per Epeirum iter esset faciundum, tuo, tuorumq; præsidio uteremur; siue aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. quam ob rem te oro, des operam, ut me statim consequare. facilius potes, quoniam de prouincia Macedonia perlata lex est. pluribus uerbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur,* Vale.

σχόλια



VVM antea) inter secundum, & tertium librum mẽses minimum quatuor December, Ianuarius, Februarius, & Martius sileri uidentur. Nam Bibulus in ante diem XV. Cal. Nouemb. comitia distulit, ep. 20. l. 2. qbus Clo. Tribunus pl. est factus, & Cicero exijt mense Aprili. ep. seq. Rogationẽ) ut mihi aqua et ignis interdicatur, & ne recipiat. orat. pro dom. ep. seq. & ep. 4. h. l. Epeirum) ubi tuas res habes. ep. 4. l. 1. Tuorumque) ep. 2. l. 11. Macedonia) in qua mihi per legem esse licet, uel potius, in qua tu habes negotia, & iccirco Romæ remansisti, ut quam intellexisses, cui decreta esset, ei res tuas commendares. ep. 10. l. 1. Lex) qua L. Pisoni. Macedonia est data. orat, pro dom.

CICERO ATTICO S. 2



TINERIS *nostri causa fuit, quòd non habebam locum, ubi pro meo iure diutius esse possem, quam in fundo Siccæ, præsertim nondum rogatione correcta. & simul intelligebam, ex eo loco, si iter haberem, posse me Brundusium referre; sine te autem non esse nobis illas parteis tenendas propter Antronium. nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos ueneris, consilium totius rei capiemus. iter esse molestum scio: sed tota calamitas omneis molestias habet. plura scribere non possum, ita sum animo perculso, & abiecto. Cura ut Valeas.* D. VI. Id. Apr. Naryci Locridis.

σχόλια

TINERIS)quod feci. Esse possem) per rogationẽ .In fundo) Vibonesi.ep.6.l.16.al. fundum. Siccæ) ep.4.h.l.& ep 6.l.16. Rogatione)ep.sup. Correcta)ut mihi ultra quadringẽta millia liceret esse.ep.4.h.l. Eo loco)Vibone. Si iter haberem)al si te haberem.recte nam subiungit, sine te autem. Referre)ea uia,quã Strab.l.6.describit.ep.2.l.16. Sine te)sine tuo,tuorumque præsidio.ep.sup. Antronium)P.Antroniũ è coniuratis unum,Sallust.in Catil.nunc exulem,& ob id mihi inimicum,præsertim quum in eum testimoniũ dixerim,orat.pro P.Sylla. ep.7.h.l.& ep.10.l.1. sanè exules coniurati Ciceroni insidias pararunt.orat.pro Cn.Planc.al.Antonium,ut M.Antonius significari possit,qui quum Clodio intimus.& Ciceroni propter Curionem inimicus,Philip.2.in Græciam proficisceretur,Plutarc.in uita, fortasse tunc erat Brũdusij. Scripsi)ep. sup. Capiemus)de tua sententia.ibid. Naryci Locridis)hic et Naritij posuerunt mœnia Locri Poeta l.3.Aeneid.al.Naris Luc.unde fortasse legas:Thurij,uel, Thurijs Lucaniæ,ep.5.h.l. præsertim quum hæc post illam ex ratione temporis scripta esse uideatur.

CICERO ATTICO S. 3

TINAM illum diem uideam, cum tibi agam gratias, quòd me uiuere coegisti: adhuc quidem ualde me pœnitet, sed te oro, ut ad me Vibonem statim uenias, quò ego multis de causis conuerti iter meum. sed eò si ueneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero. si id non feceris, mirabor. sed confido te esse facturum. Vale.

σχόλια

LLVM diẽ) felicem, reditus diẽ. Agam)agere posfim.nã,ut nunc est,agere non possum,quum me adhuc uiuere pœnitcat.epist..seq. Coegisti)in ea re plurimum ualuisti.ibid. Pœnitet)uiuere.ibid. Vibonem) Strab. lib.6 & Plin.l.3. cap.5.& ep. seq. Multis de causis)præsertim,ut Siciliam peterem.orat. pro Cn. Planc. Capere)de tua sententia.ep.1.h.l.

CICERO ATTICO S. 4

ISERIAE nostræ potius uelim, quam inconstãtiæ tribuas, quòd Vibone, quò te arcessebamus, subito discessimus: allata est enim nobis rogatio de pernicie mea: in qua quod confectum esse audieramus, erat huiusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. illo cum peruenire non liceret, statim iter Brundusium uersus contuli ante diem rogationis, ne & Sicca, apud quem eram periret, & quòd Melitæ esse non licebat. nũc tu propera, ut nos consequare, si modo recipiemur. adhuc inuitamur benignè: sed, quod superest, timemus. me mi Pomponi ualde pœnitet uiuere. qua in re apud me tu plurimum ualuisti. sed hæc coràm. fac modo, ut uenias. Vale.

σχόλια

IBONE)ep. sup.ex fundo Siccæ.ep.2.h.l. Arcessabamus)ep. sup. Discessimus)nam Sicilia prohibitus à C.Virgilio,repente consilium mutaui,& iter à Vibone Brundusium terra petere decreui.orat.pro Cn.Planc. Rogatio)ep.1.h.l. Confectum) al. Correctum. recte.ep.2.h.l. Quadringenta) quingenta scribit Plutar.in uita. Illo)Vibonem. Non liceret)quod Vibo non est extra quadringenta millia. Diem rogationis)diem mihi ad discedendum in rogatione constitutam. Sicca)ep.2.h.l. Periret)nam pœna est,qui receperit.orat.pro dom. Melitæ) ep.5.l.10.nisi fuerit oppidum,quod positum non procul à Vibone uulgus Melitum uocat. Non licebat) quòd ne Melita quidem sit extra quadringenta millia. Consequare)epist.1.huius libri. Si modo recipiemur) cum pœna sit,qui receperit. Inuitamur)ab amicis. Timemus)ne,quum pœna hæc fuerit diuulgata, reijciamur. Pœnitet)ep. sup. Valuisti) quum me uiuere coegisti.ibid.

CICERO ATTICO S. 5

ERENTIA tibi & sæpe, & maximas gratias agit. id est mihi gratissimũ. ego uiuo miserrimus, & maximo dolore conficior. ad te quid scribam, nescio: si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in uia, cum eris me assecutus, coràm agemus, quæ erunt agenda. tantũ te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, eodem amore sis, ego. n. idem sum: inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut ualeas. VIII. Id. Apr. Thurij.

σχόλια

TERENTIA)ep.2.l.1. Gr̃as agit) de beneficijs tuis,sic ep.8.h.l. Asseq) cõseq.ep.sup. Eodẽ amore sis) ut magno timore,ep.14.l.5.magna spe.ep.1.l.6.& admirabili gloria,ep.21.l.2. Inimici)Clodius Gabinus,et Piso. Mea)bona.nam domus diripiebatur,ardebat:bona ad uicinum Cos.de palatio,de Tusculano ad item uicinum alterum Cos.deferebãtur.orat.post reditum in Senat.pro dom.& in Pis.VIII.Id.Apr.)nisi legas, IIII. Id.Apr.hæc epistola secundæ h.l.præponenda uideatur. Thurij)Plin.l.3.cap.11.sunt,qui nunc Rodium uulgo uocari dicũt. Turios Cesar & Paterculus scribunt.

CICERO ATTICO S. 6

NON fuerat mihi dubium, quin te Tarenti,aut Brundusij uisurus essem, idque ad multa pertinuit,in eis,ut & in Epeiro consisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio uteremur.quoniam id non contigit,erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. nobis iter est in Asiã, maxime Cyzicum.tibi meos commendo.me uix,miserérq; sustento. Vale. D.XIIII.Cal.May,Tarenti.

σχόλια

TE)confecutum.ep.2.h.l. In eis)multis. Epeiro)ep.1.l. Non contingit)ut te uiderem. In Asiam)quasi ad Q. fratrẽ.ep.9.h.l. Cyzicum)ep.13.&.15.h.l.& ep.4.l.14. fam.nunc Spiga dicitur Tarenti)al.de Tarentino.

CICERO ATTICO S. 7

BRVNDVSIVM ueni ad Cal.Maias. eo die pueri tui mihi à te literas reddiderunt:& alij pueri post diem tertium eius diei literas alias attulerũt. Quod me rogas,& hortaris,ut apud te in Epeiro sim:uoluntas tua mihi ualde grata est, & minime noua,& consilium mihi quidem optatum,si liceret ibi omne tempus cõsumere (odi enim celebritatem,fugio homines,lucem aspicere uix possum:esset mihi ista solitudo,præsertim tam familiari in loco,non amara)sed itineris causa,ut diuertar,primum est deuium,deinde ab Autronio,& cæteris quatriduũ:deinde sine te.nam castellum munitum habitanti mihi prodesset,transeunti non est necessarium.quod si auderem,Athenas petere.sanè ita cadebat,ut uellem.nũc & nostri hostes ibi sunt,& te non habemus & ueremur, ne interpretentur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse:nec scribis,quam ad diem te expectemus. Quod me ad uitam uocas:unum efficis, ut à me manus abstineam:alterũ non potes,ut me nõ nostri consilij utique pœniteat: quid enim est, quod me retineat? præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur. non faciam, ut enumerem miserias omnes,in quas incidi per summam iniuriam, & scelus non tam inimicorum meorum,quã inuidorum,ne & meum mœrorem exagitem,& te in eundem luctum uocem.hoc confirmo,neminem unquam tanta calamitate esse affectum,nemini mortem magis optandam fuisse. cuius oppetendæ tempus honestissimum prætermissum est. reliqua tempora non sunt tam ad medicinam, quam ad finem doloris. De Rep.uideo te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse afferre mutandarum rerum.quæ quanquam exigua sunt:tamen, quoniam placet,expectemus. Tu nihilo minus,si properaris,nos consequere:nam aut accedemus in Epeirum,aut per Candauiam tarde ibimus.dubitationem autem de Epeiro non inconstantia nostra afferebat,sed qd̃ de fratre,ubi eum uisuri essemus, nesciebamus.quem quidem ego nec quomodo uisurus,nec ubi dimissurus sim,scio.id est maximum, & miserrimum mearum omnium miseriarum. Ego & sæpius ad te,& plura scriberem,nisi mihi dolor meus cum omneis parteis mentis,tum maxime huius generis facultatem ademisset.uidere te cupio. Cura,vt ualeas. Prid.Cal.Maij,Brundusij,proficiscens.

σχόλια

AD Cal.Maias)si uenit ad Cal.Maias,quo modo Prid.Cal. Maij in fine epistolæ se discessisse scribit? Quin ad Terentiam scribit, se dies XIII.apud Flaccum Brundusij fuisse,& epistolam superiorem XIIII.Cal.Maij.Tarenti datam testatur ita,ut uix dierum numerus colligi possit.Quare uidendum est,an hic,ad X.Cal.Maias,& in epistola ad Terentiam,VIII.dies,legendum sit. Eius diei literas)eo die,quo priores allatæ sunt,literas scria

rhachio, à quo Thessalonica abest CXIIII. M.pass.Plin.ibid. Illius)Q.fr. Epheso) episto. 13.lib.5. Nunc,istic qd agatur)hæc, & q̃ sequũtur uerba cõturbata, nec suo loco posita uidentur. ut uidere poterit, qui paulò accuratius cõsiderabit: nisi forte Cic. de industria ita faciebat, ut ex incõstãtia epistolarũ maiorẽ mentis motũ oñderet. ep. seq. Postularet) Clodius: uel, quod magis placet, postularer, hoc est absens accusarer, q præsens ne citatus qdẽ fui. orat. p dom. Sed hæc)m qua significas, eẽ mitiora. Cura) de postulatiõe, uel de fratre, si uerba restituãtur, ut uidẽtur restituẽda. Ille) Q. fr. Phaeto lib.) Phaeto libertus. ep 4. l 1. ad Q. fr. Eũ) fratrẽ. Ab illo) pcul ab illo. Pellæ) Plin. l. 31. ca. 3. Quid scribã) de his, q̃ timeo. alij, quid timeam: ut illud, quid timeam ignoro, timeo tamen omnia demens. Metu) de postulatione. Audeo) alij, audio. Tryphonem Cæcilium) fortasse libertum, et pcuratorem. Cæcilij) ep. 1. l. 1. uel potius Reguli. ep. 60. l. 13. fam. & ep. 17. h. l. Non uidi) al. non uisendum uidi. Sermonem tuum, & Pompeij) de causa mea ab ipso Pompeio suscipienda: ep. 15. & 18. h. l. uel aliquid de nobis secundum comitia actum iri in Senatu. ep. 13. h. l. Motum) unde res sint mutandæ. ep. sup. Affers) dum omnia colligis. ibid. Tigrane) Tigrane Tigranis Regis filio, quem Clodius è Pompeij custodia captiuum per insidias surripuit. orat. pro dom. Plutar. in pomp. & Ascon. in orat. pro Mil. neglecto) ita, ut Clodius nulla pœna ob id sit affectus. Varroni) ep. 25. l. 2. Agere gratias) quòd meam causam commendet: ep 18. h. l. & in eam incumbat. ep. 15. h. l. Hypsæo) P. Plautio Hypsæo, Ascon. in orat. pro Mil. Pompeij amico, ep. 1. l. 1. fam. orat. pro L. Flacc. & Val. Max. l. 9. cap. 5. & Quæstori. Ascon. in orat. pro Mil. Acta) ep. 10. h. l. Vbi) facturus ita sim. Quinto) Q. fratre. ep. seq. Inconstantia) ep. sup. Calamitate) ibid. Culpæ nostræ) ep. 3. l. 14 fam. Cuius) Pompeij. ep. 15. l. 9. & ep. 4. l. 10. Prodiri) ep. 15. h. l. uidisses) nec passus esses me, quo tu abundas, egere consilio. ibid. Et) Pompeio. Crediderim) ep. 20. l 2. & ep. 3. l. 4. Non putaram) qui non esse periculum adiuraret. ep. 20. l. 2. & nos de Clodio sine periculo esse iuberet. ep. 24. l. 2. Me etc.) quasi ἐπίλογος. Gratias agit) ut ep. 5. h. l. IIII. Cal. Maij) al. III. Cal. Iun. nam ad X. Cal. Iun. Thessalonicam uenit, paulò ante.

CICERO ATTICO S. 9



QVINTVS frater cum ex Asia discessisset ante Cal. Maias, & Athenas uenisset Idibus, ualde fuit ei properandum, nequid absens acciperet calamitatis, siquis forte fuisset, qui contentus nostris malis non esset. itaque malui eum properare Romam, quàm ad me uenire. & simul (dicam enim quod uerum est, ex quo magnitudinem miseriarum mearum perspicere possis) animum inducere non potui, ut aut illum amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in mœrore aspicerem, aut meas miserias luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerrẽ, aut ab illo aspici paterer. atq; etiã illud timebam, qđ profecto accidisset, ne à me digredi nõ posset. uersabatur mihi tẽpus illud ante oculos, cum ille aut lictores dimitteret, aut ui euelleretur ex complexu meo. huius acerbitatis euentum altera acerbitate non uidendi fratris uitaui. in hunc me casum uos uiuendi auctores impulistis. itaque mei peccati luo pœnas. quanquam tuæ me literæ sustentant, ex quibus, quantum tu ipse speres, facile perspicio. quæ quidem tamen aliquid habebant solatij ante, quàm eo uenisti A' POMPEIO. nunc Hortensium allice, & eiusmodi uiros. obsecro mi Põponi nondũ pspicis, quorũ opa quorũ insidijs, quorũ scelere perierimus? sed tecũ hæc corã age mus. tantum dico, quod scire te puto: nos non inimici, sed inuidi perdiderunt. nunc, si ita sunt, quæ speras, sustinebimus nos, & spe, qua iubes, nitemur. sin, ut mihi uidentur, infirma sunt, quod optimo tẽpore facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi sæpe gratias agit. Mihi etiam unum de malis in metu est fratris miseri negotium. quod, si sciam, cuiusmodi sit, sciam, quid agendum mihi sit. Me etiam nunc istorum beneficiorum, & literarum expectatio, ut tibi placet, Thessalonicæ tenet. si quid erit noui allatum, sciam de reliquo quid agendum sit. Tu, si, ut scribis, Cal. Iun. Roma profectus es, propediem nos uidebis. literas, quas ad Pompeium scripsi, tibi misi. Vale. Idib. Iun. Thessalonicæ.

σχόλια



ASIA) ep. 12. l. 1. Discessisset) aliquanto post meum ex urbe discessum etiam domũ uenit. orat. pro dom. Venisset) ut nuncius dixerat. ep. sup. Idibus) Maij. Calamitatis) dimicationis, molestiæ, ut repetundarũ. ep. 3. l. 1. ad Q. fr. & ep. 17. h l. Siquis) accusator. Ad me uenire. Thessalonicam, ut uolebam ep. sup. Offerrem) ep. seq. Aspici) uideri. nam uideri nolui. ep. 3. l. 1. ad Q. fr. Digredi) distrahi. ibid. Lictores) quos secum habebat, ex prouincia rediens. Dimitteret) mecum remanẽs, quod turpe fuisset. Euelleretur) à me digrediẽs. Vos) tu præsertim, qui me uiuere coegisti. ep. 3. h. l. Peccati) quòd non cecidi. ep. 3. l. 1. ad Q. fr. Speres) colligens omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse afferre. ep. 7. h. l. Eò) ad eam partem epistolæ. A Pompeio) Attici uerba, quibus ille tale qd

dicebat: à Pompeio tibi Cicero sperandum est, qui dixit, fore, uti secundum comitia aliquid de te in Senatu agatur. ep.13.h.l. ego uero, inquit, Cicero, nihil ab eo spero, cuius scelere sum proditus. ep. sup. Hortensium) qui me scelestissime, insidiosissimeque tractauit. ep.3.l.1.ad Q. fr. Allice) ἐιρωνικῶς. Insidijs) & quidem intra parietes meos factis. ep. seq. Inimici) ep.7.h.l. inuidi) ibid. & ep.15.h.l. Iubes) colligens omnia, quæ spem afferunt. ep.7.h.l. Optimo) honestissimo. ibid. Tempore) ibid. al. genere, scilicet mortis, quam pro salute Reip. uniuersæ oppetiisset. orat. pro dom. Non licuit) præsertim per te, qui me uiuere coegisti. ep.3.h.l. Minus idoneo) quum iam Reip. nihil prodesse possim. Fiet) ut uitam abijciam. ep.19.h.l. Gratias agit) ep.5.h.l. Fratris) Q. fratris. Negotium) si qua dimicatio subeunda erit. paulò ante. Expectatio) ep.14. h.l. Literas) literarum exemplum, ut ep. sup.

CICERO ATTICO S. 10



CTA quæ essent usque ad VIII. *Cal. Iun. cognoui ex tuis literis. reliqua expectabam (ut tibi placebat)* Thessalonicæ. *quibus allatis, facilius statuere potero, ubi sim: nam si erit causa, si quid agetur, si spem uidero, aut ibidem operiar, aut me ad te conferam: sin, ut tu scribis, ista euanuerint, aliud aliquid uidebimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum, quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quam de me. itaque, quid ea mihi profit, nescio. sed tamen, quoad me uos sperare uultis, uobis obtemperabo.* Nam *quod me tam sæpe, & tam uehementer obiurgas, & animo infirmo esse dicis: quæso, ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? ecquis unquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus, ingenij, consilij, gratiæ, tantis præsidijs bonorum omnium concidit? possum obliuisci, qui fuerim: non sentire, qui sim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut nouum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem, quam me ipsum, semperque fecissem, uitaui, ne uiderem, ne aut illius luctum, squalloremque aspicerem, aut me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi, afflictumque offerrem. mitto cætera intolerabilia: etenim fletu impedior. hic utrum tandem sum accusandus? quod doleo, an quod commisi, ut hæc aut non retinerem (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur) aut certe uiuus amitterem? hæc eo scripsi, ut potius releuares me, quod facis, quam aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares. eoque ad te minus multa scribo, quòd & mœrore impedior, &, quid expectem istinc, magis habeo, quàm quid ipse scribam. quæ si erunt allata, faciam te nostri consilii certiorem. tu, ut adhuc fecisti, quamplurimis de rebus ad me uelim scribas, ut prorsus ne quid ignorem.* Vale. XIIII. Cal. Quint. Thessalonicæ.

σχόλια



CTA) mensis Maij. ep.8.h.l. Reliqua) reliqua eiusdem mensis acta. Placebat) quam suadebas, ne longius discederemus. ep.8.h.l. Ad te) in Epeirum. ep.13. & .19.h.l. Conferam: sin, ut tu scribis, ista euanuerint) alij, conferam, ut tu scribis: sin ista euanuerint. & sanè Atticus oia colligebat, quæ spem afferre poterant. ep.7.h.l. ut uix uideri possit scripsisse, ista euanuerint. Videbimus) quasi parabimus, ut ep.1.l.5. fiet, dixit ep. sup. Discordiam) motum in Rep. ep.8. & 13 h.l. Istorum) Pompeij, Clodij, & Gabinij, cuius fasces in tumultu sunt fracti, et ictus ipse. orat. in Pis. De omnibus) ut de Tigrane, ep.8.h.l. & orat. pro dom. de sica deprehensa, orat. de resp. & pro Mil. & de in elusione. ibid. Obiurgas) accusas. ep.12.h.l. Calamitate) ep.7.h.l. Amplo) consulari, & principe. ep.10.l.1. Bona causa) ita, ut ea ipsa se probet. orat. pro domo. Ingenij) quo, etiam si causa fuisset ignota, dicendo explicare potuissem. ibid. Consilij) quo si essemus usi, beatissimi uiueremus. ep.1.l.14. fam. quantum porro esset Ciceronis consiliũ, docet Quintil. l.6. cap.6. Gratiæ) studio conciliatæ. Q. Cicero de petitione Cons. & postea Consulatu comprobatæ, orat: post reditum in Senat. & pro dom. Bonorum omnium) ibid. Possum obliuisci?) ego, qui mihi istam non ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirũt? ibid. Fuerim) Consularis, & Princeps. Sim) exul, ut appellat Clodius. orat. pro dom. Honore?) in Rep. cuius clauum tenebamus, ep.15.l.9. fam. & regnare existimabamur. ep.25.l.7. fam. Gloria?) præsertim Consulatus, quem Curio ἀποθέωσιν uocabat. ep.13.l.1 Liberis?) quorum defleui solitudinem. orat. pro dom. Fortunis? fundatissimis. ibid. Fratre?) ep. sup. Me ipsum) facio. quòd si scripsisset, me ipse, ut alibi facit, fuisset ἀμφιβολογία, &, ipse frater me faceret, exponi potuisset. Ne uiderem) & ne uiderer. ep.3.l.1. ad Q. fr. Reliquerat) proficiscens in Asiã. ep.12.l.1. Offerrem) ep. sup. Hæc) quæ supra numeraui. Non retinerem) copijs resistens. ep.3.l.14. fam. Mirentur) præsertim ab Hortensio, & Arrio. ep.3.l.1. ad Q. fr. Viuus amitterem?) quam potius fortiter cadendum fuerit. ibid.

CICERO ATTICO S. 11



E E T tuæ literæ, & quidem boni nuntij, non optimis tamen auctoribus & expectatio ueſtrarum literarum, &, quod tibi ita placuerat, adhuc Theſſalonicæ tenebant. ſi acceperoliteras, quas expecto: ſi ſpes erit ea, quæ rumoribus efferebatur, ad te me conferam, ſi non erit, faciã te certiorem, quid egerim. Tu me, ut facis, opera conſilio, gratia iuua: conſolari iam deſine: obiurgare uero noli. quod cum facis, ut ego tuum amorem, & dolorem deſidero: quem ita affectũ mea erumna eſſe arbitror, ut te ipſum conſolari nemo poſſit. Quintũ fratrẽ optimum humaniſſimumque ſuſtenta. Ad me, obſecro te, ut omnia certa perſcribas. Vale. D. I I I I. Cal. Quint.

σχόλια.

V A E literæ) præſertim de tuo, & Pompeij ſermone. ep. 8. h. l. Nuncij) de mea ſalute. Expectatio) ep. 14. h. l. Placuerat) ep. ſup. Spes) de mea ſalute. Ad te) in Epeirum, ep. 13. h. l. Conferam) ep. ſup. obiurgare) ibid. Facis, ut ego) alij, facis tu, ego: fortaſſe legat quis: facis, facis, ut ego, & paulò poſt, deſiderem. Deſidero) quoniam paſſus es me, quò tu abundas, conſilio egere ep. 15. h. l. Suſtenta) ep. 17. h. l.

CICERO ATTICO S. 12



V quidem ſedulo argumentaris, quid ſit ſperandum, & maxime per Senatum. idemque caput rogationis proponi ſcribis, quare in ſenatu dici nihil liceat: itaque ſiletur. hic tu me accuſas, quo'd me affličtem, cum ita ſim afflictus, ut nemo unquam, quod tute intelligis. ſpem oſtendis ſecundum comitia. quæ iſta eſt eodem Tribuno pl. & inimico Conſule Des.? percuſſiſti autem me etiam de oratione prolata. cui uulneri, ut ſcribis, medere, ſiquid potes. ſcripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat, ſed ita compreſſeram, ut nũquã emanaturam putarem: quomodo exciderit, neſcio. ſed quia nunquam accidit, ut cum eo uerbo uno concertarem, & quia ſcripta mihi uidetur negligentius, quàm cæteræ: puto poſſe probari, non eſſe meam. id, ſi putas me poſſe ſanari, cures, uelim. ſin planè perij, minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco iaceo ſine ſermone ullo, ſine cogitatione ulla. licet tibi (ut ſcribis) ſignificarem, ut ad me uenires Sidona: tamen intelligo te iſtic prodeſſe, hic ne uerbo quidem leuare me poſſe. non queo plura ſcribere; nec eſt, quod ſcribam. ueſtra magis expecto. Vale. X V I. Cal. Sext. Theſſalonicæ.

σχόλια.



P E R A N D V M) de mea ſalute. Senatum) ubi agetur. ep. ſeq. Caput) quo Senatores ſententias de me dicere prohibentur orat. poſt reditum in Senat. Rogationis) Clodiæ, & meæ proſcriptionis. ibid. Proponi) & recitari. ibid. Scribis) & quidem contrarium. nam qui ſperandum eſt per ſenatum, ſi per rogationem iſtam referre ad Senatum non licet? ep. 15. h. l. Accuſas) obiurgas, ep. 10. h. l. Nemo) ibid. & ep. 7. h. l. Secundum comitia) ep. ſeq. Iſta) ſpes. Eodem) Clodio. Inimico conſule Des.) Q. Metello Nepote. ep. 1. 2. & 4. l. 5. fam. qui poſtea inimicitias depoſuit. orat. poſt reditum in Senat. & de prouin. Cons. Oratione) Metellina. ep. 10. l. 1. Olim) poſt meum Conſulatum. Ei) Q. Metello Nepoti tunc Tribuno pl. Scripſerat) & mihi magiſtratu abeunti nihil, niſi ut iurarem, permiſerat. ep. 2. l. 5. fam. Concertarem) quãuis cum eo de Rep. diſputarim. ibid. al. concertarim. Cæteræ) orationes. Probari) quum in ſcribendo tantum induſtriæ ponere ſoleam. ep. 9. l. 3. fam. Non eſſe meã) ut de literis ep. 11. l. 3. fam. Id) quod ad orationem pertinet. Si putas me poſſe ſanari) ſi putas me poſſe reuocari. μεταφορά. Laboro) de oratione. Eodem in loco) Theſſalonicæ. Significarem) ep. 9. h. l. Venires Sidona) quaſi παροιμιακῶς dictum, quòd plerique errantes eò nauigarent, ut Paris Iliad. ξ. ut Menelaus Odyſ. δ. ut Teucer, de quo Virgilius poetam neſcioquem imitatus, & fortaſſe huc reſpiciens ita ſcripſit. Atque equidem Teucrum memini Sidona uenire. Iſtic) Romæ. Prodeſſe) opera, conſilio, gratia. epiſt. ſup. Hic) Theſſalonicæ. Leuare) releuare. epi. 10. hu. lib. Veſtra) ueſtras literas epiſto. ſupe.

CICERO ATTICO S. 13

V O D ad te ſcripſeram, me in Epeiro futurum: poſteaquã extenuari ſpem noſtrã & euaneſcere uidi, mutaui conſilium, nec me Theſſalonica commoui, ubi eſſe conſtitueram, quoad aliquid ad me de eo ſcriberes, quod proximis literis ſcripſeras, fore, uti ſecundũ comitia aliquid de nobis in ſenatu ageretur, id tibi Pompeiũ dixiſſe. qua de re,

quoniā comitia habita sunt, tuque nil ad me scribis: perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse, meque temporis nō lōginqui spe ductū esse molestè ferā. Quem autem motum te uidere scripseras, qui no bis utilis fore uideretur, eum nuntiant, qui ueniunt, nullum fore. In Tribunis pl. Dess. reliqua spes est. quam si expectaro, non erit, quòd putes me causæ meæ, ac uoluntati meorum defuisse. Quod me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam grauiter feram. debes ignoscere, cum ita me afflictum uideas, ut neminem unquam nec uideris, nec audieris. nam quòd scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi uero mens integra est, atque utinam tam in periculo fuisset, cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis, crudelissimisque usus sum: qui ut me paulum inclinari timore uiderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere, & perfidia abuterentur, ad exitium meum. nunc, quoniam est Cyzicum nobis eundum, quo rarius ad me literæ perferentur, hoc uelim diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Quintum fratrem meum fac diligas. quem ego miser si incolumē relinquo, non me totū perisse arbitrabor Vale. Non. Sext.

σχόλια.



V O D) *sequens epistola huic uidetur præponenda, cum ex uerbis, tum ex diebus ascriptis. Scripseram) ep. 10. h. l. In Epeiro) apud te ibid. Spem nostram) spem de nostra salute. Cōmeat) ep. sequi Senatu per quē sperādum dicebas. ep. sup. Pompeium) ep 9 h l. Nihil esse) spei. Motum) ep. 8 h. l. discordiā ep. 10. h. l. Tribunis pl. Dess.) hos in orat. post reditum in Senat. commemorat. Accusas) ep. sup. obiurgas, ep. 10. h. l. Neminem) ep. 7. h l. Mentis) ep. 15 h l. Dolore) & motu. ep. 8. h. l. Integra) & firma. ep. 15. h. l. Iis) ut Pompeio, & Hortensio. ep. 9. h l. Impulerunt) quasi plaustrum, ut est in Prouerb. Scelere) ep. 9 h. l. Perfidia) & insidiis. ibid. Cyzicum) ep. 6. h. l. Rarius) quòd longius abero. Relinquo) periens.*

CICERO ATTICO S. 14



X T V I S *literis plenus sum expectatione de* Pompeio, *quidnam de nobis uelit, aut ostendat: comitia enim credo esse habita. quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis. si tibi stultus esse uideor, qui sperem, facio tuo iussu, & scio te me iis epistolis potius, & meas spes solitum esse remorari. nunc uelim mihi planè perscribas, quid uideas. scio nos nostris multis peccatis in hanc erumnam incidisse, ea si qui casus ex parte correxerint, minus molestè feremus nos uixisse, & adhuc uiuere. ego propter uiæ celebritatem, & quotidianam expectationem rerum nouarum non commoui me adhuc* Thessalonica, *sed iam extrudimur, non a* Plancio *(nam is quidē retinet uerum ab ipso loco minime apposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.* In Epeirum *ideo, ut scripseram, non iui, quod subiti mihi uniuersi nuntii uenerant, & literæ, quare nihil esset necesse quamproxime* Italiam *esse. hinc si aliquid à comitiis audierimus, nos in* Asiam *conuertemus: neque adhuc stabat, quò potissimum: sed scies.* Vale. XII. Cal. Sext. Thessalonicæ.

σχόλια



V I S *literis) proximis ep. sup. Expectatione) ep. 11. h. l. Pompeio) qui dixerat secundum comitia aliqd de nobis in Senatu actum iri. ep. sup. Ostendat) quum soleat aliud sentire, aliud loqui. ep. 9. l. 4. et ep. 1. l. 8. Comitia) ep. sup. Illi) Pompeio. Agi) in Senatu. ep. sup. Sperem) de Pompeio, cuius scelere sum p[ro]ditus. ep. 8. h. l. Tuo iussu) qui me sperare iubes, ep 9. h. l. et quid sit sperandū argumentaris. ep. 12. h. l. Iis epistolis) quibus me consolaris. ep. 8. et. 11. h. l. Remorari) retinere, ne prorsus euanescant. Quid uideas) siue bonum, siue malum sit. Peccatis) peccato. ep. 9. h. l. & stultitia. ep. 8. h. l. Ea) peccata. Vixisse) epist. 3. h. l. Viæ) quæ Thessalonicam ducit. Non commoui) ep. sup. Plancio) ep. 22. h. l. Retinet) sua liberalitate. ibid. Minime apposito) ut nimis celebri, quum celebritas mihi sit odio. ep. 19. h. l. & ep. 7. h. l. In Epeirum) ad te. ep. 10. h. l. Scripseram) ibid. & ep. sup Vniuersi) al. aduersi. Nihil esset necesse) quum spei nihil sit. ep. seq. Quam proxime Italiam) Buthroti, quod oppidum non multum abest ab Italia. ep. 7. huius libri. sic quamproxime hostem. epist. 5. lib. 6. Esse) si quid agatur. epist. seq. Hinc) Thessalonica. Aliquid) mali. A comitiis) secundum comitia. episto. superio. Conuertemus) ut primo etiam uolumus. episto. 6. huius libri. Quò) iremus.*

CICERO ATTICO S. 15



CCEPI Idib. Sext. quatuor epistolas à te missas: unam, qua me obiurgas, & rogas, ut sim firmior: alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea solicitudine, macieque narrasse: tertiam, qua demonstras acta in senatu: quartam de eo, quod à Varrone scribis tibi esse confirmatum de uoluntate Pompeij. ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, ut non modo à mente non deserar, sed id ipsum doleam, me, tam firma mente ubi utar, & quibuscum, non habere: nam si tu me uno non sine mœrore cares, quid me censes, qui & te, & omnibus? & si tu incolumis me requiris, quomodo à me ipsam incolumitatem desiderari putas? nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quenquam, neque in tantas miserias incidisse. dies autem non modo non leuat luctum hunc, sed etiam auget: nam cæteri dolores mitigantur uetustate, hic non potest non & sensu præsentis miseriæ, & recordatione præteritæ uitæ quotidie augeri: desidero enim non mea solum, neque meos, sed me ipsum: quid enim sum? sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis uulneribus sæpius manus afferam. nam quòd purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catonem: ego uero tantum illum puto ab isto scelere absuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem aliorum, quàm istius fidem ualuisse. cæteri, quos purgas, debent mihi purgati esse, tibi si sunt. sed hæc sero agimus. Crassi libertum nihil puto sincere locutum. In senatu rem probe scribis actam. sed quid Curio? an illam orationem non legit? quæ unde sit prolata, nescio. sed Axius eiusdem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. at potest ille aliquid prætermittere. tu, nisi quod erat, profecto non scripsisti. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. atque utinam ipse Varro incumbat in causam. quod profecto cum sua sponte, tum te instante faciet. ego, si me aliquando uestri, & patriæ compotem fortuna fecerit, certe efficiam, ut maxime læter e unus ex omnibus amicis, meaque officia, & studia, quæ parum antea luxerunt (fatēdum est enim) sic exequar, ut me æque tibi, ac fratri, & liberis nostris, restitutū putes. siquid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui uehementius, neque hæc eo scribo, quo te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam: sed profecto, si, quantum me amas, & amasti, tantum amare deberes, ac debuisses, nunquam esses passus me, quo tu abundas, egere consilio; nec esses passus mihi persuaderi, utile nobis esse, legem de collegijs perferri. sed tu tantum lacrymas præbuisti dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipse ego: quod meritis meis perfectum esse potuit, ut dies, & noctes, quid mihi faciendum esset, cogitares, id abs te meo, non tuo scelere prætermissum est. quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum à turpissimo consilio reuocaret, quod unus tu facere maxime potuisti: aut occubuissem honeste, aut uictores hodie uiueremus. hic mihi ignoscas: me enim ipsum multo magis accuso, deinde te, quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. si restituor, etiam minus uidebimur deliquisse: abs teq; certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Culleone scribis de priuilegio locutum, est aliquid, sed multo est melius abrogari: si enim nemo impediet, sic est firmius: si in erit, qui ferri non sinat, idem S.C. intercedet. nec quicquam aliud opus est, quàm abrogari. nam prior lex nos nihil lædebat. quam si, ut est promulgata, laudare uoluissemus, aut, ut erat negligenda, negligere, nocere omnino nobis non potuisset. hic mihi primum non modo consilium defuit, sed etiam obfuit. cæci, cæci inquam fuimus in uestitu mutando, in populo rogando. quod, nisi nominatim mecum agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo præterita, ueruntamen ob hanc causam, ut, siquid ageretur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis. uerum est stultum me præcipere, quid agatis, aut quomodo. utinam modo agatur aliquid. multa occultant tuæ literæ, credo ne uehementius desperatione perturber: quid enim uides agi posse, aut quomodo? per senatum ne? at tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, néue dici liceret. quo

modo igitur Domitius se dixit relaturum? quomodo autem iis, quos tu scribis, & de re dicentibus, &, ut referretur, postulantibus, Clodius tacuit? at si per populum, poterit ne nisi de omniũ Tribunorũ pl. senetntia? quid de bonis? quid de domo? poterit ne restitui? aut, si non poterit, egomet quomodo potero? hæc nisi uides expediri, quam in spem me uocas? si autem spei nihil est, quæ est mihi uita? ita que expecto Thessalonicæ acta Cal. Sext. ex quibus statuam, in tuos ne agros confugiam, ut neque uideam homines, quos nolim, & te, ut scribis, uideam, & propius sim, si quid agatur, idque intellexi cum tibi, tum Quinto fratri placere: an abeam Cyzicum. nunc Pomponi, quoniam nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quód aut in me ipso satis esse consilij decreueras, aut te nil mihi plus debere, q̃ ut præsto esses, quãdo qdẽ ego pditus, iductus coniectus in fraudẽ, omnia mea præsidia neglexi, totam Italiam in me erectam ad me defendendum destitui, & reliqui, me meis tradidi inimicis, inspectãte, & tacẽte te, qui si non plus ingenio ualebas, q̃ ego, certe timebas minus: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus, & nos aliquãdo aut obiurgare, aut communiter consolari desine. ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis tectis crederem. meam amentiam accuso, quòd à te tantum amari, quãtum ego uellem, putaui. quod si fuisset, fidẽ eandem, curam maiorem adhibuisses, me certe ad exitium præcipitantem retinuisses, istos labores, quos nunc in naufragiis nostris suscipis, non subisses. quare fac, ut omnia ad me perspecta, & explorata perscribas, meque, ut facis, uelis esse aliquem, quoniam, qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum, & ut his literis, non te, sed me ipsum à me esse accusatum putes, si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine literas dari, uelim conscribas, curesque dandas. Vale. DXIIII. Cal. Sept.

σχόλια



BIVRGAS) ut ep.10.h.l. Crassi) ep.3.l.1. Varrone) ut Pompeij amico. ep.25.l.2. Confirmatũ) quod ipse Pompeius tibi dixerat. ep.9. & .13.h.l. & ep.18.h.l. De uoluntate Pompeij) qualnam Põpeius de nobis uelit. ep. sup. Firma) integra. ep.13.h.l. Qui & te, & omnibus) careo. Cõmemorare) ut breuiter commemoraui. ep.10.h.l. Scindam) quasi refricem, ut refricare cicatricem. Tãtis bonis) tantis facultatibus. ep.10.h.l. Non leuat) quum dies adimat ægritudinem, ut est in prouerb. Mitigantur) minuũtur, & molliuntur. ep.5.l.4. fam. tolluntur. ep.17.l.5. fam. Recordatione) recordor enim, qui fuerim, & sentio, qui sim. ep. 10.h.l. Manus afferam) quasi ut refricem. Vbi enim qui dolet, ibi & manum habet. prouerb. Scripsi) ep.9.h.l. Catonem) ep.3.l.7. Simulationem) amoris. ep.3.l.1. ad Q. fr. Aliorum) ut Hortensij, & Arrij. ibid. Istius) Catonis. Purgati) al. probati. Sero agimus) ut, serò sapiunt Phryges. Crassi libertum) ut inimici libertum. ep. longa ad Lent. Locutum) de mea solicitudine. Actam) secundum comitia. ep.13.h.l. Curio) ep.20.h.l. si patris, quód ut Pontifex de domo ageret, i. id, & orat. de resp. si filij, quód multum in causa laboraret: unde eius beneficia clarissima nouitate suorum temporum uocat ep. 6.l.2. fam. Orationem) Metellinam ep.12.h.l. Sit prolata) & exciderit. ibid. Axius) ep.15.l.10. al. Maximus Axius. epist. 34.l.13. Ille) Axius. Varronis) qui Pompeij ita est amicus, ut ab eo intelligere etiam possit de Cæsaris in me uoluntate, quem sibi socium, & adiutorem adiungere cogitat. orat. in Pis. uel ex literis ipsius. Cæsaris, cuius etiam familiaris fuit. Cæs. l.2. bel. ciu. ut postea comparandis bibliothecis præfecerit. Suet. in Cæs. nisi forte quis hoc loco C. Visellium Varronem uelit, (Quod minus probo) significari, cui cum Cæsare fuit familiaritas. orat. de prouinc. Cons. Expectationem Cæsaris) Cæsarẽ ipsum à salute mea non abhorrere ibid. & orat. pro P. Sest. In causam) nostram. Faciet) ut amicus noster. ep.22.l.2. In te peccaui) scribens me tuum amorem, & dolorem desiderare. ep.11.h.l. Peccaui uehementius) multis enim peccatis in hãc erumnam incidi. ep. sup. Affectum) ita, ut te ipsum consolari nemo possit. Amas, & amasti) tua sponte. Amare deberes, ac debuisses) meritis meis. paulò post. Abundas) excellis ep.14.l.1. Persuaderi) præsertim à Clodio, qui me decepit. Dio l.38. Vtile) quũ inutile esset, seruos simulatiõe collegiorũ in nos cõscribi orat. post reditũ in Senat. De collegiis) ueteribus restituendis, & nouis instituendis. ibid. & orat. p Sest. in Pis. Ascon. & Dion l.38. Perferri) à Clodio. ibid. Meritis meis) quæ in te conferre debueram. Potuit) quasi debuit, ut ep.9.l.2. & orat. pro dom. certe Senatus aliquid consilij capere potuit. & apud Iurisconsultos non raró. Minus liberali) non satis prolixo. orat. pro dom. Responso) se contra armatũ Tribunum pl. sine consilio publico decertare nolle, orat. in Pis. & se nihil contra Cæsaris uoluntatem facere posse. epist.4.l.10. Turpissimo consilio) cedendi, & quasi fugiendi, quo nihil turpius fuit. ep.3.l.14. fam. Potuisti) amicitiæ iure. Aut occubuissem honeste) fortiter cadens, ep.3.l.14. fam, & honestissimo tempore. ep.7.h.l. sed quoniam sequitur, uiueremus, uidetur legendum: aut occubuissemus honeste. Viueremus) & quidem beatissimi. ep.1.l.14. fam. hoc διλήμματι, καὶ ἀντιθέτῳ sic utitur orat. pro dom. aut uicissem cum magna internicione improborum. aut unà cum Rep. concidissem. Alterum) ut amicum. ὁ φίλος γὰρ ἕτερος αὐτός, ut dicebat Pythagoras. Meæ culpæ) mei peccati. ep.9.h.l. Nullo nostro) beneficio diligimur. Culleone) ut Pompeij amico. ep.16.l.8. al. Curione, sed uideo legi etiam posse. Aculeone, ut sit C. Visellius Varro

Apuleo

Aculeo, qui quum esset Ciceronis consobrinus, & iuris ciuilis disciplinam à patre Aculeoni traditam teneret, in Brut. de priuilegio poterat respondere, & ut Cæsaris amicus, quid Cæsar cogitaret, cognoscere. orat. de prouinc. Cons. Priuilegio) lege Clodia mihi priuato irrogata ita, ut priuilegium possit appellari, quum leges sacratæ, & XII. tabulæ id uetent. orat. pro dom. Locutum) de me agendum esse, tanquam, quod tulit Clodius, priuilegium sit, non lex, & ob id me statim posse reuocari: ut censuit etiam L. Cotta ibid. Abrogari) quod de me tulit Clodius, siue lex sit, siue priuilegium. Impediet) abrogationē. Sic est firmius) al. quid est firmius? Ferri) de abrogatione ad populū. Idem) Tribunus pl. S.C.) quo decerneretur, illud esse priuilegium. Prior) è duabus contra me latis, sed altera sine meo nomine, Dion l.38. altera uero de me nominatim. orat. p dom. & ep.2.h.l. Lex) Clodia. Nihil lædebat) quum lata non esset contra me nominatim, sed contra omnes, qui ciuem indemnatum necassent. Dion l.38. Non potuisset) quum ciuem nullum, nisi Senatus iussu, necassem. Non modo) al. meū. Consilium) quo me passus es egere. Defuit, sed etiam obfuit) προσωπομαχία. Cæci, cæci) πολλογία. Vestitu mutando) orat. post reditum. Ad Quir. in Senat. pro Cn. Planc. & pro Sest. Nominatim) atqui nominatim nō agebatur, ut diximus. Perniciosum fuit) quòd populus irritatus est, quum in ea lege multa essent popularia. Pergo) scribere. Verūtamen) scribo. Ageretur) de me. Legem illam) priorem. Ne tangatis) ne abrogare tentetis. Aliquid. Multa) hic interponūtur hæc uerba: in quod ipsa iubeat, quæ nos interpretari non potuimus. al. quo ipsa: unde possit exponi, quo ipsa βοώπις rumpatur, uel Piso. ep.22. h.l. sic penè loquitur, ep.4. l.5. Legis) rogationis. ep.12. h.l. Fixisse) & recitasse. orat. post reditū in Senat. Referri) de me ad Senatum. ibid. & orat. pro dom. Dici) sententiam. ibid. Liceret) ibid. et ep.23. h.l. Domitius) L. Domitius Aenobarbus Prætor. ep.24. l.2. et ep.2. l.1. ad Q. fr. Dixit) quum per legem Clodiam non liceat. Relaturum?) de me ad Senatum? Iis) Senatoribus præsertim. Re) mea. Postulantibus) contra legem Clodiam. Tacuit?) uidens suam legem nullam iudicari? orat. pro dom. Per populum) agetur. Poterit ne) agi. Omnium) atqui Ligus solet intercedere. orat. pro Sest. Bonis?) à Clodio publicatis? quorum tamen nemo rem ullam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus sit habitus. orat. pro dom. Domo?) à Clodio libertati consecrata? ibid. Restitui?) quū sit consecrata ita, ut dedicatio deterreat? ibid. Poterò?) restitui? nam, si mea domus mihi non redditur, quis erit, qui reditum potius, quàm pœnam sempiternam putet? ibid. Spei nihil est) quòd omnia euanescant. ep.10. h.l. Expecto) ut tibi placet. ibid. In tuos ne agros) in Epeirum. ep.13. h.l. Homines) inimicos nostros, qui uenturi dicuntur, ep.3. l.14. fam. ut L. Pisonem in prouinciam uenturum, & eius milites. ep.22. h.l. & ep.1. l.14. fam. Te) qui te uenturum illuc scribis. ep.9. h.l. Propius) Italiam. ep. sup. Abeam) si aliquid audiero. ibid. Cyzicum) ep.6. h.l. Decreueras) al. decreras. Quando quidem) alij, quoniamq;. Prodirus) epis.8. h.l. Inductus) ep.5. l.4. Coniectus) proiectus. ibid. Præsidia) ep.10. h.l. Totam Italiam) ep. longa ad Lentul. Erectam) permotam. orat. pro Sest. Inimicis) qui nos perdiderunt: ep.9. h.l. Iuua) opera, consilio, gratia. ep.11. h.l. Communiter) quasi uulgariter, & ut faciūt omnes. Desine) ep.11. h.l. Tuis tectis) Epeiroticis. Crederem) ut, me facturum fortasse, paulò ante dixi. Amentiā) stultitiam. ep.8. h.l. Aliquem) τινα, ut loquuntur Græci. sic aliquid ep.2. l.4. Fui) ep.10. h.l. Potui) nisi peccassem, ita, ut nunc, peccati pœnas luam. ep.9. h.l. Putes) uidens me tantum tibi tribuere, ut te potissimum uelim istas literas scribere. Cōscribas) sic ep.5. l.21. Danlas) ep.21. h.l.

CICERO ATTICO S. 16



TOTVM iter mihi incertum facit expectatio literarum tuarum Cal. Sext. datarum, non aliud aliquid. si spes erit, Epeirum. sin minus, Cyzicum, aut aliud quid sequemur. tuæ quidem literæ, quo sæpius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, quàm cum lectæ sunt. tum id, quod attulerunt ad spem, infirmāt: ut facile appareat te & cōsolationi seruire, & ueritati. idque te rogo planè, ut ad me, quæ scis, ut erunt. quæ putabis, ita scribas. Vale. D. XII. Cal. Sept.

σχόλια



TVARVM) al. uestrarum. ut ep.11. h.l. Non aliud aliquid) facit incertū. nisi malumus coniungere cum sequentibus, ut sit locutio græca illa: οὐκ ἄλλοτι: uel οὐδὲν ἄλλο, ut ep.15. l.2. Epeirum) in tuos agros confugientes. ep. sup. Sin minus) si spei nihil erit. ibid. Cyzicum) ep.6. h.l. Sequemur) σύλληψις. Quàm quum lectæ sunt. tum) al. quæ quum lectæ sint, tum. Videtur legendum: uel, quòd quū lectæ sint, tum uel, ut etiam legitur, quàm quam latæ sint. tum. Consolationi) dum literæ aliquid ad spem afferunt. Veritati) dum literæ eædem uera afferentes id, quod ad spem attulerant, infirmant.

CICERO ATTICO S. 17



DE Quinto fratre nuntij nobis tristes, nec uarij uenerant ex ante diem Non. Iun. usque ad prid. Cal. Sept. eo autem die Liuinus M. Reguli lib. ad me a Regulo missus uenit. is omnino mentionem nullam factam esse nuntiauit, sed fuisse tamen sermonem de C. Clodij filio, isque mihi tum à fratre literas attulit. sed postridie Se-

sty pueri uenerunt, qui à te literas attulerunt, non tam exploratas à timore, quam sermo Liuini fuerat. sanè sum in meo infinito mœrore solicitus, & eo magis, quòd Appij quæstio est. Cætera, quæ ad me eisdem literis scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quam alij ostendunt. ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res dijudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiã nunc circum hęc loca commorabor. Scribit ad me frater omnia sua per te unum sustineri. quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas? tantum uelim fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro perfruamur. Tuas literas semper maxime expecto. in quibus caue, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut ueritas acerba sit. Vale. D. prid. Non. Sept.

σχόλια



VINTO fratre) repetundarum accusando. ep. 9. h. l. Ex ante diem) ut in ante diem, ep. 20. l. 2. Vsque ad prid. Cal.) sic ep. 9. l. 2. Liuinus) L. Liuinus Trypho. ep. 60. l. 13. fam. M. Reguli) al. Reguli. & sanè L. Regulus dicitur ibid. Lib.) libertus. ibid. ut ep. 8. h. l. Phaeto. lib. Mentionem) de fratre accusando. Sermonem) fore, ut frater accusaretur. C. Clodij) qui frater fuit P. Clodij. Ascon. in orat. pro Mil. Filio) Ap. Claudio, qui postea cum fratre Milonem accusauit. ibid. nunc sermo erat, fore, ut Q. fratrem ut inimicus & iuuenis accusaret. Sestij) orat. pro P. Sest. et post reditum in Senat. Timore) de fratre. Solicitus) de fratris negotio. ep. 9. h. l. Appij) Clodij fratris, ep. 22. l. 2. Et mei inimici, ep. 20. l. 3. fam. & ep. 6. l. 8. fam. Quæstio est) futura est anno sequenti. nunc enim Prot. Des. tũc erit Præt. ep. 1. & 2. l. 4. Esse languidiora) magis extenuari. ep. 13. h. l. Res) causa nostra. Ad te) in tuos agros. ep. 15. h. l. Conferam) si spes erit. ep. sup. Commorabor) si nihil erit spei. Sustineri) ut rogaui, ep. 21. h. l. Caue) caue timeas. Molesta) quæ molesta esse nõ potest, quum uelim ita scribas, ut ne quid prorsus ignorem. ep. 10. h. l. Acerba sit) ut est alijs, quum odium parit. ego uero te obsecro, ut omnia certa perscribas. ep. 11. h. l.

CICERO ATTICO S. 18



XPECTATIONEM *nobis non paruam attuleras, cum scripseras Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompeium certe suscepturum, & simul à Cæsare ei literæ, quas expectaret, remissæ essent, auctorem etiam daturum. utrum id nihil fuit, an aduersatæ sunt Cæsaris literæ? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras, eundem, secundum comitia, dixisse. fac) si uides quãtis in malis iaceam, et si putas eẽ humanitatis tuæ) me, fac de tota causa nostra certiorem: nam Q. frater homo mirus, qui me tam ualde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei. tuæ autẽ literæ sunt uariæ: neque enim me desperare uis, nec temere sperare. fac, obsecro te, ut omnia, quæ prospici à te possunt, sciamus. Vale.*

σχόλια



XPECTATIONEM) ep. 14. h. l. Scripseras) ibid. Varronẽ) ep. 15. l. 2. Cõfirmasse) ep. 15. h. l. Simul postquàm, ut ep. 20. h. l. al. simulac. Cæsare) ep. 15. h. l. Remisse) fortasse per P. Sestium, qui iter ad eum pro mea salute suscepit, orat. pro Sest. Auctorem) relationis, & salutis meæ. orat. in Pis. Daturum) qui contra caput legis Clodiæ referre auderet, ep. 15. h. l. et ita sententiam Senatui præstaturũ. orat. in Pis. Vtrum) sic orat. in Pis. nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an uomuerit, an effuderit. Scripseras) ep. 13. h. l. Eundem) Varronem, ep. 15. h. l uel Pompeium. ep. 13. h. l. Secundum comitia) in Senatu actum iri. ibid. Quantis in malis) in quanta calamitate. epist. 7. h. l. Fac) ἐπανάληψις Metuens) ut frater Defectionem) ex dolore. ep. 13. h. l. Tuæ) qui consolationi seruis, & ueritati. ep. 16. h. l.

CICERO ATTICO S. 19



VO'D *eiusmodi mihi literæ à uobis afferebantur, ut aliquid ex ijs esset expectandum, spe, & cupiditate Thessalonicæ detẽtus sum, posteaquàm omnis actio huius anni cõfecta nobis uidebatur, in Asiam ire nolui, quòd & celebritas mihi odio est, &, si fieret aliquid à nouis magistratibus, abesse longe nolebam. itaque in Epirum ad te statui me conferre: non quo mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem: sed aut ad salutem libentissime ex tuo portu proficiscar: aut, si ea præcisa erit, nusquam facilius hanc miserrimam uitam uel sustentabo, uel, quod multo est melius: abiecero. ero cum paucis, multitudinem dimittam. me tuæ li*

tere

teræ nunquàm in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quàm tuæ literæ. sed tamen, quoniam cœptum est, age, quoquo modo cœptum est, & quacunque de causa, non deseram neque optimi, atque unici fratris miseras, atque luctuosas preces, nec Sestij, cæterorumque promissa, nec spem ærumnosissimæ mulieris Terentiæ, *nec miserrimæ mulieris* Tulliolæ *obsecrationem, & fideles literas tuas. mihi* Epeirus *aut iter ad salutem dabit, aut, quod scripsi supra. te oro, & obsecro Pomponi, si me omnibus amplissimis, carissimis, iucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatum, si me à meis consiliarijs proditum, & proiectum uides, si intelligis me coactum, ut ipse me, & meos perderem, ut me tua misericordia iuues, &* Quintum *fratrem, qui potest esse saluus, sustentes,* Terentiam, *liberosque meos tueare, me, si putas te istic uisurum, expectes, si minus inuisas, si potes, mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest, & pueros ad me cum literis quàmprimum, & quàmsæpissime mittas.* Vale. XVI. Cal. Oct.

σχόλια


XPECTANDVM) ep. sup. Detentus) al. retentus, ut Plancius me retinet. ep. 22. h. l. In Asiā) maxime Cyzicum. ep. 6. h. l. Ire nolui) ut me iturum scripseram, si nihil esset spei. ep. 16. h. l. Celebritas) quia theatrum totius Asiæ est refertissimum ep. 1. l. 1. ad Q. fr. Odio est) ep. 7. h. l. Aliquid) de me. Nouis) Des. proximis comitijs. Abesse longe) sed propius esse. ep. 15. h. l. Ad te) ep. 10. h. l. in tuos agros. ep. 15. h. l. Lucem) quam aspicere uix possum. ep. 7. h. l. Ex tuo portu) ex tuis agris, ep. 15 h. l. qui mihi portus instar erunt. Proficiscar) si fuero reuocatus. Ea) salus. Facilius) quā apud te. Dimittam) ne sim grauis hospes. Aliorum) ep. 17. h. l. Non deseram) ne sit. quòd putes me causæ meæ, ac uolūtati meorum defuisse. Fratris) Q. fratris. Sestij) ep. 17. h. l. qui Tribunus pl. Des. rogationē de me se laturum pollicetur. ep. seq. Promissa) de mea salute. scripsi supra) uitā uel sustentabo, uel abiecero. Amplissimis) ep. 10. h. l. Perfidia) & insidijs. ep. 9. h. l. Consiliarijs) ut Pompeio, & Hortensio. ibid. Proditum) ep. 8. h. l. Proiectum) coniectum. ep. 15. h. l. Me, & meos perderem) unde non meos solum, sed me ipsum desidero. ibid. Sustētes) ep. 11. h. l. Istic) Romæ, uel in Epeiro, quò fortasse Atticus uenerat. à Cicerone discessisse certe dicitur ep. 25. h. l. Si minus) id putas. Inuisas) al. reuisas.

CICERO SALVTEM Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO: 20


VOD *quidem ita esse, & auunculum tuum functum esse officio, uehementissime probo: gaudere me tum dicam, si mihi hoc uerbo licebit uti. me miserum, quàm omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset. quæ colligere nolo, ne augeam mœrorem. sed tibi uenire in mentem certo scio, quæ uita esset nostra, quæ suauitas, quæ dignitas. ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut facis, diemque natalem reditus mei cura ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum, & cum meis. ego huic spei, & expectationi, quæ nobis proponitur, maxime tamen uolui præstolari apud te in Epeiro. sed ita ad me scribitur, ut putem esse commodius nos eisdem in locis esse.* De domo, & *curionis oratione ut scribis, ita est. in uniuersa salute, si ea modo nobis restituetur, inerunt omnia. ex quibus nihil malo, quàm domum. sed tibi nihil mando nominatim. me totum tuo amori, fideiq; commendo.* Quòd *te in tanta hæreditate ab omni occupatione expedisti, ualde mihi gratum est.* Quod *facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus à te præter cæteros iuuer: id quantum sit præsidium, uideo: intelligoque, te multas parteis meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, neq; ut ita facias, rogandum esse.* Quod *me uetas quicquàm suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum, aut prætermissum uideretur: geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quàm in te mea.* Velim, *quid uideas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas, omneisque ad nostram salutem adhortere.* Rogatio *Sestij neq; dignitatis satis habet, nec cautionis: nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius scribi: & id animaduertas uelim.* Vale. IIII. Non. Oct. Thessalonicæ.

σχόλια.


. Cæcilio) prænomen, nomen, & cognomen adoptantis adoptati sumebant, et quidem deinceps, ut Q. fabius Maximus, M. Pupius Piso. Pomponiano) nomē gentis suæ retinebant, sed σχηματισθὲν, ut Aemylianus, Calphurnia-

nus. dein le agnomen adoptantis, si modo erat, addebant, ut Pius. Attico) nam postremo suum agnomen apponebant, ut Atticus, Augustus. sic igitur collige. Q. Fabius Maximus Aemilianus: M. Pupius Piso Calphurnianus: Q. Metellus Pius Scipio: C. Caesar Octauianus Augustus. Quòd) epistola cum praescriptione cõiungitur, ut ep. ultima l. 1. fam. statim enim ascribebant. Plaut. in Bacch. & Plato ep. 3. Ita esse) te Q. Caecilium Pomponianum Atticum appellari: Varr. l. 2. cap. 2. de re rust. quod te Caecilius moriens testamento adoptauit, haeredemque fecit. ex dodrante. Nepos in uita. Auunculum) Q. Caecilium. ep. 1. l. 1. Officio) quòd te adoptauit, & haeredem fecit. Si mihi) alij, quàm mihi. Eorum) ut Pompeij, Hortensij, & aliorum. ep. 9. h. l. Augeam moerorem) scindam dolorem. ep. 15. h. l. Natalem) tanquam natalem. orat. post. reditum in Senat. Aedibus) Pamphilianis tibi ab auunculo relictis in quirinali colle. Nepos in uita, P. Vict. reg. 6. & ep. 39. l. 12. Amoenissimis) quarum amoenitas non aedeficio, sed sylua constat. Nep. in uita. Agam) quoniam domus mea consecrata est à Clodio orat. pro dom. Proponitur, maxime tamen) melius fortasse legetur: proponitur maxima, tamen, & erit sensus: spei, quae ab alijs proponitur maxima, quamuis à te tanta non proponatur, & mea sit tenuior, uolui tamen praestolari. Volui) primo. ep. sup. Praestolari) ut tibi praestoler. ep. 15. l. 2. Apud te) domi tuae, in tuis agris. ep. 15. h. l. In Epeiro) ep. sup. Nos eisdem in locis esse) nos circa eadem loca commorari. ep. 17. h. l. quòd si legas, non eisdem locis esse, id dicet, quod facere solent exules, qui nõ libenter uno in loco cõmorantur. Domo) ep. 15. h. l. Curionis) ibid. Ea) salus. Nihil mando) est enim stultum me praecipere, quid agatis. ep. 15. h. l. Tanta haereditate) ex qua circiter centies HS. accepisti. Nep. in uita. Rogandum esse) quippe qui mihi ex patria fugienti HS. CC. & quinquaginta millia. donaris. ibid. Secus) secus, ac deceat, improbe, male. sic ep. 16. l. 1. Commissum) peccatum. ep. 15. h. l. Praetermissum) quod meritis meis perfectum esse potuit, ut dies & noctes, quid mihi faciendum esset, cogitares. ibid. Geram tibi morem) non suspicabor. Omneisque) al. tuosque omneis. Rogatio Sestij) rogatio, quã P. Sestius Tribunus pl. Des. ferre cogitat. ep. 23. h. l. Habet) & ceteo mihi non placet. ibid. Nominatim) de me contra priuilegium. ep. 15 h. l. Ferre) al. ferri. rectius. Bonis) à Clodio publicatis. ep. 15. h. l.

CICERO ATTICO S. 21

TRIGINTA dies erant ipsi, cum has dabam literas, per quos nullas à uobis acceperam. mihi autem erat in animo, iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epeirum, & ibi omnem casum potissimum expectare. Te oro, ut, siquid erit, quod perspicias, quancuuque in partem, quàm plenissime ad me scribas, & meo nomine, ut scribis, literas, quibus putabis opus esse, ut des. Vale. V. Cal. Nou.

σχόλια.

DIES erant ipsi) sic episto. 8. lib. 2. fam. & epist. 11. lib. 5. & epist. 8. l. 6. Scripsi) epist. 19. h. lib. Ibi) apud te. epist. superio. Potissimum) al. potissime. Quacunque in partem) neque enim ueritas erit acerba. ep. 17. h. l. Plenissime) al. planissime. Des) dandas cures. ep. 15. h. l.

CICERO ATTICO S. 22

ETSI diligenter ad me Quintus frater, & Piso, quae essent acta, scripserant: tamen uellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consuesti, ad me, quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes. me adhuc Plancius liberalitate sua retinet iam aliquoties conatum ire in Epeirum. spes homini est iniecta, non eadem, quae mihi, posse nos una decedere. quam rem sibi magno honori sperat fore. sed iam, cum aduentare milites dicentur, faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus. quod cum faciemus, ad te statim mittemus, ut scias ubi simus. Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis, & literis declarat, spem nobis non nullam affert Pompeij uolũtatis: saepe enim tu ad me scripsisti, eum totum esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater, quantum speraret, profectum esse per te. mi Pomponi pugna, ut tecum, & cum meis mihi liceat uiuere: & scribe ad me omia. premor cum luctu, tum desiderio omnium rerum, quae mihi me cariores semper fuerant. Cura, ut ualeas. EGO, quòd, per Thessaliam si irem in Epeirum, perdiu nihil eram auditurus, & quòd mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora Thessalonicae scripsissem. inde cum ad te me conuertam, faciam, ut scias. tuque ad me uelim omnia quam diligentissime, cuicuimodi sunt, scribas. ego iam aut rem, aut ne spem quidem expecto. Vale. VI. Cal. Dec. Dyrrhachij.

σχόλια

PISO) C. Piso gener. ep. 2. l. 1. ep. 1. & 3. l. 14. fam. Plancius) Cn. Plancius Quaestor, pro quo extat orat. ep. 9. l. 1. Retinet) ep. 14. h. l. & ep. 1. l. 14. fam. In Epeirum) ad te. ep. sup. Mihi) cuius spes etiam tenuior semper fuit, quàm

iuæ literæ.ep.19.h.l. Nos una decedere)me quidem ad salutem,ibid. se uero ad Tribunatum.orat.pro Plãc. fore) si mecũ decedat,in quem tot beneficia contulit,et quem gratiosum sperat. Aduentare)in Macedoniam. Milites)L.Pisonis Procos. qui L.Apuleio Præt.orat.pro Planc.est sucessurus.orat.in Pis.pro dom.& ep.1 l.14. fam.ubi fortasse Piso,non ipso legi debet,nisi conuersis literis idem Piso per notam significatur. Dicentur)ut à L.Pisone præmisit. Ab eo)Plancio. Lentulus) P.Cornelius Lentulus Spinter Cos.Des.lib.1. fam. Promissis,& literis declarat, spem)al.promissis declarat. etiam literis spem Pompeij uoluntatis)ep.15.h.l. Eum)Pompeium. Illius)P.Lentuli. Potestate)Pompeius enim eo tempore frequens Lentulo assidebat,orat.in Pis.& ab eodem etiam est productus.orat.pro Sest. Metello)Q.Metello Nepote Cos.Des.& quidem inimico.ep.12.h.l. Scripsit)ep.4 l.5. fam. Profectum) ut Metellus ipse simultatem deponeret ep.24 h.l.al. perfectum. Ego,quòd)appẽdix epistolæ. Item)ut erat in animo.ep.sup. Dyrrhachinos)ep.1.&.3.l.14. fam. Ad te)in Epeirum. Cuiuimodi)al.quoquo modo. Rem)de mea salute conf.ctam.

CICERO ATTICO S. 23



D.V.Cal.Dec.treis epistolas à te accepi, unam datam ad VIII. Cal.Nou.in qua me hortaris,ut forti animo mensem Ian.expectem:eaque,quæ ad spem putas pertinere de Lentuli studio,de Metelli uoluntate,de tota Pompeij ratione perscribis. in altera epistola præter consuetudinem tuam,diem non adscribis,sed satis significas tempus:lege enim ab octo Tribunis pl.ꝓmulgata,scribis te eas literas eo ipso die dedisse,id est ad IIII.Cal.Nou.&,quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse,scribis.in quo si etiam nostra salus cum hac lege desperata erit,uelim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligẽtiam miserabilem potius, quàm ineptam putes:sin est aliquid spei,des operam,ut maiore diligentia posthac à nostris magistratibus defendamur.nam ea ueterum Tribunorum pl.rogatio tria capita habuit:unum de reditu meo, scriptum incaute:nihil enim restituitur præter ciuitatem, & ordinem,quod mihi pro meo casu satis est:sed quæ cauenda fuerint,& quomodo,te non fugit.alterum caput est tralatitium de impunitate,si quid contra alias leges eius legis ergò factum sit.tertium caput,mi Pomponi,quo consilio,& à quo sit inculcatũ,uide:scis enim Clodiũ sanxisse,ut uix,aut oĩno nõ posset nec ꝑ Senatũ,nec ꝑ populũ infirmari sua lex.sed uides nũꝗ esse obseruatas sanctiones earũ legũ,quæ abrogarentur:nam, si id esset, nulla ferè abrogari posset.neque enim ulla est,quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.sed cũ lex abrogatur ,illud ipsum abrogaretur quomodo eam abrogari oporteat.hoc cum re uera ita sit, cum semꝑ ita habitum,obseruatumq; sit:octo nostri Tribuni pl.caput posuerunt hoc: SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES; PLEBISVE SCITA; HOC EST QVOD PER LEGEM CLODIAM PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE SINE FRAVDE SVA NON LICEAT, NON LICVERIT; QVOD, VEL QVI PROMVLGAVIT, DEROGAVIT, OB EAM REM POENAE; MVLTAE VE SIT EH. INR. atque hoc in illis. Tribunis pl.non lædebat:lege enim collegij sui non tenebantur, quo maior est suspicio malitiæ alicuius, cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt,ut noui Tribuni pl.si essent timidiores,multo magis sibi eo capite utendum putarent.neque id à Clodio prætermissum est:dixit enim in concione ad III. Non.hoc capite designatis Tribunis pl.præscriptum esse,quid liceret.tamen,in lege nulla esse eiusmodi caput,te non fallit. quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur.Numium,ac cæteros fugerit,inuestiges,uelim,& quis attulerit,& quare octo Tribuni pl.ad senatum de me referre non dubitarint. siue, quòd obseruandum illud caput non putabant,ij dein in abrogando tam cauti fuerunt,ut id metuerent,soluti cum essent,quod ne ijs quidem, qui lege tenentur, est curandum.id caput sanè nolim nouos Tribunos pl.ferre:sed perferãt modo quidlibet:uno capite,quo reuocabor(modo res conficiatur)ero contentus.iãdudum pudet tam multa scribere:uereor enim,ne re iã desperata legas,ut hæc mea diligẽtia miserabilis tibi,alijs irridenda uideatur.sed si est aliqd in spe,uide legẽ,quã T.Fabio scripsit T.Visellius.ea mihi ꝓplacet.nam Sestij nostri, quã tu tibi ꝓbari scribis,mihi nõ placet. Tertia est epistola prid.Id.Nou.data:in qua exponis prudenter,& diligenter,quæ sint,quæ rem destinere uidcãtur,de Crasso,de Põpeio de cæteris.

quare oro te, ut, si qua spes erit posse studijs bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem confici, des operam, ut uno impetu perfringantur, in eam rem incumbas, cæterosque tu excites. sin, ut ego perspicio tum tua coniectura, tum etiam mea, spei nihil est: oro, obtestorque te, ut Quintum fratrem ames quem ego miserum misere perdidi, ne ue quid eum patiare grauius consulere de se, quàm expediat sororis tuæ filio, meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam, & ignominiam nominis mei, tueare, quoad poteris, Terētiam unam omnium erumnosissimam sustentes tuis officijs. Ego in Epeirum proficiscar, cum primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me uelim proximis literis, ut se initia dederint, perscribas. Vale. prid. Cal. Dec.

σχόλια

MENSEM Ian.) quo de me P. Lentulo, & Q. Metello Nepote iam Coss. agetur. orat. post reditum ad Quir. & in Senat. Lentuli) ep. sup. & seq. Metelli) ibid. Pompeij ratione) ut pro salute mea municipia, colonias que adeat, & populum supplex obsecret. orat. post reditum ad Quir. in Senat. pro dom. & in Pis. Lege) de meo reditu. orat. pro Sest. Octo Tribunus pl.) quibus referentibus P. Lentulus Cos. Des. autoritate, ac sententia sua, Pisone, & Gabinio Coss. repugnantibus, causam suscepit, quòd rem talem per alios citius, quàm per se tardius confici malebat. ibid. Promulgata) sed non lata. nam meus inimicus promulgauit, ut, si reuixissent hi, qui R. ēp. penè deleuerunt, tum ego redirem. orat. post reditum in Senat. Attulisse) ad incitandos Tribunos pl. Des. ut anno sequenti legem de me ferant: quod postea factum est. Si etiam) al. si hæc tam. alij, etiam si. Nostris) qui nobis fauent, ut paulò post, octo nostri Tribuni pl. ego tamen malim legere, nouis, ut orat. pro Sest. eadem de re magistratibus nouis designatis. Veterum) huius anni, ut opponat nouis quasi κατ' ἀντίθετον. al. uetus. Tribunorum pl.) octo. Rogatio) lex, ut dictum est, promulgata. Ciuitatem) quàm tamen sibi negat ademptam orat pro dom. Ordinem) Senatorium. ibid. Cauenda) de domo, & bonis. ep. 20. h. l. Tralatitium) aliunde assumptum. De impunitate) ne puniantur ij, qui de me contra legem Clodianā ferāt, quum ferre non liceat. ep. 15 h. l. Leges) ut Clodiam hoc loco. Eius legis) quam de me Tribuni pl. promulgarūt. Ergo) causa, ut mulieres ne lessum funeris ergo habento. l. 2. de legib. Tertiū caput) quod paulò post scribitur. Sāxisse) et postea in curiæ poste fixisse. ep. 15. h. l. Illud ipsum abrogaretur) al. illud ipsum rogatur, rectè, meo quidem iudicio. octo nostri Tribuni pl.) paulò ante. Caput) tertium. Hoc) al. sine interrogatione. Hac rogatione) de Cicerone reuocando. Scita, hoc) al. scita, S. C. hoc. Legem Clodiam) ep. 15. h. l. Promulgare) legem de Cicerone reuocādo Abrogare) tollere legem Clodiam. Derogare) aliquid legi Clodiæ detrahere. Obrogare) legi Clodiæ contrariam legem ferre. Fraude) periculo pœnæ à Clodio ꝓpositæ. orat. post reditū in Senat. pro dom. & pro Plāc. Nō liceat) ep. 15. h. l. Promulgauit, derogauit) al. ꝓmulgauit derogarit. Pœnæ, multæue sit) al. pœnæ multa ut sit, ut legi melius possit: pœnā, multaue sit. hoc est, pœna et mulcta sit ei, qui promulgarit etc. E H. I N R.) nos ex Frontino & Probo legendum putamus: E. H. L. N. R. & ex orat. pro A. Cecin. & pro dom. interpretandum: eius hac lege nihilum rogatur. al. C. M. causa mortis. Atque hoc) pœnam, multamue, esse, qui promulgasset. In illis Tribunis pl.) ueteribus. paulò ante. Collegij sui) al. collegæ sui. rectè, hoc est, Clodij. Nā Tribuni pl. collegij quidem legibus, sed non collegarum tenentur. Quippe qui semper liberam intercedendi potestatem habeāt. ij uero octo Tribuni pl. Clodij erant collegæ orat. post reditum in Senat. Non tenebantur) quū sint soluti paulò post, quicquid ratum sit, quod prohibeāt, quodque plebem rogent. l. 3. de legib. Id) caput. & exceptionē. Contra me) sic enim res mea poterat impediri. Scripserunt) si quid (ut summatim complectar) in hac rogatione scriptum est, quod ferre non liceat, eius hac lege nihilum rogatur. Noui Tribuni pl.) anni sequentis nunc Des. Timidiores) propter legem Clodiam. III: Non.) al. III. Non. Nouemb. Lege nulla) præsertim si de altera lege abroganda feratur. Numium) al. aut ninium. alij affirmant in ueteribus libris inueniri, Mummium, quod siue sit uerum, siue falsum, nemo non potest uidere legi oportere: an Mummium, ut sit L. Mummius, quo Tribuno pl. referente Cal. Ian. Senatus frequens de Ciceronis reditu decreuerat. orat. pro Sest. post reditum in Senat. & pro dom. quāuis Dion l. 38. λούκιον νίννιον κουάδρατον uocet, & ep. 16. l. 10. cuiusdam Ninnij mētio fiat. Ac cæteros) septem collegas Tribb. pl. al. aut cæteros. Attulerit) hoc caput. Non dubitauerint) contra legem Clodiam, ep. 15. h. l. Sue quod) si, qui, legendum putamus, ut uniuersis literis ita fuerit scriptum, si uiq. & postea descriptum, siue q. Illud caput) suæ legis, uel potius Clodiæ, quod Clodius in Curiæ poste fixerat. ep. 15. h. l. Non putabant) suam rogationem ferentes. Ii dem in abrogando) alij aliter, nos ita legimus. ijdem in eo abrogando, ut ita interpreteris. Quare nō dubitarint, si tam cauti fuerunt in eo capite abrogando ijdem, qui illud obseruandum non putabant? Id) caput legis Clodiæ. Soluti) ut Tribuni pl. Est curandum) quum tota lex Clodia de me lata nulla sit iudicanda. orat. pro dom. & sanctiones legum, quæ abrogentur, nunquā sint obseruatæ. paulò ante. Id caput) paulò ante descriptum. Legem) de me ferēdam. T. Fabio) al. T. Fadio, qui tunc erat Tribunus pl. Des. ep. 4. l. 1. ad Q. fr. & orat. post reditum in Senat. T. Visellius) uelim, legatur. C. Visellius, ut sit C. Visellius Varro Ciceronis consobrinus, Aculeonis filius ep. 15. h. l. qui quòd erat Iurisconsultus, optime legem T. Fadio scribere potuit. in Brut. Sestij) ep. 17. & 20. h. l. Non placet) quod neque dignitatis satis habeat, neque cautionis. ibid. Crasso) M. Crasso, quem metuo. ep. 2. l. 14. fam. ut inimicum. ep. longa ad Lentul. Pompeio) epis. 13. h. l. De cæteris) ut de Cæsare, nisi forte ita placeat legere: de Cæsare, cuius literas expectabat Pompeius. ep. 18. h. l. Rem) reditum

meum

m ton. Perfringantur)aduersarij. Excites)ad nostram salutem adhortere.ep.20.h.l. Spei nihil est)ep.15.h.l. Ames)& sustentes. ep.19.h.l. Sororis tuæ)Pomponiæ ep.4.l.1. Filio)Q. Ciceroni.ep.2.l.2. Meum Ciceronem)ep.2.l.1. Inuitiâ)ep.16.l.1. Ignominiâ)propter exilium. Erumnosissimam)propter me ep.1.l.14.fam. In Epirum)ad te.ep.19.h.l. Initia)præsertim agendi de meo reditu. Dederint)Non.Decemb.præsertim,quibus Tribb.pl.magistratũ inibant.ep.13.l.16.

CICERO ATTICO S. 24



NTEA, *cum ad me scripsissetis uestro consensu consulares prouincias ornatas esse, etsi uerebar quorsum id casurum esset, tamen sperabam uos aliquid aliquando uidisse prudentius. post quam mihi & dictum est, & scriptum, uehementer consilium uestrum reprehendi: grauiter sum commotus, quòd illa ipsa spes exigua, quæ erat, uidetur esse sublata: nam si Tribuni pl. nobis succensent, quæ potest spes esse? ac uidentur iure succensere cum & expertes consilij fuerint qui causam nostram susceperant, & nostra concessione omnem uim sui iuris amiserint: præsertim cum ita dicant, se nostra causa uoluisse suam potestatem esse de Consulibus ornandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram causam adiungerent: nunc si Consules à nobis alieniores esse uelint, posse id libere facere, sin uellent nostra causa, nihil posse se inuitis. nã quod scribis, ni ita nobis placuisset, illos hoc idem per populum assecuturos fuisse: inuitis Tribunis pl. fieri nullo modo potuit. ita uereor, ne & studia Tribunorum amiserimus, &, si studia maneant, uinculum illud adiungendorum Consulum amissum sit. accedit aliud non paruum incommodum, quòd grauis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, senatum nihil decernere ante, quàm de nobis actum esset, amissa est, præsertim in ea causa, quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata, ac noua: neque enim unquam arbitror ornatas esse prouincias designatorum: ut, cum in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta, ĩmutata sit, nihil iam possit non decerni. iam his, ad quos relatum est, amicis placuisse non mirum sit: erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum Consulum palàm sententiam diceret. & fuit omnino difficile non obsequi uel amicissimo homini Lentulo, uel Metello, qui simultatem humanissime deponeret. sed uereor, ne hos cum tenere potuerimus, Tribunos pl. amiserimus. hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, uelim ad me scribas, & ita, ut instituisti: nam ista ueritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Vale. D.IIII. Id.Dec.*

σχόλια



ESTRO consensu)quum uos cõsensistis,ut Senatus prouincias decerneret lege Sempronia.orat. pro dom. Consulares prouincias ornatas esse)sic ep.17.l.4. Vidisse)consentiendo. Consilium uestrum) de consentiendo. Reprehendi)à multis. Erat)in Tribunus pl. Tribunum pl.)nouum. Succensent)propter hũc consensum. Consilij)consilij uestri de consentiendo. Causam nostram)de reditu. Susceperant)ut P.Sestius,& T.Fadius.ep.sup. Nostra concessione) qua Senatui concessimus,ut prouincias ornaret. posset etiam legi:uestra concessiõe,ut uestro consensu,paulò ante. Sui iuris)quo & ipsi prouincias decernere solent, ut Clodius anno superiore.orat.pro dom. Consulibus ornandis)sic ornare prætores epis.3.l.2.ad Q.fr. sic magistratus omnes,Liu.l.40.sic decẽuiros.orat.2.contra Rull.& quibus ornarentur rebus. Consules)P.Lentulus,& Q.Metellus Nepos. Libere facere)quum nihil neque Tribunis pl.neque nobis.sed Senatui tantum debeant. Vellent)Coss. facere. Nihil posse) facere. Se inuitis)qui possint intercedere.al.eis inuitis. Illos)Coss. Hoc idem)prouincias. Inuitis Tribunis pl.)qui possint intercedere. Adiungendorum)ad nostram causam. Nihil decernere)nam quacũque de re Coss. uerbum facere cœperunt, aut referre ad Senatum,cunctus ordo reclamat,ostenditque nihil eos esse acturos, nisi prius de me referant.orat.in Pis post reditum in Senat.& pro Sest. Amissa est)quũ iam prouincias decreuerit. Ea causa)de ornandis prouincijs. Noua)nam Liuius sæpe ostendit,morem fuisse,ut Coss.prius magistratum inirent,quàm de prouincijs referrent: Hortensius tamen Cos. Des.Verr.5.dicitur sortitus esse prouinciam,sed nondum ornatam,ut ego interpretor. Designatorum) sed iam Coss. In hoc)in ornandis prouincijs. Constantia)Senatus,ut nihil decerneret ante, quàm de nobis esset actum. Immutata sit)ornatis prouincijs. Iam his) πρόληψις. Placuisse)ornari prouincias. Tanta)quãta sunt in prouincijs ornatis. Amicissimo)l.1.fam. Lentulo)ep.22.h.l. Metello)ibid. Simultatẽ)in tribunatu susceptam, ep.2.l.5.fam. Deponeret)in templo Iouis. permotus quum Senatus autoritate,tum P.Seruilij grauitate dicendi.orat.de prouinc.Cons.in Pis.& post reditũ in Senat. Hos)Coss.Dess. Tenere)nobis amicos. Potuerimus)Senatui in prouincijs ornandis concedentes. si, uoluerimus, legatur, fortasse magis placeat. Tribunos pl.) nouos. Amiserimus) quòd & ipsi nostra cõcessione omnem uim sui iuris amiserint. Veritas)ep.17.h.l.

CICERO ATTICO S. 25

POST *tuum à me discessum literæ mihi Romæ allatæ sunt, ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim (sed bonam in partem accipies) si ulla spes saluti nostræ subesset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. sed ne ingrati, aut ne omnia uelle nobiscum una interire uideamur, hoc omitto. illud abs te peto, des operā, id quod mihi affirmasti, ut te ante Cal. Ian. ubicunque erimus, sistas.* Vale.

σχόλια.

POST *tuum à me discessum) & si uideri potest Atticus ex ep. 19. h. l. in Epeirum his temporibus accessisse. ego tamen non uideo. qui fieri potuerit, ut Atticus post IIII. Id. Decem. quo die superior epistola fuit data, Roma ad Ciceronem, & à Cicerone Romam, & rursus Roma sit ita profectus, ut etiam Romæ ante Cal. Ian. hoc est intra dies summum. 19. esse posset: nisi epistola hæc mutarit locum, uel ita sit legendum: post tuum discessum, scilicet ex urbe, præsertim quum statim dicat: neque si ulla spes esset, discessisses: ubi interpreteris necesse est, Roma, ubi Ciceronem iuuare poterat, si spes fuisset. Saluti) al. salutis. Sistas) ep. 16. l. 10.*

CICERO ATTICO S. 26

LITERAE *mihi à Quinto fratre cum S.C. quod de me est factum, allatæ sunt. mihi in animo est, legum lationem expectare. si obtrectabitur, utar auctoritate senatus, & potius uita, quam patria carebo.* Tu quæso festina ad nos uenire. Vale. VI. Cal. Ian.

σχόλια


DE ME) *de mea dignitate, orat. pro dom. & ne quis ulla ratione rem impediret, orat. post reditū in Senat. Legum) de me reuocando. Lationem) ad populum. Si obtrectabitur) ab aduersarijs, qui calumniari uelint. Autoritate) S.C. Senatus) qui me etiam, si aduersarij diutius calumniarentur, redire iussit. orat. post reditum in Senat. Venire) ut te sistas. ep. sup.*

CICERO ATTICO S. 27

EX TVIS *literis, & ex re ipsa nos funditus perisse uideo. Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miserijs ne desis. ego te, ut scribis, cito uidebo. plura non scribo.* Cura, ut Valeas.

σχόλια.

PERIISSE *uideo) quum res ita differatur. nā usque ad prid. Non. Sext. dilata est. ep. 1. l. 4. Mei) frater, uxor, & liberi. Tui) operæ tuæ.*



M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER QVARTVS.

CICERO ATTICO S. I



VM primum Romam ueni, fuitque cui recte ad te literas darem, nil prius faciendum mihi putaui, quàm ut tibi absenti de reditu nostro gratularer: cognoram enim (ut uere scribam) te in consilijs mihi dandis nec fortiorem, nec prudentiorem, quàm me ipsum, nec etiam propter tuam in me obseruantiam nimium in custodia salutis meæ diligentem; eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri, aut totius furoris particeps, & falsi rumoris socius fuisses, acerbißime discidium nostrum tulisse, plurimumque operæ, studij, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contulisse. itaque hoc tibi uere affirmo, in maxima lætitia, & exoptatißima gratulatione unum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse. quem semel nactus, nunquam dimissero. ac nisi etiam prætermissos fructus tuæ suauitatis præteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem, & in senatu auctoritatem, & apud uiros bonos gratiam, magis quàm optaramus, consecuti sumus. in re autem familiari, quæ quemadmodum fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras, ualde laboramus, tuarumque non tam facultatum, quas ego nostras esse iudico, quàm consiliorum ad colligendas, & constituendas reliquias nostras indigemus. nunc, etsi omnia aut scripta esse à tuis arbitror, aut etiam nuntijs, ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quæ te puto potißimum ex meis literis uelle cognoscere. Prid. Non. Sext. Dyrrhachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brũdusium ueni Non. Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brundusinæ coloniæ, & tuæ uicinæ Salutis. quæ res animaduersa, multitudine summa Brundusinorum gratulatione celebrata est. ante diem VI. Id. Sext. cognoui literis Quinti fratris, mirifico studio omnium ætatum, atque ordinum, incredibili concursu Italiæ legem comitiis centuriatis esse perlatam. inde à Brundusinis honestißimis ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati conuenerint. ad Vrbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit, præter eos inimicos, quibus id ipsum non liceret aut dißimulare, aut negare. cum uenissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant. à qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia, & plausus me usque ad Capitolium celebrauit. in foro, & in ipso Capitolio miranda multitudo fuit. postridie in senatu, qui fuit dies Non. Sept. senatui gratias egimus. eo biduo cum esset annonæ summa caritas, & homines ad theatrum primo, deinde ad senatum concurrissent impulsu Clodij, mea opera frumenti inopiam esse clamarent; cum per eos dies senatus de annona haberetur, & ad eius procurationem sermone non solum plebis, uerum etiam bonorum Pompeius uocaretur, idque ipse cuperet, multitudoque à me nominatim, ut id decernerem, postularet: feci, & accurate sententiã

dixi, cum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, præter Messalam, et Afranium. factum est S.C. in meam sentẽtiam, ut cum Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur. quo S.C. recitato, cum concio more hoc insulso, & nouo plausum, meo nomine recitando, dedisset: habui concionem: omnes magistratus præsentes, præter unum Prætorem, & duos Tribunos pl. dederunt. postridie senatus frequens, & omnes consulares nihil Pompeio postulanti negarunt. ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit, & ad omnia me alterum se fore dixit. legem Coss. conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. alteram Messius, qui omnis dat pecuniæ potestatẽ, & adiunxit classem, & exercitum, & maius imperium in prouincijs, q̃ sit eorum, qui eas obtineant. illa nostra lex consularis nunc modesta uidetur, hæc Messij non ferenda. Pompeius illam uelle se dicit, familiares hanc. consulares duce Fauonio fremunt. nos tacemus, & eo magis, q̃ de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderant. qui si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus. superficiem Consules ex S.C. æstimabunt: sin aliter, demolientur, suo nomine locabunt, rem totam æstimabunt. ita sunt res nostræ: ut in secundis, fluxæ, ut in aduersis, bonæ. in re familiari ualde sumus, ut scis, perturbati. præterea sunt quædam domestica, quæ literis non committo. Quintum fratrem insigni pietate, uirtute, fide præditum sic amo, ut debeo. Te expecto, & oro, ut matures uenire. eoque animo uenias, ut me tuo consilio egere non sinas. alterius uitæ quoddam initium ordimur. iam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipiunt præsentibus occulte irasci, aperte inuidere. uehementer te requirimus. Vale.

σχόλια



VVM primum) hic tacetur penè ex VI. Cal. Ian. ep. 26. l. 3. usque ad Non. Sept. paulò post. Veni) reuocatus. Cognoram enim) ἀντιλογία ad secundam clausulæ partem pertinens. Vt uere scribã) accipit ueniam quasi illum primo leuiter accusaturus. Nec fortiorem) quòd & tu timuisti. ep. 15. l. 3. al. fortiorem. Nec prudentiorem) in re mea, in qua nihil mihi tuę prudentiæ impertisti. ibid. al. prudentiorẽque. Nec etiam) al. etiam. Obseruantiam) qua tantum lachrymas præbuisti dolori meo. ep. 15. l. 3. Diligẽtẽ) non nimium diligens fuisti, quando passus es me, quo tu abundabas, egere consilio. ibid. Erroris) culpæ. ibid. & epist. 3. l. 14. fam. Totius) alij, potius. Furoris) qui nos cæcos fecit. ep. 15. l. 3. Falsi rumoris) Pompeium, Cæsarem, & Crassum saluti meæ inimicissimos esse, ut Clodius prædicabat. orat. de resp. pro Sest. & in Pis. alij, timoris. Dissidium) discessum. Tulisse) ita, ut teipsum consolari nemo posset, ep. 12. l. 3. Cõtulisse) l. 3. iccirco nil prius faciendũ mihi putaui. quàm ut tibi absenti de hoc reditu gratularer. atq; hic, & præterea sæpe ut redditu lætior suo utitur dichoreo, qui per se ipse præclare cadit. in orator. quem lib. 3. non tam sæpe inuenies. Arbitrati sumus) tenuis enim semper nostra fuit spes. ep. 19. l. 3. Forẽsem) ep. 22. l. 3. Autoritatem) quòd sententiæ nostræ magnum pondus in Senatu habeant, ut ante. ep. longa ad Lent. Gratiam) epist. 10. l. 3. Optaramus) al. optamus. Familiari) ep. 3. h. l. Direpta sit) à Coss. & Clodianis. orat. post reditum in Senat. pro dom. de resp. & in Pis. Ea inscribam) alij, ea scribam. Dyrrhachio) quò perrexeram. ep. 22. l. 3. Sum profectus) Brundusiũ uersus. Lata) ad populum, ut expectabã. ep. 26. l. 3. De nobis) de nostro reditu. Natali suo) orat. pro Sest. Idẽ natalis erat) ibid. Brundusinæ coloniæ) ibid. & Liu. l. 19. Tuæ uicinæ Salutis) cuius ædes est prope domum tuã in colle Quirinali. ep. 39. l. 12. & P. Vict. regione. 6. Multitudine) al. à multitudine. recte, ut sit, res celebrata est à multitudine, summa Brundusinorum gratulatione: nisi malis ita dicere, res animaduersa à multitudine, celebrata est summa gratulatione, quod non esset tam absonum, quàm ἐπίθετον, summa, cum multitudine coniũgere, quod nescio, an unquàm legerim. Cognoui) quum tamen ego ante Brũdusium uenissem ea spe, fore, ut lex perferretur, ut perlata est, & si perlata non fuisset, ut autoritate Senatus uterer. ep. 26. l. 3. Omnium ætatum, atq; ordinum) orat. pro dom. Concursu Italiæ) Italiæ motu, municipiorumque concursu. ibid. Legem) de meo reditu. Comitijs centuriatis) ut eædem centuriæ, quæ me Cos. fecerant. Consulatum meum comprobarent. orat. post reditum in Senat. Perlatam) prid. Non. Sext. paulò ante, à P. Lentulo Cos. de collegæ Q. Metelli sentẽtia. orat. in Pis. Honestissimis) al. honestissimæ, fortasse rectius. Legati) Italiæ, mihi gratulatum publice missi. orat. in Pis. Non uenerit) quippe quum mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis ad me complectendum procedere uisa sit. ibid. Inimicos) Clodianos homines. Id ipsum) inimicos esse, quod in libris etiam, ex aliqua expositione, ut arbitror, antea describebatur. Non liceret) quum manifestum esset. Portam Capenam) quæ hodie porta Diui Sebastiani dicitur. Capitolium) atq; inde domum. orat. pro dom. Non. Sept.) die 27. postquàm Brundusij cognoram legem esse perlatam. Egimus) orat. post reditum in Senat. Caritas) orat. pro dom. Theatrum) ubi tunc L. Cæcilius Rufus Præt. ludos Apollin. faciebat. Ascon. in orat. pro Mil. Concurrissent) ad templum concordiæ. orat. pro dom. Impulsu Clodij ibid. Mea opera) quasi uero ego aut rei frumentariæ præfuissem, aut compressum aliquod frumentum tenerem. ibid. Haberetur) à P. Lentulo, & Q. Me-

tello Coss.ibid. Vocaretur)quòd omnes uidebant illum rem facillime perfecturum. ibid. Postularet)quasi ad referendam gratiam uocans.ibid. Dixi)rogatus.ibid. Abessent)discessissent.ibid. Dicere)& in Senatu esse.ibid. Messalam)ep.9.l. 1. Afranium)ep.15.l.1. Eam rem)curationem frumẽtariam. Susciperet)etiam extra ordinem.orat. pro dom. Ferretur) ad populum de re frumentaria. Recitato)apud populum. Quum concio)quum multitudo,quæ à me nominatim, ut id decernerem,postularat.al.continuo.al.quam populus, fortasse rectius,quum paulò post dicat,habui concionem ita, ut nondum concio,quæ data non sit,uere appellari posse uideatur: κακέμφατον præterea sic utatur. Insulso)al.insueto. Habui cõcionem)non illam orationem,quæ extat post reditum ad Quirit. sed diuersam.hæc enim habita est de caritate frumenti, in illa de ea re tenuis est mentio,& ea,quæ ostendat potius uilitatem fuisse. Prætorem)Appium Claudium Clodij fratrẽ.ep. seq. Duos Tribunos pl.)Sext.Attilium Serranum.& Q.Numerium.orat.pro Sest.& Ascon. in orat.in Pis. ubi Cicero Tribunos de lapide emptos uocat. Dederunt)mihi priuato concionem,quam aliter habere non licuisset,ut Clodio ep.seq.al. nomen dederunt. Coss.)P.Lentulus,& Q.Metellus Nepos.ep.24.l.3.& P.quidem Lentulus eo astu, ut dum Pompeius rem frumentariam curaret,ipse ad reducendum Regem Ptolemæum mitteretur.Plutar.in Pomp. Pompeio)ut Procõsuli. Cæs.l.6.bel.Gall.Ascon.in orat.pro Mil.& Dion l.29. Quinquẽnium)Dion ibid. Alteram)legem. Messius)nisi Messinius,qui tunc erat Tribunus pl.legatur,non uideo,qui priuatus conscribere legem posset.Nam & si Messius Põpeij fuit familiaris,ep.15.l.8.illum tamen ego inter eos,qui magistratum tunc gerebant,numerari non uideo orat.post reditũ in Senat. nisi forte Aedilis erat,ut significat Hircius de bel.Afr.unde cognoscimus duos fuisse Messios, alterum Pompeianũ,alterũ uero Cæsarianum.al.Messala,quod nec multum placet,quòd is erat priuatus & Consularis, & hic magistratum gerebat, quum legem scriberet,& à Consularibus separatur. Adiunxit)adiungit,requirit uerbũ,dat. Nostra)conscripta ex S.C, in nostram sententiam facto. Consularis)à Coss.conscripta. Non ferenda)ut Pompeio nimium tribuens. Illam) Consularem. Dicit)ut modestus uideatur, sed dicit tantum,& per familiares alteram quærit,ut ep.1.l.1.fam.atq; idipsum more suo.ep.9.h.l. Familiares)Pompeij. Hanc)Messij legem uelle dicunt. Fauonio)ep.1.l.2. Fremunt) uidentes consularem legem à familiaribus Pompeij sperni,& alteram quæri. Tacemus)ne quem dicendo irritemus. Domo) epist.15.l.3. Pontifices)ad quorum collegium,decreuit Senatus,ut de religione ædium mearum referretur.orat.de resp. Responderãt.) domus mea iure esset à Clodio consecrata nec ne.al.responderunt. Religionem)quam Clodius in meam domũ intulit.orat. pro dom. Aream)Vitruui.l.1.cap.7. Superficiem)quod supra solum ædificatur. Ex S.C.)orat.de resp. Aestimabunt) ep.seq. Sin aliter)sin Pontifices non sustulerint religionem. Demolientur)Coss. Locabunt)restituendam.epist.seq. Fluxæ)ibid. Perturbati)& comminuti.ep.3.h.l. Quædam domestica)ut odium inter Terentiam,& Quintum fratrem, nisi fallor,ep.1.l.14.fam. Amo)quãuis Terentiam oderit. Debeo)ut frater,& illi obligatus,qui in me pietate filius,consilijs parens,amore,ut erat,frater inuentus est.orat.post reditũ in Senat.& ad Quirit. Alterius uitæ)ab istis principibus alienæ.ep.5.h.l. Iam quadam)al.nam quidam. Defenderunt)hinc defensores dicuntur.ep.seq. Occulte)hinc occulta nõnullorum odia uocat ep.longa ad Lentul. Inuidere)ut Cato.ep.3.l.7.

CICERO ATTICO S. 2

SI FORTE rarius tibi à me, quàm à cæteris, literæ redduntur, peto à te, ut id nõ mõ nõ negligẽtiæ meæ, sed ne occupationi quidẽ tribuas. quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officij mei: nam ut ueni Romam, iterum nunc sum certior factus, esse cui darem literas. itaque has alteras dedi. prioribus tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent, ut in secundis, fluxæ, ut in aduersis, bonæ. post illas datas, secuta est summa contẽtio de domo. diximus apud Pontifices prid. Cal. Oct. acta res est accurate à nobis. & si unquã in dicẽdo fuimus aliquid, aut etiam si nunquã aliàs fuimus, tũ profecto doloris magnitudo uim quandã nobis dicẽdi dedit itaq; oratio iuuẽtuti nostræ deberi nõ potest: quàm tibi, etiã si nõ desideras, tamẽ mittã cito. cũ Põtifices decressent, ita, si neq; populi iussu, neq; plebiscito, q se dedicasse diceret, noĩatim ei rei præfectus eẽt, neq; populi iussu, aut plebiscito id facere iussus eẽt, uideri, posse sine religione iam partem areæ mihi restitui: mihi facta statim est gratulatio: nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata. tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. nuntiat iã populo, Pontifices secundum se decreuisse, me autem ui conari in possessionem uenire. hortatur, ut se, & Appium sequantur, & suam Libertatem ut defendant. hic cum etiam illi infimi partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam, ego statueram illuc non accedere, nisi cum Consules ex S.C. porticum Catuli restituendam locassent. Cal. Oct. habetur senatus frequens. adhibentur omnes Pontifices, qui erant senatores. à quibus Marcellinus, q erat cupidissimus mei sentẽtiam primus rogatus, quæsiuit, quid essent in decernendo secuti. tum Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis iudices

Pontifices fuisse,legis senatum:se,& collegas suos de religione statuisse,in senatu de lege statuturos. quisque horum loco sententiam rogatus,multa secundum causam nostram disputauit.cum ad Clodium uentum est, cupiit diem consumere:neque ei finis est factus: sed tamen,cum horas tres ferè dixisset,odio,& strepitu senatus coactus est aliquando perorare.cum fieret S.C.in sententiam Marcellini,omnibus ꝑter unum assentiẽtibus,Serranus intercessit.de intercessione statim ambo Cõsules referre cœperunt.cum sententiæ grauissimæ dicerentur,senatui placere mihi domum restitui,porticum Catuli locari,auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi: siquæ uis esset facta,senatum existimaturum eius opera factum eẽ,qui S.C. intercessisset:Serranus pertimuit,& Cornicinus ad suam ueterem fabulam rediit,abiecta toga se ad generi pedes abiecit ille noctem sibi postulauit:nõ cõcedebãt:reminiscebant.n.Cal.Ian.uix tñ sibi de mea uolũtate cõcessum est.postridie S.C. factũ est id,qđ ad te misi. deinde Cõsules porticũ Catuli restituẽdã locarũt.illã porticũ redẽptores statim sunt demoliti libẽtissimis oĩbus.nobis suꝑficiẽ ędiũ Consules de consilii sñia æstimarunt HS uicies,cætera ualde illiberaliter,Tusculanam uillam quingentis millibus,Formianum HS ducentis quinquaginta millibus. quæ æstimatio non modo uehementer ab optimo quoque,sed etiam à plebe reprehenditur.dices,quid igitur causæ fuit? dicunt illi quidem,pudorem meum,quòd neque negarim,neque uehementius postularim.sed non est id: nam hoc quidem etiam profuisset.uerum iidem mi T. Pomponi,iidem inquam illi,quos ne tu quidem ignoras,qui mihi pennas inciderant,nolunt easdem renasci:sed,ut spero,iam renascuntur:tu modo ad nos ueni:quod uereor ne tardius interuentu Varronis tui,nostrique facias.quoniam acta quæ sint,habes, de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me à Pompeio legari ita sum passus,ut nulla re impedirer,quin,si uellem,mihi esset integrum, aut,si comitia Censorum proximi Consules haberent,petere posse,aut uotiuam legationem suscipere propè omnium fanorum,ac sacrorum locorum:sic enim nostræ rationes postulabant. sed uolui meam potestatem esse uel petendi,uel ineunte æstate exeundi.& interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorum,non alienum putaui.ac forensium quidem rerum hæc nostra consilia sunt,domesticarum autem ualde impedita. Domus ædificatur,scis quo sumptu,qua molestia.reficitur Formianum quod ego nec relinquere possum,nec uidere.Tusculanum proscripsi.suburbano non facile careo.amicorum benignitas exhausta est in ea re,quæ nihil habuit præter dedecus,quod sensisti tu absens,præsentes.quorum studiis ego,& copiis,si esset per meos defensores licitum,facile essem omnia consecutus.quo in genere nunc uehementer laboratur.cætera,quæ me solicitant μυστικώτερα sunt.amamur à fratre,& à filia.te expectamus, Vale.

σχόλια



E occupationi quidem)tabellariorum igitur penuriæ. Veni)reuocatus.ep.sup. Prioribus)superioribus Fluxe)ibid. Domo)ep.15.l.3. Diximus)pro domo orationem,quæ extat. Põtifices) ep.sup. Aliquanti,ut ep 15.l.5. Nunquàm aliàs fuimus)aliquid. Iuuentuti nostræ) Romanæ,quam docere,& erudire,cupimus l.2.de Diuinat. Deberi non potest)est enim edenda,ut eam iuuentus legere posit:et si edetur,nõ debebitur. Tibi)ut Aristarcho.ep.11.l.1. Decressent)de mea domo. Populi iussu)erat enim lex Papyria,quæ uetabat iniussu plebis ædes,terram,aram cõsecrare,orat.pro dom. Plebiscito) al.plebiscitu,ut mandatu in antiquis decretis .al.plebiscitis.al.plebiscitu 15. Ei rei)domus dedicandæ. Præfectus) à populo.orat.pro dom. Iam partẽ)alii,eam partem,quod probo. Areæ)ep.sup. Esset adiudicata)qua nemo ei rei populi iussu fuerat præfectus,quam in lege Clodia ne uerbum quidem unum esset consecrationis.orat.pro dom. Ille)Clodius. Concionem)orat.de resp. Appius)App.Claudius frater:ep.22.l.2. Ei)Clodio priuato. Dedit)ut Prætor.orat.pro dom.& in Pis.& Dion.l.39. Nunciat iam populo Põtifices)uide,an magis placeat legere:nũciat populo,iã Põtifices. Suã libertatẽ)cuius simulachrũ Clodius ipse dedicasset,orat.ꝑ dom.ita ut suã appellaret,uel q̃ populus Ro.ita suã putaret,ut ꝑ ea in ferrũ rueret,ut inqt Poeta:ut hic tã populi Ro. libertatẽ quã Libertatis Deã, cui Clodius Ciceronis domũ consecrarat,interpretari possis,præsertim quũ uerbũ illud,sequãtur,usurpet,quod in primis usurpabant ii,qui libertatem defendebant. Vt defendant)ui defendant,si quis legat,fortasse probet:hoc est,ui contra uim Ciceronis defendant.al.defendant. Hominis)Clodii. Ex S.C.)ep.sup. Porticum Catuli) porticum quam Q.Luctatius Catulus,qui cum C.Mario Cos.fuit,in domo M.Flacci euersa,& publicata de manubriis Cimbricis fecerat,orat.pro dom. Restituendam)à Clodio euersam.ibid. Locassent)suo nomine.ep.sup.qui erant Senatores)

nam Pontifices esse poterant, qui non erant Senatores. orat. de resp. Marcellinus) Cn. Lentulus Marcellinus Cos. Des. ibid. Primus) & Princeps dicitur ibid. ut Cos. Des. Gell. l. 4. cap. 10. Secuti) Pontifices. Lucullus) M. Lucullus. orat. de resp. Collegarum) Pontificum. Iudices) ita est enim illa interpretatio Pontificum, ut iidem potestatem habeant iudicum. orat. de resp. Legis) Clodiae. Statuisse) ut Põtifices. paulò ante. De lege) Clodia, qua Clodius Ciceronis domum consecrasse uideri uolebat, quum ne uerbum quidem in ea esset cõsecrationis. Statuturos) ut Senatores. atque hic in ueteri libro ita recte legitur: in Senatu de lege statuturos eum senatu. itaq; suo quisque horũ loco sentent. Quo antè loco quis sententiam rogaretur, docet Gell. l. 4. cap. 10. Cupiit) ut. Cato solebat. ep. 14. l. 1. Diẽ consumere) ne quid decerni posset, sic. ep. 2. l. 1. fam. Factus) à Coss. ut ego puto. Fieret S. C.) domũ meã iudicio Pontificũ religione liberatã uideri. orat. de resp. Omnibus) Senatoribus. Vnum) Clodiũ. Serranus) Sext. Attilius Serranus Tribunus pl. ep. sup. Consules) P. Lentulus, & Q. Metellus Nepos. Ordinis) Senatorij, qui à Serrano, qui intercesserat, contemni uidebatur. Eius) Serrani. Cornicinus) Cn. Oppius Cornicen, qui Cornicinus hic quasi per notam appellatur. Veterem fabulam) ut se abiiceret ad generi pedes, quod alias fecerat. orat. post reditum ad Quirit. & pro Sest. Generi) Serrani. ibid. Ille) Serranus. Noctem) ad deliberãdum. Cal. Ian.) quando noctem sibi etiam ad deliberandum postulauit. orat. post reditum ad Quirit. & pro Sest. Vix tamen) uix tandem, magis placeret. Sibi) multi delent, quasi uero semper Laurentio Vallensi sit credendum, qui locutiones huiusmodi non probet. Concessum est) nox ad deliberandum concessa est. S. C. factum est) quo negotium magistratibus est datum, ut curarent, ut sine ui mihi aedificare liceret. orat. de resp. Locarunt) epist. sequen. Illam porticum) quicquid in ea porticu Clodius uel aedificaret, uel consecrarat. demoliti sunt, ut tota, & sine ulla religionis suspitione possit restitui. Superficiem) ep. sup. De consilij sentẽtia) sic in Brut. & cum consilio cognoscere. Philip. 2. HS. uicies) aureorum quinquaginta millibus, ut subducunt, qui ista collegerunt. tanti de Crasso emerat. Gell. l. 12. cap. 12. Tusculanam uillam) à Gabinio direptam. orat. post reditum in Senat. Quingentis millibus) duodecim aureorum millibus, & quingentis. Formiano) ep. 4. l. 2. HS. ducentis quinquaginta millibus) sex aureorum millibus, ducentis, & quinquaginta. Profuisset) nam pudor hic prodesse debuit, qui aliquando ὀνίνησιν, ut inquit Homer. Iliad. ω. Iidem) ep. sup. et ep. longa ad Lentul. Iidẽ) ὑποχωιάλειψις. Pennas inciderant) prouerb. sine pennis uolare. Nolunt easdem renasci) ne altius euolẽ, ut loquitur ep. 6. l. 1. fam. Varronis) ep. 25. l. 2. Tui) amici. ep. 18. l. 3. Nostrique) ep. 22. l. 2. Legari) inter quindecim legatos. ep. sup. & ep. 17. h. l. Quin) hic mihi non sanè displicet ita legere, ut est in alijs libris descriptum, praesertim quum, integrum, & posse hoc ordine simul iungantur necesse sit, quae uerba idem penè significant. quin, nisi uellem, mihi esset integrum: aut, si comitia Censorum proximi Consules haberent, ut petere possem: aut uotiuam legationem susciperem prop. Proximi) anni sequentis. Consules) Cn. Lentulus Marcellinus, & L. Martius Philippus. orat. de resp. Petere) Censuram. Votiuam) quae uoti causa datur. ep. 18. l. 2. & ep. 12. l. 15. Suscipere) al. susciperem. al. sumpsissem. Omnium fanorum, ac sacrorũ locorum) al. omniũ fanorum locorum: nos legimus: omnium sacrorum locorum: quod doctis probatum iri credimus. Petendi) Censurã. Exeundi) legatione uotiua. Meritorum) in me reuocando. ep. sup. Domesticarum) ibid. Aedificatur) ex S. C. quo mihi sine ui aedificare licet. orat. de resp. Scis) scire potes, ut saepe expertus. Nec relinquere) ut gratum. Nec uidere) ut euersum. Proscripsi) ne reficiam. ep. 11. l. 9. In ea re) in liberanda domo. Dedecus) nam carere domo sine magno dedecore non poteram. orat. pro dom. Absens) nunc. Praesentes) senserunt. ἀντίθετον. Meos defensores) qui me absentem defenderunt. ep. sup. Omnia) quae mihi propter rei familiaris naufragia erant necessaria. ep. longa ad Lentul. Quo in genere) in re familiari. ep. sup. Laboratur) ibid. μυστικώτερα) magis arcana, ut ep. 4. l. 6. quippe quum literis non committam. ep. sup. A fratre, & à filia) non igitur ab uxore, ut ibid. & hic uidetur significare. Expectamus) requirimus. ibid.

CICERO ATTICO S. 3



VERE te certo scio, tum scire quid hic agatur, tum à me scire: nõ quo certiora sint ea, quae in oculis omnium geruntur, si à me scribantur, quàm cum ab alijs aut scribuntur tibi, aut nuntiantur: uerum ut perspicias ex meis literis, quo modo ea feram, quae geruntur, & qui sit hoc tempore aut mentis meae sensus, aut omnino uitae status. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nou. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quae ex S. C. Cõsulum locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat. Quinti fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata, iussu Clodij, inspectante urbe, coniectis ignibus, magna querela, & gemitu, non dicam bonorum, qui nescio an ulli sint, sed planè hominum omnium. ille uehemens furere. post hunc uero furorem nil nisi caedem inimicorum cogitare, uicatim ambire, seruis aperte spem libertatis ostendere: etenim antea, cum iudicium nolebat, habebat ille quidem difficilem, manifestamque causam, sed tamen causam. id poterat inficiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. post has ruinas, incendia, rapinas, desertus à suis, uix iam Decimum Designatorem, uix Gellium retinet, seruorum consilijs utitur. uidet, si omnes, quos uult, palàm occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quàm adhuc sit, in iudicio futu-

ram.itaque ante diem tertium Id.Nou.cum sacra uia discederem,insecutus est me cum suis. clamor lapides,fustes.gladij,hæc improuisa omnia.discessimus in uestibulum M.Tetij Damionis.qui erant, mecum.facile operas aditu prohibuerũt.ipse occidi potuit.sed ego dięta curari incipio.chirurgiæ tædet.ille,omnium uocibus cum se non ad iudicium,sed ad supplicium præsens trudi uideret,omneis Catilinas,Acidinos postea reddidit:nã Milonis domum,meamque in Ceramio prid.Id.Nou expugnare,& incendere ita conatus est,ut palàm hora V.cum scutis homines eductis gladijs,alios cum accensis facibus adduxerit.ipse domum P.Sullæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.tum ex Anniana Milonis domo Q.Flaccus eduxit uiros acreis,occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos:ipsum cupiuit,sed ille se in interirorem partem ædium abdidit. Sulla se in senatu postridie Id.domi Clodius, egregius Marcellinus,omnes acres.Metellus calumnia dicendi tempus exemit,adiuuante Oppio,etiam hercule familiari tuo,de cuius constantia,uirtute uerissimæ literæ. Sestius furere.ille postea,si comitia sua non fierent , urbi minari.proposita Marcellini sententia, quam ille descripto ita dixerat,ut totam nostram causam areæ , incendiorum , periculi mei , iudicio complecteretur,eaque omnia comitijs anteferret:proscripsit se per omneis dies comitiales de cœlo seruaturum.conciones turbulentæ Meteli,temerariæ Appij,furiosissimæ Publij.hæc tamen summa, nisi Milo in campum obnuntiasset,comitia futura.ante diem XII.Cal.Dec.Milo media nocte cum magna manu in campum uenit. Clodius cum haberet fugitiuorum delectas copias , in campum ire non est ausus.Milo permansit ad meridiem,mirifica hominum lætitia,summa cum gloria.contentio fratrum trium turpis;fracta uis,contemptus furor.Metellus tamen postulat,ut sibi postero die in foro obnuntietur:nihil esse, quod in campum nocte ueniretur : se hora prima in comitio fore.itaque ante diem XI.Cal.Ian.in comitium Milo de nocte uenit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus propè deuijs currebat.assequitur inter lucos hominem Milo,obnuntiat.ille se recipit magno,turpique Q.Flaci conuitio.ante diem X.Cal.nundinæ.concio biduo nulla.ante diem VIII. Cal. hæc ego scribebam, hora noctis nona.Milo campum iam tenebat.Marcellus candidatus ita stertebat,ut ego uicinus audirem.Clodij uestibulum uacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis, sine laterna.meo consilio omnia illi fieri querebantur,ignari quantum in illo heroe esset animi,quantum etiam consilij.miranda uirtus est.noua quædam diuina mitto.sed hæc summa est. comitia fore non arbitror.Publium reum(nisi ante occisus erit)à Milone fore puto. si se inter uiã obtulerit, occisum iri ab ipso Milone uideo.non dubitat facere : præ se fert:casum illum nostrum non extimescit: nunquam enim cuiusquam inuidi,& perfidi consilio est usus,nec inerti nobili crediturus. Nos animo duntaxat uigemus,etiam magis,quàm cum florebamus.re familiari comminuti sumus. Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris , ne omnino exhaustus essem , illo recusante subsidijs amicorum respondemus. quid consilij de omni nostro statu capiamus , te absente nescimus.quare appropera.

σχόλια



ERTO scio)certe scio. Quo modo)al.quo animo. Armatis hominibus)Verba ex interdictis sumpta.ep.13.l.7.fam.& orat.pro Aul.Cecin. Expulsi sunt)à Clodio.orat.de resp. Area)ep.1.h.l. Porticus Catuli)ep.sup. Ex S.C.)ibid. Consulum) P.Lentuli,& Q.Metelli Nepotis.ibid. Reficiebatur) restituebatur.ibid. Quinti fratris)sic ep.longa ad Lentul.neque adhuc es de ui nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus. Domus)in Carinis.ep.4.l.2.ad Q.fr.& P.Vict.reg.4. Area nostra) ut sacræ uiæ,& Carinis uicina.ep.24 l.2. Inflammata)incensa.orat.pro Mil. Coniectis ignibus)Clodius enim saxis,et ignibus,& ferro uastitatem meis ædibus intulit.orat.de resp. Gemitu)hinc decreuit Senatus eos,qui id fecissent,lege de ui teneri.ibid. Ille)Clodius Furere)al.ruere,ut ep.14.l.2. Indiciũ)quo Milo illũ de ui postulauat.orat.post reditum in Senat.& pro Mil. Nolebat)fugiebat,atque adeo,ut multi etiam legunt,tollebat.orat.post reditum in Senat.atque idipsum Q.Metello Nepote fratre Cos.App.Claudio item fratre Præt.et Sext.Attilio Serrano Trib.pl.fauentibus; qui potissimum exemplum præclarissimum in posterum uendicandæ seditionis de Rep.sustulerunt.ep.longa ad Lentul. Difficilem) ad defendendum. Manifestamq;)manifestoq; malam. Id)qui de accusabatur,hoc est,uim fecisse. Decimum)hic & Sext. Clodius facinorum,& stuprorum P.Clodij erant autores.orat.pro dom. Designatorem)uel qui uere designator esset,uel qui

unũquēq;

unumquēque ad cædem designaret, ut Catilina. orat. 1. in Catil. Gellium) matriculam seditiosorum omnium. orat. in Vatin. et pro Sest. Difficiliorem) nam uix difficilior esse potest, quum tot cædes adhuc fecerit. Sacra uia) ep. 24. l. 2. Discederem) al. descenderem, idque magis placet. Insecutus est) Clodius, & ad Regiam me penè confecit. orat. pro Mil. hæc enim Regia erat in sacra uia. Ascon. Vestibulum M. Tetij Damionis. qui erant) al. uestibulum Tetij Damionis. qui erant. nos libenter legeremus uel, uestibulum M. Tetij. Damionis, qui erāt: uel, uestibulum. Tetij Damionis, qui erant, ut omnino in ordine iūgas, operas Damionis, qui Clodij libertus, & apparitor dicitur ab Ascon. in orat. pro Mil. Ipse) Clodius. Diæta) moderato uictu. ep. 8. l. 2. Cheirurgiæ) medicinæ, quæ manibus tractatur. ibid. pulchra tralatio, qua ostēdit noluisse Clodiū occidi, quū posset. Ille) Clodius. Trudi) al. uideri: unde, uocari, legendum esse docti, nisi fallor, iudicabunt. Catilinas) ep. 5. & 13. l. 1. Acidinos) ep. 27. l. 12. atque hic nos C. Manlium Acidinum, qui princeps belli Catilinæ faciendi fuit, orat. 1. & 2. in Catil. & Sallust. potius, quam Manlium, qui regnum appetiuit, significari credimus, quum quia Cicero referendis historijs ordinē tēporum frequenter seruare solet, tum quia non potius hoc loco Manlium, quàm Meliū, aut Cassium posuisset, quos ferè semper coniungit. al. Sicaniosque, unde quis credat, legi etiam posse: Sidicinosq́; ut L. Sidicinum significet, quem furentem studio rerum nouandarum Catilina est adeptus. Portius Latro in declam. Milonis) T. Annij Milonis, pro quo extat oratio. Domum) paternam. In Ceramio) al. in Ceranio: quòd nisi legas, in Carinis, ubi fuit Ciceronū auita domus P. Vict. reg. 4. haud facile inuenias, ubi Romæ locus iste fuerit. Ipse) Clodius P. Syllæ) pro quo extat oratio. Sumpserat) quòd forte esset amicus, certe creditus est fuisse Catilinæ coniurationis conscius, orat. pro P. Syll. & Sallust. Anniana Milonis domo) domo Miloni à C. Annio auo materno cum reliqua hereditate relicta. Ascon. in orat. pro Mil. Q. Flaccus) hic à nobis adhuc quæritur. Ipsum) Clodium. Cupiuit) occidere. Ille) Clodius. se in interiorem partem ædium abdidit. Sulsa se in) al. ex interiorem ædium Silla se in. Velim docti uideant, an coniectura hæc probari possit: ex interiore medium ἰσύλλας. In hoc sensu, Clodius, quū prius esset interior, & domesticus, tūc se quasi mediū Syllæ fecit, quasi Sylla ἀπὸ τοῦ συλᾶν deduci possit. In Senatu) nos fuimus q̄sturi. Domi Clodius) se cōtinuit. Egregius) fuit ī Senatu p̄ me. Marcellinus) Cos. Des. ep. sup. Metellus) Cos. ep. 22. l. 3. Dicēdi tēpus) quo uti uolebamus. Exemit) nobis ut Cos. et Clodij frater. orat. p̄ dom. Adiuuāc) tūc et si aliàs mihi fuit. orat. post reditū ad Quir. Oppio) ibid. & ep. sup. Familiari tuo) ep. ult. l. 11. fam. si mō is est. Cōstātis) p̄sertim quū Serranū generū rogabat, ne intercederet. orat. post reditū ad Quir. et p̄ Sest. Literæ. Sestius furere) al. liẽ Sestij furere: qđ magis placet, quum & oratio. melius cohæreat, & illis temporibus Sestius non modo literas orat. post reditum in Senat. sed pueros etiam ad Ciceronem miserit. ep. 17. l. 3 quamuis porrò his indignitatibus Sestius furere dici posset. Cicero tamen, mea quidem sententia, furere non diceret uirum de se tam bene meritum, etsi non ita multò post illius peruersitatem accusant ep. 4. l. 2. ad Q. fr. Ille) Clodius. Comitia sua) ædilitia, quibus postea factus Aedilis, iudicium effugit. Dion. l. 39. Marcellini) ut Cos. Des. ep. sup. De scripto) sic orat. pro Cn. Planc. & Philip. 8. Areæ) ex qua expulsi sunt fabri. Periculi mei) in sacra uia. Iudicio) quod de ui Clodiana constituendum esset. Anteferret) ep. 1 l. 2. ad Q. fr. Proscripsit) ipse Marcellinus. Se) ut Cos. Des. Dies comitiales) quibus cum populo agi licet. Macrob. l. 1. Satur. Seruaturum) ne agi cum populo posset. nam libri Augurum negant fas esse, agi cum populo, quum de coelo seruatum sit. orat. pro dom. ita dies comitiales eximentur, ut ep. 4. l. 2 ad Q. fr. & iudicium constituetur, ut sententiam dixit Marcellinus. ep. 1. l. 2. ad Q. fr. Turbulentæ) quòd comitia impediātur. Metelli) Cos. & Clodij fratris, qui turbulentus describitur ep. 2. l. 5. fam. Temerariæ) hinc ipsum Appium penè temerarium in credendo describit ep. 8. l. 3. fam. & inconstantem uocat ep. 1. l. 3. Appij) ep. sup. Furiosissimæ) hinc furorem dixit ep. 18. l. 2. & furiam ipsum uocauit orat. pro dom. Publij) P. Clodij. Milo) ut Tribunus pl. qui poterat etiam Consuli obnunciare, ut Sestius orat. pro Sest. In campum) in campum Martium, ubi comitia haberi solent. ep. 2. l. 2. ad Q. fr. al. Milone C. Appius. Obnunciasset) ut comitia impediret ita, ut iudicia fierent, quibus Clodium de ui postularet. obnunciat porrò, qui rem malam nunciat. nam proprie obnunciare dicuntur Augures, qui aliquid mali ominis, sæuumque uiderint. Donat. in Adelph. ut fulmen, quod comitiorum est uitium, quum nefas sit Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere. l. 2. de Diuin. Comitia) præsertim ædilitia. Media nocte) al ante mediā noctem Fugitiuorum) seruorū, quorū cōsilijs utitur. paulò ante. Deiectas) al. delectas. placet legere, deletas. s. à Q. Flacco. paulò ante. in cāpū) Martiū. Cōtentio) de comitijs. Fratrū trium) Q. Metelli Nepotis. Cos. Ap. Claudij Præt. et P. Clo. Turpis) ut cōtra oēs ferè suscepta. nā Marcellini snīa fuerat approbata. ep. 1. l. 2 ad Q. fr. Metellus) Cos. Postulat) Milonem decipere cupiens. Sibi) ut Cos. comitia habere uolenti. Die) non autem nocte. Foro) foro Romano, prope Capitoliū posito. Hora prima) diei. Comitio) quod prope forum Romanum, & longe à campo Martio erat. XI. Cal. Ian. atqui postridie XII. Cal. Decemb. sibi obnūciari postulauit. Ian. igitur deleas necesse est. Venit) ut in foro obnunciaret, ut ille postularat. Metellus) Cos. In Campum) Martium. Currebat) ut comitia haberet ante, quàm Milo obnunciaret, atque id ipsum, quum dixisset, se in comitio fore. Assequitur) ante, quàm ille in campum perueniret. Lucos) qui multi sunt præsertim in regione esquilina. Varr. de ling. lat. & P. Vict. reg. 5. Hominem) Metellum. Cos. Milo) certior ea de re factus. Cōuitio) præsertim quòd mentitus esset. Nundinæ) quibus comitia haberi non licet. Plin. l. 18. cap. 3. et Macrob. l. 1. Saturn. VIII. Cal.) siquis paulò accuratius consideret, uideat fortasse, VII. Cal. legendū. Tenebat) ut Cos. comitia habere uolenti obnūciaret. Marcellus) uel M. Marcellus. qui tardus etiam dicitur ep. 10. l. 8. fam. uel C. Marcellus, quē timidum uocat ep. 15. l. 10. Candidatus) ædilitius. Paucis pānosis sine laterna) al. pauci pānosi sine laterna. al. paucis pannosi sine alaterna. unde, an legi possit: pauci pannosi sine laterna. uel, pauci pannosi sunt à laterna: uel pauci pānosi sunt á Lauerna. Clodianos enim sem-

per ferè latrones uocat,ut orat.pro Sest. Meo consilio)non suo ipsius. Fieri) à Milone. Illo heroe) Milone.ut ep.14.l.2. Comitia)ædilitia. Publium)P.Clodium. Reum)de ui. (Nisi ante occisus erit)à Milone fore puto) atqui iampridē Milo Clodium de ui postularat,orat post reditum in Senat.ut uix dicere possis,reum à Milone fore puto,quū Clodius Milonis lege Plotia reus & tunc esset, & semper fuerit,quoad uixit.orat.pro Mil.Est præterea uidendum,an Cicero ita loqui soleat: puto Clodium à Milone reum fore. Mihi certe,ut nunc est,legere placet,ut in meo libro scriptum est: nisi ante occisus erit à Milone, fore puto, præsertim quum statim quasi rationem reddat. Si se inter uiam obtulerit)sic Plaut.in Aul.mecum cogitare inter uias occœpi.al. si sentitur ueiam obtulerit.al. si se uti turbe iam obtulerit:unde legere possis, uel, si se ultro in uia obtulerit:uel, si se ultro uel iam obtulerit: atque eo magis,quòd ibidem ita leguntur illa uerba, occisum iri iam,ut,iam,repetat. Milone)ut ad talem pestem funditus delendam nato.orat.de resp. Non dubitat) Milo. Facere) Clodium accidere. Casum) exilium,in quod ego sum proiectus,quòd ciues indicta causa necassem. Non extimescit)etiā si Clodiū tollat. Vsus est)ut ego Pompeij,qui mihi inuidebat ep.10.l.1.et ep.9.l.3. Crediturus)ut ego Pompeio,ep.20.l.2. Re familiari)ep.1.b.l. cuius naufragia uocat ep.longa ad Lentul. Comminuti)et perturbati.ep.1.b.l. Liberalitati pro facultatibus nostris)liberalitati,qua ad facultates nostras resarciendas est usus. sic enim libuit interpretari, quòd addit,ne omnino exhaustus essem. Amicorum)ut Vestorij.ep.6.b.l.

CICERO ATTICO S. 4

PERIVCVNDVS *mibi Cincius fuit ante diem tertium Cal. Febr. ante lucem:dixit enim mibi,te esse in Italia, seseque ad te pueros mittere: quos sine meis literis ire nolui:non quo baberem quod tibi,præsertim iam prope præsenti, scriberem, sed ut boc ipsum significarem,mibi aduentum tuum suauissimum, expectatissimumq; esse.quare aduola ad nos,eo animo,ut nos ames,& te amari scias.cętera coràm agemus.bæc properantes scripsimus. quo die uenies,utique cum tuis apud me sis. perbelle feceris , si ad nos ueneris: offendes designationem Tyrrannionis, mirificam librorum meorum bibliotbecam : quorum reliquiæ multo meliores sunt, quàm putaram.etiam uelim mibi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus,ad cætera administris,ijsque imperes,ut sumant membranullam, ex qua indices fiant,quos uos Gręci(ut opinor) συλλάβους appellatis . sed bęc, si tibi erit commodum . ipse uero utique fac uenias, si potes in bis locis adbærescere,& Piliam adducere: ita enim & æquum est,& cupit Tullia. Mediusfidius næ tu emisti locum præclarum. Gladiatores audio pugnare mirifice. si locare uoluisses, duobus bis muneribus liberasses. sed bæc posterius. tu fac uenias,& de librarijs , si me amas, diligenter. Vale.*

σχόλια

CINCIVS)ep.5.l.2. *Te esse in Italia)te in Italiam ex Epeiro uenisse. Scias,alij,sinas. Vtique)sic ep.2.l.2.prorsus ep.11.b.l. Sis)Cœnes.ibid. Perbelle)hic uidetur esse principium alterius epistolæ.Nam Cicero prima epistola Romæ,extrema ruri uidetur esse,& Atticus contra. Designationē)ad libros disponendos.ep.8.b.l. Tyrannionis)ibid.& eP.4.l.2.ad Q.fr. Putaram)ante,quàm Romam uenirem.ep.1.b.l. Etiam)& iam.legi etiam potest. Ad cætera administris)al.ad hoc cætera administres,quod uel defendi,uel certe legi potest:boc est ad cætera administris Vos Græci)ep.17.l.1. συλλάβους)librorum indices. Sed hæc) facias uelim. Piliam)uxorem tuam. Locum) gladiatoriū. Gladiatores)quos Cæciliā funeris gratia emisti,ut coniicimus, ex ep.20.l.3.uel lucri.ep.6.l.2.ad Q.fr. Pugnare)& ita rem bene gerere.ep.8.b.l. Locare)istos gladiatores alijs munera dantibus. His)superioribus. Muneribus)spectaculis. Liberasses)rude donasses,nummis,quos dedisti,ex hisce locationibus receptis. Posterius)agemus. Diligenter)al.diligenter aduerte.*

CICERO ATTICO S. 5

AIN TV? *existimas ab ullo malle mea legi,probarique,quàm à te? cur igitur cuiquam misi prius? urgebar ab eo, ad quem misi,& non babebam exemplar.quid? etiam(dudum enim circumrodo , quod deuorandum est) subturpicula mibi uidebatur esse παλινῳδία sed ualeant recta,uera,bonesta consilia.non est credibile, quæ sit perfida in istis principibus,ut uolunt esse,& ut essent, si quicquam baberent fidei. senseram, noram,inductus, relictus, proiectus ab ijs:tamen boc erat in animo,ut cum ijs in Rep.consentirem.ijdem erant,qui fuerant.uix aliquando te auctore resipiui.dices,ea te monuisse, suasisse,quæ facerem:non etiam ut scriberem.ego mebercule*

cule mihi necessitatem uolui imponere huius nouæ coniunctionis, né quà mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt inuidere. sed tamen modici fuimus. ὑποθέσει ut scripsi:erimus uberiores, si & ille libẽter accipiet, & ij subringentur, qui uillam me moleste ferunt habere, quæ Catuli fuerat, aut etiam emisse non cogitant, qui domum negant oportuisse me ædificare; uendere aiunt oportuisse. sed quid ad hoc? si quibus sententijs dixi quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeij uoluntatem dixisse. sed quoniam qui nihil possunt, ij me nolunt amare: demus operam, ut ab ijs, qui possunt, diligamur. dices, uellem, iampridem. scio te uoluisse, & me. ast nugigeram manum fuisse. iam tempus est me ipsum à me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam quòd crebro inuisis, est mihi ualde gratum. Viaticum Crassipes præripit. Tu de uia recta in hortos. uidetur commodius ad te: postridie scilicet: quid enim tua? sed uiderimus. bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione; & sit tybis. eos uelim laudes. Vale. *

σχόλια.



IN TV?)ut ep.6.l.12. Existimas)al.an existimas.al.me existimas. Mea)scripta, ut poema.ep.8.h.l. Probarique)ep.10.l.1.& ep.10.l.16. Ab eo,)Q.fratre,ep.6.l.2.ad Q.fr.uel potius Cæsare. paulò post,& ep.13.ad Q.fr. Circumrodo)paulatim quasi molior. μεταφορά. Deuorandum)perficiendũ, ut à pristina sententia discedam. Subturpicula)quòd aliter facerem, atque mihi Calliope præscripsit.ep.3.l.2. παλινῳδία)recantatio, qua quos adhuc laudaui, uituperarem, & contrà. ep.9.l.2. Valeant.) χαιρέτωσαν. Consilia)de Rep. ἀριστοκρατικῶς defendenda.ep.3.l.2. Principibus)ut M.Catone.Hortensio, & reliquis, quos nutu etiam significat ep.longa ad Lentul. Inductus)ep.15.l.3. Proiectus)coniectus in fraudem.ibid. Hoc erat in animo)al.hoc eram animo. Consentirem)post reditum, ut ante consenseram. Iidẽ)tales, perfidi, & inuidi. ep.9.l.3. Te autore)ep.1.l.7. Facerem)ut meam uoluntatem ad Pompeij, & Cæsaris dignitatem aggregarem. Scriberem) quod nũc feci. Imponere)his scriptis quasi pedibus. Coniunctionis)cum Cæsare præsertim, in quo colendo tam indormiui diu.ep.13.l.2.ad Q.fr. Ne quà mihi liceret labi)postquàm scripsissem. Ad illos)principes. Mei)in re familiari ualde perturbati.ep.1.h.l. Inuidere)ibid. Sed tamen modici fuimus, ὑποθέσει ut scripsi:erimus uberiores)al. sed tamen modici fuimus ἀποθέσει, ut scripsimus: uberiores.nos credimus legendũ eẽ: sed tñ modici fuimus, ὑποθέσει, ut scripsimus, uberiores, & interpretandũ hoc modo conscripto fuimus modici, & temperati, & si ὑποθέσει, argumento, & materia eramus, ut ibi etiam scripsimus, uberiores, si modo ea fierẽt, quæ sequuntur. Ille)Cæsar. Accipiet)mea scripta, uel me ipsum in amicitiã. Ii)Cato, & reliqui. Subringentur)taciti stomachabuntur, ut canes latraturi.Donat.in Phorm. Villam)fortasse Tusculanam.nam Catulus Tusculanum habuit.l.2.de orat. Moleste ferunt)ut inuidi. Domum)restitutam.ep.2.h.l. Aedificare)qđ uel ex S.C.mihi facere licebat.orat.de resp.. Si quibus sententijs dixi)ut de agro Campano.ep.lõga ad Lentul. Probarẽt) quum idem in Rep. sentirent. Lætati sunt)nam gaudere se aiebant.ibid. Me nolunt amare)sed mihi uolunt inuidere.ep.2.h.l. Ab ijs)Pompeio, & Cæsare. Iampridem)id fecisses. Te uoluisse)ep. seq. Et me. ast nugigeram manum fuisse)al, & me.ast num germanum fuisset:nos ita legendum esse contendimus: & me asinum germanum fuisse:ut, quid nunc te asine literas doceam?orat.in Pis. Illis)Catone, et reliquis. Possum)amari. Domum)quæ ædificatur. Inuisis)ep. seq. sic de muro ep.4.l.2. Viaticum)quod mihi opus esset, si uellem peregrinari, & uillas omneis nostras inuisere. ep.4.l.1.ad Q.fr.nec enim uidetur satis commode ad legationem referri posse, quòd publica publicum haberet uiaticum, ep.19 l.15.& liberam se nondum pro certo scripsit suscepturum.epist.2.h.l. Crassipes)ep.4.& 7.l.2.ad Q.fr.et nos in Quæstura plura de hoc Ciceronis genero diximus, præripit) dotem Tulliæ à me accipiens. Tui)librarij.ep. sup. Pinxerunt)quasi pinxerint ita, ut libri sint illustrati.ep.8.h.l. Constructione)dispositione.ibid. Sitybis)mẽbranulis, uel librorum loris, uel, ut forte etiam legendum, syllabis ep.sup. Eos)librarios tuos.

CICERO ATTICO S. 6



E LENTVLO *scilicet sic fero, ut debeo. uirum bonum, & magnum hominem, et in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus, nosque malo solatio, sed non multo, tamẽ consolamur, quòd ipsius uicem minime dolemus, non ut Sauseius, & uestri, mehercule quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo Deorum beneficio uideatur ex eius incendio esse ereptus: nam quid fœdius nostra uita? præcipue mea? nam tu quidem, & si es natura πολιτικός, tamen nullam habes propriam seruitutem: communi frueris nomine. ego uero, qui, si loquor de Rep. quod oportet, insanus, si quod opus est, seruus existimor, si taceo, oppressus, & captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriore, quod ne dolore quidem possum, ut*

non ingratus uidear. quid, si cessare libet, & in otij portum confugere: nequicquam, immo etiam in bellum, & in castra. ergo erimus ὀπαδοί, qui ταγοὶ esse noluimus? sic faciundum est: tibi enim ipsi (cui utinam semper paruissem) sic uideo placere. reliqui est: σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει: non me hercule possum, & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. ueruntamen idipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem: idque tu, cum unà erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me scribi uideo: sed omnes uno tempore accepi. quæ res etiam auxit dolorem meum: casu enim trinas ante legeram, quibus meliuscule Lentulo esse scriptũ erat. ecce quartæ fulmen. sed ille, ut scripsi, non miser: nos uero serui. Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana: in alia incidi, non immemor istius mandati tui: sed mehercule incipiendo refugi, ne, quòd uideor stulte illius amici non intemperiem tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero: & simul ne βαθύτης mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, & aliquid satisfactio leuitatis habere uideatur. sed uiderimus. tu modo quàm sæpissime ad me aliquid. Epistolam, Luceio quã misi, qua, res meas ut scribat, rogo, fac, ut ab eo sumas: ualde bella est: eumque, ut approperet, adhorteris: &, quod mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. Domum nostram, quoad poteris, inuisas. Vestorio aliquid significes: ualde enim est in me liberalis: nihil εὐκαιρότερον. Vale.

σχόλια

ENTVLO) L. Lentulo Flamine Martiale, ut nos arbitramur. epist. 24. lib. 2. etsi postea uidetur uixisse. epistola 6. lib. 13. Non multo) alij, non nullo. Saufeius) epist. 2. l. 1. & epist. 1. lib. 7. Vestri) Epicurei, quibus tu deditus es. lib. 5. de finibus. Mehercule) ipsius uicem minime dolemus. fuit tamen, quam putauimus legi posse. Hermachi, ut sit, uestri Hermachi, ab Hermacho, qui successit Epicuro, & sanè Epicurei dolorem malorum omnium maximum putabant: ego uero, & si uicem ipsius minime doleo, non sum tamen prorsus sine dolore. πολιτικός) ciuilis, & quasi Reip. studiosus. Seruitutem) λατρεία. Communi fructis nomine) otium secutus. epist. 14. lib. 1. Ego uero) quem ambitio ad honorum studium duxit. ibid. Quod oportet) quod honestum est facere. Insanus) quòd potentioribus aduerser. Opus est) commodum est, & utile. sic oportet, & opus est ep. 24. l. 13. Seruus) quòd Pompeio, & Cæsari quasi seruiam. Dolere) aliquid de Rep. queri. Ingratus) in eos, qui me reuocarunt: quos, si doleam, & querar, offendam necesse est. ep. longa ad Lentul. Nequicquam) libet. Immò) libet confugere. In bellum, & in castra) ad Pompeium, qui semper ferè in bellis est uersatus: & Cæsarem, qui bellum in Galia gerit, & in castris est. tunc enim bellum ciuile nullum erat, quod legerim. ὀπαδοί) milites, assectatores. al. ὁπλῖται, armati. ταγοί) duces. al. togati. Noluimus?) quum Clodio cessimus: orat. pro dom. uel, quum prouinciam deposuimus: ep. 1. l. 2. uel potius ita locus est interpretandus. ergo nunc bellum, & castra cogitantes, & quasi armati, erimus ij, qui superioribus annis in toga esse noluimus, quum nũquàm adduci potuimus, ut Pompeio, & Cæsari assentiremur. ep. 3. l. 2. Faciendum est) ut ab ijs, qui possunt, diligamur, ep. sup. & quidem propter suspicionem tempestatis iam nunc impẽdentis. ep. 3. l. 8. Tibi) ut autori. ep. 5. l. 5. Paruissem) ep. 16. l. 8. Reliqui est) al. reliqua est. tu, reliquũ est, lege. σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει) Spartam nactus es, hanc orna. ep. 17. l. 1. prouerb. Possum) κοσμεῖν, quum in istis principibus tanta sit perfidia. ep. sup. Philoxeno) Philoxeno Cytherio dithyrambico Poetæ. Athen. l. 1. & Aristoph. interpres in Plut. Reduci) à ministris Dionysij. Genistus l. 1. Carcerẽ) Latomias. Lucian. ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον. Maluit) quàm Dionysij tragoediam laudare. ibid. ego uero præsentem Reip. statum probare non possum, atque nunc commentor, ut improbem. Trinas) sic ep. 17. l. 11. al. ternas. Quartæ) literæ potius, quàm epistolæ. Fulmen) de morte Lentuli. Ille) Lentulus. Non miser) ut ex incendio patriæ ereptus. Serui) al. ferrei. Illa Hortẽsiana) illum librum Hortensiũ. in quo philosophia ab Hortensio uituperetur, & à nobis defendatur. l. 1. de finib. & l. 2. Tusc. quãquàm multò post scripsit. ep. 15. l. 13. Mãdati tui) qui nos soles reconciliare. Nep. in Attic. Stultè) quòd credidi, ep. 8. & 9. l. 3. nec postea sum ultus. Illius) Hortensij. Amici non) non amici, sed inuidi. ep. 9. l. 3. ut sit ἀναστροφή fortasse de industria facta. meus tamen Nizolius hæc uerba ita uidetur legisse. ne, qui uideor non stulte illius amici intemperiem tulisse, rursus etc. ut sit ἀντίθετον. Stulte) quòd nimis serò id faciam. Iniuriam) qua me affectum uidebor ostendere, si illum induxero, qui Philosophiam contẽnat, & à me tantopere dissentiat. βαθύτης) altitudo, altum quoddam silentium, & quasi dissimulatio. ep. 10. l. 5. & ep. 1. l. 6. In agẽdo) in rebus agendis. Apparuit) in me, qui tacebam, & illius iniurias uoluntaria quadam obliuione conterebam. Sit occultior) dilitescat illud quidem silentium, sed odium appareat. Satisfactio) si quam fortasse instituam. Epistolam.) 13. l. 5. fam. Luceio) ep. 9. l. 1. Ab eo) iam tibi reconciliato. Adhorteris) ep. 9. h. l. Inuisas) ep. sup. Vestorio) ep. 2. l. 6. Aliquid) ut me gratũ esse, uel tale quid. Significes) sic ep. 2. l. 5. In me) in re familiari ualde perturbatum. ep. 1. h. l. Liberalis) ut amicus. epis. 3. h. l. εὐκαιρότερον.) opportunius.

Cicero

CICERO ATTICO S. 7

EPISTOLA tua me solicitum de Quinto nostro, puero optimo, ualde leuauit. uenerat horis duabus ante Cherippus: mera monstra nuntiarat. De Apollonio quod scribis, qui illi Dij irati, homini Græco, qui conturbare quidem putat sibi licere, quod equitibus R. nam Terentius suo iure. De Metello, οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν. sed tamen multis annis ciuis nemo erat mortuus. quid quidem tibi? numi meo periculo sint: quid enim uereris, quencunque hæredem fecit? nisi Publium fecit. uerum fecit non improbe, quanquam fuit ipse. quare in hoc thecam numariam non retexeris: in alijs eris cautior. Mea mandata de domo curabis: præsidia locabis: Milonem admonebis. Arpinatum fremitus est incredibilis de Laterio. quid quæris? equidem dolui. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων. Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis. Vale.

σχόλια

QVINTO) Q. Cicerone Q. fratris filio, ep. 2. l. 2. perleuiter commoto. ep. 4. l. 2. ad Q. fr. Cherippus) ep. 4. l. 5. & ep. 1. l. 2. ad Q. fr. Nunciarat) de pueri ægrotatione. Apollonio) P. Crassi, ut arbitor, liberto. ep. 16. l. 13. fam. uel Apollonio Molone ep. 5. l. 2. Qui illi Dij irati) utinam illi Dij sint irati: ut apud Terent. in Phorm. qui illum Dij omnes perduint. Qui conturbare quidem) qui quidem conturbare, legere uelim. conturbare uero, quantum ex iurisconsultorum uerbis possum iudicare, est accipere, & non reddere, hoc est omnino quasi decoquere. ep. 10. l. 2. ad Q. fr. Equitibus Ro.) publicanis, qui uectigalia exigunt, et tertiam partem lege Iulia auertunt. ep. 16. l. 2. Terentius) P. Terentius Hispo. ep. 10. l. 11. & ep. 65. l. 13. fam. iure suo) conturbat, qui publicanus est, & promagister. ep. 10. l. 11. Metello) Q. Metello Nepote, qui tunc in Hispanis Procos. nisi me coniectura fallit, obierat. οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν) οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, non est pium mortuis in hominibus gloriari, & quasi cum laruis, ut est in prouerbio luctari. Odyss. χ. ubi tamen, κταμένοισιν, non φθιμένοισιν, legitur, ut dubitari possit, an lectio illa sit sequenda. οὐκ ὁσίν φθιμένοισιν. Sed tamen multis annis ciuis nemo erat mortuus) al. sed tamen multis annis ciuis improbus nemo erat mortuus, hoc sensu: etsi pium non est mortuis quasi insultare, non possum tamen non hoc dicere: neminem improbum ciuem multis annis, præter hunc, obijsse. quid quidem tibi? Numi meo periculo sint) putamus legi oportere ad hunc modum: quicquid est, tibi numi meo periculo sint: quod scriptum fuerit: quid quid est. atque hic erit sensus: de Metello quicquid est, numi, quos ei mutuos dedisti, meo sint periculo. sic ep. 1. l. 6. Vereris) ne exigere possis. Fecit?) Metellus? Publium) P. Clodium fratrem. ep. 3. h. l. Fecit) hæredem. illo enim hærede non ita facile posses exigere, quum tam scelestus sit. Non improbe) si fratrem fecit hæredem. Fuit) improbus. Ipse) Metellus. Retexeris) ut hosce numos, quos nunquam exiges, reponas: ut superioriora cum ioco, aut εἰρωνικῶς sint dicta. In alijs) numis commodandis. Curabis) ut in uisas præsertim. ep. 5. h. l. Præsidia) homines armatos contra Clodij impetus, uel stationes quasdam, in quibus præsidia collocari possint, ut ep. 18. l. 14. fam. Admonebis) ut et ipse sit paratus, si forte Clodius ædificationem uelit impedire, ut ep. 3. h. l. Arpinatum fremitus est incredibilis de Laterio) Arpinates incredibiliter fremunt, quod Q. frater municeps suus Laterium uendidit, quamuis postea non uendiderit. ep. 1. l. 10. et ep. 1. l. 3. ad Q. fr. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων) hic non curabat uerba: Q. frater monitiones nostras nihil faciebat. al. ὁ δ' οὐκ ἔστι μῦθος, hæc non est fabula. Curabis) sic ep. 2. l. 2.

CICERO ATTICO S. 8

MVLTA me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quàm patina tyrotarichi. nam de Raudusculo quod scribis, μήπω μέγαν εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς. ædificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quiddam, de quo est dubium, sit ne uenale, ac proximum quidem nostris ædibus. hoc scito, Antium Buthrotum esse Romæ, ut Corcyræ illud tuum. nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. ΕΙΜΗΙ CΗΤΟΦΙΔΟC. ΚΟC. postea uero quàm Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita uidetur meis ædibus. qua quidem in re mirifica opera Dionysij, & Menophili tui fuit. nihil uenustius, quàm illa tua pægmata. postquam misisti, libros illustrarunt ualde. & scribas ad me uelim de gladiatoribus, sed ita, bene si rem gerunt: non quæro male sic egisse. Apenas uix discesserat, quum epistola. quid ais? putas ne fore, ut legem non ferat? dic, oro te, clarius: uix enim mihi exaudisse uideor. uerum statim fac, ut sciam, si modo est commodum. ludis quidem quoniam dies est additus, eo etiam melius hic eum diem cum Dionysio conteremus. De Trebonio prorsus tibi assentior. De Domitio, σὺν ὡμάχ τὴν δήμητρα σύνον οὐδ' ἐν ὄντω

ὁμοιον γέγονεν, quam est ista περίστασις nostræ: uel quòd ab iisdem: uel quòd præter opinionem: uel quòd uiri boni nusquam: unum dissimile, quód huic merito. nam de ipso casu nescio, an illud melius: quid enim hoc miserius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, Des. Consul fuerit, fieri Consulem non posse? præsertim cum aut solus, aut certe non plus, quàm cum altero petat? si uero id est, quod nescio an sit, ut non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat, quàm factorum: quid illo miserius? nisi Resp. in qua ne speratur quidem melius quicquam. De Natta ex tuis primum sciui literis. oderam hominem. De poemate quod quæris, quid si cupiat effugere? quid si sinat? De Fabio Lusco quod eram exorsus, homo peramans semper nostri fuit, nec mihi unquam odio: satis enim acutus, & permodestus, ac bene frugi. eum quia non uidebam, abesse putabam. audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum. dices, tantulane causa? permulta ad me detulerat non dubia de Firmanis fratribus. quid sit, quòd se à me remouit, si modo remouit, ignoro. De eo quod me mones, ut & me geram πολιτικῶς, & in eo γραμμῇ teneam: ita faciam: sed opus est maiore prudentia, quàm à te, ut soleo, petam. Tu uelim & Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes, & ad me de istis rebus, & de omnibus quotidie scribas. ubi nihil erit, quod scribas, id ipsum scribito. Cura, ut ualeas.

σχόλια.

TYROTARICHI) condimenti cuiusdam, quo describit Appicius l. 4. ep. 13. l. 14. et ep. 16. l. 9. fam. & Cælius Rodig. l. 7. cap. 46. prouerb. sale, & aceto. Nam de raudusculo) nam de ære, de quo in mancipiis ita scriptum erat. raudusculo libram ferito. ep. 16. l. 14. de nummis igitur, quos te exacturum putas. ep. sup. μήπω μέγαν εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς) nihil magnum dixeris prius, quàm mortuum uideris: ut fortasse Metellum, uel Clodium sign fieet. ibid. uide tamen, an lectio illa magis placeat: μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελέσοις ἀντιάσας, ne magna loquaris prius, quàm perficias adeptus, ut dicat: de raudusculo & nimis exigendis ne quid tibi pollicearis prius, quàm rem perficias, ne forte creditor decoquat, aut conturbet, aut nummi alia ratione pereant. prouerb. magna loqui. Nihil) quod emere possis. Oppulo) Antiatum. Nostris ædibus) quas nunc Antii habeo. nam postea uendidit. ep. 46. l. 13. Buthrotum esse) Buthroto proximam esse. ep. 6. l. 2. Illud tuum) Buthrotum, ubi tu domum parasti. ibid. Alsius) al. Salsius. EIMHCHTαφιδΟC. KOC.) ex perturbatis hisce literis sensus aliquis elici possit, si legatur ita: εἰ μή τῷ ᾖ φίλος οἶκος, nisi cui sit chara domus. ep. 17. l. 15. Disposuit) ut designarat. ep. 4. h. l. Mens) perfectio quædam, ut mens est in corpore: sic νόος τέχναν, Plat. in soph. & πραγμάτων, Aristoph. in Ran. Dionysii) ep. 4. l. 7. & ep. 14. l. 9. Menophili tui) librarii, ut puto. ep. 4. h. l. Pægmata) al. pegmata, idque rectius, nisi malis legere, pigmenta. id quod uerba, uenustius, illustrarunt hoc loco, & pinxerunt ep. 5. h. l. uidentur postulare. Gladiatoribus) ep. 4. h. l. Sed ita) scribas. Bene si rem gerunt) si bene pugnant. ep. 4. h. l. Non quæro male sic egisse. Apenas uix discesserat, quùm epistola) et si hoc loco diuinandum est, sic tamen fortasse legi possit. non quæro male. sic egisse apenas uides. Cesserat cum epistola: hoc est, non quæro, si male rem gerunt: quòd si male gerunt, sic uides agitatores apenarum fuisse. nam Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Cesserat) M. Crassus in petitione secundi consulatus aduersariis cesserat: sic enim responderat: si Reip. profuturum esse iudicauero, petam, sin minus à petitione desistam. Plutar. in Crass. hinc uideri poterat quasi cessisse. Cum epistola?) quum haberet epistolam, quam Cæsar Romam ad amicos miserat, ut Crasso, & Pompeio fauerent. Plutar. in Crass. Legem) qua Pompeius & Crassus Consulatum petere possent. Dion l. 39. Non ferat) ferendam non curet Crassus: nisi forte hoc ipsum, & superiora omnia ad aliquem Tribunum pl. sint referenda, ut C. Catonem, qui Pompeio & Crasso tunc fauisse uidetur. Dion l. 39. Trebonio) ep. 3 l. 8. ep. 13. l. 10. fam. ep. 16. l. 12. fam. et epist. 20. et 21. l. 15. fam. & Philip. 11. Assentior) eum Tribunum pl. legem de prouinciis Consularibus ad istorum arbitrium laturum. Plutar. in Pomp. & Dion l. 39. Domitio) L. Domitio Aenobarbo Consulari candidato. ibid. σῦκον μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν) fico per cererem ficus nullus tam similis fuit. sic ouum ouo, lac lacti, apes api, aqua aquæ in puerb. al. οὐδὲν οὕτω ὁμοιοῦται νῦν εἴδωλον, nullum tam assimilatur nunc simulachrum: sed tunc in illis uerbis, quæ est ista, est, delere oportet. al. ὦ μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ οὐδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν, per Cererem nihil unquam tam simile fuit. ista περίστασις) iste status, iste casus, ut paulò post ipse uidetur interpretari: ep. 10. l. 16. istud negotium, Quintil. l. 3. cap. 5. περίστασίς δέ ἐστι τὸ πᾶν ἐν ἡμῖν καὶ λόγοις, καὶ πράγμασι καὶ δίκαις, καὶ ὑποθέσεσι, καὶ βίῳ. τόπος, χρόνος, τρόπος, πρόσωπον, αἰτία, πρᾶγμα, Hermog. l. 3. περὶ τῶν εὑρέσ. Nostræ) περιστάσει, quæ fuit nostris temporibus, quando sumus eiecti. sic ep. 5. & 6. l. 1. fam. Ab iisdem) Domitius oppugnatur ab iisdem Cæsare absente, Pompeio, & Crasso præsentibus, quorum consilio, & scelere nos quoque periuimus. ep. 8. & 9. l. 3. Præter opinionem) hic casus incidit. nemo enim nunc illum à Pompeio, & Crasso in petitione Consulatus oppugnatum, nec olim me ab iisdem desertum iri putasset. Nusquàm) sunt, sicut nec meis temporibus fuere: sed inuidi. ep. 9. l. 3. Huic) Domitio. Merito) accidit, quando

candidatus palàm minabatur, Consulem se effecturum, quod Prætor nequisset, adempturumque Cæsari exercitus: Suet. in Cæs. & stultus habetur. ep. 1. l. 8. mihi uero non merito orat. pro dom. De ipso casu) περὶ τῆς αὐτῆς περιστάσεως. Illud) quod mihi accidit. Minus) minus malum, quàm quod Domitio accidit. Eum) Domitium. Quot habet) quot natus est. ὑπερβολή. Des. Consul fuerit) ut sibi ipse uidebatur, uel ita certus Cos. fore putatus, ut pene Des. uideri posset. Altero) fortasse C. Memmio, qui cum fuerat Prætor. ep. 2. l. 1. ad Q. fr. & Suet. in Cæs. Longas) plenas. & sanè huiusmodi libelli sunt oblongi. Codicillorum fastis) libellis, quibus ille priuatim tãquàm fastis utatur, ut multi patritij Veneti designatos, & repulsam passos in libellis quibusdam priuatis, quoties habentur comitia, scribere solent. Futurorũ consulum) suo anno ante, quàm Domitius ipse Cos. fieri posset. Paginulas) in quibus tam futuros, quàm factos Coss. scribat. Quàm) paginulas. Factorum) Coss. postquàm Domitius prehensare cœpit. Illo) Domitio. Nisi Resp.) quæ miserior est. Natta.) al. Nacta. cognomen est Pinariorum. l. 2. de Diuinat. forte is est, quo de dixit Oratius: ungor oliuo, non quo fraudatis immundus Natta Lucernis. Poemate) ep. 5. h. l. Effugere!) & Argiletanas habitare tabernas! ut inquit Martial. Quid si sinat!) placeret legere: quid si sinatur! Fabio Lusco) nisi M. Fabius hic est, cuius modestiam etiam commendat epis. 25 l. 9. fam. fateor me, qui sit, ignorare. Exorsus) alibi, uel in cogitatione. certe in hac epistola non est exorsus, nisi forte pars illa desideratur. Peramans) hinc obseruantiam dixit ep. 14. l. 15. fam. si modo is est. Acutus) in disputando, ut sunt Stoici ferè omnes. in Brut. & Tuscul. ego uero huius opera utor in controuersijs, quas habeo cum Epicureis. ep. 15. l. 9. fam. Permodestus) ibid. & ep. 14. l. 2. fam. Bene frugi) optimus. ibid. al. bonæ frugi. Gauio) fortasse ep. 1. l. 6. Percussit) hæc res. Firmanis fratribus) qui fratres isti fuerint, quærentium. πολιτικῶς) ciuiliter, sed cũ Reip. bene gerendæ studio. In eo) in me πολιτικῶς gerendo, & Rep. bene administranda. γραμμὴν) lineam, orbitam, metã, βαλβίδα. ἡ γὰρ ὑπὸ τὴν ὕσπληγα γινομένη γραμμὴ διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς βεβηκέναι τοὺς δρομέας βαλβὶς καλεῖται. Aristoph. interpres in Equitib. al. τὴν ἔσω γραμμὴν, unde libenter ita legerem: τὴν ἔσω γραμμὴν, lineam, uel metam, quam Statius interiorem uocat l. 6. hoc est, mediam quãdam uiam, quam tenens, neque potentiores, neque principes offendat. epis. 5. h. l. Teneam) sic Poeta. metamq; tenebant. & Homer. ἐν σχεδὸν περὶ τέρμα, dixit Iliad. ψ. Soleo) te meorum consiliorum participem habens. ep. 15. l. 1. A te) qui cõmuni mõe frueris, ep. 6. h. l. & cõsilio abũdas, ep. 15. l. 3. Tabiũ) supra. Cõmuñ) Sanfaiũ, qui cũ habitas. Nep. in uita: uel L. Corneliũ Balbũ, ep. 4. l. 12. Degustes) aliqd ex eo expiscere, ut ep. 17. l. 2. Id ipsum) tibi.

CICERO ATTICO S. 9

SANE' uelim scire, num censum impendant Tribuni diebus uitiandis (est enim hic rumor) totaque de Censura quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompeio fuimus. multa mecum de Rep. sanè sibi displicens, ut loquebatur (sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spernens, Hispaniam iactans: hic quoque, ut loquebatur: & opinor usquequaque, de hoc cum dicemus, sit hoc quasi καὶ τόδε φωκυλίδου. tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses. in nos uero suauissime hercule est effusus. uenit etiam ad me in Cumanum, ac se nihil minus uelle mihi uisus est quàm Messalam Consulatum petere. de quo ipso siquid scis, uelim scire. Quòd Luceio scribis te nostram gloriam commendaturum, & ædificium nostrum quòd crebro inuisis, gratum. Quintus frater ad me scripsit, se, quoniã Ciceronem suauissimum secum haberet, ad te Non. Maijs uenturum. Ego me de Cumano moui ante diem V. Cal. Maij. eo die Neapoli apud Letum. ante diem IIII. Cal. Maij iens in Pompeianũ bene mane hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor Ptolemæum esse in regno. siquid habes certius, uelim scire. Ego hic pascor bibliotheca Fausti, fortasse tu putabas his rebus Puteolanis, & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt. sed mehercule à cæteris oblectationibus deseror, & uoluptatibus propter Remp. sic literis sustētor, & recreor: maloque in illa tua sedecula, quã habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli: tecumque apud te ambulare, quã cum eo, quocũ uideo esse ambulandum. sed de illa ambulatione fors uiderit, aut siquis est, qui curet Deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque, quæ Cyrea sint, uelim, cum poteris, inuisas, & urgeas Philotimũ, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanum Parilibus uenit. misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. ad eum postridie mane uadebam, cum hæc scripsi. Vale.

σχόλια.

CENSVM) à Censoribus faciendum. nam Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento. l. 3. de legib. Impendant) alij, impediant. recte decipimur. nã qđ Tribuni pl. phibessint, qđq; plebẽ rogassint, ratũ esto. sic desperatũ lustrũ dixit ep. 16. h. l. Vitiãdis) obnũciationibus, ut ep. 3. h. l. uitiandis, siquis malit legere, discat facile ex l. 1. Satur. Macrob. qui dies uitientur. al. inituadis. Funus) al. fumus. Muta) locutus est. sic ep. 5. l. 1. Homine) Pã-

peio. Dicendũ)solet enim aliud sentire,et al ud loqui.ep.1.l.8. fam.hinc ep.14.h.l dixit, sed utrũ frõte,an mente dubitatur: ut ostẽdit,ep.10.l.1. ut referebat.ep.22 l.2. Syriã)M.Crasso lege Trebonia datã: quò pfectus postea dr ep.12.h.l. Hispaniã)sibi eadẽ lege cõcessam Plutar. De hoc) de hoc Pompeio καὶ τόδε φωκυλίδου)& hoc Phocilidis: illud fortasse: κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν. Suauissime hercule est effusus)alij.suauis mehercule,& effusus. Cumanũ)ep.10.et 28.l.14. Messalã) M.Valeriũ Messalã, qui postea cũ Cn. Domitio Caluino Cos. fuit. Petere)ep.15.h.l. Luccio)ep 6. h.l. Aedificiũ nostrũ) domũ nostrã ibid. Inuisis)ep.5.h.l. Ciceronẽ)ep.2.l.2. Secũ hẽret)sibi fortasse obuiã profectũ ex Sardinia reuertenti.ep 2.l.2.ad Q. fr.certe monetur,ut se illo oblectet,ep.11.l.2.Q. fr. alij tũ legũt,tecum haberes,ex ep. 7.h.l. Laetum)nos legimus.Paetum,ut L.Papyrium Paetum suum significet.ep.19 l.14. 1ens) sic ep.1.l.16. Pompeianum) ep.17.l.1. Puteolis)ep.18 l.14 atque hic nisi altera sit epistola,quae parti superiori etiam sit praeponenda,non uideo,qui dies possint congruere: siquidem haec post Parilia, hoc est,minimum X.Cal. Mai superior pars IIII.Cal. Mai. est scripta:nisi forte superius legendum sit,XV.& XIIII.Cal.Mai. sed & hic in Cumano uidetur esse.ubi se in Pompeianum proficisci ostẽdit:ne dicam,Pompeium hoc modo scribi bis in Cumanum uenisse:& si non me latet, haec loca ita uicina fuisse,ut uicinitas ipsa possit perturbare. Ptolemaeum)Aegypti Regem paulò ante pulsum.l.1.fam.Plutar.in Cat.& Dion.l.39. Esse in regno)ab Aul.Gabinio reductum.orat in Pis.Liui.l.105.& quidẽ iussu Pompeij.Dion.l.39. Fausti)L.Cornelij fausti L.Syllae.f.orat.pro P.Sylla.Ioseph.l.14.cap.3.& Dion.l.39. Lucrinensibus)ep.19 l.14. Mehercule à caeteris)al. mehercule ut à caeteris.recte.nam, sic,paulò post ita requirit. Istorum)qui nunc Remp.gubernant. Eo)Pompeio. Ambulandum)mihi ut legato.ep.1.& .2.h.l.nisi uelit significare,quod deuorandum esse dixerat ep.5.h.l. Ambulationem)Vitruu.l.5.cap.9. Laconicum)Vitruu.l.5.cap.10. Cyrea sint) à Cyro architecto facta sint.ep.3.l.2.al.circa sunt,id est fortasse rectius,ut balnearia significet. ep.1.l.3.ad Q. fr. Inuisas)ep.5.h.l. Philotimum)ep.4.l.1. Respondere)ut debeo, à te toties acceptus. Parilibus)XII.uel XI.Cal.Mai.ep.16.l.14.

CICERO ATTICO S. 10


ELECTARVNT *me epistolae tuae, quas accepi uno tempore duas ante diem V.Cal.perge reliqua.gestio scire ista omnia.etiam illud cuiusmodi sit,uelim perspicias:potes à Demetrio.dixit Pompeius,Crassum à se in Albano expectari ante diem quartum Cal.is cum uenisset,Romam esse statim uenturos, ut rationes cum publicanis putarent.quaesiui.gladiatoribus ne? respondit,ante,quàm inducerentur. id cuiusmodi sit, aut nunc,si scias,aut cum is Romam uenerit,ad me mittas uelim. Nos hic uoramus literas cum homine mirifico(ita mehercule sentio)Dionysio,qui te,omnesque uos salutat. οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντα εἰδέναι. quare,ut homini curioso,ita perscribe ad me,quid primus dies,quid secundus,quid Censores,quid Appius,quid illa populi Apuleia. denique etiam quid à te fiat,ad me uelim scribas:non enim(ut uere loquamur)tam rebus nouis,quàm tuis literis delector. Ego mecũ praeter Dionysium duxi neminem; nec metuo tamẽ,ne mihi sermo desit abs te,quo magnopere delector. Tu Luccio nostrum librum dabis Demetrij Magnetis tibi mitto:statim ut sit,qui à te mihi epistolam referat. Vale.*

σχόλια

PERGE)scribere. Illud)quod dixit Pompeius. Perspicias:potes à Demetrio)al.perspicias,si potes,à Demetrio:ut soluere,& repraesentare ab aliquo.Demetrio Pompeij liberto.Plin.l.35.cap.18. Plutar.in Pomp.& Dion.l.39.sic ex Theophane,ep.17.l.2. Crassum) M.Crassum suum in secundo Consulatu collegam. Albano)ep.5.l.7. Putarent)ut Coss. Gladiatoribus ne?)essent rationes putaturi? sic loquitur ep.1.l.2. Inducerentur)gladiatores. Is)Pompeius. Dionysio)ep.4.l.7. οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι)nihil dulcius,quã omnia scire.prouerb. Censores)agãt de censu.ep. sup. Appius)App.Claudius Pulcher Cos.iam tum,ut arbitror, Des.nam Cos.est ep.15.h.l. Apuleia)P.Clodius,qui Tribunus pl.Remp.perturbauit,ut L.Saturninus Apuleius,Liu.l.69. quũ prius Cilicum libidines,barbarorumque satiasset,orat.de resp.ita,ut Apuleia potius, quàm Apuleius appellari debeat. sic filiola Curionis. ep.11.l.1.quòd si,Apulia,legatur,exponi possit, siquis quaedam,et aestus,ut hirudo ep.13.l.1.siticulosa enim dicitur Apulia ab Orat.& eius loca calidiora,& grauiora à Varr.l.1.cap.6.de re rust.uel corruptela, quod in ea sit Salapia oppidũ Annibalis meretricio amore inclytum.Plin l.3.cap.11.quin olim quum maximis terraemotibus conquassata esset,magna populo Ro. bella sunt denunciata.l.1.de Diuinat. Duxi)al.eduxi. Ne mihi sermo desit abs te, quo magnopere delector)al.ne mihi sermo sit abs te,opere delector.nos ita legi oportere credimus : ne mihi sermo absit, & opere delector : sensu aperto & manifesto,quòd Dionysius & sermone,& opere iuuaret. Luccio)epist.6.h.l. Nostrum librum) nisi librum epistolam uocat satis longam,uidetur librum significare,de quo scripsit ep.1.l.2. Dabis)ut inde quasi materiam,& ὑπόθεσιν sumat. Demetrij Magnetis)ep.11.& 16.l.8. Mitto)librum περὶ ὁμονοίας ab eodem Demetrio Magnete ad te missum ibid. Vt sit)ille,qui Magnetis librum attulerit.

CICERO ATTICO S. 11


GNATIVS Romæ est. sed ego cum eo de re Halimeti uehementer ante egi. grauiter se acturum cum Aquilio, confirmauit. uidebis ergo hominem, si uoles. Macroni uix uideor præsto esse: Idibus enim auctionem Larini uideo, & biduum præterea. id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mihi uelim. Sed, si me diligis, postridie Cal. cœna apud me cum Pilia. prorsus id facies. Cal. cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio, cœnare. facio fraudem S.C. inde domum cœnatus, ut sim mane præsto Miloni. ibi te igitur uidebo, & promouebo. Domus nostra te tota salutat. Vale.


σχόλια


GNATIVS) ep. 16 l. 7. & ep. 44. 45. & 73. l. 13. fam. Halimeti) fortasse, Thallumeti. epist. 12. l. 5. Aquilio) fortasse, P. Aquilio Gallo, quem Tribunum pl. his temporibus agnoscit Dion l. 39. ut idem sit ep. 15. l. 10. Macroni) amico tuo. Vix uideor præsto esse: Idibus enim auctionem Larini uideo, & biduũ præterea) al. uix uideor præsto esse enim auctionem Larini uideo, & iduum præterea. hinc mihi uideor ita posse legere: uix uideor præsto: esse enim auctionem Larini uideo, & Dirim præterea, ut sit nomen oppidi, siue Dirim, siue Teani, siue quouis modo legatur, ut latina locutio uidetur requirere: uel, uix uideor præsto Idibus: esse enim auctionem Larini uideo, & biduum præterea. Pilia) uxore tua. sic ep. 4. h. l. al. Petilia, unde legi fortasse posset: Cæcilia. ep. 4. l. 6. Prorsus) utiq; ep. 4. h. l. Hortis) ep. longa ad Lentul. Crassipedis) generi mei. ep. 5. h. l. Facio fraudem) qui sic coenem. S.C.) legi sumptuariæ à P. Licinio Crasso ex S.C. latæ. Macrob. l. 3. Saturn. nisi malis eam significari, quã Pompeius & Crassus his temporibus ferre uoluerunt. Dion. l. 36. Miloni) priuato, et de ui reo ad populum, accusante P. Clodio orat. Mil. ep. 3. & 4. l. 2. ad Q. fr. Ascon. in orat. pro Mil. & Dion. l. 39. Promouebo) alij, præmonebo. alij, peruidebo.

CICERO ATTICO S. 12


OS in Tusculanum uenisse ad XVII. Cal. Dec. uideo te scire. ibi Dionysius nobis præsto fuit. Romæ ad XIIII. Cal. uolumus esse: quid dico, uolumus? immo uero cogimur. Milonis nuptiæ, comitiorum non nulla opinio est. ergo ut sit rata. Ab fuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non moleste: nam aut *
defendissem, quod non placeret, aut defuissem, cui non oporteret. sed mehercule uelim res istas, & præsertim statum Reip. & quo animo Consules ferant hunc σκυλμὸν, rescribas ad me quantum potes, & ueles. sum ὀξύπεινος. &, si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quã olim æqualem eius L. Paulum. item Ti. iterum Coss. o' hominem nequam. De libris oratoriys factum est à me diligenter. diu, multumque in manibus fuerunt. describas licet. illud etiam te rogo, τὴν παρουσίαν μετάστασιν τυπώδως, ne istuc hospes ueniam. Vale.

σχόλια




IONYSIVS) ep. 4. l. 7. Millonis.) ep. 3. h. l. Nuptiæ) instãt, qbus Faustã L. Syllæ filiã uxorẽ ducat. ep. 8. l. 5. Comitiorũ) ep. 14. et. 15. h. l. Ergo ut sit rata) utinã comitiorũ opio sit rata. al. ergo et si irata, ut fortasse legi possit: ergo ut sint rata: ut acta Cæsaris significet; quæ temporibus hisce sunt confirmata, quãuis Coss. Pompeio & Crasso id factum scribat Dion. l. 39. uel, ego, et si raro fuisse me in altercationibus etc. præsertim quum, fuisse, legatur, &, abfuisse in altercationibus, non tam sæpe dicatur. & tũc necesse sit, uerborum constructio κατὰ ἰπταετάληψιν pendeat usq; ad illum locũ, sed mehercule uelim. Factas) de actis, Cæsaris præsertim. Defendissem) acta Cæsaris, quæ mihi nunquàm placuerunt. orat. de prouinc. Consul. defuissem) Cæsari, uel Pompeio pro Cæsare agenti. ep. longa ad Lentul. Et quo) al. æquo. Consules) L. Domitius Aenobarbus, et App. Claudius Pulcher. σκυλμὸν) perturbationem. al. ὄχλον, turbam. al. σκύαμον, ut forte legere possimus. κύαμον, hoc est suffragationem quandam tunc in actis Cæsaris comprobandis factã est enim κύαμος ὀλιγαρχικὸς ut scripsit Aristoteles. Rescribas) al. scribas. ὀξύπεινος) edendi cupidus. ep. 12. l. 2. Crassum) M. Crassum. Nostrum) ἰσμαντικῶς, uel, ut quasi testata populo Ro. esset nostra gratia, penè à nostris laribus in prouinciam profectum. ep. longa ad Lentul. Minore dignitate) præsertim dirarum obnunciatione neglecta. l. 1. de Diuinat. Profectum) in Syriam. ep. 9. h. l. Aequalem) totidem, hoc est, sexaginta annos natum, ut ex Plutar. collegimus: & si Cos. iterum & ipse fuit. L. Paulũ) qui Perseum uicit. Liu. l. 45. & Plutar. item Ti. iterum. Coss.) item Tiberium Sẽpronium Gracchum. Gracchorũ patrem iterum Consules. uterq; enim iterum Cos. fuit de Paulo Liu. & Plutar. de Tib. Graccho Cic. l. 1. de Diuinat. nisi forte illum significat T. Gracchum, de quo scribit Liu.

l.14. sed quoniam nos neutrum ita profectum legimus, & uarie hic legitur, censemus uidẽdum esse. an lectio illa sit sequenda: L. Paulum iterum Cos. ut totum ad L. Paulum referatur, quod mihi magnopere placet. Hominem) M. Crassum. Libris oratorijs) ep. 15. h. l. Fuerunt) ut emendarentur. Describas) ut emendatos. Etiam) quasi iterum. nam Paulò ante rogauit. τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς) præsentem statum summatim, scilicet scribas. al. τὴν παροῦσαν κατάστασιν τόπῳ δὸς, præsentem statum summatim da: formam Reip. mitte. episto. 3. l. 6. Hospes) ignarus. ibid. Veniam) al. uenias, male.

CICERO ATTICO S. 13



ESTORIVS noster me per literas facit certiorem, te Roma ad VI. Id. Maij putare profectum esse, tardius, quàm dixerat, quòd minus ualuisses. si iam melius uales, uehementer gaudeo. Velim, domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum cæteri, tum Varronis: est enim mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos, quos in manibus habeo, quos, ut spero, tibi ualde probabo. uelim, si quid forte noui habes, maxime à Quinto fratre, deinde à C. Cæsare, & si quid forte de comitijs, de Rep. (soles enim tu hæc festinè odorari) conscribas ad me. si nihil habebis, tamen scribas aliquid: nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax uisa est. maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum reuisas. Dionysium iube saluere. Cura, ut ualeas.

σχόλια



ESTORIVS) ep. 2. l. 6. Putare) al. putari. Dixerat) mihi coràm ipse Vestorius. alij, dixeras. Domum) Romam. Varronis) libri, quos Varro scripsit. l. 1. Acad. quæst. Eos) libros de Rep. episto. 15. h. l. In manibus habeo) scribo, cõpono. Habes) quod ante, quàm discederes, Romæ intellexeris. Quinto fratre) nunc Cæsaris legato. C. Cæsare) ex Gallia. Comitijs) epist. superio. Festine) al. festiue hoc est, belle, & scite. Dionysium) epist. 4. l. 7.

CICERO ATTICO S. 14



E Eutychide gratum, qui uetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius, ut est ex me, & ex te iunctus Dionysius M. Pomponius. ualde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me beneuolentiam cognoscet, suam illam in meo dolore συμπάθειαν neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse: nunquam enim tu sine iustissima causa tam longe à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis, & suauissimis abesse uoluisses. sed humanitatem tuam, amoremque in tuos reditus celeritas declarabit. sed uereor, ne lepore suo detineat diutius Præt. Clodius, & homo pereruditus, ut aiunt, & nunc quidem deditus græcis literis Pituanios. sed, si uis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. cum illis tum, cum salui uenerint, Romæ uiuere licebit. Auere te scribis, accipere aliquid à me literarum. dedi, ac multis quidem de rebus ἡμερολόγιον perscripta omnia. sed, ut coniicio, quoniam mihi non uideris in Epeiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus autem mearum ad te literarum eiusmodi ferè est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum redditurum. Nunc Romanas res accipe. Ad III. Non. Quintil. Suffenas, & Cato absoluti. Porcilius condemnatus. ex quo intellectum est, tres ἀρεοπαγῖτας ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique Remp. flocci non facere. debemus patremfamilias domi suæ occidere nolle, neque tamen id ipsum abunde: nam absoluerunt. XXII. condemnauerunt XXVIII: Publius sanè diserto epilogo criminãs, mentes iudicum mouerat. Otalus in ea causa fuit cuiusmodi solet. nos uerbum nullum: ueritas est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publio offenderet. his rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem cãm contra Interamnates apud Cõsulem, & decem legatos, quòd lacus Velinus à M. Curio emissus interciso monte in Nar defluit. ex quo est illa siccata, & humida tamen modice Rosia. uixi cum Axio: qui etiam me ad septem aquas duxit. redij Romam Fonte. causa: ad VII. Id. Quintil ueni: spectaculum primum magno, & æquabili plausu: sed hoc ne curaris: ego ineptus, qui scripserim: deinde Antiphonti operam: is erat ante manumissus, quàm productus. ne diutius pendeas, palmam tulit. sed nihil tam pusillum, nihil tam sine uoce, nihil tam uerum. hæc tu tecum habeto. in

ecto.in Andromacha tamen maior fuit, quàm Astyanacte. nam in cæteris parem habuit neminem. quæris nunc de Arbuscula. ualde placuit. Ludi magnifici, & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. ardet ambitus. σῆμα δέ τοι ἐρέω· fœnus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus. dices, istuc quidem non moleste fero. o uirum, o ciuem. Memmium Cæsaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium Cos. iunxerunt, qua pactione, epistolæ committere, non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. ἐξοχὴ nulla est: pecunia omnium dignitatem exæquat. Messala languet, non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio Consulum, & Pompeius obsunt. ea comitia puto fore ut ducantur. Tribunitij candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. apud eum HS quingena deposuerunt, ut, qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. hæc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur. sed ad te V. Cal. Sex. si facta erunt, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam. quæ si ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit, quàm omnes quidem iudices. Messius defendebatur à nobis, é legatione reuocatus: nam eum Cæsari legarat Appius. Seruilius edixit, ut adesset. tribus habet Pontinam, Velinam, Metiam. pugnatur acriter: agitur tamen satis. deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum. parantur orationibus iudices gloriosi. fortasse accedent etiam Consules Desig. in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio ualde laborabit. Ex Quinti fratris literis suspicor iam eum esse in Britania. suspenso animo expecto, quid agat. illud quidem sumus adepti, quod multis, & magnis indicijs possumus iudicare, nos Cæsari & carissimos, & iucundissimos esse. Dionysium uelim saluere iubeas, & eum roges, & hortere, ut quamprimum ueniat, ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum erudire. Vale.

σχόλια

EVTYCHIDE) nunc tuo seruo, sed futuro liberto. Vetere) T. quo tu prius utebaris. ep. 3. l. 16. Nouo) Cæcilio, quo tu nunc adoptatus uteris. ep. 20. l. 3. T. erit Cæcilius) postquàm fuerit manumissus, dicetur, T. Cæcilius Eutychides, sed nondum dicitur. ep. 16. h. l. Iunctus) ita, ut M. Pomponius Dionysius uocetur. ep. 4. l. 7. Tuam) qua, ut mihi rem gratam facias, illum manu mittas. Dolore) exilij. συμπάθειαν) cōdolentiam, ut uocant. Ingratam) quum te rogauerim. Iter Asiaticum) ep. 16. h. l. Præt. Clodius) Prætor quispiam, qui Clodius diceretur. nam P. Clodius neque tunc Præt. erat, orat. pro Mil. et Romæ tunc erat. paulò post, & Ascon. in orat. pro M. Scauro. al. pr. Clodius, ut forte legi posset, L. Clodius. L. enim facile in P. mutatur, & contra, ut ep. 9. h. l. Pætum non Lætum legimus. et L. Clodius his tēporibus non semel in Asiam iuisse uidetur, epist. 4. 5. & 6. l. 3. fam. Et homo) si cum superioribus iungi uoluisset, dixisset, hō et. Pituanios) audax fortasse uidebor, dicā tamē, quod sentio. atq; id docti iudicabūt. sentio ita legendū. L. Antonius. q gladiator Asiaticus dicitur Philip. 5. & 6. q. his tēporibus in Asia fuisset. hāc lectionem si quis non probat, cognoscat ille saltem, in his literis nomen proprium latere, quum, & homo, illis, & salui, dicat, nos certe, donec melius inueniatur, sic exponemus. Recipe) se recipere uidetur ep. 16. h. l. Confirmasti) promisisti ibid. Illis) Clodio, & Antonio, certe pluribus, non uno. Salui) Clodius, & Antonius, illi supra scripti. Licebit) εἰρωνικῶς, ut superiora omnia. ἡμεροδλεγδον) per singulos dies, quotidie, et si uerbum græcum nescio quid plus significat, ut per singulos dies collecta. al. ἡμερολόγιον, diarium quoddam: quod nisi à sequentibus separetur, & à uerbo, dedi, pendeat, uideri possit otiosum Mihi non uideris) nam meas ibi accepisses literas. al. mihi uero uideris, quum literas aliò misissem. illud ego magis probo. In Epeiro) domi tuæ. ep. 6. l. 2. Redditas) meas literas. Suffenas) suffenus, si legatur, sit is, in quem scripsit Catullus, ut ego penè sentio. Cato) C. Cato. ep. seq. Porcilius) al. Procilius. ep. 2. l. 2. Condemnatus) al. commendatur. Tres) XXVIII. quidem, qui Procilium condemnarunt, sed tres potissimum, qui coniuncti cum XXV. fuerunt causa, ut plures essent, qui condemnarent, quàm qui absoluerent, quum omnes simul essent l. quot penè dicuntur ep. 13. l. 1. ep. uero seq. & ep. 4. l. 3. ad Q. fr. L XX. ponuntur, sed in diuersa causa, & iudicio. ἀρεοπαγίτας) Areopagitas, εἰρωνικῶς, ut epist. 13. l. 1. Ambitum) qui nunc ardet. paulò post. Comitia) quæ fore putantur. paulò post, & ep. 12. h. l. Interregnum) ad quod res fluit. ep. seq. Maiestatem) quæ in hisce rebus agitur. Flocci non facere) quum tam male iudicent, tot qui sint eorū sordes. ep. seq. Patremfamiliàs domi suæ occidere) ἔμφασις. grauissimum est enim scelus patremfamiliàs & domi suæ occidere. Nolle) nam iudices de eo crimine condemnarent, quum de cæteris absoluant. ep. seq. Idipsum) patrēfamiliàs domi suæ occidere. Abunde) satis esset ad mouendum iudices, ut cōdemnarent. XXII.) iudices. Publius) P. Clodius, qui diebus hisce in iudicijs uersatus est Ascon. in orat. pro M. Scauro. Otalus) fortasse Ortalus, ad quem scripsit Catullus. al. Hortensius, ut testantur, qui libros se uidisse affirmant. alij credunt Hortensiorum cognomen fuisse. Nullum) fecimus. Publio) P. Clodio, qui nunc Scaurum mecum defendat. Ascon. in orat. pro M. Scaur. al. Publij. Offenderet) dicta. Reatini) Plin. l. 3. cap. 12.

τέμπη)loca amoena, quæ Vopiscus Cæsar Italiæ sumen appellabat. Varr. l. 1 cap. 7. de re rust. Causam) suam. Interamnates) Varr. l. 3. cap. 2. de re rust. Consulem) Appium Claudium. ibid. Legatos) ad id missos. Lacus Velinus) sic Plin. l. 2. cap. 62. l. 31. cap. 2. sed l. 3. cap. 12. lacus Velinos uocat: at Varr. Lacum Velini. M. Curio) M. Curio Dẽtato tũc, ut arbitror, Cos. hæc enim sunt uerba Seruij l. 7. Aeneid. Varro dicit Lacum Velinum à quodam Cos. in Narem deriuatum. plura Blondus in Vmbria. In Nar) sic Sempronius de diuisione Italiæ à fontibus Tiberis ad Nar inhabitant Vmbri. Rosia) locus, cuius campi sunt Italiæ sumen. Vixi) sic ep. 24. l. 14. Cum Axio) Senatore, qui in Rosia uillam habet. Varr. l. 3. cap. 2. de re rust. ep. 21. l. 5. & ep. 12. l. 10. Septem aquas) quæ stadijs quadraginta distabant à lacu, ut scribit Diony. Alicarn. l. 1. ubi fortasse uillam alteram Axius habebat: et si Varro ad angulum Velini ponit. al. quin etiam me ad septem aquas duxerũt, scilicet Reatini. Fontc.) al. Fonteij, fortasse Pontini, qui tunc uolebat triumphare, ep. seq. & Cicero illi uolebat adesse. ep. 4. l. 3. ad Q. fr. Ne curaris) ut Philosophus. Deinde) nam primum, paulò ante posuit. alij, dedi, quod uerbum nisi ponatur, desideres necesse est. Antiphõti) histrioni. Is) Antipho. Erat manumissus) erat libertate donatus. Productus) in Scenã. Tulit) inter histriones. Verum) quam alienam personam agere deberet, hic ueram, hoc est, suã agebat ita, ut nihil imitaretur. Andromacha) ab Ennio scripta, & nunc acta. Fuit) Antipho. Astyanacte) fabula, quam scripsit Accius poeta Nonio autore: quãquam, in Astyanacte, fortasse dixisset. al. Astyanax, ut ita dicat per iocum: Antipho fuit maior, quàm Astyanax in Andromacha siue fabula, siue muliere. Quippe quem Homerus νήπιον, & Euripides παῖδα uocent. tantũ abest, ut Antipho uere eius personam agere potuerit. Parem habuit neminem) ergo superiores omneis, ut sit iocus ex ambiguo. Arbuscula) mima. Orat. Saty. 10. l. 1. Ludi) Apollinares V. Id. Quint. fieri à Præt. soliti. ep. 4. l. 16. Venatio) ibid. In campum) Martium. ep. 3. h. l. Ambitus) qui redijt immanis. ep. 13. l. 2. ad Q. fr. σῆμα δέ τοι ἐρέω) signum uero tibi dico. Iliad. ψ. Triente) quatuor, Idib.) quibus antiqui numerabant. ep. 5. l. 1. & ep. 24. l. 14. Bessibus) octo. Fœnus igitur erat duplicatum candidatis ambitus causa pecuniam fœnore sumentibus. Fero) ego Atticus, qui lucrari aliquid potero ut hæres Cæcilij fœneratoris, ep. 9. l. 1. & ep. 20. l. 3. O' uirum) te ipsum Attice, qui istuc dicas. εἰρωνικῶς. Memmium) C. Memmium. ep. seq. ep. 13. l. 2. ad Q. fr. & ep. 1. l. 13. fam. Opes) milites. ep. 16. h. l. Eo) C. Memmio. Domitium) Cn. Domitium Caluinum competitorem, Cos.) al. Coss. recte, hoc est, L. Domitius Aenobarbus, & Ap. Claudius Pulcher Coss. Iunxerunt) per coitionem. ep. 17. h. l. Pactione) ibid. & ep. 1. l. 3. ad Q. fr. Non audeo) ne, si literæ perlatæ non sint, aliquid ea res offendat. ep. 17. h. l. Fremit) propter hanc coitionem. Scauro) M. Scauro M. F. consulatum petenti ep. seq. Fronte an mente dubitatur) quum semper aliud sentiat, aliud loquatur. ep. 9. h. l. ἐξοχῇ) excellẽtia. ep. 7. l. 3. fam. Nulla est) in istis. al. in nullo est. Messalla) ep. 9. h. l. & ep. seq. Languet) ut coitionibus exclusus. ep. 1. l. 3. ad Q. fr. Amici) desint. al. amicis careat. Coitio Consulum) coitio, qua Coss. cum Memmio Domitiũ iunxerunt. paulò ante. Põpeius) qui studet Scauro, nec uellet Messalam consulatum petere. ep. 9. h. l. hinc fortasse postea Cæsarem est secutus. ep. 22. l. 11. Ea comitia) consularia. al. ex comitiatis. Ducantur) ut ducta sint. Tribunitij candidati) candidati, qui Tribunatum petebant. ep. 13. l. 2. ad Q. fr. Catonis) M. Catonis Præt. ep. seq. HS. quingena) HS. in singulos quinquaginta, hoc est aureos mille ducentos & quinquaginta: quæ summa nec maior erit, quàm quæ à plebeis hominibus deponi potuerit, et cum summa Plutarchi, qui scribit παραβαλέσθαι δραχμῶν ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας, melius conueniet, quàm si quingena, quingentena interpreteris. Damnatus esset) quòd ambitiose, & non Catonis arbitrio petijsset. Comitia) tribunitia potius, quàm consularia. Potuerit) fuerit. ep. 13. l. 2. ad Q. fr. Iudices) qui ambitum flocci non faciunt. paulò ante. Messius) ep. 1. h. l. Legarat) al. legerat. Appius) Cos. Seruilius) Præt. ep. seq. Habet) fauenteis. Pontinam, Velinam, Metiam) tribus. Agitur) à nobis. Drusum) ep. seq. Scaurum) ibid. Orationibus) quas hisce reis defendendis sum habiturus. Accedent) iudices. Dess.) nondum, sed tunc Dess. In quibus) in quibus Coss. tunc Dess. Non fuerit) Des. Hoc iudicio) de pecunijs repetundis. ep. seq. Laborabit) quòd in Sardinia neque satis abstinenter se gessisse existimatur, & ualde arroganter. Ascon. in orat. pro M. Scaur. Eum) Quint. fr. Britania) epist. seq. Charissimos) epist. 16. h. l. Dionysium) epist. 4. lib. 7. Erudire) epist. 1. lib. 6. & epist 24. lib. 7.

CICERO ATTICO S. 15



OCCVPATIONVM *mearum uel hoc signum erit, quòd epistola librarij manu est.* De *epistolarum frequentia te nihil accuso. sed pleræque tantummodo mihi nuntiabant ubi esses, quod erat abs te, uel etiam significabant recte esse. quo in genere maxime delectarunt duæ ferè eodem tempore abs te* Bruto *datæ: scire enim uolebam te commode nauigasse. sed hæc epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quàm celeritate delectauit. illa fuit grauis, & plena rerum, quam mihi* M. Paccius *hospes tuus reddidit. ad eam rescribam igitur, & hoc primum.* Paccio *re, & uerbis ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet. itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. nunc pergam ad cætera.* Varro, *de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum, ut in oratorijs, quos tu in cælum fers, non mentio potuit fieri cuiusquam ab ijs, qui disputant, nisi eius,*

qui

qui illis notus, aut auditus esset. hanc ego de Rep. quam institui, disputationem, in Africani personā,
& Phili, & Lælij, & Manilij contuli. adiunxi adolescenteis Q. Tuberonem, P. Rutilium, duos
Lælij generos, Scæuolam, & Fannium. itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prooemijs,
ut Aristoteles in ijs, quos ἐξωτερικοὺς uocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id
quod intelligo tibi placere. utinam modo conata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnā
complexus sum, & grauem, & plurimi otij, quo ego maxime egeo. Quod in ijs libris, quos laudas,
personam desideras Scæuolæ, non eam temere dimoui: sed feci idem, quod in πολιτείᾳ Deus ille no
ster Plato, cum in Piræeum Socrates uenisset ad Cephalum locupletem, & festiuum senem, quoad
primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde, cum ipse quoque commodissime locu
tus esset, ad rem diuinam dicit se uelle discedere, neque postea reuertitur. credo Platonem uix putasse
satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset: multo ego satius
hoc mihi cauendum putaui in Scæuola, qui & ætate, & ualetudine erat ea, qua meministi, & ijs ho
noribus, ut uix satis decorum uideretur eum plureis dies esse in Crassi Tusculano. & erat primi li
bri sermo non alienus a Scæuolæ studijs: reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. huic ioculatoriæ
disputationi senem illum, ut noras, interesse sane nolui. De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ:
etenim est luculenta. Aureliam, ut scribis, indicis: & in eo me etiam Tulliæ meæ uenditabo. Ve
storio non desum: gratum enim tibi id esse intelligo, &, ut ille intelligat, curo: sed scis qui? cum ha
beat duos faciles, nihil difficilius. Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone, lege Iunia, & Licinia scis
absolutum: Fusia ego tibi nuntio absolutum iri, neque patronis suis tam libentibus, quàm accusatoribus.
is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam redit. Drusus reus est factus a Lucretio. iudicibus
reijciendis ad V. Non. Quint. de prælio rumores non boni: sed iudicia nosti. Hirrus cum Domitio *
in gratia est. S.C. quod hic Consules de prouincijs fecerunt, Quicunque posthac, notum tibi, ut quod.
iam intelligebamus enuntiationem illam Memmij ualde Cæsari displicere. Messala noster, & eius *
competitor Domitius liberalis in populo ualde fuit. nihil gratius. certi erant Consules. ac senatus
decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret ab his consilijs, quæ erant omnibus sortita in singulos
candidatos: magnus timor candidatorum. sed quidam iudices, in his Opimius Veictorantius, Tribu *
nos pl. appellarunt, ne iniussu populi iudicarent. rescidit. comitia dilata ex S.C. dum lex de tacito iu
dicio ferretur. uenit legi dies. Terentius intercessit. Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad
senatum detulerunt. hic Abdera non tacente me. dices, tamen tu non quiescis? ignosce, uix possum.
ueruntamen quid tam ridiculum? senatus decreuerat, ne prius comitia haberentur, quàm lex lata esset.
si qui intercessisset, res integra referretur. cœpta ferri leuiter. intercessum non inuitis. res ad sena
tum. de ea re ita censuerunt: comitia primo quoque tempore haberi censere. Scaurus, qui erat paucis
diebus illis absolutus, cum ego partem eius ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scæuolā
interpositis, singulis diebus usque ad prid. Cal. Oct. quo ego hæc die scripsi, sublatis, populo tribu
tim domi suæ satisfecerat. sed tamen, & si uberior liberalitas huius, gratior esse uidebatur eorū,
qui occuparant. cuperem uultum uidere tuum, cum hæc legeres: nam profecto rem non habes nullā,
hæc negotia multarum nundinarum fore: sed senatus hodie fuerat futurus, id est Cal. Oct. iam
enim luciscit. ibi loquetur, præter Antiū, & Fauonium, liber nemo: nam Cato ægrotat. de me nihil
timueris: sed tamen promitto nihil. quid quæris aliud? iudicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse
uidentur. tres cādidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo,
Scaurus a Triario, aut a L. Cæsare. quid poteris, inquies, pro ijs dicere? ne uiuam, si scio. in illis
quidem tribus libris, quos tu dilaudas, nihil reperio. Nunc, ut opinionem habeas rerum, ferendū
est. quæris, ego me ut gesserim? constanter, & libere. quid ille, inquies, ut ferebat? humaniter, meæque
dignitatis, quoad mihi satisfactum esset, habendum sibi rationem putabat. quomodo ergo absolutus?
omnino ΓΟΡΓΑΡΧΜΝΑ accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt

omnes præuaricatum: deinde Pompeij mira contentio. iudicium sordes. attamen XXXII. *condemnarunt*, XXXVIII. *absoluerunt. iudicia reliqua impendent. nõdum est planè expeditus. dices, tu ergo hæc quomodo fers? belle mehercule, & in eo me ualde amo. amisimus mi* Pomponi *non omnem modo succum, ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam ciuitatis. nulla est* Resp. *quæ delectet, in qua acquiescam. id ne igitur, inquies, facile fers? id ipsum: recordor enim quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit: quæ mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit, unum omnia posse, disrumpuntur ij, qui me aliquid posse doluerunt. multa mihi dant solatia. nec tamen ego de meo statu demigro: quæq; uita maxime est ad naturam, ad eam me refero, & literas, & studia nostra: dicendi laborem delectatione oratoria consolor. domus me, & rura nostra delectant. non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. fratrem mecum, & te si habebo, per me ista pedibus trahuntur. uobis* ἐμφιλοσοφῆσαι *possum. locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concaluit. priuata modo, & domestica nos delectant. miram securitatem uidebis: cuius plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu: nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus. sed accipe alia.* Res *fluit ad interregnum, & est nonnullus odor* Dictaturæ, *sermo quidem multus, qui etiam* Gabinium *apud timidos iudices adiuuit.* Candidati *consulares omnes rei ambitus. accedit etiam* Gabinius: *quem* P. Sulla *non dubitans, quin foris esset, postularat contradicente, & nihil obtinente* Torquato. *sed omnes absoluentur, nec posthac quisquã damnabitur, nisi qui hominem occiderit. hoc tamen agitur seuerius. itaque iudicia calent.* M. Fuluius Nobilior *condemnatus est. multi alij urbani ne respondent quidem. quid aliud noui? & tamen, absoluto* Gabinio, *stomachantes alij iudices, hora post,* Antiochum Gabinium *nescio quem solidis pectoribus libertum accensum* Gabinij *lege* Papia *condemnarunt. itaque dixit statim reus lesæ maiestatis* ΟΥϹΟΙΜΡΙϹΑΜΑΦΙΗΙ. Pontinus *uult ad* IIII. Non. Nou. *triumphare. huic obuiam* Cato, & *Seruilius præt. aperte, &* Q. Mutius Trib. *negant enim latum de imperio: & est latum hercule insulse. sed erit cum* Pontino Appius Cos. Cato *tamen affirmat, se uiuo illum non triumphare. id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum.* Appius *sine lege suo sumptu in* Ciliciam *cogitat.* Ab Quinto *fratre, & à* Cæsare *accepi ad* IX. Cal. Nou. *literas (confecta* Britania, *obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia) datas à litoribus* Britaniæ, *proximo ad* VI. Cal. Oct. *exercitum* Britania *reportabant.* Q. Pilius *erat iam ad* Cæsarem *profectus.* Tu, *si aut amor in te est noster, ac tuorum, aut ulla ueritas, aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas, aduentare, & prope adesse iam debes, non mehercule æquo animo te careo: te autem quid mirum, qui* Dionysium *tantopere desiderem? quem quidem abs te, cum dies uenerit, & ego, &* Cicero *meus flagitabit. abs te proximas literas habebam,* Ephesi, *ad* V. Id. Sext. *datas,* Vale.

σχόλια.



A N V *est) sic ep. 14. l. 5. & ep. 2. l. 7. al manus est.* Pleræque) *epistolæ.* Abs te) *tua manu.* Recte esse) *tibi.* Bruto) *M. Bruto reuertẽti ex Asia, ubi negotia uidetur habuisse, ep. 1. l. 6. et uñ postea scripsit ad Ciceronem. in Brut.* Datæ) *ad me.* Scire) *ut ex his sciui.* Nauigasse) *in Asiam. ep. sup.* Celeritate) *al. celebritate.* Illa) *epistola.* M. Paccius) *hinc Paccianam uocauit epistolam ep. seq. M. Paccius Alexãder, & M. Paccius Vitalis Romæ in ueterum monimẽtis legitur.* Paccio re & uerbis ostendi) *al. Paccio ratione, & uerbis, & re ostendi.* Varro) *ep. 25. l. 2. & ep. 2. h. l.* Scribas) *sic ep. 12. l. 13.* Includetur) *al. inducetur.* Locum) *scriptorũ meorum.* Oratorijs) *libris tribus de oratore ad Quint. fr. scriptis.* Ab ijs) *post eos, præter eos.* Qui disputant) *ut L. Crassus, M. Antonius, et reliqui.* Eius) *ut Hortẽsij, qui sodalis L. Crassi l. 3. de oratore dicitur.* Illis) *L. Crasso, M. Antonio, & reliquis.* Notus) *ut L. Crassi sodalis, & Catuli generi. l. 3. de orat.* Auditus) *Hortensius. quum causam defendit Africæ, & pro Bithyniæ Rege dixit. ibid.* Disputationem) *sex libris explicandam. ep. 1. l. 6.* Africani) *qui inducitur triduũ de Rep. disseruisse, ut iustitiæ patronus contra accuratam orationem Phili. in Lælio.* Phili) *L. Furij Phili contra iustitiam disputantis. ibid. ep. 19. l. 2. & Lactant. l. 5. cap. 12. & 15. al. Pili, ut etiam in Brut. & apud Donatum in prolog. Adelph. legitur.* Lælij) *C. Lælij sapientis pro iustitia dicentis. Lactant. l. 5. cap. 17. & in Lælio. al. Pæti, ut Q. Aelium Pætum Catum, qui per tempora illi disputationi interesse potuit, significet, et si de ea re nihil scriptũ uidemus.* Manilij) *M. Manilij tunc Cos. quũ Scipio in Africã Trib. Mil. est ꝓfectus. de Somnio Scip.* Q. Tuberonẽ) *Q. Aeliũ. Tuberonẽ Africani sororis filiũ Phũm Stoicũ. h*

Brut.orat.p Mur.& l.3.de orat. P.Rutilium)P.Rutilium Rufum Panætij auditorem, propè perfectũ in Stoicis. in Brut. hunc omisit ep.5.l.3.ad Q.fr. Duos)al.duo. Scæuolam)Q.Mutium Augurem Scæuolam.in Lælio. Fannium)C.Fannium M.F.in Brut.quem tamen in Lælio negat,quum disputatum est,affuisse,quòd tunc eum fortasse è disputatione sustulisset. ἐξωτερικοὺς) populariter scriptos.l.5.de finib.externos,& ad rhetoricas meditationes,facultatem argutiarum,ciuiliumq; rerum notitiam conducentes.Gell.l.20.cap.4. Istum)Varronem.rem magnam)spissum sanè opus, & operosum. ep.12.l.2.ad Q.fr. Iis libris)oratorijs.al.ys oratorijs libris. Desideras)l.2.& 3.de orat.nam in primo loquitur. Scæuolæ)Auguris.paulò ante. Dimoui)ad finem l.1.de orat. πολιτείᾳ)Rep. Deus)sic l.2.de nat.Deo. Piræeum) epist.3. l.7. Venisset)cum Glaucone Aristonis filio,ut & Deam precaretur,& celebritatem spectaret. Ad Cephalum) à Polemarcho eius filio postea deductus. Sermo)de senectute,diuitijs,& iustitia.Plat.l.1.de Rep. Ad rem diuinam.) πρὸς τὰ ἱερά. ibid. Id ætatis)μάλα γὰρ πρεσβύτης ἔδοξεν εἶναι. Aetate)summa senectute.Philip.8. Valetudine)perdita.ibid.infirmissima.l.1.de orat.erat enim præpeditus morbo,mancus,& membris omnibus captus,ac debilis.orat. p Rabir. Meministi)ut & ego,qui ad eum à patre deducebar.in Lælio. Honoribus)Prætura,Consulatu,& Auguratu. nam Censuram nemo unquàm Scæuolarum petiuit in Brut. In Crassi Tusculano)ubi disputatum est. Non alienus)quippe de arte,& iure ciuili,cuius intelligentia Scæuola ipse præstitit,disputatur. τεχνολογίαν) artis rationem,& quasi præcepta,de quibus dicere præsente Scæuola uiro tam graui ineptum esse etiam Crassus existimabat.l.1.de orat. Ioculatoriæ)& ob id tãgraui personæ minus conuenienti,præsertim quum l.2.de iocis agatur.al.ioculatorem,hoc est,noluit illum tãquàm senem ioculatorem huic τεχνολογίᾳ, & disputationi interesse. Illum)Scæuolam talem,tãque grauem uirum. De re) de dote in aliquo fundo,ut puto,collocanda. Etenim est luculenta.Aureliani,ut scribis,indicis)al.etenim est luculenta res. Aureliani,ut scribis,indicis:nos ita coniungimus:etenim est luculenta res Aureliani,ut scribis,indicis:& hoc modo interpretamur:res Aureliani indicis est luculenta,hoc est, fundus,quem nescioquis,quem tu indicem uocas,nunciat Aurelium esse uenditurum, est lucudentus.& sanè Cicero ab Aurelio nescioquid emisse uidetur,quum postea tantopere illi satisfieri cupiat.ep.14.l.16.et ep.24.l.16.fam.de Aurelio Catullus sæpe. Venditabo)quum rem tam luculentam emero ipsius causa. Vestorio) epist.2.lib.6. Sed scis qui?)al.sed scis qui. Habeat)ipse Vestorius. Duos)te,& me.al.duo.alij,Deos. Difficilius)ipso. C.Catone)qui Lentulo & Philippo Coss.Tribunus pl.fuerat.ep.2.l.1.fam.& ep.3.l.2 ad Q.fr. Iunia)ep.9.l.2. Licinia)ibid. Scis)ex meis literis superioribus,uel scire potes,ut epist.2.h.l. Absolutum)ep.sup. Fusia)ep.9.l.2. Patronis)M.Scauro,et alijs. Ascon.in orat.pro M.Scaur. Libentibus)quum iudices Remp.totam flocci non faciant.epist.sup. Is)C.Cato. Gratiam) prius iniunctã.ep.3.& 6.l.2.ad Q.fr. Drusus)Liuius Drusus pater Liuiæ,quæ postea uxor fuit Augusti. Reus)de præuaricatione.ep.13.l.2.ad Q.fr. Lucretio)ep.22.l.7. Iudicibus reijciendis)quum iudicum reiectio fieret,ut ep.13.l.1. Prælio)contentione,& iudicio in causa Drusi futuro,quod prælium μεταφορικῶς uocat,ut ep.15.l.8.& præliatus sum,ep.13.l.1.& Plaut.in Men. Nosti)quàm sint incerta,& quàm sordidi iudices.paulò post.& sanè à Tribunis ærarijs absolutus postea fuit.ep.13.l.2.ad Q.fr.Hirrus)C.Hirrus.epist.1.l.7. Domitio)Cos. Consules)L.Domitius Aenobarbus.et App. Claudius Pulcher. Quicunque posthac)unum ipsius S.C.caput.sic ep.8.l.8.fam. Notum tibi)est. Vt quod iam) legendum uidetur uel,ut quod.Iam:uel,utque.Iam.ut sit aliud S.C.caput,et,iã,particula cũ sequentibus iungatur,utiq;,et utq; in ueteribus S.C.sæpe reperies:ut quodque collegium,ep.8.l.8.fam. Enunciationem)pactionis.epist.17.h.l. Memmij)episto.sup. Messala)ibid. Domitius)Caluinus.ibid. Certi erant Coss.)Messala,et Domitius,ut fuerunt. Tacitum) quod enunciare non liceret, sicut quædam S.C.tacita fuisse legimus. Iudicium)de candidatorum ambitu. Fieret ab his consilijs) iudicium. ep.11.l.1. Timor)ne,si iudicium tacitum fiat,damnentur. Opimius Veietoranus)al.Opimius Veietor Antius,unde, Opimius,et Restio Antius,de quo paulò post,olim mihi legi posse uidebatur:nũc uelim,legatur:Opimius Veiẽtanus,qui,ut Veiẽtanus,Veientanum festis potare diebus Campana solebat trulla,ut inquit Orat.Saty.3.l.2. Populi)cui propter largitiones grati erant candidati. Iudicarent)tacitum iudicium facerent. Rescidit)donec melius inueniatur,placet legere: re S.C. I.D.I.I.hoc est,re Senatus cognita iudicium dedit iuris iudicio:uel,re S.C.D.re Senatuscõsulto decreta.ex Prob. Feretur) ad populum à Coss. Terentius)Trib.pl. Consules)L.Domitius,et App.Claudius. Illud)quod ad ferendam legem pertinebat. Leui brachio) negligenter.prouer.molli brachio. Egissent)nolebant enim legem perferri,ne pactione per iudiciũ cognita,flagrarent infamia.ep.17.h.l. Abdera)Roma ueluti altera Abdera,Senatores stupidi.et insani,quales Abderitæ significãtur l.1.de nat.Deor.et ep.7.l.7.sed et Demostenes(si mõ is est Demostenes)orat.16.Abderitas ad Rẽp.regẽdã minus aptos fuisse his uerbis ostendit. οἱ νεόπλουτοι τὰ μὲν πείθονται, τὰ δὲ βιάζονται, ὥσπερ ἐν ἀβδηρίταις, ἢ μαρωνείταις ἀλλ' οὐκ ἐν ἀθηναίοις πολιτευόμενοι. Vitruuius quoq; l.7.cap.5.scribit,Alabandeos,& Abderitas insipientes fuisse iudicatos:id quod hoc loco Cicero uoluit significare. Tamen)etsi te uelle quiescere dixeras.episto.5.et. 6.h.l. Ferri) à Coss. Leuiter)leui brachio. Intercessum)à Terentio. Non inuitis)Coss. Res)delata est à Coss. De ea re ita censuerunt)per notas sic.D.E.R.I.C.ep.8.l.8.fam. Scaurus)M.Aemylius M.F.Scaurus ex Prætura prouinciam Sardiniam obtinuit,in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est,& ualde arroganter.Quare, quum ad Consulatus petitionem ad III.Cal.Quint.Romam redijsset,querentibus Sardis à C.Valerio Triario apud M.Catonem Præt.repetundarum est postulatus.Ascon. Absolutus)de pecunijs repetundis. Partem)quum Ciceronem,defendere partem alicuius,et nõ aliquem.in re tali dixisse inuenero,tum demum hanc lectionem ueram iudicabo:nunc,ut in alijs est libris,iuuat legere,patrẽ, quem scribit Asconius tunc à Pacuuijs fratribus accusatũ,et uerba Ciceronis,quæ sunt in Asconio,à Cicerone ornatissime,

ut hic scribit, defensum fuisse demõstrant. Obnũciationibus) ep.3.h.l. Scæuolam) Q.Mutium Scæuolam Trib.pl. paulò post. Hæc die scripsi) al. hæc descripsi. Sublati) per obnunciationes, ne posset agi cum populo. ep.3.h.l. Satisfecerat) M. Scaurus. Huius) Scauri. Eorum) Messalæ, & Domitij paulò ante. Rem non habes nullam) habes igitur rem aliquam, & ex ea coniecturam, hæc negotia multarum nundinarum fore ante, quàm planè perficiantur. Luciscit) ut lucet ep.3.l.5. atque hoc dicit, ne contrarium sit, quod paulò ante dixerat, prid. Cal. Oct. ubi totam noctem coniungit cum superiore die contra, ac doceat Gell. lib.3. cap.2. Ibi) in Senatu. Antium) Antium quæstionem unam Prætoriam. nam Plutar. autore, Pompeio, & Crasso iterum Coss. Prætor fuit. hunc scribit Macrob. legem sumptuariam tulisse. Val. Max. l.6. cap.5. Fauonium) ep.1.l.2. Liber) al. libere. Cato) M. Cato Pr. Aegrotat) non ualet. ep.1.l.3. ad Q. fr. Timueris) ne libere loquar. Iudicia) de reis. Drusus) paulò ante. Scaurus) paulò ante. Non fecisse uidentur) non peccasse uidentur. & uerbo est usus, quo iudices pronunciantes utebantur. l.2. Acad. quæst. in fine. Fore rei putabantur) & fuerunt, de ambitu postulati. ep.2.l.3. ad Q. fr. Domitius) Caluinus. ep. sup. Memmio) ibid. Messala) ibid. Q. Pompeio Rufo) Syllæ Dictatoris ex filia nepote. Ascon. in orat. pro Mil. Scaurus) paulò ante. Triario) C. Valerio Triario. Ascon. in orat. pro M. Scaur. L. Cæsare) L. Cæsare L. F. quem postea Cæsar quamuis propinquum interficiendum curauit. Poteris) Tu Cicero. Tribus libris) de oratore. Di laudas) ualde laudas, in cœlum fers. paulò ante. sic ep.2.l.6. Nihil reperio) quod ex arte pro hisce reis possim dicere, usq; adeo extat ambitus. Vt opinionem habeas rerum) ut meam de rebus, quæ hic fiunt, opinionem scias. Ferendum est) hæc est mea opinio, ferendum esse, etsi Gabinius contra omnium opinionem est absolutus. Gesserim) in accusando, & uulnerando Gabinio. ep.2.l.3. ad Q. fr. Ille) Pompeius, ibid. quem paulò post nominat, ut Antonium ep.9.l.1. Absolutus?) maiestatis Gabinius? ep.1.2. & 4.l.3. ad Q. fr. ΓΟΡΓΑΓΥΜΝΑ) ex hisce characteribus quum sensus elici nullus possit, uidendum, an legi possit: πόππυσμα, hoc est, blanditiæ quædam ita, ut potius palparint, quàm uulnerarint Gabinium accusatores, sicut uulgo dici solet, titillationes potius fuere, quàm uerbera. Infantia) nihil enim accusatore Lentulo, subscriptoribusq; eius fuit infantius. ep.4.l.3. ad Q. fr. L. Lentuli L. F.) ep.24.l.2. & ep.1.l.3. ad Q. fr. huius pater Lentulus Gabinij fuerat competitor, orat. in Vat. hinc filius cum Gabinio quasi de more gerebat inimicitias. al. L. Lentuli. L. Ter. ut forte legendũ sit, L. Lentuli. T. Ner. hoc est, L. Lentuli, T. Neronis, qui & ipse Gabinium accusauit. ep.1. & 2.l.3. ad Q. fr. Pompeij mira contentio) ep.4.l.3. ad Q. fr. Iudicum sordes) nihil enim fuit illo consilio sordidius, ibid. Attamen) quãuis essent sordes. XXXII.) iudices. Condemnarũt) Gabinium. XXXVIII.) iudices. nam, LXX. iudicarunt. sex igitur sententijs est absolutus. Iudicia reliqua) de ambitu, & de pecunijs repetundis. ep.3. & 4. ad Q. fr. Expeditus) Gabinius. Tu) tu Cicero, qui cum Gabinio geris inimicitias. fers) quũ uideas tuum inimicum absolui hoc modo? Gubernantibus) ep.7.l.2. Vnum) Pompeium. Omnia posse) quasi ἐπικρατεῖν, unde ἐπικρατὴς dicitur ep.3.l.2. ep.4.l.3. ad Q. fr. Doluerunt) inuidẽtes. ep.1.2. et.5.h.l. De meo statu demigro) prouerb. de statu demigrare. Domus) ep.5.h.l. Non recordor) quod non sit mei temporis. orat. post reditum in Senat. Ceciderim) ep.10.l.3. Surrexerim) reuocatus. ep.1.h.l. Fratrem) Q. fratrem. Pedibus trahuntur) prouerb. alij, pedibus trahantur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι) inter uos philosophari. Locus ille) δύναμις θυμοειδὴς. ψυχὴ θυμοειδὴς, & θυμὸς etiam à philosophis appellatus. Stomachus) ira, indignatio. Habitabat) al. habitat, ex Nonio: & tunc, olim particulam, cum uerbo sequenti coniunges. Concaluit) concalluit, omnino legendum, et uerba illa, quæ in quibusdam libris leguntur, sunt delenda: ut digerat multa cruda facilius. Securitatem) in me ipso. Tuo reditu) ex Asia. ep. sup. Nemo enim in terris est) al. nemo enim δέῤῥις in terris est, ut sit quædam προσονομασία, nemo est Derris, hoc est, in terris. nam Derris oppido Macedoniæ Atticus in Asiam transmisisse uidetur. ep. seq. Consentientibus sensibus) ep.14. & 15.l.1. Accipe alia) quæ sequuntur, quæ tamen superioribus aliqua in parte uidentur contraria: siquidem candidati consulares hic esse rei ambitus dicuntur, ibi fore putantur: hic Cato Pontino ire obuiam, ibi ægrotare dicitur: & quod maximum est, hæc post IX. Cal. Nouemb. illa Cal. Oct. scripta cognoscuntur. Quare uel epistola diuidenda, uel dicendum, hæc multis post diebus ita fuisse superioribus addita, ut, quæ prius scripserat, nam amplius uiderit. Res fluit) al. res fuit, ut paulò ante, est ad naturam. Interregnum) ut comitia haberi possent. ep.2. & 7.l.3. ad Quint. fr. Dictaturæ) Comit. hab. causa. ep.4. & 7.l.3. ad Q. fr. Multus) præsertim M. Cælio. Vicinuano promulgante. ep.4.l.8. fam. Timidos) Pompeium Gabinio fauentem timentes, si dictator esset dictus, ut quidam uolebant. Plutar. in Pomp. Adiuuit) in iudicio maiestatis. nisi enim dictaturæ rumor plenus timoris fuisset, Lentulo Gabinius non respondisset. ep.4.l.3. ad Quint. fr. Omnes rei) paulò ante, tres tantum, et fore putantur. Gabinius) de ambitu, & de pecunijs repetundis. epi.3. & 4.l.3. ad Q. fr. P. Sylla) pro quo extat oratio. Foris) ad urbem, quasi triumphum expectans. ep.2.l.3. ad Q. fr. nam triumphare uolẽti ingredi urbem non licebat. Plutar. in Pomp. ep.1.l.7. et ep.6.l.8. fam. Postularat) de ambitu. epis.3.l.3. ad Q. fr. Torquato) L. Torquato, ibid. hic P. Syllam ipsum prius accusauerat. orat. pro P. Sylla. Omnes) qui rei sint. Absoluentur) tãtæ sunt iudicum sordes. Hominem) patremfamilias præsertim. ep. sup. Hoc) qđ ad paricidia pertinet. Iudicia) de paricidijs. al. indicta, quòd multi indicarent, quum seuerius hoc agi uiderent: Calent) feruent. M. Fuluius Nobilior condemnatus est) paricidij, ut arbitror. historiam enim reperire non potui. Vrbani) qui in urbe cædes fecerunt. Ne respondent quidem) accusatoribus. sic ep.4.l.3. ad Q. fr. Quid aliud noui) sic ep.6.l.2. Et tamen) quãuis illud dixerim: omnes absoluentur. Absoluto) maiestatis. Somachantes) absolutum esse Gabinium. Alij) alterius consilij. Hora post) hora post absolutum Gabiniũ. Antiochum Gabinium) Antiochum, qui manumissus à Gabinio Gabinius est appellatus, ut ep.14.h.l. Nescioquẽ) nescio ego quoque. Solidis pectoribus) constantem hominem, & libere loquentem. Accensum) quod munus libertis deferebant. ep.1.l.

1.ad

r.ad Q.fr. Lege Papia)qua cautum erat,ne inter Senatores,libertosque matrimonium esset: qua in re hic fortasse peccarat. Reus lesæ maiestatis OYCOIMPICAMAΦIHI) al.Resp.lege maiestatis OYCOIMPICAMAΦIHI. sensus aliquis elicietur,si ita legeris.Respub.lege maiestatis ὂν σῶν ῥίζαν ἀφίνει;Resp.non saluam radicem dimittit lege maiestatis? quasi dicat.Res p nonne Gabinium reum maiestatis.malorum omnium,quæ nos fecimus,radicē,& autorem absoluit? cur igitur me quasi ramum condemnat? Pontinus) C.Pontinus. in ueteribus libris semper fere scribitur, Pomptinus episto.4.lib.5. IIII. Non) III. Non.ep.4.l.3.ad Q.fr. Triumphare) quia Prætor ortum repente bellum allobrogum, atque scelerata coniuratione. Catilinæ excitatum, prælijs fregit, eosque domuit. orat.de prouinc. Cons.& Dion lib.39. Cato) M. Cato. Seruilius) P.Seruilius Isauricus. Ascon.in orat.pro M. Scaur. Præt.) Prætor. ibid.al. Pr.it. lego, Præt.hoc est, Prætores.episto. 4. lib.3.ad Q.fr. Aperte) eunt, ut impediant. Q.Mutius.)Q.Mutius Scæuola Trib.pl.paulò ante. Imperio)uel,ut lege curiata imperium haberet in prouinciam proficiscēs paludatus,ut ep.longa ad Lentulum,ep.2.l.3.ad Qu.fr.& ep.15.ad M.Brut.uel potius,ut post uictoriam Imperator appellaretur,ut ep.20.l.5.& ep.10.l.2.fam. Erit cum Pontino Appius Cos.)Pontinus Appium Cos. secū habebit.ep.4.l.3.ad Qu.fr.hinc memoriam præstat ep.10.l.3 fam. Illum)Pontinum. Non triumphare)non triumphaturum.nam Cato ipse & Seruilius Præt.prohibituros se minantur.ep.4.l.3.ad Qu.fr. Multa)ut de publicanis.ep.1.l.2. Eiusdem) M.Catonis. Appius) Cos. Lege)curiata.ep.2.l.3.ad Qu.fr.& ep.longa.ad Lentul. Suo sumptu)nam qui lege proficiscebantur, mulis tabernaculisque.& omni alio instrumento militari ornabantur.Liu.l.42.& annuo sumptu.ep.3.l.6. In Ciliciam)ut P.Lētulo Spinteri succedat.ep.longa ad Lentul. Cogitat)proficisci Qu.fratre)Cæsaris legato. Confecta)priore quidem bello,sed postea defecit.ep.seq. Acceptus)imperatis quidem,sed nōdum tamē acceptis.ibid. Nulla præda)ibid. Datas à litoribus)quū in Galliam uellent reuerti. Proximo)proxime,sæpius leges. Ad VI.Cal.Oct.)propinqua die æquinoctij.Cæs.l.4. de bel. Gall. Qu.Pilius)tuus necessarius.ep.8.l.8.fam.propter Piliam uxorem. Noster)nostri,malim legere. Veritas)constantia promissi,& fides.ep.seq. Dionysium)epis.4.l.7. Dies)promissi. Cicero) ab eo erudiendus.episto.sup. Epheso)ubi habes negotia.episto.13.lib.5.

CICERO ATTICO S. 16



EXPECTATAS mihi tuas literas.o gratū aduentū.o constantiā promissi,& fidem miram.o nauigationem amandam, quam mehercule ego ualde timebam,recordans superioris tuæ transmissionis.sed nisi fallor,citius te, quàm scribis,uides hoc.credo enim te putasse tuas mulieres in Apulia esse: quod cum secus erit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies,& ille latinus ἀττικισμὸς ex interuallo regustandus. * quin tu huc aduolas & inuisis illius nostræ Reip.germanæ.putaui de numis ante comitia tributim uno loco diuisis palàm:uide absolutum Gabinium:detur,esse ualiturum. De Messala quod quæris: quid scribam,nescio:nunquam uidi tam pares candidatos. Messalæ copias nosti.Scaurum Triarius reum fecit.si quæris,nulla est magnopere commota συμπάθεια. sed tamen habet Aedilitas eius memoriam non ingratam,& est pondus apud rusticos in patris memoriam.reliqui duo plebeij sic exæquantur, ut Domitius ualeat amicis, adiuuetur tamen non gratissimo munere. Memmius Cæsaris commendetur militibus,Pompeij Gallia nitatur.quibus si non ualuerit,putant fore aliquem,qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat,Catone præsertim absoluto. * Paccianæ epistolæ respondi.cognosce cætera. Ex fratris literis incredibilia quędam de Cæsaris in me amore cognoui,eaque sunt ipsius Cæsaris uberrimis literis confirmata.Britanici belli exitus expectatur:constat enim aditus insulę esse munitos mirificis molibus.etiam illud iam cognitum est,neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula,neque ullam spem prædæ,nisi ex mancipijs:ex quibus nullos puto te literis,aut musicis eruditos expectare. Paulus in medio foro Basilicā iam pene texuit iisdem antiquis columnis.illam autem,quam locauit,facit magnificentissimam.quid quęris? nihil gratius illo monimento,nihil gloriosius.itaque Cæsaris amici (me dico & Oppium) disrumparis licet,monimentum illud,quod tu tollere laudibus solebas,ut forum laxaremus,& usq; ad atriū libertatis explicaremus,contempsimus sexcenties.HS. cum priuatis non poterat transigi minore pecunia.efficiemus rem gloriosissimam: nam in campo Martio septa tribunitijs comitijs marmorea sumus,& tecta facturi,eaque cingemus excelsa porticu,ut mille passuum cōficiatur.simul adiungetur huic operi uilla etiam publica.dicis, quid mihi hoc monimentum proderit? ad quid laboramus res Romanas? non enim te puto de lustro,

quod iam desperatum est, aut de iudicijs, quæ lege Plotia fiant, quærere. Nunc te obiurgari patere, *si iure: scribis enim in ea epistola, quam* C. Domitius *mihi reddidit Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse, te arbitrari. mihi mehercule nihil uidebatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum, ne toties, & tam longe abesses. sed hæc mallem integra re tecũ egisse: profecto enim aliquid egissem. nunc reprimam susceptam obiurgationem: utinam ualeat ad celeritatẽ reditus tui.* Ego *ad te ꝓpterea minus sæpe scribo, ꝙ certũ non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis. huic tamen nescio cui, ꝙ uidebatur is te uisurus esse, putaui dandas esse literas. tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem uelim, & de Eutychide quid egeris.* Vale.

σχόλια


ADVENTVM)ex Asia.ep.14.h.l. Constantiam promisi)quum te recepisti, ad quod tempus confirmaras.ibid. Transmissionis)al.transmissionis δι' ἀππίας.ep. sup. Scribis)al. scribo. Apulia)ubi tuos habes greges.Varr.l.2.cap.2.de re rust. Vestorio)ep.2.l.6. Danda sunt dies)concedendi sunt quasi dies aliquot, quibus cum eo uiuere possimus ita, ut ille aliquid legat. sic ep.1.l.12: diem Tyrannioni constituemus. Latinus ἀττικισμὸς) sermo latinus Attico more confectus, & ob id ab Attico fortasse ualde probatus.ep.2.l.6. sic ἀττικώτερα, ep.10.l.1.& ἀττικώτατα, ep.1.l.15. Nostræ)quæ nobis gubernantibus fuit.ep.sup. Germanæ)germina, legimus, sarmenta, uel potius ramos quosdam è Rep. à nobis tam benè culta natos. μεταφορὰ ab arboribus.Plin.l.16.cap.25. Putaui)amputaui ex his germinibus hæc, quæ sequuntur, ut ad te mitterem. De nummis)candidatorum. Tributim)ep. sup. Vide)al.inde, recte. Absolutum)ep.sup. Detur) si concedatur: uel sit nota, qua Pompeiũ significet, qui omnia posset.ibid. Messala)ep.14.h.l. Quæris)an futurus sit Cos. Scaurum)ep. sup. Triarius)ibid. Reum)ibid. Commota)in Scaurũ accusatum, quod se arroganter gessisset. Ascon.in orat. pro M. Scaur. συμπάθεια) condolentia.ep.14.h.l. Aedilitas) quam summa magnificentia gessit adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit, magnumque æs alienũ contraxerit. Ascõ. in orat.pro M.Scaur.& Plin.l.36.cap.15. Rusticos)rusticas tribus.Plin.l.18.cap.3. Patris)M.Aemylij Scauri, q fuit nobilis paup.Plin.d. uiris illust.& Ascon.in orat.pro M.Scaur. Plebeij)Domitij Caluini plebeij erãt, ut scribit Suet.in Ner.et Memmij, ut ostendit Tribunatus ep.1.l.3.ad Q. fr.Valerij uero, è quibus erat Messala, et Aemylij, è quibus Scaurus, patricij, ut sæpe testatur Liuius. Domitius)Caluinus.ep.14.h.l. Munere)ædilitio. Memmius)ep.14.h.l. Cõmendetur)& confirmetur.ibid. Militibus)quos ad suffragia sæpe uenisse legimus. Pompeij)militibus, quos ex Gallia Cisalpina Consulis sacramento Pompeius rogarat.Cæs l.6.de bel.Gal. Gallia)quæ uidetur in suffragijs multum posse.epist.1.l.1.& si Pompeij, Gallia etiam dici potest, quòd ibi Pompeius milites rogasset.alij, gratia. Nitatur)al.uitatur, male. Valuerit)Cn.Domitius. Aduentum) ex ulteriore Gallia in Citeriorem potius, quã Roman.in eo autẽ Domitius spem habebat.ep.2.&.7.l.3.ad Q. fr. Detrudat) obnunciationibus.ep.3.l.3.ad Quint. fr. Catone)C. Catone.ep. sup.qui talia Trib. pl. faciebat, ut ep.2.l.1. fam.& ep.3.&.6.l.2.ad Q. fr. Absoluto)nam & alij sperabunt se quoq; absolutum iri, si quid tale fecerint. Paccianæ) quam M.Paccius reddidit, ep. sup. Fratris)Q. fratris, qui Cæsaris est legatus. Amore)ep.1.& 5.l.3.ad Q. fr. Vberrimis literis)ibid. Britanici belli)secundi: quod duæ omnino ciuitates priore bello ex Britania obsides miserant, reliquæ neglexerant.Cæs. Argenti)ep.7.l.7. fam.nam Britani nummo æreo tunc utebantur.Cæs.l.5.de bel. Gal. Prædæ) epist. sup. Nullos) quum sint omnes inculti, & asperi, ut etiã scribunt historici. Paulus)L. Aemilius Paulus, qui quarto post anno cum C. Marcello Cos. fuit.ep.1.l.6.ep.12.&.13.l.15.fam. Basilicam)ut ep.14.l.2. Texuit)al.texerit, uel texerat.nam Vitru.l.5. cap.1.in basilicis colũnas quasdam superiores ad tectum accommodatas nominat. Iisdem)hoc ostendit hanc basilicam ueterem fuisse. Facit)sua, non Cæsaris pecunia, quam postea Cos.ut scribunt historici, accepit: nisi forte postea pecunia Cæsaris absoluit. Me dico)ep.sup. Oppium)ep.10.l.9. Monimentum illud)uidetur significare Cæsaris forum de manubijs, ut scribit Suet.prius inchoatum. Vt forum)al.ut eos.al.ut eorum.alij, ut eò usque.sed hic σολοικισμὸς fuerit, nisi uel sic, uel certe non multò aliter legeris, ut eò laxaremus.ut usque ad atrium libertatis explicaremus. Atriũ libertatis)P.Victor reg. 13. Contempsimus)quòd expendimus. Sexcenties HS.)aureorum quindecies centena millia.eandem rem.epis. 1.4.5.6.9.& 10.l.5.uidetur significare, & si numerus, quod fieri solet, mutatur, parte fortasse soluta. Priuatis)qui uẽdebant areã. Tribunitijs)alij, tributis.ep.1.l.1. Mille passuum)hinc porticum milliariam uocant. Villa etiã publica)ubi primum populi census est actus in campo Martio.P.Victor reg.9.Varr.l.3.cap.2.de re rust.& orat.de resp. Lustro)ep.9.h.l. Plotia)quam M.Plautius Syllanus Trib.pl.tulit, ut Senatores cum equitibus iudicarent. Ascon.in orat.pro Cornel. Quærere) quum tur piter iudicent, ut scripsi epist. sup. C.Domitius)al.C.Decimius: fortasse è posteris illius, quem Liu.l.39.Præt. agnoscit. Regij quoq; Lepidi in Diui Prosperi extra muros in uetusto lapide legitur. C.Decimius Philargyrus. Buthroto) ep. 6.l.2. Eũdum)iterum.nam in principio huius epistolæ redierat.& propterea paulò post dixit: ne toties, & tam longe abesses. Integra re)ante, quàm Roma discederes. Egissem) nam retinuissem. Eutychide)ep.14.h.l. Egeris)an manumiseris.ibid.

CICERO ATTICO S. 17



VTO *te existimare me non oblitum consuetudinis, & instituti mei rarius ad te scribere, qđ m solebam. sed cum loca, & itinera tua nihil habere certi uideo, neque in Epeirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum pficiscenti dedi literas: neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit, quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem ferè committamus Lepidum quo excidat. Consules flagrant infamia, qꝓ C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitauit, quam ipse, suus competitor Domitius cum Consulibus fecisset, ut ambo HS quadringena Consulibus darent, si essent ipsi Consules facti, nisi treis Augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata non esset, & duos consulares, qui se dicerent in ornandis prouincijs consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne senatus quidem affuisset. hæc pactio non uerbis, sed nominibus, & perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur: prolata à Memmio est, nominibus inductis auctore Pompeio. hic Appius erat idem: nihil sanè iacturæ. corruerat alter, & planè inquam iacebat. Memmius autem dirempta coitione inuito Caluino, planè refrixerat, & eo magis nunc cõcitare Dictaturam, fauere iustitio, & omnium rerum licentiæ. Perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contemptionem Seleucianæ prouinciæ, & meam hercule cum Cæsare suauissimam coniunctionem: hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. qui quidem Quintu n meum, tuumque (Dy boni) quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia; non secus, ac si ego essem imperator. hibernam legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. hunc tu non ames? quem igitur istorum? sed heus tu, scripseramne tibi me esse legatum Pompeio? & extra urbem quidem fore ex Idib. Ian.? uisum est hoc mihi ad multa quadrare. sed quid plura? corã m (opinor) reliqua, ut tu tamen aliqđ expectes. Dionysio plurimã salutẽ: cui quidẽ ego non modo seruaui, sed etiã ædificaui locũ. quid quæris? ad summã lætitiam meã, quã ex tuo reditu capio, magnus ex illius aduẽtu cumulus accedit. quo die ad me uenies, si me amas, apud mecum tuis maneas. Vale.*

σχόλια.



ON oblitum) non ut oblitum. al. nunc oblitum. In Epeirum) Buthrotum. ep. 6. l. 2. Athenas) ubi libẽter uẽ soles. ep. 10. l. 5. Asiam) ep. 14. h. l. Dedi literas) quum paulò ante scripserit, uideo, fortasse etiam, do literas, scripsit. Committamus lepidum quò excidat) nos credimus ita legi oportere: committam, ne lepidũ qđ excidat: ut lepidum pro dicto ponat. lepores enim. sales, facetiæq; penè confunduntur. Consules) L. Domitius, & Ap. Claudius. Flagrant infamia) male audiunt. C. Memmius) ep. 14. h. l. Candidatus) consularis. ibid. Pactionẽ) ep. 1. l. 3. ad Q. B. fr. Ipse, suus) coniungo, ipse suus, ut prorsus ad Domitium referatur. nam si Memmius & ipse pactionis autor fuisset, nunquàm, ut arbitror, eandem recitasset: & Cicero scripsisset: ipse, & suus. Domitius) Caluinus. epist. 14. h. l. Ambo) Memmius, & Domitius, quos Coss. iunxerant. ibid. HS. Quadringena) utrique decem aureorum millia, quæ summa ita magna est, ut mihi omnino legendum uideatur, ut in ueteribus libris est scriptum, quadragena, hoc est, utrique aureos mille. Ipsi) Memmius, & Domitius. Nisi) ni, & nisi, in sponsionibus, & pactionibus utebantur. Dedissent) Memmius, et Domitius. Qui) Augures. Affuisse) in auspicio, ut ep. 12. l. 2. nihil enim publice sine auspicijs, nec domi, nec militiæ geri poterat. l. 1. de Diuinat. Dicerent) & mentirentur, atque id ipsum, ut L. Domitius, & Ap. Claudius Coss. prouincias habere possent. Lex curiata) quam si Cos. nõ habet, attingere rẽ militarẽ ei non licet. orat. 2. cõtra Rull. Cõsulares) tãq̃ principes, et magnæ autoritatis uiros. Ornandis prouincijs) epist. 24. l. 3. sic ornatam ꝓuinciã. ep. 4. l. 15. fam. & orat. in Pis. ubi Galliã ꝓuinciã Senatus autoritate, exercitu, & pecunia istructã, & ornatã uocat. Senatus) q̃ de ꝓuincijs Cõsularibus quotannis lege Sẽpronia decernebat. Affuisset) fuisset, ex ambiguo, q̃a, scribẽdo affuisse, dixerat: etsi nõ desint, q̃ malint legere, fuisset. Noĩbus) in codicẽ relatis. Perscriptiõibus) tabularũ. Inductis) è codice deletis. Idẽ) qui prius erat ꝗ̃ fertim qđ ad ꝓuinciã pertinet. ep. 2. l. 3. ad Q. fr. & ep. lõga ad Lentul. Nihil sanè iacturæ) fecisse ex recitatione pactionis putabat. Alter) L. Domitius Aenobarbus. Coitione) per Coss. facta ep. 14. h. l. Caluino) Cn. Domitio Caluino. ibid. qui coitionem istam dirimi noluisset. Concitare) al. cociace, unde legi fortasse possit, cogitare, ut cogitare Dictaturas orat. 2. in Catil. uel, agitare, ut agitare legem ep. 16. l. 1. Dictaturam) cuius erat nonnullus odor. ep. sup. Fauere iustitio, & omnium rerum Licentiæ) al. fluere iustitio, & omnium rerum licentia: ut fluere mollitia, Tusc. 2. Animi mei) qui belle hæc omnia fero. ep. sup. Seleucianæ prouinciæ) Syriæ, uel potius Ciliciæ, quam nunc Seleucianam uocat à Seleucia urbe ad Euphratem posita, uel à Seleuco Rege, qui quatuor in illisce locis urbes ædificauit, Seleuciam, Pieriam, Apameam, & Laodiceam. Strab. l. 15.


quam prouinciam nunc se contemnere scribit Cicero, & postea tamen accipit. ep.1.l.5. & quare id fecerit, docet ep.4.l.15. fam. al. Selicianæ unciæ, ut usuram unciariam significet, qua Selicius utebatur ut fœnerator. ep.9.l.1. Conunctionem.) p. sup. Naufragio) Reip. Tabula) coniunctio ista tanquam tabula. μεταφορά. Quintum) Q. fratrem. tuumque) iux sororis uirum. Tractat) ut suum legatum. Hybernam legionem) in hyberna in Neruios ducendam. ep.8.l.3. ad Q. fr. & Cæs. l.5. de bel. Gall. Commodum) tantum quod, & eodem tempore, quo id agebatur, ut docet Donat. Scribit) Q. frater. Hunc) Cæsarem. istorum!) optimatum! ep.5.h.l. Legatum) iterum, quod & frater audiuerat. ep.1.l.3. ad Q. fr. nam primo se legatum fuisse certe scripserat ep.1. & 2.h.l. Ad multa) ad multas, rationes ep.2.h.l. Opinor) al. opperior. Tamen) etsi multa scripsi. Dionysio) ep.4.l.7. Seruaui) in meis ædibus. Ad me uenies) libenter legerem, aduenies. Si me amas) al. ut, si me amas: scilicet, fac, uel tale quid. Mancas) & comes, ut ep.2.l.2.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER QVINTVS.

CICERO ATTICO S. I



GO *uero & tuum in discessu uidi animum, & meo sum ipse testis, quo magis erit tibi uidendum, nequid noui decernatur, ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum.* De Annio Saturnino *curasti probe. de satisdando uero te rogo, quoad eris* Romæ, *tu ut satisdes. & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, in his & Memmianorum prædiorum, uel* Atilianorum. De Oppio *factum est, ut uolui, & maxime quòd* DCCC. *aperuisti: quæ quidem ego utique uel uersura facta solui uolo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur.*

Nunc *uenio ad transuersum illum extremæ epistolæ tuæ uersiculum, in quo me admones de sorore. quæ res se sic habet. ut ueni in* Arpinum, *cum ad me frater uenisset, in primis nobis sermo, isque multus de te fuit. ex quo ego ueni ad ea, quæ fueramus ego, & tu inter nos de sorore in* Tusculano *locuti. nihil tam uidi mite, nihil tam placatum, quàm tum meus frater erat in sororem tuam: ut etiam si quæ fuerat ex ratione sumpta offensio, non appareret. illo sic die. postridie ex* Arpinati *profecti sumus. ut in* Arcano Quintus *maneret, dies fecit. ego* Aquini: *sed prandimus in* Arcano. *nosti hunc fundum. quo ut uenimus, humanissime* Quintus, Pomponia, *inquit, tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. nihil potuit, mihi quidem ut uisum est, dulcius, idque cum uerbis, tum etiam animo, & uultu. at illa audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. id autem ex eo, ut opinor, quòd antecesserat* Statius, *ut prandium nobis uideret. tum* Quintus, *en, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. dices; quid, quæso, istuc erat? magnum, itaque me ipsum commouerat, sic absurde, & aspere uerbis, uultuque responderat. dissimulaui dolens. discubuimus omnes præter illam: cui tamen* Quintus *de mensa misit: illa reiecit. quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius tua sorore mihi uisum est: & multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho, quàm ipsi* Quinto *fuerunt. ego inde* Aquinum. Quintus *in* Arcano *remansit, &* Aquinum *ad me postridie mane uenit, mihique narrauit, nec secum illam dormire uoluisse, &, cum discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego uidissem. quid quæris? uel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse. hæc ad te scripsi fortasse pluribus, quàm necesse fuit, ut uideres tuas quoque esse parteis instituendi, & monendi.* Reliquum *est, ut ante, quàm proficiscare, mandata nostra exhaurias, scribas ad me omnia,* Pontinum *extrudas. cum profectus eris, cures, ut sciam. sic habeas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suauius.* A. Torquatum *amantissime*

tiſſime dimiſi Minturnis, optimum uirum, cui, me ad te ſcripſiſſe aliquid, in ſermone ſignifices uelim. Vale.

σχόλια



G O *uero)hic anni duo, & ſex menſes omittuntur, hoc eſt, ex* I X. *Cal.Nouemb.uel circiter, Coss.L.Domitio Aenobarbo, & App.Claudio Pulchro, ep.15.l.4. uſque ad menſem Maium, ep.2.h.l.Coss.Sulpitio, et Marcello, ep.21.h.l. Diſceſſu)ex urbe meo, ut in Ciliciam irem. Vidi)ex uultu, et fortaſſe ex lachrymis. Meo)animo. Nequid noui)ep.6.l.2.fam. Decernatur)de proroganda prouincia.ep.ſeq. Annuo Saturnino)hanc alij quærēt hiſtoriam, niſi forte. T.Annium. Milonem ſignificet per notam, quod ille P.Clodiū aduerſarium, ut Saturninus Memmium interemit.Liu.l.69. & tunc Cicero rem Milonis curari uolebat.ep.8. & .10.h.l. Satiſdationes ſecundum mancipium) ſatiſdationes, quæ mancipium, &* κτῆσιν *præſtant, emptoremque à litibus ſecurum reddunt. ſic enim Ioannes Franciſcus Bebius uir genere, honore, & uirtute nobiliſſimus, & mihi ſumma beneuolentia coniunctus, dum in foro noſtro deambularemus, propemodum reſpondit. Memmianorum)C.ut ego puto, Memmij ambitus condēnati.ep.1.l.13.fam. & Appian.l.2. Prædiorum) publicatorum, ut publicata ſunt Milonis bona.ep.8.h.l. Attilianorum) Sext, Attilij Serrani. ep.2.l.4. ſic enim coniicio, quum ſcribat Appian.l.2. Sextum quendam cum Memmio condemnatum fuiſſe. Oppio) ep.10.l.9. D C C C.)ep.4.h.l. & ep.16.l.4. Aperuiſti) expoſuiſti ep.4.h.l.al. appromiſiſti. Noſtrorū nominum)nummorum, qui nobis ab alijs debentur. Transuerſum)de tranſuerſo, & in margine, ut finita pagina fieri ſolet, ſcriptum. Sorore)Pompónia.ep.4.l.1. In Arpinum) ſic, abdam me in Arpinum, ep.4.l.9. Ad me)in Arpinum. Frater) Q. frater. Sumpta)al. ſumptus: unde ſæpe inter uirum & uxorem offenſiones eſſe ſolent. Illo ſic die) fuimus.al. ille ſic dies, ſcilicet tranſijt. Arcano)ep.2.l.10. & ep.1.l.3.ad Q. fr. Ego)prius in Arcano pranſus, Aquini)ep.9.l.16. Mulieres)noſtras, quæ nos proſequebantur. Pueros)Cicerones. Hoſpita)ita, ut neminem poſsim inuitare. Id autem)accidit. Statius)Q4. fratris libertus, quem Pomponia uidetur odiſſe, quòd ſpecies iam gratioſi liberti ſuſpecta eſſet.epi. 2.l.1. ad Q. fr. Videret)pararet, ut aliud aliqd uidebimus ep.10.l.3. & ialaris uideamus ep.25.l.14 al.præberet, ut apud Orat. Saty.5.l.1.uillula tectum præbuit, et parochi, quæ debent, ligna, ſalemque. Inquit mihi)qui illum ſæpe moneo.ep.4.l.1. Patior)non cœlebs. Magnum)ita audientibus nobis reſpondere, uel aliud quid, quod non ſcribitur. Reſponderat)Pomponia Diſcubuimus)pranſuri. Inde)ex Arcano. Aquinum)ui pranſius. Diſceſſura)ex Arcano. Monendi) tuam ſororem, ut ego fratrem moneo. Proficiſcare)in Epeirum ex urbe.ep.7.h.l. Pontinum)C.Pontinum legatū meum.ep.4.h.l. A.Torquatum)ep.1.l.6.fam. & Nep.in Att. Significes)ſic ep.6.l.4.*

CICERO ATTICO S. 2



D VI.Id. Maias, *cum has dabam literas, ex* Pompeiano *proficiſcebar, ut eo die manerem in* Trebulano *apud* Pontium. *deinde cogitabam ſine ulla mora iuſta itinera facere. in* Cumano *cum eſſem, uenit ad me (quod mihi pergratum fuit) noſter* Hortenſius: *cui depoſcenti mea mandata, cætera uniuerſe mandaui, illud proprie, ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari uobis prouincias. in quo eum tu uelim confirmes, gratumque mihi feciſſe dicas, quod & uenerit ad me, & hoc mihi prætereaque, ſiquid opus eſſet, promiſerit. confirmaui ad eam cauſam etiam* Furnium *noſtrum, quem ad annum* Tribunum *pl. uidebam fore.* Habuimus *in* Cumano *quaſi puſillam* Romam: *tanta erat in his locis multitudo: cum interim* Rufio *noſter, quod ſe à* Veſtorio *obſeruari uidebat, ſtratagemate hominem percuſſit: nam ad me non acceſſit. ita ne? cum* Hortenſius *ueniret, & infirmus, & tam longe* Hortenſius, *cum maxima præterea multitudo, ille non uenit? non, inquam. non uidiſti igitur hominem, inquies? qui potui non uidere, cum per emporium* Puteolanorum *iter facerem? in quo illum, agentem aliquid credo, ſalutaui: poſt etiam iuſſi ualere, cum me è* Panſæ *uilla, nunquid uellem, rogaſſet. hunc hominem parum gratum quiſquam putet? aut non in eo ipſo laudandum, quòd audiri non laborarit? ſed redeo ad illud. noli putare mihi aliam conſolationem eſſe huius ingentis moleſtiæ, niſi quod ſpero non longiorem annua fore. hoc me ita uelle multi non credunt ex conſuetudine aliorum. tu, qui ſcis, omnem diligentiam adhibebis, tum ſcilicet, cum id agi debebit. cum ex* Epeiro *redieris, de* Rep. *ſcribas ad me uelim, ſiquid erit, quod operiare: nondum enim ſatis huc erat allatum, quo modo* Cæſar *ferret de auctoritate perſcripta: eratque rumor de* Tranſpadanis, *eos iuſſos* IIII. *uiros creare. quod ſi ita eſt, magnos motus timeo. ſed aliquid ex* Pompeio *ſciam.* Vale.

mur eo contenti esse. De illo altero, quem scribis tibi uisum esse non alienum, uereor adduci, ut nostris possit (& tuis δυσδιάγνωστον) πρὸς νεῦσιν esse, & quidẽ summe facilis. sed tu aberis, & me absente rei habebis rationem meæ: nam posset aliquid, si uteruis nostrum adesset, agente Seruio fieri probabile. nunc si iam res placeat, agendi tamen uiam non uideo. Nunc uenio ad illam epistolam, quam accepi à Tullio. De Marcello fecisti diligenter. igitur S.C. si erit factum, scribes ad me: sin minus, rem tamẽ conficies: mihi enim attribui oportebit, item Bibulo. sed non dubito, quin S.C. expeditum sit, in quo præsertim sit compendium populi. De Torquato probe. De Massone, & Ligure, cum uenerint. De illo, quod Cherippus (quoniam hic quoque πρὸς νεῦσιν sustulisti): ò prouincia, etiam ne hic mihi curandus est? curandus autem? hactenus, ne quid ad senatum: Consule, aut numera: nam DC. ceperis: sed tamen commode, quòd cum Scrofa. De Pontino recte scribis: est enim ita, ut, si ante Cal. Iun. Brundusij futurus sit, minus urgendi fuerint M. Annius, & Tullius. Quæ de Sicinio audisti, ea mihi probantur, modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum. sed considerabimus: rem enim probo. De nostro itinere, quod statuero; de quinque præfectis, quid Põpeius facturus sit, cum ex ipso cognoro, faciam, ut scias. De Oppio bene curasti, quòd ei DCCC. exposuisti. idque, quoniam Philotimum habes, perfice, & cognosce rationem, &, ut agam amplius, si me amas, priusquam proficiscaris, effice. magna me cura leuaris. habes ad omnia. etsi penè præterij, chartam tibi deesse, mea cautio est: siquidem eius inopia minus multa ad me scribis. tu uero aufer ducentos: etsi meam in eo parsimoniam huius paginę contractio significat. dum acta, & rumores uellet. iam si qua certa habes de cæsare, expecto literas: & alias Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. Vale.

σχόλια.



ENI) ut cogitabam. ep. sup. Eas) ad quas rescribi uolebas. ibid. Literis) binis in Trebulano redditis. ibid. Quas) binas in Trebulano redditas. Dederam) literas superiores. A Pontio) ut ep. sup. al. L. Pontio, ut sit: ex Trebulano ad te literas dederam L. Pontio, qui post meum è uilla eius discessum Romam se cõferebat. Fesulanus) quidã. Dedit) reddidit, ut ep. 49. l. 13. Scriba Tullius) ep. 13. l. 8. & ep. 15. l. 5. fam. Mandato) de collocanda filia, ut arbitror. ep. 4. l. 6. Profectio) futura in Epeirum. ep. 7. h. l. Spem) de collocanda filia. Ac ne ille illud quidem labat) al. ac ne illud quidem labat: hoc est, ac ne adhuc quidem sententiam de illo genere repudio: al. ac me ille illud: quæ uerba uidentur sumpta ex aliqua ueteri fabula, & κατ᾽ ἀποσιώπησιν dicta, ac me ille illud cogit credere, uel tale quid. Non quo) non quo credam: uel potius, non quo placeat gener, sic ep. 16. l. 13. non quo: imperassem. Inopia) generorum. Eo) genero, & qualicũque. Altero) adolescente. Non alienum) ab his nuptijs. nostris posit. (Et tuis δυσδιάγνωστον) πρὸς νεῦσιν esse) al. nostra posit, & tuis δυσδιάγνωστον esse: ita potes legere: nostra posit. (Et tuis δυσδιάγνωστον esset) πρὸς νεῦσιν: hoc sensu: uereor, ut nostra filia posit adduci πρὸς νεῦσιν, ad nutum, & assensum ita, ut illum maritum uelit accipere: & hoc difficile ad iudicandum esse: tuis, ut sorori, epist. 14. l. 1. an conditio esset accipienda. Et quidem summe facilis) ipsa filia. al. equidem sum facilis: ego, quod ad me pertinet, sum facilis ad assentiendum. Aberis) in Epeiro. Rei) ut nuptiarum. Habebis) sed ut absens ita, ut multum proficere non posis. Ad esset) Romæ. Seruio) Ser. Sulpitio, cuius uxor Posthumea hac de re uidetur locuta. epist. 21. h. l. Seruilio. al. Seruilio, Scruio. Res) conditio. Placeat) sic Terent. in heautont. imo & gener, & affines placent. Tullio) scriba. Marcello) M. Claudio Marcello Cos. S.C.) de supplemento legionibus scribendo. ep. 3. l. 3. fam. uel potius de permutanda pecunia. ep. 17. l. 2. fam. Rem) ut pecuniam publicam habeam. Attribui) pecuniam publicam. Bibulo) in Syriam profecturo. ep. 16. h. l. Compendium) quæstus. ep. 17. l. 2. fam. Torquato) ep. 1. h. l. Probe) significasti. ibid. Massone) fortasse L. Papirio Massone Pæto. ep. 21. 9. fam. Ligure) ep. 6. l. 14. Cherippus) ep. 7. l. 4. qui nunc mecum in prouinciam uenit, ut iuit olim cum fratre. ep. 1. l. 1. ad Q. fr. πρὸς νεῦσιν sustulisti) ad nutum sustulisti. al. προσνεύειν sustulisti, assensum sustulisti, id est prohibuisti, ne cõniueam. Hic) Cherippus. Ad Senatum) scribat, aut nunciet falsò more suo. ep. 7. l. 4. Conside, aut numera. Nam DC. ceperis) prouide, aut ipsi Cherippo pecuniam numera, nam DC. nummis illum capies. al. Coss. aut Pr. nã de cæteris hoc est, scribat ad Senatum, Consules, aut Prætores. nam de cæteris, non curo. Commode) fecisti. Quòd) hac de re locutus est. Scrofa) Cn. Tremelio Scrofa. Varr. l. 1. cap. 2. de re rust. ep. 1. l. 6. & ep. 1. l. 7. Pontino) C. Pontino Legato meo. ep. 3. l. 3. fam. ep. 15. l. 4. Brundusij) ubi consilium est illum expectare. ep. seq. M. Annius) Legatus & ipse meus. ep. 55. & 57. l. 13. fam.. quãuis ibi Anneius legatur. quòd ueteres ei pro i sæpe scribebant. Tullius) L. Tullius legatus itèm meus. ep. 21. h. l. & ep. 4. l. 15. fam. Sicinio) Sicinij cuiusdam meminit Plutar. in Crass. Itinere) ep. 2. h. l. quinque præfectis) epi. 7. h. l. Cognoro) Terenti. ep. seq. Oppio) ep. 10. l. 9. Exposuisti) aperuisti. ep. 1. h. l. Philotimum) ep. 4. l. 2. Habes) Romam reuersum. ep. sup.

Rationem)pecuniæ huius,quam Oppio debeo Cæsaris nomine.ep.6.h.l. Vt agam amplius)ut uehementius tecum, quàm soleo,agam. Proficiscaris)in Epeirum.ep.7.h.l. Habes ad omnia)sic ep 1.l.6. Cautio)al captio. Eius)chartæ. Aufer) ex arca. Ducentos)numos,quibus chartam emas. Cōtractio)breuitas. Rumores)de Rep.ep.sup. Vellet)á te.ibid. Habes)ex Gallia. Pontino)Brūdusium uenturo Diligentes)sic diligens .scriptura.l.1.de orat.

GICERO ATTICO S. 5

PLANE deest, quod scribam:nam nec, quid mandem,habeo, nihil enim prætermissum est:nec quid narrem,ncui enim nihil:nec iocandi locus est,ita me multa solicitant. tantum tamen scito,idib.Mayis nos Venusia mane proficiscentes has dedisse. eo autē die credo aliquid actum in senatu. sequantur igitur nos tuę literę,quibus non modo res omneis, sed etiā rumores cognoscamus.eas accipiemus Brundusij:ibi enim Pontinum ad eam diem,quam tu scripsisti, expectare consilium est. Nos Tarenti quos cum Pompeio διαλόγους de Rep. habuerimus,ad te perscribemus.etsi id ipsum scire cupio,quod ad tempus recte ad te scribere possem,id est quandiu Romæ futurus sis,ut,aut quo dem posthac literas, sciam,aut ne dem frustra. sed ante,q̃ proficiscare,utique explicatum sit illud HS XX. & DCCC.hoc uelim in maximis rebus,& maxime necessarijs habeas,ut,quod auctore te uelle cœpi,adiutore assequar. Vale.

σχόλια

PLANE deest)al.planè nil est. Narrem)per epistolas tecum secreto quasi colloquar.ep. seq. Noui enim nihil)est: sed narrabo,quum aliquid habebo noui. ibid.al.noui.enimuero mihi,ut reddat rationem,cur nihil narret,quo uerbo in iocis frequenter utebatur:ut narro tibi. Venusia)ep.5 l.16. Proficiscentes)Tarētum uersus. Actum)præsertim de S.C.ep. sup. Rumores)de Rep.ep 3.h.l. Accipiemus) à Pontino.ep. sup. Eam diem) ante Cal.Iun.ibid. Tarenti)ubi postea cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de Rep. sermonibus uersatus est.ep. 8.l.2. fam.triduum,ep.7.h.l. διαλόγους)dialogos, sermones.ep. seq. Habuerimus)sed nondum habuimus.ibid. Possem) possim,legimus. Sis) ante,quàm in Epeirum,pficiscaris.ep.7.h.l. Quò dem)al.cui dem al.quod dem .al.quoad dem, Frustra)si literas non acciperes. HS.XX.)ep.9.h.l. DCCC.)epist.1.h.l. Velle)me esse Cæsaris amicum.episto.5. & .6.l 4. Assequar) ut sim Cæsaris amicus, nummis hisce contemptis, ut monimentum explicetur,episto.16.lib.4. certe Cæsaris nomine soluendis.epist. seq.

CICERO ATTICO S. 6

TARENTVM ueni ad XV. Cal.Iun.q̃ Pontinum statueram expectare, commodissimum duxi dies eos,quoad ille ueniret, cum Pompeio consumere, eoque magis,q̃ ei gratum esse id uidebam,qui etiam à me petierit,ut secum,& apud se essem quotidie:quod concessi libenter:multos enim eius pclaros de Rep. sermones accipiā:instruar etiā consilys idoneis ad hoc nostrū negotiū.sed ad te breuior iam in scribendo incipio fieri,dubitans Romæ ne sis,an iam profectus.quod tamen quoad ignorabo,scribam aliquid potius,q̃ committam,ut tibi cum possint reddi à me literæ,non reddantur.nec tamen iam habeo,quid aut mandem tibi, aut narrem:mandaui omnia,quæ quidem tu,ut polliceris , exhauries: narrabo , cum aliquid habebo noui.illud tamen non desinam,dum adesse putabo,de Cæsaris nomine rogare , ut confectum relinquas.auide expecto tuas literas,& maxime,ut norim tempus profectionis tuæ. Vale.

σχόλια

VENI) Venusia Id.Maijs profectus.ep.sup. Pontinum)ep.4.h.l. Statueram)consilium ceperam. episto.sup. Expectare)Brundusij.ibid.nunc Tarenti,& in his locis. Veniret)Brundusium. Apud se)epist. seq. Sermones)διαλόγους.ep.sup. Instruar) à Pompeio, qui sæpe in prouincijs fuit,& bella gessit. Negotium) prouinciale. Profectus)Roma,ut eas in Epeirum.ep.seq. Narrem)ep.sup. Exhauries)ep.1.h.l. Adesse) Romæ. Cæsaris)C.Iulij Cæsaris nunc Gallias administrantis. Nomine)HS.DCCC.ep.1.h.l.hinc reliquum.ep.3.l.7. Confectum)C.Oppio Cæsaris amico.ep.16.l.4.& ep.1.h.l.

CICERO ATTICO S. 7

QVOTIDIE, uel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto:quotidie enim magis,ac magis suspicor te in Epeirum iam profectum.sed tamen,ut mandatum scias me curasse,quot ante,ait se Pompeius quinos præfectos delaturum nouos, uacationes,iudiciariam causam. Ego cum triduum cum Pompeio,& apud Pompeiū

fuissem

suissem, proficiscebar Brundusium *ad* XIII. Cal. Iun. *ciuem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. tuas literas expectabo, cum ut quid agas, tum ut, ubi sis, sciam.* Vale.

σχόλια



REVIORES)ep.sup. In Epeirũ)Buthrotũ.ep.6.l.2. Profectũ)Roma discessisse,ut pficiscaris.sic ep.3 l.8. Mãlutũ)tuũ de scribẽdo,ep.16.h.l.uel potius,de pfectis.ep.11.h.l. Quot ante)dicebat Põpeius.al.qđ ante s.curaueram,& scripseram. Ait se Pompeius)ex quo cognoscere uolebam,qd facturus esset. ep.4 h.l. Quinos)quinque.ibid. Delaturum)in beneficijs ad ærarium.ep.2 l.5.fam.& orat.p' Archia: uel potius mihi,ut ego præfectos faciam ep.21.h.l. Nouos)nouos ciues,uel non prius delatos. Vacatio nes)militiæ,ut,quum de Rep.bene fuerint meriti,uacationes habeant.Philip.5. Iudiciariam causam)ut,quum uiri fortissimi fuerint,& ordines duxerint,res iudicent.Philip.1. Triduũ)complures dies ep.8..l.2.fam. Fuissem)q, ita petietrat.ep.sup. XIII.)XV.Cal.Iun.uenit,ep.sup.et triduum fuit cum Pompeio,ut necessario legendum sit.XI.ut epist.3 l.3 fam. Egregium)Pompeium ep.8 l.2 fam. Timentur)ne magni motus fiant.ep.2 &.3.h.l.

CICERO ATTICO S. 8



EET *incommoda ualetudo, qua iam emerseram, utpote cum sine febri laborassem, &* Pontini *expectatio, de quo adhuc ne rumor quidem uenerat, tenebat duodecimum iam diem* Brundusij. *sed cursum expectabamus. tu, si modo es* Romæ *(uix enim puto) sin es, hoc uehementer animaduertas uelim.* Romę *acceperam literas,* Milonem *meum queri per literas iniuriam meam, quod* Philotimus *socius esset in bonis suis. id ego ita fieri uolui de* C. Duronij *sententia, quem & amicissimum* Miloni *perspexeram, & talem uirum, qualem tu iudicas, cognoram. eius autem consilium, meumque hoc fuerat: primum, ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emptor alienis mancipijs, quæ permulta secum habet, spoliaret: deinde, ut* Faustæ, *cui cautum ille esse uoluisset, ratum esset: erat etiam illud, ut ipsi nos, siquid seruari possit, quam facillime seruaremus. nunc rem totam perspicias uelim: nobis enim scribuntur sæpe maiora. sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem* Fausta *uult:* Philotimus *(ut ego ei coràm dixeram, mihique ille receperat) ne sit inuito* Milone *in bonis: nihil nobis fuerat tanti. sin hæc leuiora sunt, tu iudicabis. loquere cum* Duronio. *scripsi etiam ad* Camillum, *ad* Lamiam, *eoque magis, quod non confidebam* Romæ *te esse. summa erit hæc. statues, ut ex fide, fama, reque mea uidebitur.* Vale.

σχόλια



VA iam)al.è qua iam. Pontini)legati mei ep.4.h.l. Expectatio)ep.5.&.6.h.l. Brundusij)Vbi illum expectare consilium fuit.ep.5.h.l. Cursum)nauigandi facultatem ep.3.l.3.fam. Vix enim puto)te Romæ esse: nam te profectum suspicor. Hoc)quod de Milone sequitur. Milonem) Massiliæ exulantem. Ascon.in orat.pro Mil.& Dion.l.40. Philotimus)ep.4.l.2. Socius)tãquàm et ipse cum alijs emisset. Esset)quòd turpe uideretur, libertum in bonis Milonis esse. Bonis suis)quæ propter magnitudinem æris alieni semuncia,ut scribit Ascon.uenierant. C.Duronij)Duronios Romæ fuisse legimus apud Liu.l.40. Esset res)si Philotimus esset in bonis, quibus illum ejcere possemus, quum liberet. Illum)Milonem. Alienis)nedum suis. alij,alienus,quod placet,idest,non domesticus,ut est Philotimus. Habet)Milo. Spoliaret)quod fiebat, nisi damnati prius liberassent.ep.4.l.14.fam. Faustæ)Milonis uxori, Ascon.in orat.pro Mil. & Syllæ filiæ, Orat. Saty.2.l.1. Cautum)de dote. Ille) Milo. Seruari)ex bonis Milonis. Possit)posset,lego. Ille)Milo. Ne sit)sed Miloni absenti,eiusque necessarijs satisfaciat.ep.3.l.8.fam. Fuerat tanti)al. fuerit tanti. Camillum) ep.5.l.6. Lamiam)L.Lamiam ep.2.l.11. Fama) existimatione.ep.3.l.8.fam.

CICERO ATTICO S. 9



CTIVM *uenimus ad* XVII. Cal. Quint. *cum quidem &* Corcyræ, *&* Sybotis *muneribus tuis, quæ &* Areus, *& meus amicus* Eutychides *opipare, &* φιλοπροσηνέστατα *nobis concesserant, epulati essemus saliarem in modum.* Actio *maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime nauigassemus: &* Leucatē *flectere, molestum uidebatur: actuarijs autem minutis* Patras *accedere sine ijs impedimentis, non satis uisum est decorum. Ego, ut sæpe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor: præcipio meis, faciam denique, ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus.* Partibus

uelim quiescat, & fortuna nos iuuet. nostra præstabimus. Tu, quæso, quid agas, ubi quoque hoc tempore futurus sis, qualeis res nostras Romæ reliqueris, maxime de. CXX. & de DCCC. cura, ut sciamus. id unis diligenter literis datis, quæ ad me utique perferantur, consequere. illud tamen (quoniam nunc abes, cum id non agitur: aderis autem ad tempus, ut mihi scripsisti) memento curare per te, & per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid noui decernatur. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. sed non audeo tibi omnia onera imponere. annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus, & suauissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis, quòd te amat, nec ui mentionem intermitti sinit. Vale.

σχόλια



CTIVM) Plin. lib. 4. cap. 1. Corcyræ) idem. l. 4 cap. 12. Sybotis) ibid. Areus) libertus quispiam. Eutychides) ep. 14. l. 4. φιλοπροσηνέστατα) blandissime, benignissime. Concesserant) eos sequor, qui legendum putant: congesserant. Saliarem in modum) laute, ut Salij solent. prouerb. saliares cœnæ. al. hilarem in modum. Leucaten) Plin. l. 4. cap. 1. & Poeta l. 3. Aen. Decorum) Procos. & imperium habenti. Currentem hortatus es) & quidem præceptis. ep. 15. h. l. prouerb. Abstinentia) ep. seq. & ep. 3. h. l. Munus) prouinciale. Extraordinarium) olim post Consulatum, quum suo dabatur ordine. neglectum, & nunc quasi extra ordinem expetitum. ep. 4. l. 15. fam. Parthus) ep. 11. h. l. Quiescat) ut nunc ibid. Fortuna nos iuuet) Dij iuuent. ibid. Nostra) quæ in nobis sunt. Futurus sis) ep. 7. h. l. CXX.) HS. XX. ex ep. 5. h. l. legendum putamus. DCCC.) ibid. Datis) à te. Abes) ut suspicor ep. 7. h. l. Id) quod ad mittendum mihi successorem pertinet. Ad tempus) præsertim ad Cal. Mart. quibus Coss. de prouincijs referent ep. 8. l. 8. fam Hortensium) cui mandaui, ne pateretur prorogari prouinciam. ep. 2. h. l. Annus noster) prouincialis. Suo statu) ut ea conditio mihi maneat, qua profectus sum. ep. 7. l. 2. fam. Ne quid noui decernatur) quod solet esse difficilius. ibid. Intercaletur) quòd anno dies minimum XXII. adduntur: idque fiebat à Pontificibus quandoque, ut scribit Censorin. quo quis diutius magistratu fungeretur. ep. 13. h. l. diuersa fuit Curionis ratio. ep. 6. l. 8. fam. ut ibi, & in Quæstura diximus. Teneto) si tenere non potes, ne intercaletur, quod in anno comprehenditur, annum saltem, hoc est, ut tempus tantum sit annuum, teneto. Meus) filius. ep. 2. l. 1. Dionysium) ep. 4. l. 7.

CICERO ATTICO S. 10



T Athenas ad XV. Cal. Quint. ueneram, expectabam ibi iam quartum diem Pontinum, neque de eius aduentu certi quicquam habebam: eram autem totus (crede mihi) tecum: & quanquam sine ijs per me ipse, tamen acrius, uestigijs tuis monitus, de te cogitabam. quid quæris? non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de me ipso scire fortasse mauis. hæc sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut priuatim, nec in quenquam comitum. nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite. persuasum est omnibus meis seruiendum esse famæ meæ. belle adhuc. hoc animaduersum, Græcorum laude, & multo sermone celebratur: quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere. sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata. reliqua sunt eiusmodi, ut meum consilium sæpe reprehendam, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. o rem minime aptam meis moribus. o illum uerum, ἴσθοι τίσ. dices, quid adhuc? nondum enim in negotio uersaris? nescio, & puto molestiora restare. sed hæc ipsa fero equidem fronte, ut puto, & uultu bellis. sed angor intimis sensibus: ita multa uel iracunde, uel insolenter, uel in omni genere stultitiæ insulse, arroganter & dicuntur, & tacentur quotidie. quæ, non quo te celem, non perscribo, sed quia δυσεκνοίματα sunt. itaque admirabere meam βαθύτητα, cum salui redierimus: tanta mihi μελέτη huius uirtutis datur. ergò hæc quoque hactenus. & si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia, quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem: nec hercule unquam tandiu ignarus rerum mearum fui, quid de Cæsaris, quid de Milonis nominibus actum sit. hac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam: ut sciremus, in Rep. quid ageretur. quare si quid erit, quod scias de his rebus, quas putabis scire me uelle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. quid est præterea? nihil sanè, nisi illud: ualde me Athenæ delectarunt: urbis duntaxat? & urbis ornamentum, & hominum amores in te, in nos quadam beneuolentia, sed multum ea philoso-

phia ἄνω, καὶ κάτω, siquidem est in Aristo, apud quem eram: nam Xenonem tuum, uel nostrum potius Quinto concesseram: & tamen propter uicinitatem totos dies simul eramus inuicem. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas, ut sciam, quid agas, ubi quoque, & maxime quando Romæ futurus sis. Vale.

σχόλια

XV. Cal.) quinis ex ep. seq. & ep. 8. l. 2. fam. colliget. VII. Cal. legendum esse. certe si decem dies Athenis fuit, & prid. Non. Quint. discessit, non uenit. Athenas. XV. Cal. Quint. Pontium) ep. 4. h. l. Iis) uestigijs. Tuis) qua te Athenis ita collocasti, ut sis penè unus ex Atticis, l. 5. de finib. sic Athenis tuis ep. 6. l. 16 & tui Athenienses ep. 13. l. 1. homo Atticus ep. 16. l. 2. Græcus ep. 17. l. 1. Sumptus) fit. ep. 21. h. l. In quemquam) ibid. Nihil accipitur lege Iulia) nihil accipitur, quod etiam lege Iulia liceat accipere. ep. 16. h. l. Persuasum est) à me præsertim, qui ita præcipio ep. sup. Seruiendum esse famæ meæ) omnes enim συμφιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ. ep. 17. h. l. Tibi) qui me currentem sæpe hortaris. ep. sup. Consilium) habendi prouinciam. ep. 4. l. 15. fam. Negotio) prouinciali. Minime aptam) nam clitellæ boui sunt impositæ. ep. 15. h. l. O illum uerum) Aristophanem in Vespis. al. ò illud uerum: quod probari potest, nisi malis legere, ò illum uersum. ἔρδοι τίς) ἔρδοι τίς ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην: hoc est, ut uertit Cicero ipse, quā quisque norit artem, in hac se exerceat. prouerb. Dices, quid adhuc?) molestiæ? Belliss.) bellissime: ut ep. 15. l. 4. hæc quomodo fers? belle mehercule al. bellis, scilicet fronte & uultu. Stultitiæ) al. stulte. Dicuntur) ab hominibus. δυσεκνοίμητα) contraria somno, nam per noctem cura recursat. al. δυσεκκύλλητα, nos, δυσεκκύκλητα, legi commodè posse suspicamur, hoc est, difficilia ad demonstrandum, & quasi per notas significandum. ἐκκύκλημα γὰρ λέγεται μηχάνημα ξύλινον τροχοὺς ἔχον: ὅπερ περιστρεφόμενον, τὰ δοκοῦντα ἔνδον, ὡς ἐν οἰκίᾳ διαπράττεσθαι, καὶ τοῖς ἔξω ἐδείκνυε. λέγω δὴ τοῖς θεαταῖς. Aristoph. interpres in Acharn. βαθύτητα) altitudinem. ep. 6. l. 4. & ep. 1. l. 6. Salui redierimus) ut ep. 14. l. 4. comici sæpe sic loquuntur. μελέτη) cura & exercitatio. Huius uirtutis) βαθύτητος. nam silentij tutum præmium est ita, ut uirtus possit appellari. Datur) à natura. Esses) Roma profectus, ut suspicabar. ep. 7. h. l. Cesaris) ep. 6. h. l. Milonis ep. 8. h. l. Hac) al. hoc, pro huc ueteri more: huc, ego tamen libentius legerem. Quisquā) uenit. Quid est præterea?) quod scribā? sic ep. 15. l. 4. quid aliud noui? Turbæ duntaxat?) al. urbs duntaxat? recte. Amores) al. mores. Philosophia ἄνω καὶ κάτω) Philosophia sursum, et deorsum, idest Academia, quæ nihil affirmat, sed modo huc, modo illuc currit, & uolat. ep. 25. l. 13. prouerb. sursum, ac deorsum. Siquidem est in Aristo) siquidem ea philosophia est in Aristo Antiochi fratre. l. 2. Acad. quæst. Apud quem eram) ut hospes, Tusc. 5. & familiaris. in Brut. Xenonem) al. Zenonem, recte, sic enim scriptum uidemus l. 1. de finib. Tusc. 3 et l. 1. de nat. Deo. Tuum) ut Epicureum. nam Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat. l. 1. de nat. Deor. Nostrum) quē tam diligo, quā tu. ep. seq. Quinto) Q. fratri. Inuicem) Cæsar, Liuius & Oratius utuntur. al. uncti. Vbi quoq;) al. ubi, quoq; tempore.

CICERO ATTICO S. II

HVI, toties ne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? at uero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari potuerint, committam, ut non dem. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quicquid prouideri potest, prouide. nō dici potest, quam flagrem desiderio Vrbis, quàm uix harum rerum in sulsitatem feram. Marcellus sedendi comes, & si ille magistratum non gesserit, erit tamen Transpadanus. ita mihi uidetur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. sed hoc ipse uiderit. Pompeius mihi quoq; uidebatur (quod scribis Varronem dicere) in Hispaniam certe iturus. id ego minime probabam, qui quidem Theophani facile persuasi, nihil esse melius, quàm illud, nusquam illum discedere. ergo Græcus incumbet. ualet autem auctoritas eius apud illum plurimum. ego has prid. Non. Quint. proficiscens Athenis dedi, cum ibi decem ipsos fuissem dies. uenerat Pontius: nam Cn. Volusius aderat Quæstor. tuus unus Tullius aberat. ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid ἐπικώπων. De Parthis erat silentium. quod superest, Dij iuuent nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus. nec mehercule habeo, quod adhuc quem accusem meorum. uidentur mihi nosse nos, nostram causam, & conditionem profectionis suæ. plane seruiunt existimationi meæ. quod superest, si uerum illud est, οἵα ἂν ἡ δέσποινα, certe permanebunt: nihil enim à me fieri ita uidebunt, ut sibi sit delinquendi locus. sin id parum profuerit, fiet aliquid à nobis seuerius: nam adhuc lenitate dulces sumus, &, ut spero, proficimus aliquātum. sed ego hanc, ut singuli dicunt, ἀνεξίαν in unum annū meditatus sum. proinde pugna, ne, siquid prorogatū sit, turpis inueniar. Nunc

redeo ad quæ mihi mandas. in præfectis excusatio. ijs, quos uoles, deferto. non ero tam μετέωρος, quàm in Apuleio fui. Xenonem tam diligo, quàm tu, quod ipsum sentire certò scio. apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia posui: & hercule merito tuo feci: nam mihi is ter dixit, te scripsisse ad se, mihi ex illius literis rem illam curæ fuisse. quod ei pergatum erat. sed cum Patro me cum egisset, ut peterem à uestro Ariopago, ὑπομνηματισμόν tollerent, quem Polycharmo Præt. fecerant: comodius uisum est & Xenoni, me, & post ipsi Patroni, ad Memmium scribere, qui pridie, quàm ego Athenas ueni, Mitylenas profectus erat, ut is ad suos scriberet, posse id sua uoluntate fieri: non enim dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis inuito Memmio impetrari non posset. Memmius autem ædificandi consilium abiecerat, sed erat Patroni iratus. itaquæ scripsi ad eum accurate: cuius epistolæ misi ad te exemplum. Tu uelim Piliam meis uerbis consolere: indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciculum, in quo erat epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi: ualde scripta est συμπαθῶς. Brundusio quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea, tum uidelicet datæ, cum ego me non belle haberem: nam illã νομανδρίαν excusationẽ ne acceperis. cura, ut omnia sciam, sed maxime, ut ualeas.

σχόλια



DARE M.) suspicans te profectum. ep. 7. h. l. Frustra) ep. 5. h. l. Prorogetur) ep. 2. h. l. Desiderio urbis) ep. 15. h. l. Insulsitatem) ut dicere ius Laodiceæ. ibid. Marcellus) M. Claudius Marcellus Cos. ep. 21. h. l. Sedendi) tarditatis. erat enim tardus, & parum efficax. epist. 10. l. 8. fam. Comes) Ser. Sulpitij, qui & ipse cunctator. ibid. Ille) Nouocomensis colonus. quem Marcellus magistratu, quem gerebat, cedere uoluit, ne ciuis Romanus eo modo fieret. Magistratum) Præturam, ut scribit Amppian. l. 2. ut ego puto, IIII uiratum. ep. 2. h. l. Non gesserit) à Marcello prohibitus. Erit) ẽt inuito Marcello, q ut sua lege ciuitatem ad mat, ut refert ad Senatum, non adimet tamen, quin sit colonus. Suet. in Cæs. Transpadanus) Nouocomensis. Videtur) M. Marcellus. Non minus) quàm si plus nocuisset. nam uoluntatem ostendit. Nostro) ep. 16. l. 4. Cæsari) cuius odio id fecit. Videbatur) Tarenti. ep. 6. & 7. h. l. et uidebatur ut ep. 9. l. 4. fingebat enim, ut scribit Dion l. 51. Varronẽ) ut Pompeij amicum. ep. 25. l. 2. & paulò post eiusdem legatum in ulteriore Hispania futurum. l. 2. de bel. ciu. Cæs. Hispaniam) prouinciã suam. ep. 9. l. 4. Minime probabam) ut de Reip. statu solicitus ipso absente. ep. 8. l. 3. fam. atque id ipsum nunc, nam prius in Hispaniam eundum censueram. ep. 6. l. 6. fam. Theophani) ep. 5. l. 2. Illum) Pompeiũ. Græcus) Theophanes ipse Mitylenæus. ep. 7. l. 7. & orat. p Arch. Incumbet) ne Pompeius eat in Hispaniam. Valet) ep. 5. l. 2. Illum) Pompeium. Proficiscens) ep. 8. l. 2. fam. Decem ipsos) sic ep. 21. l. 3. sic Lucian. in Hermot. εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστι. Pontinus) ep. 4. h. l. Nam) iam, libentius lego. Cn Volusius) forte, Q. Volusius. ep. 21. h. l. Aderat Quæstor. Tuus unus Tullius aberat) ego non dubito ita legere: aderat, Quæstor Rufus: unus Tullius aberat. Volusius enim non fuit Ciceronis Quæstor, sed L. Messinius Rufus, ep. 20. 21. & 22. l. 5. fam. quamuis ille quoq; pecunias tractasse uidetur. ep. 21. l. 5. fam. Tullius uero legatus, ep. 4. h. l. possemus tamen etiam ita legere: aderat, Quæstor, tuus unus Tullius aberat, ut Quæstor à Volusio separetur, & tuus Tullius dicatur, ut episto. 24. h. l. ἄφρακτα) naues quasdam non septas. ep. 12. & 13. h. l. aphractus ep. 8. l. 6. Dicrota) al. dicrotum, biremem potes interpretari. Pollux l. 1. ca. 9. ἐπίκωπον) ναυτικόν exponit Aristoph. interpres in fabula, quæ Ἀχαρνῆς inscribitur: unde nos quoq; nauticum, & ad remigandum aptũ, uertere possumus. hinc Phaselum epicopum dixit ep. 18. l. 14. lege Suidam. al. ἐπὶ κόρδη?, unde nobis legeudũ uidetur: ἐπὶ κόρδηι, q. l' uas eẽ scribit Pollux, καπποδοκικόν, βυσικόν, καὶ πηρικόν: Athenæus uero ἀσιατικόν, ut Cicero cũ ioco uerbo regionis, quò nauigabat, utatur, & dicat, se non mõ naues, sed aliqd etiam uini, & uiatici ἐπὶ κόρδηι paratum habere. Silentium) & otium. ep. 14. h. l. Dij iuuent) fortuna iuuet. ep. 9. h. l. Admiratione) et sermone. ep. sup. Habeo, quòd adhuc, quem accusem) al. habeo adhuc, quem accusem. Seruiunt) ep. 10. & 24. h. l. οἵαπερ ἡ δέσποινα) οἵαπερ ἡ δέσποινα, γίνεται δὴ καὶ κύων, qualis domina, est & canis. quales enim sunt dominæ, tales ferè semper sunt catellæ. prouerb. catulæ dominas imitantur. sic si mei me uolent imitari, permanebunt. Sin id parum profuerit) nihil fieri à me ita, ut illis sit delinquendi locus. Singuli dicunt) singuli enim in negotijs difficillimis ita ferè dicere solent, hoc anno saltem tolerabo. ἀνεξίαν) tolerantiam. Vnum annum) qui uelim suo statu maneat. ep. 9. h. l. Pugna) ne prouincia prorogetur. Turpis) si post annum opinionẽ sustinere non potero. quòd si cito decessero, gloria erit illustrior. ep. 17. h. l. Mandas) ep. 7. h. l. In præfectis excusatio. ijs, quos uoles, deferto) in præfectis, quos feci, sit excusatio, ijs addito, & deferto, quos uoles. si in præfectis tibi morem non gessi, ut mandabas, ep. 7. h. l. excusato: sed ad hos deferto, quos uoles, quãquam ita legi posse uidetur: in præfectis excusato ijs: quos uoles deferto. in his præfectis excusato, et alios: quos uoles deferto. uel, in præfectis excusato, trib. quos uoles, deferto: in præfectis excusato, Tribunos, quos uoles, deferto: nisi malit quis legere: in præfectis excusationis, qd' uoles, deferto. μετέωρος) suspensus. ep. 14. l. 15. Apuleio) ep. 8. l. 12. Xenonem) ep. sup. Diligo) quã uis sit Epicureus. Patronem) Epicureum. ep. 1. l. 13. fam. & ep. 2. l. 1. ad Q. fr. Barones) Epicureos, sic dictos, quòd Baro fœmina fuit Philosophiæ dedita, quasi effœminatos, & uoluptarios Philosophos: sed cur Cicero l. 2. de fini. fr. & suos Ba

rones

rones uocet? carrones, si conceditur, legam, hoc est optimos, et, ut uulgo dicimus, bonos uiros, & simplices: Epicureos enim uiros optimos, & minime malitiosos uocat Tusc. 2. et 3. κάῤῥονες uero præstantiores, & meliores dicuntur. Is) Patro. literis) Romam missis. Rem illam) ut Memmium illi placarem, peteremq́; ut nescioquid illud Epicuri parietinarum illi concederet. ep. 1. l. 13 fam. Vestro) Attico. nam & tu Atticus es. ep. 10. h. l. ὑπομνηματισμὸν) decretum sic Areopagitæ uocant. ep. 1. l. 13. fam. Polycharmo Præt.) ἐπὶ ἄρχοντος πολυχάρμου. Memmium) C. Memmium. ep. 1. l. 13 fam. Is ad suos) sic olim nos in Quæstura correximus, quum prius, si ad uos, legeretur. Memmius) & hoc in Quæstura uidebis. Iratus) ita, ut placandus esset. epist. 1. lib. 13. fam. Scripsi) epistolam. 1. lib. 13. fam. Piliam) uxorem tuam. Consolere) discessum tuum ægre ferentem. Indicabo) ne quæras quo pacto eam dolere sciam. Nihil dixeris) ne irascatur mihi, quòd literas resignarim. συμπαθῶς) dolenter. episto. 38. lib. 12. al. συμπαθικῶς. Sine mea) epistola. Non belle haberem) propter incommodam ualetudinem. episto. 8. huius lib. νομαδικὴν) pastoritiam, simplicem, & uulgarem: etsi mihi uideor ad huc nescioquid hoc loco desiderare.

CICERO ATTICO S. 12



EGOTIVM magnum est nauigare, atque id mense Quint. sexto die Delum Athenis uenimus, prid. Non. Quint. á Piræeo ad Zostera uento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit. ad VIII. Id. ab Ceo iucunde. inde Gyarum sæuo uento non aduerso. hinc Scyrum. inde Delum, utroque citius, quám uellemus, cursum confecimus. iam nosti ἄφρακτα Rhodiorum. nihil, quod minus fluctum ferre possit. itaque erat in animo nihil festinare, Delo nec me mouere, nisi omnia ἀκρωτηρίων iura uidissem. De Messala ad te statim, ut audiui, de Gyaro dedi literas, & id ipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium. cui quidem ualde συνηγωνίων. sed tuas de eius iudicij sermonibus, & mehercule omni de Reip. statu literas ex pecto πολιτικώτερον quidem scriptas (quoniam meos cum Thallumeto nostro peruolutas libros) eiusmodi inquam literas, ex quibus ego, non quid fiat (nam id uel Helonius uir gratissimus potest efficere cliens tuus) sed quid futurum sit, sciam. cum hæc leges, habebimus Consules. omnia perspicere poteris de Cæsare, de Pompeio, de ipsis iudicijs. Nostra autem negotia (quoniam Romæ commoraris) amabo te explica. cui rei fugerat me rescribere, de strue salinarum plané rogo. de aqua, siquid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse. quam ego cum mea sponte, tum tuis sermonibus æstimo pluri mi. ergo quid conficies. præterea siquid Philippus rogauit, quod in tua re faceres, id uelim facias. plura scribam ad te, cum constitero. nunc eram plané in medio mari. Vale.

σχόλια



ENSE Quint.) propter nimios calores. Delum) Plin. l. 4. cap. 12. Piræeo) ep. 3. l. 7. Zostera) Promontorium. Strab. l. 9. & Pausan. in Attic. Ab Ceo iucunde) al. ad Ceorum uicum nos, ad Ceum iucunde, legimus. nam perspicue de accessu, non de recessu loquitur. de Ceo Plin. l. 4. cap. 12. Gyarum) Plin. ibid. Scyrum) Plin. ibid. ἄφρακτα) ep. sup. Ferre possit) quum septa non sint. ἀκρωτηρίων,) al. ἀκρωτηρίων, uel ἀκρωτηρίων, obseruationum á promontorijs, ut interpretari posse uideor, ut dicat, se de summis locis uentos obseruaturum sicut Palinurus apud Poetā surgit, & omneis explorat uentos, atque auribus aera captat. Lucian. de mercede conductis inter maris pericula ita cōnumerat: ἴσιον πολλοὶ τὰς τρικυμίας, καὶ ζάλας, καὶ ἀκρωτηρία, καὶ ἐκβολὰς, καὶ ἱστῶν κλάσεις, καὶ πηδαλίων ἀποκαυλίσεις διηγούντες. Messala.) M. Valerio Messala post Consulatum ambitus reo. ep. 2. & 4 l. 8. fam. & Val. Max. l. 5. cap. 9. Et id ipsum) & ad ipsum, libet legere. Hortensium) Q. Hortensium oratorem Messalæ ipsius auunculum, & patronum. Val. Max. ibid. συνηγωνίων) simul timebam, simul dolebam. al. συνηγωνισάμην, opem tuli, quum dedi consilium licet absens. & sanè ἀγὼν, ἀγωνίζομαι, & συναγωνίζομαι, uerba sunt, quæ sæpe Demostenes in iudicijs usurpat. ep. 13. l. 1. πολιτικώτερον) ciuilius, maiore Reip. studio. ep. 6. l. 14. Thallumeto) ep. 11. l. 4. Libros) de Rep. ep. 15. l. 4. Vel Helonius) fortasse, Vennonius. ep. 3. l. 6. Gratissimus) al. gratissimus. Futurum sit) sic ep. seq. & ep. 8. l. 2 fam. Quum hæc) et iam, quum hæc, ex alijs libris legimus. Cōsules) Dess. nam tunc Coss. erant Ser. Sulpitius, & M. Marcellus. ep. 21. h. l. designati uero sunt paulò post L. Aemylius Paulus, & C. Claudius Marcellus. ep. 8. & 12. l. 15. fam. De Cæsare, de Pompeio, de ipsis iudicijs) hæc scripsit Cælius præsertim ep. 8. l. 8. fam. Negotia) quæ mandaui. ep. 5. & 6. h. l. Cui rei) ad quam rem. Salinarum) eadem de re, eodem penè tempore, nisi plane fallor, scripsit ad Volumnium ep. 33. l. 7. fam. Aqua) fortasse crabra. epist. 18. l. 16. fam. Quam ego) al. de aqua, quam ego, ut sit ὑπερκατάληψις. Quid conficies) al. aliquid conficies. Philippus) epi. sequē. Rogauit) rogabit, magis placeat. Constitero) in prouincia aliquo loco. ep. 14. h. l. In medio mari) in Delo.

CICERO ATTICO S. 13

EPHESVM uenimus ad XI. Cal. Sext. sexagesimo, & quinto post pugnam Bouillam. nauigauimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter Aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, priuatorum, & de incredibili multitudine, quae mihi iam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi praesto fuit, aut audisse te puto, aut quid ad me attinet? ueruntamen de Cumanis uenissem cum imperio, Graeci quasi Ephesio Praetori se alacres obtulerunt. ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. sed, ut spero, utemur ea palaestra, quam à te didicimus: omnibusq; satisfaciemus, & eo facilius, quod in nostra prouincia confectae sunt pactiones. sed hactenus, praesertim cum eoenanti mihi nuntiaret Sestius, se de nocte proficisci. Tua negotia Ephesi curae mihi fuerunt: Thermoq;, tametsi ante aduentum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamẽ Philogenem, & Seium Rhodium, & Apollonicensem Xenonem commendaui. omnino omnia se facturum recepit. ego praeterea ratiorem Philogeni permutationis eius, quam tecum feci, edidi. ergo haec quoque hactenus. Redeo ad urbana, Per fortunas (quoniam Romae manes) primum illud praefulci, atque praemuni quaeso, ut simus annui, ne intercaletur quidem deinde exhauri mea mandata, maximeq; siquid potest, de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras: deinde de Caesare: cuius in cupiditatem te auctore incubui, nec me piget. & si intelligis, quàm meum sit scire, & curare, quid in Rep. fiat, fiat autem? immo uero etiam quid futurum sit: perscribe ad me omnia, sed diligentissime, in primisque quid iudiciorum status aut factorum, aut futurorum etiam laboret. de aqua, si curae est, siquid Philippus aget, animaduertes: Vale.

σχόλια.

EPHESVM) ubi triduũ commoratus est. ep.5.l.3.fam. unde profectus uidetur VIII. uel. VII. Cal. Sext. Sexagesimo & quinto) die, ut semper ferè loquitur. Pugnã Bouillan) iudicium de Clodij caede ultra Bouillas. ut scribit Ascon. & Liu facta. nam si à Clodij caede uelis dies numerare, non iam. sexagesimo & quinto, sed centesimo septuagesimo quinto post annum, scribendum erit. ep.1.l.6. Aphractorum) ep.11. h.l. Sami) ep 8.l.3.fam. Ephesi) ep.20.h.l. Verũtamen de Cumanis) al. uerũtamẽ cum de Cumanis. nos ita legendum censemus: quum tamen cum decumanis, hoc est, publicanis, qui ad me Samum uenerant, & me tum prosequebãtur. ep.8.l.3.fam. quàm uero Graeci publicani nomen aspernerentur, quum alibi, tum cognoscitur ep.2.l.6. et ep.1.lib.1. ad Q. fr. & orat. pro L. Flacco his uerbis. Graecis odio sunt nostrae secures: nomen acerbitati: scriptura, decumae, portorium morti. Sed nec lectionem illam reijcio: uerũtamen cum Romanus, ut Romanus Ephesio opponatur. Ostentationes) praesertim de abstinentia. A te) qui me currentem hortatus es. episto.9. & 15. huius libri. Omnibusque) publicanis, & prouincialibus. Pactiones) inter publicanos, & prouinciales de exactionibus. episto. sequen. & episto.1.lib.6. Nunciaret) nunciarit, mallem scribere. Sestius) episto.17. huius lib. Negotia) al. negotiola. Thermo) Quint. Thermo Propraet. episto.18. lib.2. fam. & ep.53.l.13.fam. Tuis) procuratoribus. ep.2.l.11. Philogenem) tuum libertum. ep.10.h.l. Seium) procuratorẽ tuũ. Rhodium) al. tradidi. Xenonem) tuum item procuratorem. ep.36.l.13. & ep.18.l.14. Commendaui) ep.10.h.l. Recepit) Thermus. Permutationis) epist.15.h.l. Intercaletur) ep.9.h.l. Quidem) al. quid. Exhauri) ep.1.h.l. Potest) al. potes. Domestico) propter uxorem iam tum minus obsequentem. epist.2.l.4. uel propter Philotimum libertum in Milonis bonis officio suo minus fungentem. ep.8.h.l. uel potius propter curam collocandae filiae, ep.4 h.l. & ep.6.l.8.fam. ut id etiam significat. ep. seq. & ep.17. & 21.h.l. et ep.1.l.6. et ep.3.l.7. Scrupulum) exhauri. alij, Scrupulo. Caesare) epist.7.h.l. Te autore) episto.5.h.l. al. et in autorem, ut legendum putem: & in amorem. Futurum sit) episto. sup. Quid) al. nunquid. Iudiciorum) episto. sup. Aqua) ibid. Philippus) epist.21.h.l.

CICERO ATTICO S. 14

ANTE, quàm aliquo loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis. cum autem erit spatium, utrunque praestabo. nunc iter conficiebamus aestuosa, & puluerulenta uia. dederam Ephesi pridie. has dedi Trallibus. in prouincia mea fore me putabam Cal. Sext. ex ea die, si me amas, παρέγγελμα ἐνιαύσιον commoueto. tamen interea haec, quae uellem, mihi afferebantur: primum otium Parthicum: deinde confectae pactiones publicanorum: postremo seditio militum sedata ab Appio, stipendiumque eis usque

ad Id. Quint. persolutum. nos Asia accepit admirabiliter. aduentus noster ne numo quidem sumptui fuit. spero meos omneis seruire laudi meæ: tamen magno timore sum: sed bene paramus. omnes iam nostri præter Tullium *tuum uenerunt. erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum, æstiuos menses reliquos rei militari dare, hibernos iurisdictioni.* Tu *uelim (si me nihilo minus nosti curiosum in* Rep. *quàm te) scribas ad me omnia, quæ sint, quæ ue futura sint. nihil mihi gratius facere potes: nisi tamē id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mādaui, confeceris, in primis, quid illud* ἐνδόμυχον. *quo mihi scis nihil esse carius.* Habes *epistolam plenam festinationis, & pulueris. reliquæ subtiliores erunt.* Vale.

σχόλια



ONSEDERO) *constitero ep. 12. h. l.* Dederam) *ep. superiorem.* Pridie) *hoc est* VIII. *uel* VII. *Cal. Sext. ep. sup. ut* VI. *Cal. Sext.* Tralleis *peruenire potuerit. ep. 5. l. 3. fam.* In prouincia) Laodiceæ. *ep. seq. & ep. 5. l. 3. fam.* Putabam Cal. Sext.) *etsi non magni refert, tamen uidendum est, an ex ep. seq. & ep. 5. l. 3. fam. legi ita possit: puto prid Cal. Sext.* παράγγελμα ἐνιαύσιον) *significationem anni: hoc est, signum, & gnomonem, quo declaratur annus: clauom uocat ep. seq.* Commoueto) *ita commutato, ut ex ea die meus annus principium capiat.* Afferebantur) *al. nunciabantur.* Otium Parthicum) *de* Parthis *erat silentium. ep 11. h. l.* Pactiones) *ep. sup.* Appio) *cui succedo. ep. 2. l. 3. fam.* Numo) *al. minimo.* Seruire) *ep. 10. 11. & 17. h. l.* Magno timore sum) *ut esse eodem amore. ep. 5. l. 3.* Paramus) *alij, speramus.* Tullium tuum) *ep. 11. h. l.* Ad exercitum) *ad* Iconium *ep. 5. l. 3. fam.* Mandaui) *ep. 2. h. l.* In primis. quid illud) *in primisque illud, reponerem.* ἐνδόμυχον) *occultum, ep. 21. h. l. domesticum scrupulum uocat ep. sup. al.* ἐν ὁμίλῳ, *in turba, quasi scire cupiat, quæ sit uulgi opinio profectionis suæ. al.* ἐνόμιλον, *quod idem penè significat. legi fortasse possit,* ἀνόμιλον, *secretum, & minime diuulgandum.* Charius) *quid enim charius esse potest filia. ep. sup.*

CICERO ATTICO S. 15



AODICEAM *ueni prid. Cal. Sext. ex hoc die clauon animo uerbis. nihil exoptatius aduentu meo, nihil carius. sed est incredibile, quàm me negotij tædeat. non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi, & industriæ meæ? præclara opera cessent? quipp eius* Laodiceę *me dicere, cum* Romæ A. Plotius *dicat? & cum exercitum noster amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum? exilium. denique hæc non desidero: lucem, forum, urbem, domum, uos desidero. sed feram, ut potero, sim modo annuus. si prorogatur, actum est. uerum perfacile resisti potest, tu modo* Romæ *sis.* Quæris, *quid hic agam: ita uiuam, ut maximos sumptus facio. mirifice delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut uerear, ne illud, quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit.* Appij *uulnera non refrico, sed apprent, nec occuli possunt. iter* Laodicea *faciebam ad* III. Non. *Sext. cum has literas dabam in castra in* Lycaoniam. *inde ad* Taurum *cogitabam, ut cum* Morphagene *signis collatis, si possem de seruo tuo deciderem. clitellæ boui sunt impositæ. planè non est nostrum onus, sed feremus. modo, si me amas, sim annuus. adsis tu ad tempus, ut senatum excites. mirifice solicitus sum, quòd iamdiu ignota sunt mihi ista omnia. quare, ut ad te ante scripsi, cum cætera, tum* Resp. *cura ut mihi nota sit. plura scribam aliàs. tarde tibi redituro, sed dabam familiari homini, ac domestico* C. Andronico Puteolano. *tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris, promagistris scripturæ, & portus, & nostrarum diœcesium.* Vale.

σχόλια.



AODICEAM) *in prouinciam. ep. 21. h. l.* Ex hoc die) *ex ea die. ep. sup.* Clauom) *de more prisco loquens, more prisco clauom, non clauum dixit. & clauum annalem significat, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut ita numerus colligeretur annorum. autores sunt Sext.* Pompeius, *&* Liu. *l. 7.* παράγγελμα ἐνιαύσιον *ep. sup. uocauit.* Animo uerbis) *amouebis, uel, commouebis, ut ibid. omnino legendum est.* Non habeat) *al. ne non habeat. sine interrogatione, quod placet.* Cessent?) *al. cesset.* A. Plotius) *suo anno Prætor. nam duobus ante annis* Aedilis *uidetur fuisse orat. pro* Cn. Planc. Exercitum) *ep. 18. h. l. reliquiàs exercitus* M. Crassi *à* C. Cassio Quæstore *conseruatas, ut scribit* Patercul. *& legiones in* Syriam *decretas, ep. 17. l. 2. fam. quin Senatus ei habere delectum in* Asia *permisserat. ep. 1. l. 15. fam.* Amicus) M. Bibulus. ἐρωτικῶς. *ep. 17.*

l.2. fam. nisi quis malit referre ad Pompeium, uel Cæsarem, qui tunc ambo exercitum habebant. Habeat, tantum me) *al. habeat tantum, me, ut tantum exercitum coniungas.* Nomen) *non igitur legiones integras.* Duarum legionum) *duodecim millium peditum, duorumq; millium, Sexcentorum equitum, ut scribit Plutarc.* Legionum exilium) *al. legionum exilium: ut tanto exercitui, κατὰ ἀντίθετον, legiones exiles opponat.* Hæc) *exercitum. & reliqua id genus.* Desidero) *nam flagro desiderio urbis. ep. 11. h. l.* Sim modo annuus) *al. sit modo annuum, ut negotium, uel tale quid adiungat, quod mihi maxime placet, quòd & Cicero ita frequentius loquitur, & uerba, feram, & prorogatur, ita uidentur postulare.* Resisti) *ne prorogetur.* Præceptis tuis) *ep. 9. & 13. h. l. & ep. 1. l. 6. ὑπελεύσματα uocat.* Permutari) *ep. 13. h. l.* Appij) *ep. sup.* Vulnera) *ep. seq prouerb. refricare cicatricem.* Lycaoniam) *ep. 4. l. 15. fam.* Taurum) *ep. 18 & 21. h. l.* Cum Morphagene) *cum Orphane, libenter legerem. Orphanes enim nomen est Parthicum, ut ostendit Iosephus. l. 1. cap. de bel. Iud. & in litera sæpe in sequentis uerbi naturam corrumpitur, ut docet Quint. l. 8. cap. 3. hinc in orat. pro. C. Rabirio Posthum. quum legeretur: Classem Marchilei timeret, nos, Classem Archelai timeret, correximus, & Paulo Manutio Venetijs ostendimus. al. Mophragene, ut uideatur legendum. Moeragene. ep. 1. l. 6.* Seruo tuo) *fortasse, Democrito ibid.* Deciderem) *al. decernerem. & iocatur.* Clitellæ boui sunt impositæ) *prouerb.* Plane) *al. illinc! ut sit locus ex aliquo poeta sumptus.* Non est nostrũ onus) *prouerb.* Sim annuus) *al. sit annuus. ego malim legere, ut paulò ante: sit annuum, ut, onus annuum, dicat.* Adsis tu ad tempus) *al. at si tu ad tempus. at si tu ad tempus affueris, res bene succedet.* Scripsi) *præsertim ep. 12. & 13. h. l.* Plura scribam aliàs) *quum aliquo loco consedero. ep. sup* Tarde tibi redditurο, sed dabam familiari homini) *hasce literas dabam homini, qui tibi eas tarde redderet, sed dabam ut familiari. sic ep. 1. l. 7.* Dare) *literas ad me.* Promagistris) *ut Promagistro, ep. 10. l. 11. sic Procoss.* Scripturæ) *διαγραφῆς, uel διαγράμματος. sic enim uocant Græci publicanorum acta, & perscriptiones.* Portus) *portorij.* Nostrarum dioecesium) *decumarum, quæ per nostras dioeceses exiguntur. Videtur enim Cicero significare, quod in orat. pro L. Flacc. & pro lege Manil. scribit: uectigal ex scriptura, ex portu, & ex decumis conseruari. dioeceses uero Cicero plures habuit. ep. 67. l. 13. fam.*

CICERO ATTICO S. 16



ETSI in ipso itinere, & uia discedebant publicanorum tabellarij, & eramus in cursu: tamen surripiendum aliquid putaui spatij, ne me immemorem mandati tui putares. itaque subsedi in ipsa uia, dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem. Maxima expectatione in perditam, & planè euersam in perpetuum prouinciam nos uenisse scito prid. Cal. Sext. moratus triduũ Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade. audiuimus nihil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια soluere non posse: possessiones omnium uenditas: ciuitatum gemitus, ploratus, monstra quędam non hominis, sed feræ nescio cuius immanis. quid quæris? tædet omnium nos uitæ. leuantur tamen miseræ ciuitates, quod nullus fit sumptus in nos neq; in legatos, neq; in Quęstorẽ, neq; in quẽquã. scito non modo nos fœnũ, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec, præter quatuor lectos, & tectum, quenquam accipere quicquam, multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex uicis, ex domibus omnibus. mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. itaque opiniones omnium superauit. Appius, ut audiuit nos uenire, in ultimam prouinciam se coniecit Tarsum usque. ibi forum agit. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ij, qui ueniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere. id autem facere ob eam causam dicebant, quòd tardius uellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. Vale.

σχόλια



PVBLICANORVM *tabellarij) ut ep. sup.* Mandati tui) *ut sæpe ad te scriberem.* Prid. Cal. Sext.) *ep. sup.* Triduum Laodiceæ) *biduũ ep. 20. h. l. & ep. 4. l. 15. fam.* Triduũ Apameæ) *quinq; dies. ep. 10. h. l. quatriduum, ep. 4. l. 15. fam.* Totidem dies) *triduum. ibid.* Synnade) *Synnadis. ibid.* ἐπικεφάλια) *tributa in singula capita. exactionem capitum uocat ep. 8. l. 3. fam.* Possessiones) *al. ὠνάς, emptiones. ep. 4. l. 6.* In quenquam) *comitum. ep. 10. h. l.* Lege Iulia) *quam Iulius Cæsar cum M. Bibulo Consul tulit, qua de sæpe meminit in orat. in Pis. ep. 10. h. l.* Ligna) *quæ parochi debent. Orat. Saty. 5. l. 1.* Superauit) *Cicero.* Forum agit) *ep. seq. & ep. 6. & 8. l. 3. fam.* De Partho) *de Parthis. ep. 11. h. l.* Bibulus) *qui nũc est in Asia. ep. 1. l. 15. fam.* Ne cogitabat quidem) *quòd timeret. ep. 8. l. 6. al. nunciabatur quidem.* Prouinciam suam) *Syriam ep. 18. h. l.* In castra) *in Lycaoniam ep. sup.*

CICERO ATTICO S. 17

ACCEPI Romæ sine epistola tua fasciculum literarum. in quo, si modo ualuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. hanc epistolam dictaui sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, ab quibus aberam bidui. paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: ita que eò me seruaui. Nos tamen, etsi hoc te ex alijs audire malo, sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruntius insumatur in quenquam. id fit etiam & legatorum, & Tribunorũ, & præfectorũ diligentia: nã omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσι gloriæ meæ. Lepta noster mirificus est. sed nunc propero. perscribam ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Deiotarus filius, qui Rex ab senatu appellatus est, secum in regnum, dum in æstiuis nos essemus. illum pueris locum esse bellissimum duximus. Sestius ad me scripsit, quæ tecum esset de mea domestica, & maxima cura locutus, & quid tibi esset uisum. amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid & possit, & tu censeas. idem scripsit Hortensium de proroganda nostra prouincia dixisse nescio quid mihi in Cumano, diligẽtissime se, ut annui essemus, defensurum, receperat. si quicquam me amas, hunc locum ama. dici non potest, quàm inuitus à uobis absim. & simul hanc gloriam iustitiæ, & abstinentiæ fore illustriorem spero, si cito decesserimus. id quod Scæuolæ contigit, qui solos nouem menses Asiæ præfuit. Appius noster, cum me aduentare uideret, profectus est Tarsum usque Laodicea. ibi forum agit, cum ego sum in prouincia. quam eius iniuriam non insector: satis enim habeo negotij in sanandis uulneribus, quæ sunt imposita prouinciæ. quod, do operam, ut faciam quamminima illius contumelia. sed hoc Bruto nostro uelim dicas, illum fecisse non belle, qui aduentu meo, quàm longissime potuerit, discesserit. Vale.

σχόλια.

PHILOTIMI) ep.4.l.2. qui, quum literas mitteret, te, nũquid uelles, rogare debebat. In castra) in Lycaoniam. ep.15.b.l. Bidui) ep. sup. In quẽquam) comitum. ep.10.b.l. Tribunorum) Mil. συμφιλοδοξοῦσιν) simul studiosi sunt gloriæ: simul seruiunt. sic enim uidetur ipse quasi interpretari ep.10.& .14.b.l. Lepta) præfectus fabrũ. ep.7.l.3. fam. & ep.21.l.5. fam. Noster) ep.1.l.6. & .18. & .19.l.6. fam. Cicerones) ep. seq. et ep.20.b.l. Deiotarus filius) uiuebat enim adhuc pater. Philip.11. Rex) Armeniæ. Philip.2. et.11. Secum) duxit. In regnum) suum. Sestius) P. Sestius, pro quo extat oratio. Scripsit) postquã Romam uenit. ep.13.b.l. Domestica, & maxima cura) ibid. Possit) fieri. Nescioquid) bonam sentẽtiam. ep.8.l.3. fam. Cumano) ep.2.b.l. Receperat) promiserat. ibid. Ama) al. muni, ut præmuni. ep.13.b.l. Dici nõ potest) non dici potest. ep.11.b.l. Illustriorem) al. iustiorem. Cito) finito anno, in quem ἀντιζίαν meditatus sum. ep.11.b.l. Scæuolæ) Q. Mutij Scæuolæ Pont. de quo ita scribit Ascon. in Verr.4. Q. Mutius Asiam singulariter rexerat adeo, ut dies festus à Græcis in honorem eius constitueretur, qui diceretur Mutia. Val. Max. l.8 cap. ultimo. publicanos offendit. ep. longa ad Lentul. ex. eius edicto Cicero quædam transtulit. epist.1.l.6. Forum agit) ep. sup. Vulneribus) ep.15.b.l. Contumelia) ep.1.l.6. Bruto) M. Bruto ipsius Appij genero ep.4.l.3. fam. & in Brut.

CICERO ATTICO S. 18

QVAM uellem Romæ esses, si forte non es: nihil enim certi habebamus, nisi accepisse nos tuas literas ad XIIII. Cal. Sext. datas, in quibus scriptum esset, te in Epeirum iturum circiter Cal. Sext. sed siue Romæ es, siue in Epeiro, Parthi Euphratem transiuerunt duce Pacoro Orodis Parthorum Regis filio, cunctis referto copijs. Bibulus nõ dũ audiebat esse in Syria. Cassius in oppido Antiochia cũ oĩ exercitu. nos in Cappadocia ad Taurũ cum exercitu ad Cybistra. hostis in Cyrrhestica, quæ Syriæ pars ꝓxima est ꝓuinciæ meæ. his de rebus scripsi ad senatum. quas literas, si Romæ es, uidebis putes ne reddendas: & multa, immo omnia. quorum κεφάλαιον, ne quid inter cæsa, & porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis: nobis enim hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, præsertim fidelium, certissimum subsidium est hyems, ea si uenerit, nec illi ante in meam prouinciam transierint. unum uereor, ne senatus ꝓpter urbanarum rerum metum Pompeium nolit dimittere, quod si alium ad uer mittit, non laboro. nobis modo temporis ne quid prorogetur. hæc igitur, si Romæ es, sin abes, aut etiam si ades, hæc negotia

sic se habent. stamus animis, & quia consilijs, ut uidemur, bonis utimur, speramus etiam manu. tuto consedimus, copioso à frumento, Ciliciam propè conspiciente, expedito ad mutandum loco, paruo exercitu, sed, ut spero, ad beneuolentiam erga nos consentiente: quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copijs duplicaturi eramus. socijs multo fidelioribus utimur, quàm quisquam usus eēt: quibus incredibilis uidetur & nostra mansuetudo, & abstinentia. delectus habetur ciuium Romanorum. *frumentum ex agris in loca tuta comportatur. si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. quare bono animo es: uideo enim te, &, quasi corām adsis, ita cerno* συμπάθειαν *amoris tui. sed te rogo, si ullo pacto fieri poterit, si integra in senatu nostra causa ad Cal. Ian. manserit, ut Romæ sis mense Ianuario. profecto nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis. amicos* Consules *habemus, nostrum* Trib. pl. Furniū. *uerum tua est opus assiduitate, prudentia, gratia. tempus est necessarium. sed turpe est me pluribus uerbis agere tecum.* Cicerones *nostri sunt apud Deiotarum: sed, si opus erit, deducentur* Rhodum. *Tu, si es Romæ, ut soles, diligentissime: si in Epeiro, mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, ut & tu, quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidq; acturus sis, scire possimus.* Ego *tui* Bruti *rem sic ago, ut suam ipse non ageret. sed iam exhibeo pupillum, neque defendo: sunt enim negotia & lenta, & inania. faciam tamen satis, tibi quidem, cui difficilius est, q̄ ipsi: sed certe satisfaciam utrique.* Vale.

σχόλια

EVPHRATEM)*episto.21.h.l. Transiuerunt)episto.1.l.15.fam.* Pacoro)*ibid. et ep.9.lib.14.* Orodis)*Orodæ, ep.21.h.l. Orodi. ep.1.l.15. fam. in libris manuscriptis. Referto)al. ferè, quod ualde placet, & quòd ep.1.l.15. fam. cum omnibus ferè suis copijs, dixit: & quòd non memini me legere, Ciceronem alibi ita locutum esse.* Bibulus)*ep.16.h.l.* Cassius)*C. Cassius olim M. Crassi Quæstor. ep.15.h.l.* Antiochia)*ep.20.h.lib. al. Antiochiæ, ut Verr.3. Lampsaci ciuitas: sic poeta dixit, Vrbem Patauī: & Pindar.* ἐν ἄστει πετραίας *od.13. Olymp.* Cybistra)*ep.2.&.4.l.15. fam.* Cyrhestica)*ep.21. h.l. Cyristica, Strab. l.15. Cyrrestica, Plin. l.6. cap.8. et Ptolem. l.5. cap.15.* Scripsi)*epistolam.1 &.2.l.15. fam.* Ei multa)*uidebis, puidebis.* κεφάλαιον)*caput. prouerb.* Inter cæsa, & porrecta)*interuallo, quod solet esse inter exta cæsa, & porrecta, quo Prætori fari licebat, & flamen Dialis auspicans uindemiam, uinum legebat. Varr. de ling. lat. prouerb. ostendit autem Cicero, se uereri, ne interea, dum de mittendo Pompeio in Parthos agitur, neque tamen mittitur, aliquid sibi oneris, aut temporis addatur. Pompeius quidem literis significabat, suū negotium illud fore, ep.1.l.6. al. inter cæsa, et proiecta, ut etiam apud Varr. legitur: etsi scio. quid scribat Macrob.* Infirmitate exercitus)*ep.15.h.l.* Fulelium)*ep.1.l.15. fam.* Hyems) *quo tempore iure gentium bella conquiescunt. orat. pro Rabir. Posth.* Illi)*Parthi.* Vrbanarum rerum)*nouarum rerum. ep.21.h.l.* Metum)*à Cæsare, & à Cæsarianis. ep.4.5.& 8.l.8. fam.* Pompeium)*cui Cæsar ex Gallia duas legiones remiserat, quæ ex S.C. deberent ad Parthicum bellum duci. Hirtius l.8. de bel. Gall.* Dimittere)*nec ad bellum Parthicum, nec usquàm. ep.21.h.l. & ep.10.l.8. fam.* Alium)*Procos.* Mitti)*Senatus.* Hæc igitur)*cura.* Speramus etiam manu)*al. speramus. Et in Amano.* Tutò)*al. tute.* Copioso)*exercitu.* A frumento)*al. frumento.* Ciliciam)*quam pars hæc Cappadociæ attingit. ep.20.h.l.* Conspiciente)*exercitu.* Expedito)*exercitu.* Loco) *al. locum. recte. ut enim cætera loco conueniant, rectius certe, præterquam quòd* ὑπέρβατον *uitatur, conspiciens, & expeditus exercitus, quàm locus dicitur.* Suis omnibus copijs) *ep.1.l.6. & ep.4.l.15. fam.* συμπάθειαν)*condolentiam. ep.14.l.4. erat talis etiā Cælij* συμπάθεια *ep.5.&.10.l.8. fam.* Iniuriæ) *qua afficerer, siquid temporis prorogaretur.* Consules)*Dess. L. Aemylium Paulum, & C. Claudium Marcellum. ep.8.&.12.l.15. fam.* Nostrum)*ep.2.h.l.*, Trib. pl.)*Dess.* Cicerones)*ep. sup.* Deducentur)*& deducti sint. ep.7.l.6.* Diligentissime)*res cura.* Tui) *amici. ep.1.l.6.* Bruti)*M. Bruti. ep. sup.* Rem)*de pecunijs à Rege exigendis ep.1.l.6.* Ago)*cū Ariobarzane. ibid.* Exhibeo)*ut olim Ser. Galba C. Sulpitij Galli filium exhibuit. l.1. de orat. & in Brut. qđ faciebant etiam Græci, ut ostendit Plat. in apolog. & Aristoph. in Plut. & Vesp.* Pupillum) *Brutum tanquàm pupillum uel pupillum Regem, cuius tutelam gero. epist.1.l.6. ago quidem igitur, sed nihil proficio.* Lenta)*nihil enim Rex soluit. episto.1.lib.6.* Inania) *nihil enim est illo regno spoliatius, nihil Rege egentius. ibid.*

CICERO ATTICO S. 19

OBSIGNARAM *iam epistolam, eam, quam puto te modo perlegisse scriptam mea manu, in qua omnia continentur, cum subito* Appij *tabellarius ad* XI. Cal. Oct. *septimo quadragesimo die* Roma *celeriter (hui tam lōge) mihi tuas literas reddidit: ex quibus non dubito, quin, ut* Pompeium *expectaris, dum* Arimino *rediret, etiam in* Epeirum *profectus*

sis:

fis:magisq; uereor, ut scribis, ne in Epeiro solicitus sis non minus, quam nos hic sumus. De Atiliano *nomine scripsi ad Philotimũ, ne appellaret Messalam. Itineris nostri famam ad te peruenisse lętor, magisque lætabor, si reliqua cognoris Filiolam tuam tibi iam Romæ iucũdam esse gaudeo: eamque, quam nunquam uidi, tamen & amo, & amabilem esse certo scio. etiam atque etiam uale.* De Patro*ne, & tuis condiscipulis, quæ de Tarentinis in militia laborasti, ea tibi grata esse gaudeo.* Quòd scri*bis libenter, repulsam tulisse eum, qui cum sororis tuæ filij patruo certaret: magni amoris signum: itaque me etiam admonuisti, ut gauderem: nam mihi in mentem non uenerat. non credo, inquis. ut libet: sed planè gaudeo, quonam* τὸ νεμεσᾶν *interest* τοῦ φθονεῖν. Vale.

σχόλια



PISTOLAM eam) superiorem. Mea manu) sic ep.15.l.14. Appij) iã Romam reuersi. epis.8.& 9.l.3.fam. al. appellit, ut Apelles legatur, qui fuit libertus, ep.26.l.7.fam. Apellam quoque mitti cupit Plancus ep.17.l.10.fam. quin Apelles Ciciorum cognomen fuit, ut in ueterum monimentis legitur, ut fortasse L.Cincius significari possit. ep.5.l.1. Celeriter) (hui iam longe) mihi tuas literas. al. celeriter uit. iam longe mihi tuas literas. Vnde facile adducimur, ut totum locũ ita legamus. tabellarius ad XI.Cal. Oct. (Septimo quadragesimo die Roma celeriter uat iam longe) mihi tuas literas reddidit. nam & , iuit, in omnibus ferè libris legitur, & omnino melius, iuit Roma, quàm reddidit Roma dicimus. VI) quũuis, uel postquàm. alij tamen legunt: tu, et paulò post, & iam. Arimino) quò iuerat ad exercitum. epist.4.l.8.fam. Attiliano) fortasse epis.1.h.l. Philotimũ) ep.4.l.2. Ne appellaret) ne, si quo tempore reus est, & in sordibus, & tandem condemnatus, nummos ab eo petam, amici officio minus fungi uidear. ep.4.l.8.fam. Messalam) ep.12.h.l. Filiolam) Cæciliam ep.4.l.6. uel Atticam, ep.1.l.12. Romæ) quum tu nunc, ut reor, sis in Epeiro. Nunquàm uidi) nondum natam, uel foris educatam. Sed nec illa me uidit. ep.1.l.6. Vale. De Patrone, & tuis cõdiscipulis.) al. uale patrone, et tui condiscipuli, ut Atticum, qui res suas curet, patronum uocet. nobis etiam ita legi posse uidetur: ualet Patron, et tui condiscipuli? uel, uale. Patrône, et tui condiscipuli? ut quærat, an ualeãt, ab Attico, qui quũ in Epeiro esset, et fortasse etiam Athenas profectus, id scire poterat. Patro uero, & Patron etiã in recto casu dicitur. ep.2.l.7. per condiscipulos autem significat Epicureos, quos Barones uocauit ep.11.h.l. & sanè Cicero, & Q. frater Atticum: ut deditum Epicuro insectari solebant l.5. de finib. potuit tamen etiam significare Q. Hortensium, & L.Torquatum. Nep. in Attic. uita. Tarentinis) præfectis uel Tarentinis uere, uel de quibus Tarenti cum Pompeio egimus. ep.7.h.l. quam rẽ coniungit etiam nescioquo pacto cum Epicureis ep.11.h.l. quòd si de præfectis loquatur, rectè dixerit, se in militia laborasse. Scribis libenter) tanquàm rem, quam scias mihi gratam fore. ego tamen malim, libenter cum uerbo tulisse coniungere, ut, quum de Catone loquatur, id significet, quod scribit Plin. quum M.Catonem repulsis gaudentem uocat. Repulsam) in petitione Consulatus. Liu.l.108. sed Cicero secundam, nisi fallor, repulsam significat L.Paulo, & C.Marcello competitoribus. Eum) M.Catonem, et si potest etiam significare C.Hirrum suum Auguratus competitorem, qui & ipse in petitione Aedilitatis his temporibus repulsam tulit. ep.3.& .9.l.8.fam. Sororis tuæ) Pomponiæ. ep.4.l.1. Filij) Q. Ciceronis. ep.2.l.2. Patruo) mihi. ep.8.l.6 Certaret) quippe quum se soleat etiam anteferre. ibid. & inuidere. ep.3.l.7. Magni amoris signum) quum scribas id de eo, quem mihi purgare soles. ep.15.l.3. Non uenerat) gaudere. Non credo) in mentem non uenisse. τὸ νεμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν) indignari interest ab inuidendo. sic enim quidam uertunt. & sanè Aristoteles l.2. ad Theodect. oñdit plurimũ interesse inter indignationẽ, & inuidiã ita tñ, ut φθόνος σύνεγγυς τε καὶ ταὐτὸν ὂν τῷ νεμεσᾶν quãdoque uideatur, quòd indignatio ad inuidiam proxime accedat. Quare ego ita soleo uertere: indignari interest, & pertinet ad inuidiam: præsertim quum & usus latine loquendi sic postulet, & Cicero hoc prorsus dicere uideatur: se gaudere, nõ etiã indignari, propterea quòd indignari sit inuidentis, non eius cui inuidetur.

CICERO ATTICO S. 20



ATVRNALIBVS *mane se mihi Pindentissæ dediderunt septimo, & quinquagesimo die, postq̃ oppugnare eos cœpimus. qui (malũ) isti Pindentissæ? q sunt? inqes: nomen audiui nũq̃. qd ego faciam? non potui Ciliciam, Aetoliam, aut Macedoniam reddere. hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negolia geri potuisse. quæ cognosce* ἐν ἐπιτομῇ: *sic enim concedis mihi proximis literis. Ephesum ut uenerim, nosti, qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate, qua nihil me unquam delectauit magis. inde oppidis, his, quæ erant, mirabiliter accepti, Laodiceam prid. Cal. Sext. uenimus. ibi morati biduum, perillustres fuimus, honorificisque uerbis omneis iniurias reuellimus superiores. quod* Dein *Apameæ quinque dies morati, Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Iconij decem fecimus. nihil ea iurisdictione æquabilius, nihil lenius, nihil grauius. inde ad castra ueni ad* VII. Cal. Sept. ad III. *exercitum lus*

straui apud Iconium.ex his castris,cum graues de Parthis nuntij uenirent, perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam,quæ Ciliciam attingit.eo consilio,ut Armenius Artauasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent.cum dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abesse,Ciliciæ magis imminere.itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauripylas:Tarsum ueni ad III.Non.Oct.inde ad Amanum * *contendi,qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit,qui mons erat hostium plenus sempiternorum.hic ad III.Id.Oct.magnum numerum hostium cecidimus.castella munitissima nocturno Pontini aduentu,nostro matutino cepimus,incendimus:imperatores appellati sumus.castra paucos post dies habuimus,ea ipsa,quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander imperator haud paulo melior,quàm aut tu,aut ego.ibi dies quinque morati,direpto,& uastato Amano inde discessimus. interim(scis enim quædam πανικὰ dici,item τὸ κενὰ τοῦ πολέμου) rumore aduentus nostri & Cassio,qui Antiochia tenebatur,animus accessit,& Parthis timor iniectus est.itaque eos cedenteis ab oppido Cassius insecutus,rem bene gessit.qua in fuga magna auctoritate Osaces dux Parthorum uulnus accepit,eoque interijt paucis post diebus.erat in Syria nostrum nomen in grratia. uenit interim Bibulus.credo,uoluit appellatione hac inani nobis esse par.in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.at ille cohortem primam totam perdidit,centurionemq; primipili nobilem sui generis Asinium Dentonem, & reliquos cohortis eiusdem, & Sex.Lucilium T. Gauij Cepionis locupletis,& splendidi hominis filium,Tribunum mil.sanè plagam odiosam acceperat cum re, tum tempore.nos Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit(feri homines,& acres,& omnibus rebus ad defendendum parati)cinximus uallo,& fossa,aggere maximo,uineis,turre altissima,magna tormentorum copia,multis sagittarijs.magno labore,apparatu, multis saucijs nostris,incolumi exercitu negotium confecimus.hilara sanè Saturnalia. militibus quoque equis exceptis, reliquam prædam concessimus.mancipia uenibant Saturnalibus tertijs,cum hæc scribebam in tribunali,res erat ad HS CXX. hinc exercitum in hiberna agri male paccati deducendum Quinto fratri dabam. ipse me Laodiceam recipiebam:hæc adhuc.sed ad præterita reuertamur.

Quod me maxime hortaris, & quod pluris est, q̃ omnia,in quo laboras, ut etiam Ligurino μώμῳ satisfaciam:moriar,si quicquam fieri potest elegantius.nec tamen ego hanc continentiam appello,quæ uirtus uoluptati resistere uidetur.ego in uita mea nulla unquam uoluptate tanta sum affectus,quanta afficior hac integritate.nec me tam fama,quæ summa est, quam res ipsa delectat. quid quæris? fui tanti:me ipse non noram:nec satis sciebam,quid in hoc genere facere possem.rectè πεφυσίωμαι. nihil est præclarius.interim hæc λαμπρά. Ariobarzanes opera mea uiuit, regnat: ἐν παρόδῳ, consilio, & auctoritate,& quòd insidiatoribus eius ἀπρόσιτον me,non modo ἀδωροδόκητον præbui, Regem, regnumq; seruaui.interea è Cappadocia ne pilum quidem.Brutum abiectum,quantum potui,excitaui,quem non minus amo,q̃ tu, penè dixi q̃ te.atque etiam spero toto anno imperij nostri teruntium sumptus in prouincia nullum fore.habes omnia.nunc publice literas Romam mittere parabam. uberiores erunt,q̃ si ex Amano misissem.at te Romæ non fore? sed est totum,quid Cal.Martij futurum sit:uereor enim,ne,cum de prouincia agetur, si Cæsar resistet,nos retineamur.his tu si adesses, nihil timerem. Redeo ad urbana,quæ ego diu ignorans ex tuis iucundissimis literis ad V.Cal. Ian.denique cognoui.eas diligentissime Philogenes libertus tuus curauit perlonga, & non satis tuta uia perferendas. nam quas Lenij pueris scribis datas, non acceperam. iucunde de Cæsare, & quæ senatus decreuit,& quæ tu speras.quibus ille si cedit,salui sumus. Incendio Pletoriano ꝙ Leius adustus est,minus moleste fero. Luceius de Q.Cassio cur tam uehemens fuerit,& quid actum sit,aueo scire. Ego cum Laodiceam uenero,Quinto sororis tuæ filio togam puram iubeor dare,cui moderabor diligentius. Deiotarus,cuius auxilijs magnis usus sum,ad me,ut scripsit,cum Ciceronibus Laodiceam uenturus erat. Tuas etiam Epeiroticas expecto literas, ut habeam rationem non

modo

modo negotij, uerum etiam otij tui. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur: quem, ut puto, Romam cum literis publicis mittam, ut & diligentius perferantur, & idem ad me certa de te, & à te referat. Alexis quòd mihi toties salutem adscribit, est gratum. sed cur non suis literis idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quæritur κέρας. sed hæc hactenus. Cura, ut ualeas, & ut sciam, quando cogites Romam. etiam atque etiam uale. Tua, tuosq; Thermo & præsens Ephesi diligentissime commendaram, & nunc per literas: ipsumq; intellexi esse perstudiosum tui. Tu uelim, quod antea ad te scripsi, de domo Pammenis, des operam, ut, quod tuo, meoq; beneficio puer habet, cures nequa ratione conuellatur. utrique nostrum existimo, tum mihi erit pergratum.

σχόλια



SATVRNALIBVS) XIIII. Cal. Ian. Nomen audiui nunquam) usque adeo est ignobile. sic ep. 10. l. 2. fam. ad summam gloriam nihil mihi deest, nisi nomen oppidi. Ciliciam) ut P. Seruilius, & tandem Pompeius. Liu. l. 93. & 101. Oros. l. 5. & cap. 23. & Flor. l. 3. cap. 6. Aetoliam) ut M. Fuluius Nobilior. Liu. l. 37. & 38. & Patercul. l. 2. Macedoniam) ut L. Aemylius Paulus. Liu. l. 45. & Plutar. Reddere) quasi uincere, & uincendo populo Ro. ut debitas prouincias reddere. Hoc exercitu) tam paruo. ep. 15. & 18. h. l. Potuisse) sine socijs quos mea mihi abstinentia fideles reddidi, ep. 18. h. l. & eorum auxilia uoluntaria comparaui. p. 4. l. 15. fam. ἐν ἐπιτομῇ) in concisa breuitate, summatim. Concedis) nam nisi concederes, non scriberem, ne arroganter de me scribere uiderer. Nosti) ex ep. 13. h. l. Erant) in itinere, ut Tralles. ep. 14. h. l. Prid. Cal. Sext.) ep. 15. h. l. Biduũ) triduum. ep. 16. h. l. atque cæteri quoque dies ita sunt hic scripti, & ep. 4. l. 15. fam. ut dicendum sit, uel Ciceronem hac in parte obliuiosum fuisse: uel ibi tantum integros, hic, præter integros, dimidiatos etiam accessus, & recessus dies numerasse: nisi forte hic rem, ut erat, uoluit scribere, ibi pauciores dies ponere, ut diligentiam suam M. Catoni magis probaret. & sanè ratio dierum, quos tunc habebat Sextilis, hic omnino melius subducitur, ut à nobis deinceps est subducta. biduum igitur, ad IIII. Non. Sext. Honorificisq; uerbis) quum in omneis, tum in publicanos. ep. 1. & 2. l. 6. Superiores. quod. dein Apameæ) al. superioris. Deinde Apameæ. al. superioris. quod idem Apameæ. nos cupimus legere, uel, superioris quinquennij. Apameæ: uel, superioris quadriennij. Apameæ: ut lustrum, quo de scribit ep. 2. l. 6. & ep. 13. l. 2. fam. significet: quod nec totos quinque annos cõplectitur, sed quatuor, quod docet Ouid. l. 2. Fast. & Plutarch. in Lucull. de publicanis loquens, scribit, omne æs alienũ ante quadriennium fuisse persolutum: unde penè apparet, morem fuisse, ut Asiatici per quadriennũ publicanis satisfacerent. hinc ep. 4. l. 15. fam. inq. ciuitates tributis, usuris, et ære alieno liberaui. Quinque dies) ad VIII. Id. Sext. Triduũ) ad V. Id. Sext. Philomeli) ep. 8. l. 3. fam. Quinque dies) ad XVII. Cal Septemb. Decem) ad VII. Cal. Sept. quo die ad castra uenit. Fecimus) F. egimus, hoc est, forũ egimus, legendũ esse, q̃ sequuntur, possunt ostendere. Ad castra) in castra, ep. 4. l. 15. fam. Auxilij) præsertim ab Antiocho Rege Cõmageno missi. epist. 3. et. 4. l. 15. fam. Artauasdes) sic uocatur à Paterc. Artuasdes ep. 2. l. 15. fam. Dies quinque) triduum. ibid. Cybistra) ep. 18. h. l. Habuissem) propter rationem belli. epist. 4. l. 15. fam. Imminere) quum non longe ab eius finibus essent. Pylas) Q. Curtius l. 3. Aquarũ diuortio) iugo, unde pluuiæ aquæ aliæ aliò defluunt. ep. 10. l. 2. fam. Cecidimus) al. occadimus. Pontini) ep. 4. h. l. Cepimus) hæc omnia pluribus explicat epist. 4. l. 15. fam. Imperatores) ep. 10. l. 2. fam. Issum) ibid. Alexander) Magnus. πανικά) repentinos terrores. ep. 3. l. 14. et ep. 5. l. 16. prouerb. panicus casus. τὰ κενὰ τοῦ πολέμου) inania belli. al. τινὰ κενὰ τοῦ πολέμου, quædam inania belli. prouerb. multa in bellis inania. Cassio) ep. 18. h. l. Antiochia) al. Antiochiæ. ibid. Gessit) Frontin. l. 2. cap. 5. strateg. feliciter ab Antiochia hostem reiecit, ep. 10. l. 2. fam. Osaces) Dion l. 40. Oros. l. 6. cap. 13. Osagen uocat. Dux) Pacori Regis adhuc pueri nomine. Dion l. 40. Nostrũ nomẽ) ep. 10. l. 2. fam. Venit) post hostes ex tota Syria reiectos, qđ docet Dion ante tamen uenisse ostendit ep. 8. l. 6. unde dicendum est, reiectos ab Antiochia. ep. seq. Appellatione) Imperatoris. Inani) ep. 4. 5. & 6. l. 15. fam. Laureolam) triumphum. ep. 10. l. 2. fam. al. loreolam. Mustaceo) libo, quo describit Cato. cap. 121. cũ lauri folia subijciebant, quam mustacem Leneus appllabat, at docet Plin. unde Cicero ioci materiam cepit. prouerb. Laureolam in mustaceis quærere. Perdidit) amisit. ep. 6. l. 8. fam. Primipili) Veget. l. 2. cap. 8. & 21. Pindenissum) ep. 10. l. 2. fam. Eleutherocilicum) ἐλευθερῶν κιλίκων. nam scribit Plin. in illis locis populos plures liberos fuisse. ep. 4. l. 15. fam. aggere) aggeribus. ep. 10. l. 2. fam. Hilara) propter uictoriam. Saturnalibus tertijs) XII. Cal. Ian. ep. 51. l. 13. ostẽdit enim Macrob. ex autoritate ueterum, saturnalia per triduum etiam celebrari solita fuisse. In tribunali) ubi eram, quando hæc scripsi. Res) manubiæ. HS. CXX.) al. HS. CCXX. Male pacati) ep. 4. l. 15. fam. Laodiceam) quo peruenit III. Id. Feb. ep. seq. Hortaris) ep. 9. h. l. Ligurino) ep. 9. l. 11. nisi decipior, μώμῳ) Momo, tanquàm Momo. prouerb. Momo satisfacere. Fui tanti) al. fuit tanti, ut fit, res ipsa fuit tanti, ut me nunc cognoscam. πεφυσίωμαι) inflatus, & elatus sum. ep. 16. l. 2. al. πεφείσμαι, abstinens fui. rectius fortasse legi posset, πέπεισμαι, parui. abstinentia enim fuit admirabilis ex præceptis tuis ep. 13. & 15. h. l. λαμπρὰ) splendida. Ariobarzanes) ep. 4. l. 15. fam. ἐν παρόδῳ) in diuerticulo. Dum enim ad Cybistra propter belli rationem commoror, à proposita ratione ad hoc ipsum quasi diuerti. ἀδωροδόκητον) muneribus incorruptum. sed quoniam hoc uerbum in ueteribus libris non inuenitur, uidendum est, an totus locus ita legi debeat. insidiatoribus eius ἀπρόσιτον me modo non præbui, idest non prorsus quidem, sed μονονουχὶ, & propemodum ἀπρόσιτον *

præbui. Cappadociæ)ubi castra tunc habebant ad Cybistra.ep.18.h.l. Ne pilum quidem)abstulimus. sed uel hic ambitus post sequentem ponendus,uel sequens suo loco non esse positus uidetur. Brutum)M. Brutum. Abiectum)ex animo Regis, qui pecuniam non curet.ep.1.l 6.nam Romæ tunc Brutus erat.ep.7.l.3.fam. & Appium defendit in Brut. Excitaui)apud Regem contendens ab eo,ut talenta,quæ pollicebatur,daret.ep.1.l.6. Amo)id ostendunt libri tot illi postea dicati. Quam te) προσονομασία. Terumtum sumptus)ep.seq. Vberiores erunt) capto iam Pindenisso, & alijs rebus additis.ep.9. l.3. fam.has pollicetur ep.10.l.2.fam. Foret)ad tempus.ep.15.h.l.al. fore,ut uerbum desideres, doleo, uel tale quid. Futurum sit)de prouincijs,de quibus ex S.C.ad Cal. Mart.referendum est.ep.8.l.8. fam. Resistet)parabit absens, qui Senatum decernere non patiantur.ibid. Retineamur)in prouincia.aliquis enim existet,qui nisi libere liceat de omnibus prouincijs decernere Senatui,reliquas ipediat.ep.5.l.8.fam. Philogenes)ep.13.h.l.et ep.2.l.6. Lenij)ep.seq al.Lennij. Decreuit)ep.8. l.8.fam. Pletoriano)Pletorij uicini tui.ep.18.l.15. Leius adustus est)iudicent docti, an legendum sit:leuius adustus es.sat uicinus. Lucceius)ut Pompeianus .ep.12.l.9. Q.Cassio)ut Cæsariano.ep.3.l.7. Laodiceam) quò me recipiebam.paulò ante. Quinto)Q.Ciceroni.ep.2.l.2. Puram)uirilem,quam Græci ἀπόρφυρον, idest sine purpura,uocant:quæ sexto decimo ætatis anno uel circiter dabatur,quum ad eam diem prætextam ferrent.ep.4.l.9. Iubeor dare) à Q.fratre.ep.1.l.6. Cui moderabor)quòd frenis egeat.ibid.hinc illo regendo negotij satis habeo.ep.2.l.6. Auxilijs) ep.18.h.l. Ciceronibus) quos secum habet in regno.ep.17.h.l. Nicanor)ep.3.h.l. Alexis)Platonis est epigrãma l 3.epigram. Græc.de puero Alexide,unde nomẽ hoc Atticus,& Virgilius accepisse uideri possunt. Meus ad te Alexis)Tiro,cuius imago est Alexis.ep.7.l. 12.& ep.2.&.7.l.7. Phemio)cantori,qualis est Phemius apud Homer.ὀδυσσ.α.uel potius ut ep.seq.ita tamen,ut in eo nomine iocetur.κέρας)cornu,quo canat.ep.1.l.6. Tua)negotia.ep.13.h.l. Tuosq;)procuratores.ibid. Thermo)ibid. Pãnenis)al.Pammeni.al.Parmeni.sed nos alijs hanc historiam quærendam relinquimus. nescioquid tamen episto.2. lib.6. Conuellatur)al.auellatur.

CICERO ATTICO S. 21



TE IN Epeirum saluum uenisse,& ut scribis,ex sententia nauigasse, uehementer gaudeo.non esse Romæ meo tempore pernecessario, submoleste fero. hoc me tamen consolor,quod non spero te istic iucunde hyemare,& libenter requiescere. Cassius frater Q.Cassij familiaris tui pudentioreis illas literas miserat,de quibus tu ex me requiris, quid sibi uoluerint,quàm eas,quas postea misit,quibus per se scribit confectum esse Parthicum bellum.recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, sed nullo nostro ἐνημερήματι. hodie uero hyemant in Cyrbestica,maximumq; bellum impendet:nam & Orodę Regis Parthorum filius in prouincia nostra est:nec dubitat Deiotarus,cuius filio pacta est Artauasdis filia (ex quo sciri potest)quin cum omnibus copijs ipse prima æstate Euphratem transiturus sit.quo autem die Cassij literæ uictrices in senatu recitatæ sunt,idest Non.Oct. eodem meæ tumultum nuntiantes. Axius noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse:illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatæ:quas certo scio plenas timoris fore.ex ijs rebus hoc uereor,ne cum Pompeius propter metum rerum nouarum nusquam dimittatur,Cæsari nullus honos à senatu habeatur,dum hic nodus expediatur,non putet senatus,nos ante,quàm successum sit,oportere decedere,nec in tanto motu rerum tantis prouincijs singulos legatos præesse.hic, nequid mihi prorogetur,quod ne intercessor quidem sustinere possit,horreo,atque eo magis, quod tu abes, qui consilio,gratia, studio multis rebus occurreres. sed dices me ipsum mihi solicitudinẽ struere.cogor:& uelim ita sit. sed omnia metuo.& si bellũ ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistola,quam dedisti nauseans Buthroto. * TIBI, ut uideo,& spero,nulla ad decedendum mora.mallem,Vt uideo.nihil opus fuit,Vt spero.acceperam autem satis celeriter Iconij per publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas. in his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi nullam fore. deinde addis, siquid secus,te ad me fore uenturum. pungunt me dubitationes tuæ. simul & uides,quas acceperim literas. nam quas Hemoni centurioni Scamulæ ipse scribis te dedisse, non accepi. Lenij pueris te dedisse, sæpe ad me scripseras.eas Laodicæ denique, cum eò uenissem, III.Id. Febr. Lenius mihi reddidit,datas ad X. Cal. Oct. Lenio tuas commendationes & statim uerbis,& re aliquo tempore probabo.hæ literæ cætera uetera habebant:unum hoc nouum de Cibyratis pantheris. Multum te amo, quòd respondisti M.Octauio, te non putare.sed posthac omnia, quæ certa non erunt,pro certo negato:nos enim & nostra sponte bene firmi,& mehercule auctorita

te tua inflammati uicimus omneis (hoc tu ita reperies) cum abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. caue putes quicquam homines magis unquam esse miratos, quàm nullum teruntium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse nec in Remp. nec in quenquam meorum, præterquam in L. Tullium legatum. is cæteroqui abstinens (sed Iulia lege transita, semel tamen in diem, non, ut alij solebant, omnibus uicis: præter eum semel, nemo accepit) facit, ut mihi excipiendus sit, cum teruntium nego sumptus factum: præter eum accepit nemo. has à nostro Q. Titinio sordes accepimus. Ego æstiuis confectis, Quintum fratrem hibernis, & Ciliciæ præfeci. Q. Volusium tui Tiberij generum, certum hominem, sed mirifice abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset, ne ciues Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent: nam euocari ex insula Cyprios non licet. ipse in Asiam profectus sum Tarso Non. Ian. non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciæ ciuitatum, maximeque Tarsensium. postea uero, quàm Taurum transgressus sum, mirifica expectatio Asiæ nostrarum diœcesium, quæ sex mensibus imperij mei nullas meas acceperat literas, nunquam hospitem uiderat. illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæstu, ciuitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. Cypry talenta Attica CC. qua ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed uerissime loquor) numus nullus me obtinente erogabatur. ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi uerborum, decerni sino: statuas: tæna, τέθριππα prohibeo. nec sum in ulla alia re molestus ciuitatibus, sed fortasse tibi, qui hæc prædicem de me. perfer, si me amas: tu enim me hæc facere uoluisti. iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. quacunque iter feci: nulla ui, nullo iudicio, nulla contumelia, auctoritate, & cohortatione perfeci, ut & Græci, & ciues Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. Idib. Febr. quo die has literas dedi, forum institueram agere Laodiceæ Cibyraticum, & Apamense: ex Idib. Mart. ibidem Synnadense. Pamphylium, quum Phemio dispiciam κέρας Aonium, Isauricum: ex Idib. Maij in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur. uelim tranquille à Parthis. Quintilis, si erit, ut uolumus, in itinere est per prouinciam redeuntibus consumendus: uenimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpitio, & Marcello Coss. prid. Cal. Sext. inde nos oportet decedere ad IIII. Cal. Sext. primum contendam à Quinto fratre, ut se præfici patiatur: quod & illo, & me inuitissimo fiet: sed aliter honeste fieri non potest, præsertim cum uirum optimum Pontinum ne nunc quidem retinere possim: rapit enim hominem Posthumius Romam, fortasse etiam Posthumia. habes consilia nostra: nunc cognosce de Bruto. Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum, ex Cypro M. Scaptium, & P. Matinium, quos mihi maiorem in modum commendauit. Matinium non noui. Scaptius ad me in castra uenit. pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salaminij pecuniam soluerent: egit gratias. præfecturam petiuit: negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam: Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum: quid dicam Torquato in Lenio tuo? multis alijs? si præfectus uellet esse syngraphæ causa, me curaturum, ut exigeret. gratias egit: discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret, & eundem habuerat præfectum. uexabat Salaminios: ego equites ex Cypro decedere iussi. moleste tulit Scaptius. quid multa? ut ei fidem meam præstarem, cum ad me Salaminij Tarsum uenissent, & una Scaptius, imperaui, ut pecuniam soluerent. multa de syngrapha, de Scaptij iniurijs: negaui me audire: hortatus sum, petiui etiam pro meis in ciuitatem beneficijs ut negotium cóficerẽt. denique dixi me coacturum. homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere: quod enim Prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare, atque etiam minus esse aliquanto in Scaptij nomine, quàm in uectigali prætorio collaudaui homines. recte, inquit Scaptius: sed subducamus summam. interim cum ego in edicto translatitio, centesimas me obseruaturum, haberem, cum anatocismi anniuersario, ille ex syngrapha postulabat IIII. quid

*ais,inquam? possum ne contra meum edictum? at ille profert S.C. Lentulo, Philippoq; Coss. ut qui Ciliciam obtineret, ius ex illa syngrapha diceret. cohorrui primo: etenim erat interitus ciuitatis. reperio duo S.C. iisdem Coss. de eadem syngrapha. Salaminij, cum Romæ uersuram facere uellent, non poterant, quód lex Gabinia uetabat. tum ij Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare uolebant, si sibi S.C. caueretur. fit gratia Bruti S.C. ut nè ue Salaminijs, nè ue qui eis dedisset, fraudi esset. pecuniam numerarunt, & postea uenit in mentem fœneratoribus nihil se iuuare illud S.C. quòd ex syngrapha ius dici lex Gabinia uetaret. tum fit S.C. ut & ea syngrapha esset, quàm cæteræ, sed ut eodem. * cum hæc disseruissem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere, sed illos putare talenta CC. se debere, ea se uelle accipere, debere aũt illo paulo minus, rogat, ut eos ad CC. pducã. optime, inquã. uoco illos ad me remoto Scaptio. qd uos? quãtũ, inq̃, debetis? respõdẽt CVI. refero ad Scaptiũ. hõ clamare. quid opus est, inquam? rationes conferatis. assidunt: subducunt: ad numum conuenit. illi se numerare uelle: urgere, ut acciperet. Scaptius me rursus seducit: rogat, ut rem sic relinquam. dedi ueniam homini impudenter petenti, Grçcis querẽtibus: ut in Fano deponerent, postulantibus, non concessi. clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contẽtus non esset: alij, nihil stultius. mihi autem impudens magis, quàm stultus uidebatur: nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. habes meam causam: quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus: sed auunculo eius certe probabitur, præsertim cum S.C. modo factum sit, puto postquam tu es profectus, in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. hoc quid intersit, si tuos digitos noui, certe habes subductum, in quo quidem ὁδοῦ πάρεργον. Luceius M.F. queritur apud me per literas, summum esse periculum, ne culpa senatus his decretis res ad tabulas nouas perueniat. commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cum dieculam dixerit, nunquam Resp. plus. sed ad rem redeo. meditare aduersus Brutum causam meam, si hæc causa est, contra quam nihil honeste dici potest, præsertim cum integram rem, & causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. De ἐνδομύχῳ, probo idem, quod tu, Posthumiæ filiæ, quoniã Pontidia nugatur. sed uellem adesses. à Quinto fratre his mensibus nihil expectaris: nam Taurus propter niueis ante mensem Iuniũ transiri non potest. Thermum, ut rogas, creberrimis literis fulcio. P. Valerium negat habere quicquã Deiotarus Rex, eumq; ait à se sustentari. Cum scies Romæ intercalatum sit, nec ne, uelim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. literas tuas minus paulo expecto, quàm si Romæ esses, sed tamen expecto. Vale.

σχόλια.



IN Epeirum) ep. 7. h. l. Saluum uenisse) sic comici loquũtur. Meo tempore) quo de mea prouincia si agẽdum præsertim Cal. Mart. ep. sup. Requiescere) & ideirco Romã cogitare, ut id consequi possis. Cassius) ep. 18. h. l. Q. Cassij) ep. sup. Illas literas) bellum, non uictoriam significantes. ep. 10. l. 8. fam. Quàm eas) ineptas. ep. 1. l. 6. Recesserant illi) Parthi, quos cedentes Cassius ipse insecutus est. ep. sup. Ante Bibuli aduentum) ep. 3. l. 15. fam. ἐυημερήμασι) prospero diei facto. sic ἐυημερίαν ep. 14. l. 9. Cyrhestica) ep. 18. h. l. Orodæ) al. Orodis. ibid. Filius) Pacorus. ibid. Nostra) Romana, hoc est, Syria: uel mea, cui Cyrhestica pars Syriæ ita proxima est, ut in mea prouincia esse uideri possit. ep. 18. h. l. Filio) Deiotaro. ep. 17. h. l. Artauasdis) ep. sup. Sciri potest) quippe quum Artauasdes Parthis sit uicinus, & fortasse amicus. ep. 2. l. 15. fam. Ipse) Rex Orodes. ep. 1. l. 6. Meæ) literæ. 1. uel. 2. l. 15. fam. Axius) Senator. ep. 14. l. 4. Illis) Cassij literis. Erant allatæ) ep. 1. l. 6. Meum) ep. 15. h. l. Rerum nouarũ) rerum urbanarum. ibid. Dimittatur) à senatu. ibid. Habeatur) quum M. Marcellus, quod scribit Suet. tulerit, ut ei succederetur ante tempus, & ne absentis ratio haberetur. Nodus) difficultas de prouincijs decernendi. ep. 5. & 8. l. 8. fam. prouerb. nodum soluere. Decedere) sed retineri. ep. sup. Legatos) quos prouincijs præficere solent ij, qui ante, quàm successum sit, decedunt. ep. 6. l. 6. & ep. 15. l. 2. fam. Ita sit) ut mihi solicitudinẽ struam, quæ uera non sit. bellum ἀκροτελεύτιον) bellam conclusionem. Tibi, ut uideo, & spero, nulla ad decedendum erit mora) hoc est illud belliẽ ἀκροτελεύτιον epistolæ Attici: in quo placet hoc, ut uideo, quia certum est: displicet illud, ut spero, quia incertum est. Lentuli) P. Lentuli, ut nos coniicimus: quod & ipse Ciliciæ præfuerat, et ut lib. 1. fam. cognoscitur, imperator fuerat appellatus. Triumpho) in id temporis dilato. γλυκύπικρον) dulce amarum: & dulce quidem, dum scribis, nullam mihi moram forè ad decedendum: sed amarum, dum addis, siquid secus: in quo dubitas. ut in illo, ut spero. & est ὀξύμωρον. Fore uenturum) al. esse uenturum: quod placet. nam frequens hoc, illud rarum al. forte uenturum. Pungunt) al. angunt. utrunq; probari potest.

Dubitationes tuæ)duæ præsertim illæ:ut spero.siquid secus. Lenij)M. Lenij Strabonis:nisi me coniectura fallit.ep.1.l.6.& ep. sup.M.Varr.l.3.cap.5.de re rust al. Lennij,ubique. Venissem)post saturnalia profectus:ep. sup. Cybiratis pantheris) ep.1.l.6. M. Octauio)ibid. Non putare)me missurum. Certa)al. recta. Autoritate tua)ex præceptis tuis ep.15.h.l. Terunnum)ep. sup. Sumptus factum)al. sumptum factum,ut sit dictum,nullum teruncium sumptum factum, ut illud ep 2.l. 6.nullus sumptus factus est,ne teruncius quidem. Meorum)comitum.ep.10.h.l. L.Tullium)ep.11.h.l. Legatum)ep.4.l.15. fam. Is cæteroqui) etsi lectionem hanc non reijcio,non adeo tamen,cur locus hic totus non ita,ut prius, & legi possit, & intelligi in cæteris qui abstinens se,Iulia lege transita,semel tamen in diem,non ut alij solebant omnibus uicis,præter eum semel,nemo accepit:hoc sensu.nihil sumptus factum est in quenquam meorum,præterquam in Tullium legatum,qui etsi in cæteris rebus se abstinuit,semel tamen in diem aliquid præter id,quod lege Iulia dari solet,accepit,non ut superiores legati, qui in omnibus uicis,& ob id sæpius in diem accipere solebant. παρένθεσις igitur sic erit omittenda. de lege porrò Iulia ep. 16.h.l. Facit)al.hic facit. Q.Titinio)ep.4.l.2.& ep.16.l.7.qui nobis hunc Tullium commendauit. Præfecti) ep. sup. Q.Volusium)ep.11.h.l. Tui Tiberij generum)aliàs fortasse hanc rem inueniemus. Sed mirifice)& mirifice, mallem legere. Cyprum)nam Procos.idem Ciliciam,& Cyprum tenebat.ep.6.l.1. fam. Non licet) fortasse iure societatis.Flor.l. 3.cap.9.etsi Rex socius non fuerat appellatus. orat.pro Sest. Dioecesium)ep.15.h.l.& ep.67.l.13.fam. ὑπερβολικῶς) supra modum,nimium,cum ueritatis superlatione. Erogabatur)al. erogabitur. Statuas)quas sibi decerni Verres sinebat, atque adeo uolebat.Verr.4. Fana)hus facilè assentior,qui legunt, fana.nam Suet.in August.testis est templa etiam Proconsulibus decerni solita fuisse:nisi quis ζώαρα.idest signa,malit legere. τέθριππα) quadrigas. nam Græci celetas dicabant in sacris uictores,postea uero & qui bigis,uel quadrigis uicissent.Plin.l.34.cap.5. Voluisti)quum me hortatus es.ep.9.h.l. uel potius concessisti.ep.sup. Optanda fuerit)nisi fuisset,ut hanc gloriam consequi possem,ut omnes frumentum pollicerentur. Cybiraticum)Plin.l.5.cap.28. Apamense)Plin.l.5.cap.29. Synnadense)ibid. Pamphylium) Plin.l.5.cap. 27. Quum Phemio dispiciam κέρας Aonium, Isauricum)al.cum Sessameno dispiciam κέρατα omnium, Isauricum. Vide,an ita legi possit.Cum Phemio dispiciam κέρας Ionium,Isauricum:ut ita dicat:comite Phemio usum Ioniæ,quæ post Basilicum aliquot se ambagibus quasi cornu sinuat, fines,& Isauricos,ut utrobique ius dicam. Videtur enim κέρας posuisse pro iurisdictione,uel potius præfectura procul remota,cuiusmodi fortasse quærebat Phemius.ep.sup.& ep.1 l.6.ita tamẽ,ut ad nomen Phemij,qui cantor est apud Homer.respiciat. In Ciliciam)statui proficisci.ep.13.l.2.fam. Redeuntibus)Romam uersus. Sulpitio,et Marcello Coss.)ep.8.l.8.fam. Prid.Cal.Sext.)ep.15.h.l. IIII.Cal.Sext.)III.Cal.Sext.ep.3.l.6. Q.fratre)ep.6.l.6. Inuitissimo)ep.3.l.6.& ep.15.l.2.fam. Pontinium) ep.4.h.l.& ep.3.l.6. Posthumius) fortasse sororis frater. Posthumia) uxor,ut putamus. Bruto)de re M.Bruti.ep.18.h.l. Tuus) ibid.al.tuos.alij,duos. Creditores)epist.1.l. 6. Negotiarii)in mea prouincia.ibid. Ostenderam)ibid. Probaram)ibid. Torquato.ibid. In Lenio)ibid.& paulò ante.al.de M.Lenio. Tuo)ibid. Turmas)ibid. Iussi)ibid. Fidem)quam dederam, me curaturum, ut exigeret. Imperaui) & quidem præter æquum,& uoluntatem meam,sed hæc omnia Bruto dedi.ep.1.l.6. Beneficijs)præsertim remisso uectigali pretorio,paulò post,multisque rebus utiliter constitutis.ep.48 l.13.fam. A me)quasi de meo. Pretori) τῷ ἄρχοντι uidetur enim uertisse uerbum,quo usi sunt Græci,à quibus ἄρχων ὁ ἡγεμὼν uocatur:sed & Romani ueteres,Asconio autore,omnem magistratum,cui pareret exercitus,Prætorem appellabant:hinc Cicero Bibulum.ep.17.l.2.fam. Prætorem,ep. uero.1.& 3.l.15 fam.Procos.uocat.sic Hircius Allienũ de bel.Afr. Vectigali prætorio)quod Pretori hoc est Procos.solebant,ne milites in Hyberna reciperent.paulò ante. Translitiuo)ep.8.l.3.fam.præsertim ex Q.Mutij edicto Asiatico) ep.1.l.6. Centesimas)usuras,quæ duodenos nummos annuos in singulos centenarios pariunt. Haberem) scriptum.al.dicerẽ. Anatocismi anniuersario)fortasse melius,anatocismo anniuersario,ut etiam uidemur legisse.paulò post.al.Antiochi anniuersario:ut dicat,se edixisse,ut præter centesimas,id etiam exigeretur,quod olim Antiochus Rex in singulos annos exigebat. Ille)Scaptius. IIII.)quaternas.s.usuras:paulò post,& ep.1.l.6. S.C.)factũ. Lẽtulo, Philippoq; Coss.)e.2.l.4. Ciuitatis) Salaminorũ. S.C.)facta. Lex Gabinia)ep.2.l.6. Ii)Scaptius, et Matinius. Dare) pecuniã. Volebãt) ut fœneratores. Fœneratoribus)ipsis Scaptio,et Matinio. Vetaret)e.2.l.6. Vt et ea syngrapha eẽt,q̃ cæteræ,sed ut eodẽ.)al.eodẽ.at ex ea syngrapha eẽt,q̃ cæteræ eẽnt,sed ut eodẽ nos ex cõiectura ita legimus:ut e.2.ea syngrapha eẽt,quo cæteræ eẽnt,sed ut eadẽ; hoc est,ut eodẽ iure ea syngrapha eẽt,quo cæteræ essent, sed ut eodem:ut repetat,eodem,quò magis rem exprimat,hoc mõ, sed ut eodem,non etiam meliore.ep.2.l.6. Illos)Salaminios. Illo)illo nomine.al.eos. Opus est) clamare. Conuenit) inter Scaptium,& Salaminios. Græcis)Salaminijs. Quærentibus)quòd res sic relinqueretur. Deponerent)ne cogerentur amplius usuras soluere:& ita usura cõsisteret.ep.1.l.6. Anatocismo)renouato in singulos annos fœnore.ep.1.& 3 l.6.de quo Lucianus ἐν τῷ τῶν βίων πράσει sic scribit, τῶν τόκων οἱ μὲν εἰσὶ πρῶτοι τινὲς,οἱ δὲ δεύτεροι,καθάπερ ἂν τῶν ἐκείνων ἀπόγονοι. ab Aristoph.uero in Nub. τόκοι τόκων uocantur. Contentus erat)sic collige:nõ erat contentus,non bono igitur nomine sperabat.erat igitur impudens.est enim argumentum ex disiunctionibus. Illum)Brutum amore nostro indignum,si rem non probet iustam. Auunculo) M.Catoni.ep.2.l.6. Probabitur)ut uiro iustissimo,& Stoico.orat. pro Muræn. Perpetuo fœnore)sine anatocismo,& singulorum annorum renouatione. ep.1.et.3 l.6. Digitos)quibus ueteres, ut docet Beda,rationes subducere solebant. In quo).S.C. ὁδοῦ πάρεργον) uiæ præter opus, præter propositum & rem:unde paulò post, sed ad rem redeo,inquit.et ideo κατὰ παρένθεσιν legendum uidetur,ut ad Ciceronem,non autem ad Lucceium referatur,ep.1.l.7.sic propè παρὰ τὴν ἱστορίαν ep.10.l.13.et παριστορῆσαι ep.1.l.6. Luceius M.

F.)ep.3.l.7. Tabulas nouas)quibus pecuniæ creditæ creditoribus cõdonari solent. χρεῶν ἀποκοπὰς.ep.10.l.7. Olim) cum Bibulo Consul. Mali)epi.16.l.2. C.Iulius)Cæsar. Dieculam dixerit)non uereor,quam legi oporteat: dieculam dixerit:quam Cæsar ut popularis diem ad soluendum creditoribus constituetam distulerit,præsertim quum facere id posset etiam ut Pontifex.Censor. Nunquã Resp.plus)nũquã Resp.plus mali passa est,quàm illo tẽpore.ep.16.l.2.sed usus est ἀπροσωπήσει, ne offenderet. Domestica)ep.13.h.l. ἐνδομύχῳ) occulto.ep.14.h.l. Posthumiæ filiæ)si ueteres libri adiuuarent, libenter legerem:possumus Seruiliæ, scilicet assentiri.ep.1.l.6. Põtidia)ibid. Adesses)Romæ. Q.fratre)Hybernis,et Ciliciæ præfecto.paulò ante. Fulcio)tua,tuosq; commendans.ep.13.& 20.h.l. P.Valerium)Pinarium uidetur uocare epis.1.l.6. Intercalatum sit)ep.9.h.l. Mysteria)Romana.ep.1.l.6. Futura sint)nam,quando intercalabatur,ita stati dies mouebantur,ut postea non esset notum omnibus præsertim absentibus,in quem diẽ mysteria inciderent.de Græcis ep.25.l.15.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER SEXTVS

CICERO ATTICO S. 1



CCEPI *tuas literas ad quintum terminalia Laodiceæ, quas legi libentissime, plenissimas amoris, humanitatis, officij, diligentiæ. ijs igitur respondebo: sic enim postulas: nec* οἰκονομίαν *meam instituam, sed ordinem conseruabo tuum.* Recentissimas *à* Cybistris *te meas literas habere ais ad* X Cal. Oct. *datas: & scire uis, tuas ego quas acceperim. omneis ferè, quas commemoras, præter eas, quas scribis* Lentuli *pueris &* Equotutico, *&* Brundusio *datas. quare non* οἴχεται *tua industria, quod uereris, sed præclare ponitur, siquidem id egisti, ut ego delectarer: nam nulla re sum delectatus magis.* Quòd *meam* βαθύτητα *in* Appio *tibi, libertatem etiam in* Bruto *probo, uehementer gaudeo: ac putaram secus:* Appius *enim ad me ex itinere bis, terue* ὑπομεμψιμοίρους *literas miserat, quòd quædam à se constituta rescinderem. ut si medicus, cum ægrotus alij medico traditus sit, irasci uelit ei medico, qui sibi successerit, si, quæ ipse in curando constituerit, mutet ille: sic* Appius, *cum* ἐξ ἀφαιρέσεως *prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam,* προσανατρεφομένην *eam à me non libenter uidet, sed modo succenset, modo gratias agit: nihil enim à me fit cum ulla illius contumelia. tantummodo dissimilitudo meæ rationis offendit hominem: quid enim potest esse tam dissimile, quàm illo imperante exhaustam esse sumptibus, & iacturis prouinciam, nobis eam obtinentibus, numum nullum esse erogatum nec priuatim, nec publice? quid dicam de illius præfectis? comitibus? legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumelijs? nunc autem domus mehercule nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quàm nostra tota prouincia. hanc non nulli amici* Appij *ridicule interpretantur, qui me iccirco putent bene audire uelle, ut ille male audiat, & recte facere non meæ laudis, sed illius contumeliæ causa. sin* Appius, *ut* Bruti *literæ, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit: non moleste fero: sed tamen eo ipso die, quo hæc ante lucem scribebam, cogitabam eius multa inique constituta, & acta tollere.* Nunc *uenio ad* Brutum, *quem ego omni studio te auctore sum complexus, quem etiam amare cœperam. sed dico reuocaui me, ne te offenderem: noli enim putare me quicquam maluisse, quàm ut mandatis, facere, nec ulla de re plus laborasse. mandatorum autem mihi libellum dedit: ijsdemque de rebus tu mecum egeras. omnia sum diligentissime persecutus. primum ab* Ariobarzane *sic contendi, ut talenta, quæ mi-*

bi pollicebatur

bi pollicebatur, illi daret. quoad mecum Rex fuit, perbono loco res fuit. post à Pompeij procuratoribus sexcentis premi cœptus. Pompeius autem cum ob cæteras causas plus potest unus, quàm cæteri omnes, tum quòd putatur ad bellum Parthicum esse uenturus. ei tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoq; die talenta Attica XXXIII. & hoc ex tributis. nec id satis efficitur in usuram menstruam. sed Cneus noster clementer id fert: sorte caret: usura, nec ea solida, contentus est. alij neq; soluit quicquam, nec potest soluere: nullum enim ærarium, nullum uectigal habet. Appij instituto tributa imperat. ea uix, in fœnus Pompeij quod satis sit, efficiunt. amici Regis duo, tres ue perdiuites sunt: sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego, aut tu. equidem non desino tamen per literas rogare, suadere, accusare Regem. Deiotarus etiam mihi narrauit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere: & mehercule ego ita iudico. nihil illo regno spoliatius, nihil Rege egentius. itaq; aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scæuola, fœnus, & impēdium recusare. ego tamen quas per te Bruto promiseram præfecturas, M. Scaptio, & L. Gauio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli: nec enim in prouincia mea negotiabantur. tu autem meministi nos sic agere, ut, quot uellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori. duas ei præterea dederam: sed ij, quibus petierat, de prouincia decesserant. Nunc cognosce de Salaminijs, quod uideo tibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi: nunquam enim ex illo audiui, illam pecuniam esse suam: quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est Salaminij pecuniam debent M. Scaptio, & P. Matinio familiaribus meis. eos mihi commendat. adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse à se pro ijs magnam pecuniam. confeceram, ut soluerent centesimis sexennij ductis cum renouatione singulorum annorum. at Scaptius quaternas postulabat. metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres: nam ab edicto meo recessissem, & ciuitatem in Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam, meisque beneficijs ornatam, funditus perdidissem. atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse: quod nec mihi unquam Brutus dixerat, nec tibi: etiam ut præfecturam Scaptio deferrem. id uero per te exceperamus, ne negotiatori: quòd si cuiquam, huic tamen non: fuerat enim præfectus Appio, & quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine obsederat, ut fame senatores quinque morerētur. itaque ego, quo die tetigi prouinciam, cum mihi Cyprij legati Ephesum obuiam uenissent, literas misi, ut equites ex insula statim decederent. his de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. sed tamen hoc sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decerne, qui in tota prouincia singulas obseruarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur, si præfecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Lenio, Pompeio ipsi in Sex. Statio negaui, & ijs probaui, si equites deductos moleste feret: accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, sed multo maiorem, non esse eum talem, qualem putassem. illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. addo etiam illud, quod uereor tibi ipsi ut probem: consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo: deponere uolebant: impetraui ab Salaminijs, ut silerent. ueniam illi quidem mihi dederunt. sed quid ijs fiet, si huc Paulus uenerit? sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas literas scripsit. ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινονοήτως solet scribere. tu autem uelim ad eum scribas de his rebus, ut sciam quomodo hæc accipiat: facies enim me certiorem. atque hoc superioribus literis ad te diligenter perscripseram. sed planè te intelligere uolui, mihi non excidisse illud quod tu ad me quibusdā literis scripsisses si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolentiā, deportassem, mihi id satis esse. sit sanè, quoniam ita tu uis: sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat. igitur meo decreto soluatur æs Scaptio: statim quod id rectum sit, tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quæ mihi in uisceribus hærent. flens mihi meam famam commendasti: quæ epistola tua est, in qua mentionem non fa-

cias? itaque irascatur qui uolet, patiar: τὸ γὰρ εὖ, μετ' ἐμοῦ, præsertim cum sex libris tanquam prædibus me ipse obstrinxerim: quos tibi tam ualde probari gaudeo: è quibus unum ἱστορικὸν requiris de Cn. Flauio Cn. F. ille uero ante decemuiros non fuit, quippe qui Aedilis Curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decemuiros institutus est. quid ergo profecit, ꝙ protulit fastos? occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. nec uero pauci sunt auctores, Cn. Flauium scribam fastos protulisse, actionesq; composuisse: ne me hoc, uel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. ούκλαστο illud de gestu histrionis. tu scelesta suspicaris, ego ἀφιλῶς scripsi. De me imperatore scribis te ex Philotimi literis cognouisse. sed credo te, iam in Epeiro cum esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, unas à Pindenisso capto, alteras à Laodicea, utrasque tuis pueris datas. quibus de rebus propter casum nauigandi per binos tabellarios misi Romam literas publice. De Tullia mea tibi assentior. scripsique ad eam, & ad Terentiam, mihi placere: tu enim ad me iam ante scripseras, AC uellem te in tuum ueterem gregem retulisses. correcta uero epistola Memmiana, nihil negotij fuit: multo enim malo hunc à Pontidia, ꝙ̃ illum à Seruilia. quare adiunges Aufium nostrum, hominem semper amantem me, nunc credo eo magis, ꝙ debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse, qui declarauit, quãti me faceret, cum sæpe, tum in Bursa. næ tu me solicitudine magna liberaris. Furnij exceptio mihi non placet. nec ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In Pompeio te spem omnem otij ponere non miror. ita res est. remouendumq; censeo illum dissimulantem. sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα. Cicerones pueri amãt inter se, discũt, exercẽtur: sed alter, uti dixit Isocrates in Ephoro, & Theopõpo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togã purã Liberalibus cogitabam dare: mandauit enim pater. ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci. sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest, nec tui, meique amantior. Thermum, Siluium uere audis laudari. ualde se honeste gerunt. adde M. Nonium, Bibulum, me, si uoles. iam Scrofa, uellem, haberet, ubi posset: est enim lautum negotium. cæteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortensio quòd causam meam commendas, ualde gratum. De Amiano, spei nihil putat esse Dionysius. Terentij nullum uestigium agnoui. Meragenes certe perijt. feci iter per eius possessionem, in qua animal reliquum nullum est. hæc non noram tum, cum Democrito tuo locutus sum. Rhosij causam mandaui. sed heus tu, quid cogitas infelicitatis? lancibus, & splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. quid te in uasis fictilibus appositurum putem? κίρυξ Phemio mandatum est: reperietur: modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ: quibus recitatis, puto fore, ut aliquando commoueatur senatus. equidem sum magna animi perturbatione, si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium. habeo Iunium, & Quintilem in metu. esto: duos quidem menses sustinebit Bibulus. quid illo fiet, quem reliquero? præsertim si fratrem? quid de me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. mihi tamen cum Deiotaro conuenit, ut ille in meis castris esset cum suis copijs omnibus. habet autem cohortes quadringenarias, nostra armatura XXX. equitum ∞ ∞. erit ad sustentandum, quoad Pompeius ueniat, qui literis, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. hiemant in nostra prouincia Parthi. expectatur ipse Orodes. quid quæris? aliquantum est negotij. De Bibuli edicto nihil noui præter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras, NIMIS graui præiudicio in ordinem nostrum. ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, sed tectiorem ex Q. Mutij P. F. edicto Asiatico, EXTRA ꝙ̃ si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona. multaq; sum secutus Scæuolæ, in ijs illud, in quo sibi libertatem censent Græci datam, ut Græci inter se disceptent suis legibus. breue autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quòd duobus generibus edicendum putaui: quorum unum

est

est prouinciale, in quo est de rationibus ciuitatum, de aere alieno, de usura, de syngraphis, in eodem omnia de publicanis: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciundis, uendendis: quae ex edicto & postulari, & fieri solent. tertium, de reliquo iure dicundo, ἄγραφον reliqui. dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum. itaque curo & satisfacio adhuc omnibus. Graeci uero exultant, quòd peregrinis iudicibus utuntur: nugatoribus quidem, inquies. quid refert? tamen se αὐτονομίαν adeptos putant: nostri enim, credo, graues habent Turpionem sutorium, & Vettium mancipem. De publicanis quid agam, uideris quaerere. habeo in delicijs, obsequor, uerbis laudo, orno, efficio, ne cui molesti sint. τὸ παραδοξότατον. usuras eorum, quas pactionibus adscripserat, seruauit etiam Seruilius. ego sic. diem statuo satis laxam: quam ante si soluerint, dico me centesimas ducturum: si non soluerint, ex pactione. itaq; et Graeci soluunt tolerabili foenore: & publicanis res est gratissima; si illam iam habent: pleno modio uerborum honorem, inuitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque maxime putet. sed tamen μηδὲν αὐτοῖς. scis reliqua. De statua Africani, ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων. sed me ipsum delectauit in tuis literis. ain tu? Scipionem hic Metellus proauum suum nescit Censorem fuisse? atqui nihil habuit aliud inscriptum, nisi, Censor, ea statua, quae ad Opis aperte posita in excelso est. in illa autem, quae est ad πολυδεύκους, inscriptum est, Cos: quam esse eiusdem, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. at hercule ego cum in turma inauratarum equestrium, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putaui: nunc uideo Metelli. ὢ ἀνιστορησίαν turpem: nam illud de Flauio, & fastis, si secus est, commune erratum est: & tu belle ἠπόρησας & nos publicam propè opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos: quis enim non dixit, Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quòd cum multis errauit, irridetur? quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur iacet Theophrastus, si id à Timaeo tuo familiari reprehensum est? sed nescire proauũ suum Censorem non fuisse turpe est, praesertim cum post eum Consulem nemo Cornelius illo uiuo Censor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione XXDC. scribis, Philotimũ circiter Calen. Ian. in Chersonessum audio uenisse. ac mihi ab eo nihil adhuc. reliqua mea Camillus scribit se accepisse. ea quae sint, nescio, & aueo scire. sed haec posterius, & corãm fortasse commodius. Illud me mi Attice in extrema ferè parte epistolae commouit: scribis enim sic, τί λοιπόν? deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar uigilare, & ut animaduertam, quae fiant. nunquid de quo inaudisti? & si nihil eiusmodi est: πολλοῦ γε καὶ δεῖ: nec enim me fefellisset, nec fallet. sed ista admonitio tua tam accurata nescio quid mihi significare uisa est. De M. Octauio, iterum tibi rescribo, te illi probe respondisse. paulo nellem fidentius: nam Celius libertum ad me misit, & literas accurate scriptas & de pantheris, sed à ciuitatibus. rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romae, nullum in mea prouincia numum, nisi in aes alienum, erogari, doceique, nec mihi conciliare pecuniam licere, nec illi capere, monuique eum, quem planè diligo, ut, cum alios accusasset, cautius uiueret: illud autem alterum alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publice uenari. Lepta tua epistola gaudio exultat: etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, ut mihi salutem ascriberes: gratum etiam Pilia, sed illa officiosius, quòd mihi, quem iampridem nunquam uidet. igitur tu quoque salutem utrique ascribito. Literas datarum prid. Cal. Ian. suauem habui recordationem clarissimi iurisiurandi: quod ego non eram oblitus: magnus enim praetextatus illo die fui. habes ad omnia. non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondemus. Ecce autem alia pusilla epistola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule potuit Lucceius Tusculanum, nisi

*

forte, solet enim, cum suo tibicine. & uelim scire, quis sit status eius. Lentulum *quidem nostrum, præter* Tusculanum, *proscripsisse audio. cupio hos expeditos uidere: cupio etiam* Sestiũ: *addes ẽt ijs* Celium. *quibus omnibus est:* αἰδέσθεν μὲν ἀνήνασθαι δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. De Memmio *restituendo ut* Curio *cogitet, te audisse puto.* De Egnatij Sidicini *nomine, nec nulla, nec magna spe sumus.* Pinarium, *quem mihi commendas, diligentissime* Deiotarus *curat grauiter ægrum. respondi etiam minori.* Tu *uelim, dum ero* Laodiceæ, *id est ad* Id. Maij, *q̃j sæpissime mecum per litteras colloquare: & cum* Athenas *ueneris (iam enim sciemus de rebus urbanis, de prouincijs, quæ omnia in mensem* Martium *sunt collata) utique ad me tabellarios mittas.* Sed *heus tu, Genuarios à* Cæsare *per* Herodem, *talenta* Attica L. *extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium* Pompeij *suscepistis: putat enim suos numos uos comedisse,* Cæsarem *in merito reædificando diligentiorem fore. hoc ego ex.* P. Vedio *magno nebulone, sed* Pompeij *tamen familiari audiui. hic* Vedius *uenit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. pro qua, si* Curio *legem pertulerit,* HS *centena pendat necesse est. erat præterea cynocephalus in essedo: nec deerant onagri. nunquam uidi hominem nequiorem. sed extremum audi. diuersatus est* Laodiceæ *apud* Pompeium Vindullum: *ibi sua deposuit, cum ad me profectus est. moritur interim* Vindullus: *quæ res ad* Magnum Pompeium *pertinere putabatur.* C. Vennonius *domum* Vindulli *uenit. cum omnia obsignaret, in* Vedianas *res incidit. in his inuentæ sunt quinque lagunculæ matronarum, in quibus una sororis amici tui, hominis* Bruti, *qui hoc utatur, & illius* Lepidi, *qui hæc tam negligenter ferat. hæc te uolui* παριστορῆσαι: *sumus enim ambo belle curiosi unum etiam uelim cogites. audio* Appium προπύλαιον Eleusine *facere. num inepti fuerimus, si nos quoque* Academiæ *fecerimus? puto, inquies. ergo id ipsum scribes ad me. equidem ualde* Athenas *ipsas amo. uolo esse aliquod monimentum. odi falsas inscriptiones statuarum alienarum: sed ut tibi placebit. faciesque me, in quem diem* Romana *incidant mysteria, certiorem, & quomodo hiemaris.* Cura ut ualeas. Post Leuctricam *pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto.*

σχόλια

ACCEPI) *non mõ librũ liber, sed epistolã etiã epistola cõseqtur.* Ad quintũ termilia) *al. ad qntũ terminalia: recte, hoc est.* XIII. Cal. Mart. *treis oĩno dies post datas literas l. 5. ultimas, q̃ sunt* Idib. Feb. *datæ & ad quintum terminalia, dixit, ut pridie compitalia ep. 3. l. 2. ad quintum igitur diem ante terminalia, quæ* X. *uel, ut alij uolunt.* IX. Cal. Mart. *fiebant.* Ouid *l. 2. fast.* Postulas) *ut omnino respondeam.* οἰκονομίαν) *ordinem & dispositionem, qualis esse domestica solet. sic* οἰκονομίαν *facetiæ à* Donato, & ποιητικὴ οἰκονομία εἰς τὰ ἑξῆς, *ab* Homeri *interprete dicitur* ὀδυσ. B. Meam) *quam ego sequi soleo.* Tuam) *quam tu in tuis literis seruasti.* Cybistris) *ep. 8. l. 5.* Lentuli) *ep. 21. l. 5.* Equotutico) *Apuliæ oppidulo, quod uersu dicere non est, ut inquit* Orat. Saty. *5. l. 1.* Aequum Tuticum Antonius Agustus, & Porphyrio *uocant.* οἴχεται) *perit. sic* orat. *in* Pis. *ratio quidem hercle apparet, argentum* οἴχεται: *quæ uerba sumpsit ex* Plauti Trinum. *ille porrò, nisi fallor. ex* Aristoph. *uespis, ubi* Chorus *ita loquitur:* πρὶν ποτ' ἦν πρὶν ταῦτα νῦν δ' οἴχεται. Magis) *quàm tua industria.* βαθύτητα) *altitudinem. ep. 6. l. 4. & ep. 10. l. 5.* Appio) *Appij iniuria. ep. 17. l. 5.* Libertatem) *quòd libere quædam minus iusta* Scaptio *negaui. paulò post, & ep. 21. l. 5. nec sine causa dixit, libertatem in* Bruto, *quòd & ipse natura libertatis esset studiosus, ut cognoscitur ep. 1. l. 14. & maiores habuisset, qui populum* Ro. *in libertatem uindicarant. al. liberalitatẽ, quòd multa* Scaptio *etiã impudenter petenti* Bruti *causa concessi. ep. 21. l. 5.* Bis, terue) *ep. 7. 8. & 9. l. 3. fam.* ὑπομεμψιμοίρους) *non nihil querentes, leuiter expostulantes. sic* μεμψίμοιρον *ep. 23. l. 3. in multis libris. al.* ὑπομεμψάμενος, *aliquantulum questus, subiratus: unde* φιλαίτιος *dicitur ep. 7. l. 3. fam.* ἐξ ἀφαιρέσεως) *ex detractione. demere materiam dicit* Celsus *l. 2. cap. 9. & sanè medici* ἰσχναίνοντες, *quod docet* Plato, *curare solent.* Sanguinem miserit) *ep. 23. l. 2. prouerb. mittere sanguinẽ.* προσαναστρεφομένων) *recreatam. nam medici, curant etiam* αὐξάνοντες, *ut idem scribit* Plato, & ἀναστρέφοντες: *quod materiam adijcere uocat* Celsus. Eam) *prouinciam.* Non libenter uidet) *quod illi pariat inuidiam.* Contumelia) *ep. 17. l. 5.* Dissimilitudo) *ep. 8. l. 3. fam.* Hominem) *Appium.* Nummum nullum) *nullum teruncium. ep 21. l. 5.* Præfectis) *ep. 8. l. 3. fam.* Hanc) *dissimilitudinem: nisi malis, hinc, legere.* Cœperam) *post* C. Cassij *profectionem in* Parthos. *ep. 14. l. 15. fam.* Sed dico) *ego sic separo: sed, dico: ut sit primum* ἀποσιώπησις, *sed nunc odi, uel non amplius amo: deinde* ἐπανόρθωσις, *in qua secum nescioquid cogitare uideatur: & mox dicat, reuocaui me, ne dicerem, quod uolebam, ne te offenderem. posset etiam ita legi. sed, dico? ut sit* ἀποσιώπησις *primum, deinde* ἐρώτησις *quædam, an, qđ cœpit dicere, et postea omisit, dicat.* Mandat is, facere) *facere, ut mandat* Brutus, *qui mihi mandatorum libellum dedit. al. mandatis tuis satisfacerem, qđ difficilius esse*

dixit ep.18.h.l. Ariobarzane)ep.2.l.15.fam. Illi)Bruto. Rex)ipse Ariobarzanes. Fuit)triduum,quatriduumue.ep.seq. Sexcentis)ep.5.l.2. Vnus)sic propemodum ep.15.l.4. Putatur) ep.18.l.5. Venturus)& si uenerit, nullum huic Regi uel obesse,uel prodesse poterit. Ei)Pompeio. Vsuram menstruam)usuras olim menstruas fuisse facile probant docti. Cneus) Pompeius. Sorte) τῷ ἀρχαίῳ. Caret)al.cauet,ut legi posse:sorti cauet:quod facit,dum iacturam fert clementer.nam si nimis rigide uellet exigere, fortasse etiam sortem amitteret. Alij)præterquã Pompeio. Solui:) Rex. Appij instituto)ex actione capitum.ep.16.l.5.& ep.8.l.3.fam. Rogare)de re Bruti. Accusare)quòd talenta,quæ fuerat pollicitus,non daret. Nihil Rege egentius)ep.3.h.l. Tutela) mihi à Senatu cõmissa.ep.2.&.4.l.15.fam. Glabrione)M.Acilio Glabrione,cuius natura socors,negligensque dicitur in Brut. Scæuola)P.Mutius Scæuola ipsius Glabrionis auus.ibid. Verr.2.& Ascon.qui quum Glabrionem socordem uideret,fœnus et impendium recusauit,utilitatem,et damnum reiecit,hoc est,ut aiunt,se nec bene,nec Male interposuit. M.Scaptio)ei, qui in Cappadocia fuit,ep.3.h.l. non ei,qui Salaminios uexabat. L.Gauio)sit is, fortasse,qui Caius dicitur ep.3.h.l. Regno)Ariobarzanis.ep.seq. Negociabantur)sed in Cappadocia.epist.3.h.l. Dum ne negotiatori)sumeret.al.dũ ne negotiarentur. Duas)præfecturas. Ei)Bruto. Præterea)præter superiores. Sed ij) duo. Salaminijs)ep.21.l.5. Illo)M.Bruto. Ipsius)Bruti. In quo est)scriptum,quod sequitur. Salaminij)uerba libelli. M.Scaptio,& P.Matinio)ep.21.l.5. Intercessisse à se pro ijs magnam pecuniam)in ueteribus ita nec legitur,nec legi potest. pergit enim Cicero affirmare, se nũq audisse de Bruto,illã pecuniã eẽ suã,tãtũ abest,ut nũc dicat, ab eo intercessisse. Vel igitur ita legẽdũ est:intercessisse ꝑ ijs magnã pecuniã,uel,intercessisse se ꝑ ijs magnã pecuniã,et exponẽdũ,intercessisse,rogãdo impetrasse,ut illud Philip.2.tantũ enim se pro te intercessisse dicebat.nisi malumus cum ijs sentire,qui magnã pecuniã cum sequentibus coniungunt. Confecerant) ep.21.l.5. Cum renouatione singulorum annorum)cũ anatocismo.ibid. Quaternas) centesimas.ibid. Amare desineres)quòd iniusta concessissem. Edicto meo)in quo,me centesimas obseruaturum cum anatocismo,habebam.ep.21.l.5. Catonis)M.Catonis,qui lege Clodia Quæstor,cum iure,ut scribit Patercul.prætorio adiecto,Cyprum prouinciam fecit,& in fidem suam more maiorum,ut hic testatur Cicero,recepit. Bruti)qui iuuenis admodũ in Cyprum,autore Plutar.cum Catone profectus,ita se præclare gessit,ut multas sibi clientelas compararit. Meisq; beneficijs) ep.21.l.5. Suo)ipsius Bruti. Periculo esse)sic ep.7.l.4. Ne negotiatori)præfecturam darem. Huic tamen non)est defenda. Fuerat enim præfectus Appio)habuerat enim præfectum Appius.ep.21.l.5.nisi malit quis legere,Appij,legere, ne uideatur noua locutio. Quo die)prid.Cal.Sext.ep.15.l.5. Ephesum)ep.13.l.5. Decederent)ep.21.l.5. Singulas)centesimas cum anatocismo.ibid. Edixissem)in edicto haberẽ.ibid. Fœneratoribus)ut publicanis. Negotiatori) M.Scaptio,qui in Cypro negotiatur. Torquato)A.Torquato.ep.1.l.5. In tuo Lenio)ep.21.l.5. Pompeio) petenti.ibid. Sext.Statio)fortasse Seboso.ep.14.l.2. Illum)Brutum. Talem)qui nihil ab amico,nisi quod honestum sit,petat. Potestatem fuisse)Salaminijs urgentibus,ut acciperet.ep.21.l.5. Probem)quum paulo iniquius Bruti causa factum uideatur. Consistere)nõ amplius duci,neque solui uel firma manere. Debuit)quum uoluerint illi primum pecuniam soluere,deinde,quum ille non acciperet,deponere.episto.21.lib.5. Iis)Salaminijs. Fieri) mali aliquid, cuius ego causa fuero,qui,ut silerent, impetraui. Paulus)L. Aemylius Paulus nunc Cos.cuius frater M.Aemylius Lepidus Iuniam Bruti sororem habet uxorem.paulò post,& ep.12.et 13.ad M.Brut.quare Brutus,quicquid uolet,impetrabit. Venerit)Procos.post Consulatum. ἀκοινωνήτως)alieno à societate studio.epist.3.h.l. Superioribus)ultimis l.5. Illius)Bruti. Deportassem)al.reportassem. Cum eo)cum ea additione. Quod sine meo peccato fiat)sic dictum,ut illud, quod tuo commodo fiat. Igitur meo decreto soluatur æs Scaptio: statim quàm id rectum sit,tu iudicabis)al.igitur meo decreto soluta res Scaptio, stat inquã decretũ: si tu iudicabis.al.igitur meo decreto soluta res Scaptio statim:quàm decretum sit,tu indicabis:quod igitur in me fuit, res statim Scaptio soluta est decreto meo qui confeceram,ut Salaminij soluerent, sed ille noluit accipere.quantum porrò sit decretum,tu iudicabis. Catonem)iudicem seuerissimum. Prouocabo)sed tuo iudicio stabo. ἐγκέλευσματα)præcepta.ep.15.l.5.Quoniam uero uterque nauigarat,recte uerbum nauticum usurpauit. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ) bonitas mecum,rectum mecum:alij, bene mecum agitur uertũt.ep.8.l.8. Sex libris)de Rep.ep.15.l.4.in principio quoq; l.2.de Diuinat.& ep.13.l.13. sex fuisse scribit,ut ep.5.l.3.ad Q.fr.nouem,nondum absolutos, sit exponendum. Obstrinxerim) me iustum fore,quum in his tam multa de iustitia disputarim. ἱστορικόν)historicum,ad historiam spectans. Cn. Flauio)Liu.l.9. Cn.F.)ita Liu.ibid.al.Annij filio, sicut in Plin.l.33.cap.1.in Gell.uero l.6.cap.9. in manu scripto,ita legimus:Cn.Flauium anci. filium,ut penè audeam dicere,interpretandum esse,ancillæ filium,præsertim quum scriptores ferè omnes statim addãt,patre Libertino natum, & nusquàm F.notã, ut in alijs,sed filium cum omnibus literis scribant. Decemuiros)anno trecentesimo altero ab V.C. creatos.Liu.l.3. Multis annis)minimum 86.ut ex Liu.colliges. Institutus est) creatis Aedilibus Curulibus Cn.Quintio Capitolino,& P. Cornelio Scipione.Liu.l.7. Prodidit fastos?)orat.pro Muræn. Tabulam)fastorum. Paucis)iurisc̃sultis præsertim. orat.pro Mur. Loquitur)in eo libro de Rep.ep.15.l.4. οὐκ ἔλαθες illud)donec inueniam Græcos ita locutos fuisse,uel,illud, cum sequenti uerbo iungam,ut in alijs libris etiam iungitur:uel ita supplebo. οὐκ ἔλαθες γράφων illud, non fefellisti scribens illud,ut loquitur latine Orat.ep.17.non ita scripsisti,ut lateres,& ego illud non intelligerẽ. Suspicaris)me ad Hortensium retulisse,q. in gestu peccaret ut nimius.Gell.l.1.cap.5.hinc Cicero sæpe illum eludebat.Quintil.l.4.cap.5. ἀφελῶς) simpliciter,ita, ut neminem morderem. Imperatore)appellato.ep.20.l.5. Philotimi)ep.4.l.2. Vnas)20.l.5. Alteras)21.l.5. Misi)ut pararam ep.20.l.5. Tullia mea)collocanda.ep.13.l.5. Placere)conditionem.ep.4.h.l.& ep.4.l.5. Scripseras)quod sequitur. In unum ueterem gregem)in equestrem ordinem.ep.14.l.1. Retulisses)tu Cicero filiam alicui ex equestri ordine collocasses.

relictis patricijs, qualis erat C. Piso, & fortasse etiam Crassipes. Memmiana) C. Memmij, qui nec ipse patricius erat, ep.16.l.4. Malo) accipere generum. Hunc à Pontidia) hunc, quem Pontidia proponit, quãuis antea negari uideretur. ep.22.l.5. Seruilia) Bruti matre. ep.11.l.13. Aufium) forte, C. Alfium, qui temporibus illis Quæsitor fuit. ep.3.l.3. ad Q. fr. Fratris) non tamen germani, ut ego puto. Appius enim duos tantum habuit fratres, Varr. l.3. cap.16. de re rust. P. Clodium, et C. Claudiũ. Ascon. in orat pro Mil. Appij amorem) ep.4. & 10. l.3. fam. sic enim existimo. Bursa) T. Munatio Planco Bursa, ep.2.l.7. fam. qui mihi diem dicere cogitarat. Ascon. in orat pro Mil. Liberarit) si, quæ tibi de hac re mandaui, confeceris. ep.14.l.5. Furnij) Trib. pl. ep.2. et.18.l.5. Tempus) dies comitiales, ep.11.l.8. fam. uel potius Cal. Mart. quibus de prouincijs erat referendum. ep.8.l.8. fam. Pompeio) ut ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimo. ep.7.l.5. Remouendumq; censeo) ex animo nostro, & epistolis nostris. Illum dissimulãtem) Pompei um aliud sentientem, aliud loquentem. ep.9.l.4. sed non credo nunc dissimulare. οἰκονομία) dispositio. pauló ante. σχεδιάζοντα) fortuito, improuiso, repente, & nullo ordine scribentem. unde σχεδιάσματα epist.20. lib.15. Sed alter) Quin. Cicero Quint. fr. F. cuius ingenium est optimum, & multiplex, episto. seq. & episto.1. & 3. lib.3. ad Quint. fr. In Ephoro) calcaribus. Theopompo) frenis. l.3. de orat. & in Brut. idem Plato de Xenocrate, & Aristotele dicere solebat. Diogen. in Xenocrat. Alter) meus filius. hic enim, ut scribit Senec. nihil ex paterno ingenio habuit, præter urbanitatem. Togam puram) epistо.20. lib.5. togam liberam uocat Ouid. lib.3. Fast. Liberalibus) XV. Cal. April. episto.10. lib.14. Dare) de more. nam liberalibus toga pura dabatur, uel pauló post. ep.10. & 22.l.9. Ea) liberalia. Obseruabo) XV. Cal. Apr. Intercalatum non sit) nam si intercalatum fuisset, dierum ratio fuisset mutata, nec in quem diem liberalia inciderent scire Cicero potuisset, nisi admonitus, ut dictum est de mysterijs. ep.21.l.5. Dionysius) ep.4.l.7. & Dionysia, idest liberalia, Dionysium scribenti Ciceroni uidentur quasi subiecisse. Amoribus) delicijs, ut ep.33.l.7. fam. al. moribus. Eum furenter) al. se furenter: quod minime placet, nisi, sæpe furenter, legas. Doctior) ep.4.l.7. Sanctior) ibid. Tui) cuius desiderio flagrat. ibid. Meique) cuius litteris est studiosus. Thermum) ep.13.l.5. Siluium) ep.14.l.10. al. Silium. ep.61.l.13. fam. M. Nonium) is uidetur M. Nonius Struma, in quẽ extat Catulli epigramma. Bibulum) ep.20.l.5. Scrofa) ep.4.l.5. Posset) mea causa se iactare, & me commendare. epis.1.l.7. negotium) quod gessi. Cæteri) qui prouincias habent, præter nos quatuor. Infirmant) dum se minus honeste gerunt. πολιτείαν Catonis) Reip. administrationem, qua semper Cato utendam docet. ep.1.l.2. Causam meam) ut de sententia bima decedat. ep.17.l.5. & ep.8.l.3. fam. Commendat) per literas. Antano) quodam. Terentij) fortasse ep.7.l.4. Meragenes) al. Mœragenes. ep.15.l.5. Cum Democrito) hic aliquid desideres. necesse est, nisi legas: quam de Menocrito, ut sit nomen serui. ibid. & ep. longa ad Lentul. Rhosij) tuiusdam. Olusculis) al. non olusculis, unde locus magis apparere uidetur hoc modo: tu me soles pascere & oblectare lancibus, & canistris, nõ etiam cibis uel ex oleribus factis: quum uero uasa fictilia comparaтis, id multò magis facies ita, ut nihil putem te mihi præterea appositurum. κέρας) cornu. ep.20. & 21.l.5. Phemio) ibid. Mandatum est) ut detur, uel commissum est. Reperietur) al. recipietur. fortasse rectius. nam quo pacto mandatũ est, si nondum repertum? Illo) cornu, κέρατι, negotio. Canat) gerat, μεταφορικῶς, quia κέρας dixerat. Ineptas literas) quibus scripsit per se cõfectum esse Parthicum bellum. ep.21.l.5. Allatæ) Romam. ibid. Puto fore) quòd eas certo sciam plenas timoris fore. ibid. Commoueatur) ut huc exercitum mittat. ep.2.l.15. fam. Sum magna) ut eodem amore ep.5.l.3. alsum in magna. Perturbatione) hic distinguendum est, ut ita, quæ sequuntur, ordines: habeo hominem, & Quintilem in metu, si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium. atque hic quidem quasi δίλημμα facit: siue non prorogetur, siue prorogetur, sibi timendum esse. Sustinebit) bellum Parthicum. Reliquero) in Cilicia. Fratrem) ep.6.h.l. Copijs omnibus) epis.18.l.5. Quadringenarias) quæ quadringenos milites contineãt: qua ex ratione XXX. cohortes, erunt XII. peditum millia, quibus, si duo equitum, ut sequitur, millia coniungentur, duæ legiones fient, quas Deiotarus, ut scribit Cæsar, disciplina, atq; armatura Romana complures annos constitutas habuit. Pompeius ueniat) ep.18.l.5. Hyemant) epis.21.l.5. Nostra prouincia) ibid. O rodes) ibid. Nimis graui præiudicio in ordinem nostrum) hæc uerba ut exceptionis illius esse uideri possint, mihi tamen esse Ciceronis uidentur: ut ita dicat. edixit Bibulus cum exceptione illa, in qua nimis graue præiudicium est in equites, quos semper cum Catone oppugnant. ep.1. & 16.l.2. Nostrum ordinem) Senatorium, si uerba sint exceptionis: si Ciceronis, equestrem. ep.14.l.1. Tamen) etsi dixi, Bibulum edixisse nimis graui præiudicio. Habeo) exceptionem in meo edicto. ἰσοδυναμοῦσαν) æqualem, eandem uim habentem. Tectiorem) Bibuli exceptione. Q. Mutij) ep.17.l.5. P.F.) epis.16.l.1. Edicto Asiatico) ex quo equites illi postea inimici fuerunt ep. longa ad Lent. Extra quàm si) exceptionis uerba. nam ueteres hisce uerbis excipiebant. l.2. de inuent. uel sic expone: extra quam exceptionem, si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona, hoc est ex æquo, & bono, & τῇ ἐπιεικείᾳ iudicamus. Scæuolæ) eiusdem Q. Mutij Scæuolæ. διαίρεσιν) diuisionem. Magistris) auctionum: ep.1.l.1. ἄγραφον) non scriptum, sine scripto. Peregrini iudicibus utuntur) al. peregrinis iudicibus, ut suis, utuntur: hoc est, etsi iudices habent peregrinos, quia tamen suis disceptãt legibus, ijs iudicibus ut suis utuntur. alij tamen ex ep. seq. negationem interponunt, quòd ibi scriptum sit, ciuitates omneis suis legibus, & iudicijs usas fuisse: quasi uero idem sit, iudicibus, & iudicijs uti. αὐτονομίαν) libertatem suis legibus uiuendi, ep. seq. Vestri) Romani. Graecis) iudices. Turpionem Sutorium, & Vectium mãcipem) iudices ignobileis. Publicanis) ep. seq. τὸ παραδοξότατον) maxime admirabile, maxime præter opinionem efficere, ne cui molesti sint publicani, qui solent omnibus esse molestissimi. Pactionibus) quas publicani cum prouincialibus facere solebant. ep.13.l.5. Ascripserant) publicani, & prouinciales. Seruilius) P. Seruilius Isauricus. Liu. l.90. & Flor. l.3. cap.6. Quam ante) ἀναστροφή. Ducturum) obsecraturum

daturum ex edicto.ep.21.l.5. Ex pactione)ipsorum,in qua grauiores sunt usuræ. Illam)centesimam,uel rem, quæ sequitur. Pleno modio)prouerb.ut plena manu.epis.25.l.2. Omnes) publicani. Putet)familiarem. μηδὲν αὐτοῖς) nihi ipsis credo,uel tale quid,sic penè ep.19.l.13. Scis)utinam nos quoque sciremus.nam rem fortasse melius intelligeremus. Reliqua)uerba carminis græci,cuius principiũ posui. Africani)P.Scipionis Africani Aemyliani potius,quã superioris, quẽ paucum hic Metellus per tempora meo iudicio uocare non potuisset. ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων) ô res minime connexas,idque propter οἰκονομίαν perturbatiorem. Ipsum)ipse perturbatus ordo, & οἰκονομία. Scipionem) Africanũ. al.Scipio,ut sit.Scipio hic Metellus,ep.8.l.8 fam.qui quũ Scipionis Asiatici filius esset,à Q.Metello est adoptatus.Dion l.40 & Plutar.in Pomp. Censorem fuisse)& quidem cum L.Mummio.Plin.de uiris illust.al.Censorem nõ fuisse,male,ut paulò post dicetur. Censor)Ces.uel,Censori,nos legimus,ut inscripsit Parenti.ep.3.l.12.fam. fuit igitur Censor,ut uel ex ea statua Metellus scire potuit. Ad Opis)ædem,ut ep.16.l.14. Aperte)ita, ut uideri ab omnibus posit.al.per te. Illa) statua. Ad πολυδεύκους)Pollucis,scilicet ædem,quæ in loco celeberrimo prætorij erat. Verro.2.& Græce uidetur dixisse, quòd latine ferè semper ad Castoris dicebant.al.πόδας ἡρακλέους, pedes Herculis. Cos.)Consuli. Eusdè) Africanũ. Serapionis)P.Cornelij Scipionis Nasicæ.Liu.55. Metelli)erratum esse. ὢ ἀνιστορησίαν) ô historiæ ignoratiõem.al. Metelli ἀνιστορησίαν, Metelli historiæ ignorationem:& sanè Græci frequentius ὢ cum secundo casu iungunt,ut paulò ante. Flauio)paulo ante. Secus est)ac ego scripsi in libris de Rep. Commune)non meum tantum. ἠπόρησας) dubitasti & qualẽ quasi more tuo.ep.12.l.2. εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας)Eupolim ueteris hoc est,Eupolim ueteris comœdiæ poetam. Nauigante)id quare Plutar.in uita. Deiectum)non ab Alcibiade,sed ὑπ' ἐκείνου,inquit Platonius apud Aristop. εἰς οὓς καθῆκε τοὺς βάπτας. Suidas uero ita scribit: ἀπέθανε ναυαγήσας κατὰ τὸν ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς λακεδαιμονίους πολέμῳ. Redarguit)ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ut ex Athenæo,& Polluce collegimus. Eratostenes)Cyrenæus,quo de plura Suid. Ille)Eupolis. Docuerit) δεδιδάχῃ Duris Samius) de quo sæpe meminit Athenæus. Errauit)scribens,ut arbitror, ἐν τῷ περὶ τῆς τραγῳδίας, illum ab Alcibiade in mare deiectum. Zaleucum)Suid.Eusebius,Athen.l.10.& 11.& Diogen.in Pythag. Dixit)ut Ephorus,quod scribit Strab.l.6. Theophrastus) qui & ipse scripsit Zaleucum Locris leges dedisse.l.2.de legib. Timæo)Tauromitano.Suid. Tuo familiari) ut epi.16. l.2.alij tamen,suo familiari,legũt,omnino male.nam,ut nihil de locutione dicam,Timæus Theophrasto minor natu fuit ita, ut nesciam,an eius familiaris esse potuerit.id colliges ex l.2.de orat. Reprehensum est) ἐξήλεγκται; hoc enim uerbo utitur Suidas.et sane in ea re ita multus fuit,ut Strabone autore, ἐπιτίμαιος,uel,ut in Suida legitur,ἐπιτίμαιος sit appellatus.reprehensum uero ita est,ut Zaleucum ipsum negarit ullum fuisse l.2.de legib. Censorem non fuisse)al.Censorem fuisse,recte.nam et Africanus Censor fuit,ut diximus,et,ut hic alius significetur,& statuæ inscriptio,& uerba ipsa huc quasi diriguntur,ut probet Censorem fuisse,turpeq; Metello id nescire. Eum) Africanum. Consulẽ) iterũ,ut puto.al.Cos. unde magis placeret legere,Ces,Censorem,ut dicat,post eum Censorem nemo Cornelius Censor fuit,ut in nomine decipi potuerit Metellus. Philotimo)epi.4.l.2. XXDC)fortasse ep 4.et 5.h.l.al HS.XXX.ep.5.et 9.l.5. Chersonessum) à Græcis modo χερρόνησος,modo χερσόνησος scribitur.quare uel Cheronesum,uel Chersonesum scribas oportet. epis.5 h.l. ἐκ τῶν χερρονησιατικῶν. Venisse)huc proficiscentem ep.3.h.l. Nihil)scriptum est. Reliqua)reliquam pecuniam,quæ mihi debebatur. Camillus)ep.5.h.l. τί λοιπόν;)quid reliquum?quid superest?ep.3.l.3. πολλοῦ γε καὶ δεῖ)multum quidem & abest:multum quidem abest,ut aliquid audiueris. M.Octauio) Aedil.Des.ep.2.& 3.l.8.fam. Iterum) prius ep.21. l.5. Respondisse)te non putare.ibid. Cælius) M.Cælius & ipse Aedil.Des.ep.9.l.2.fam. Libertum)Philonem.epis.8.l.8. fam. Literas)9.l.8.fam. Et de pantheris)ibid. Sed à ciuitatibus)his assentior,qui legunt,& de ciuitatibus, idest & de agris,quos fructuarios habent ciuitates.ibid. Mihi)ut Procos.& uiro bono. Conciliare) mihi, uel alij. Licere)præsertim per legem Cinciam.episto.17.lib.1. Illi)Cælio. Capere) ab his,quos mihi commendaret:quasi commendaret,ut caperet,quod minus licet illi,qui alios accusat:quum uitio carere debeat omni,qui in alium paratus est dicere. Diligo)id ostendunt epistolæ l.2.fam.& epistolæ l.8 fam. Alios)treis,in Brut.& in his C.Antonium Consularem. orat.pro Cælio. Cautius uiueret)ne & ipse accusari posset.nam legem sibi ipsi indicunt innocetiæ,continentiæ,uirtutumque omnium,qui ab altero rationem uitæ reposcunt,Verr.5. Cybiratas)Plin.l.5.cap.27.& 28. Venari)ut ipse uolebat.ep.9.l.8.fam. Lepta)præfectus fabrũm. episto.17.lib.5.al.lecta,& principium epistolæ. Posuit)ut scripta ex meis uerbis illis. Lepta noster mirificus est.ibid. Filiola)episto.19.lib.5. Pilia)uxor tua. Iampridem)alij, delent. Videt) & puellæ,quos non uident,obliuisci solent.al. uidit: sicut ego nunquàm illam uidi. episto.19. lib.5. Literas daturum) non uideo,qui potuerit Atticus dicere,se literas daturum,quas appareat dedisse. quippe quum Cicero ad quintũ terminalia acceperit,certe pòst Id.Feb.quo die ep.21.l.5. data est,quare multo minus dicere potest,id Cicero,ut legatur:literas daturus:ut etiam descriptum est.nos ueterem lectionem retinendam censemus:literarum datarum,ut sit modus loquendi, qualis ille:mihi uenit in mentem illius temporis:præsertim quum in uetere libro statim ita legamus:suauem habuit recordationẽ. Prid. Cal.Ian.) quo die magistratu abiui,& iuraui,ep.2.l.5.fam. Iusiurandi)Remp.atque urbem mea unius opera esse saluam.ibid.& orat.in Pis. Prætextatus)toga prætexta ornatus, qua magistratus,ut ex orat. post reditum in senatu cognoscitur, utebantur, Illo die)Prid. Cal.Ian. Fui)contra Metellum Nepotem præsertim.ep.2.l.5.fam. Habes ad omnia) sic ep.4.l.5. χρύσεα χαλκείων) aurea pro æreis, hoc est,epistolã elegantem pro inelegant. Iliad.ζ prouerb.Diomedis,& Glauci permutatio, Paria paribus)prouerb. ἀναντιφώνητον) sine responsione:cui nihil respondeatur.hinc ἀναντιφωνησία.ep.13.l.15. Potuit)ui dere

Luceius)ep.10.l.5. Nisi forte)mentitus est. Solet enim)talia mentiri. Lentulum)l.1.fam. Præter Tusculanum)omnia.al. Prætorem,Tusculanum. sed quinam Lentulus tunc esset Prætor,nescimus:illud qdem scimus L.Lentulum anno sequenti Cos. fuisse,ep.13.l.7.& ære alieno oppressum.Cæs.l.1.de bel.ciu. Expeditos)præsertim ex ære alieno. uel ex iudicijs. Sestium)ep.17.l.5. Cælium)Aedil.Des. αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι)ueriti sunt quidem recusare, timuerunt autem accipere.Iliad η ep.10.l.16. Memmio)ep.1.l.13.fam. Restituendo)de exilio Patrensi.ep.19.l.13. fam. Curio) C.Curio Trib.pl.ep.7.l.2.fam. Egnatij Sidicini)haud equidē scio,an idem sit ep.16.l.7. Pinarium) uide,an P.Valerium significet.ep.21.l.5. Minori)epistolæ. Collata)S.C.ep.8.l.8. fam. Genuarios)nummos à Genua dictos, ut quidam uolunt, qui uiderint,quàm bene Genuarij à Geneua Allobrogum ciuitate deducantur.al.Ianuarios,forte à Iano dictos, cuius naualis in ære altera signata est,altera,forma biceps.Ouid.l.1.Fast. Herodē)fortasse Erotem hominem ad ista expedienda factū. ep.22 l.14.al.Orodem. Talenta Attica.L.)Genuarios tot,ut talenta Attica L.conficiant. Suos) quos suos fore putabat, fortasse ut debitos cum legione.ep.4.l.8.fam. comedisse)consumpsisse. In merito reædificando) quasi in reddendo merito. etsi μεταφορὰ ita libera est, ut ex aliquo poeta sumpta uideatur:nisi quis legat.uel,in muro ædificando:uel,merito in ædificando.& sanè Cæsar non ita multo ante monimentum faciendum curabat.ep.16.l.4. Diligentiorem)& ob id etiam tardiorem. Fore)putat pompeius,uel ego audio. P.Vedio)fortasse P.Vedio Pollione,Plin.l.9.cap.23.& 53. Legem)alimentariam,ut nos putamus.ep.6.l.8. fam. Cynocephalus)Plin.l.8.cap.54. Onagri)Plin.l 8.cap.44. Pompeium Vindullum) Pompeij Magni libertum, Sua)res suas. Quæres)quæ hæreditas. Magnum Pompeium)ut patronum. nam libertorum hæreditas,& filiorum tutela,si intestati decessissent,ad patronum pertinebant. C.Vennonius)ep.3.h.l. Sororis) Iuniæ Paterculi.l.2. Amici tui)ep.8.l 8. Bruti)re nunc & noīe. Hoc)Vedio. Lepidi) M.Aemilij Lepidi: quo in noīe nūc iocatur, quòd ita Lepidus sit, ut hæc tam negligenter ferat uel in uxore.ep.12.& 13.ad M.Brut.quamuis alij sororem hic quoque significari uelint, περιστορῆσαι)scire: μεταφορικῶς;coniuncte cum historia cognoscere.uel potius παρὰ τὴν ἱστορίαν referre.ep.10.l.13.& tunc,tibi,erit legendum,hoc est, hæc tibi uolui περιστορῆσαι, ut in ueteribus libris scriptum esse nonnulli affirmant. προπύλαιον)uestibulum,ep.6.h.l. Facere)faciendum curare. satis enim constat Appium tunc Romæ fuisse. Mysteria)ep.21.l.5. Leuctricam)Plutarc.& Prob.in Pelopida,& Epaminunda.hic Cicero,nisi fallor,Bouillā significat, sed ita,ut occultius scribat.ep.13.l.5. Die septingentesimo sexagesimo quinto)annis duobus, & triginta quinque diebus post cædem Clodij,qui ad I II.Cal. Feb.interfectus fuit illo anno,quo postea Pompeius III. Cos. fuit:quem secutus est M.Marcelli,& Ser. Sulpitij Consulatus, quo finito,& iam Paulo & Marcello Coss.hæc scripsit Cicero ad III.Non. Mart.quum literas Attici ad XIII. Cal.Mart.accepisset,ut facile colliget,qui rationem subduxerit,

CICERO ATTICO S. 2



VM Philogenes libertus tuus Laodiceam ad me salutandi causa uenisset, & se statim ad te nauigaturum esse diceret,has ei literas dedi,quibus ad eas rescripsi,quas acceperam à Bruti tabellario.& respondebo primum postremæ tuæ paginæ,quæ mihi magnæ molestiæ fuit, quòd ad te scriptum est ab Cincio de Statij sermone, in quo hoc molestissimum est,Statium dicere,à me quoque id consilium probari,probari autem? de isto hactenus:dixerim me uel plurima uincla tecum summæ coniunctionis optare,& sunt amoris arctissima:tantum abest,ut ego ex eo,quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. illum autem multa de istis rebus asperius solere loqui,sæpe sum expertus,sæpe etiam leniui iratum.id scire te arbitror.in hac autem peregrinatione,militiaue nostra sæpe incensum ira uidi,sæpe placatum. quid ad Statium scripserit, nescio.quicquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit.mihi autem erit maxime curæ,ne quid fiat secus,quàm uolumus:quamq; oportet.nec satis est in eiusmodi re, se quenque præstares.ac maxime partes istius officij sunt pueri Ciceronis, siue iam adolescentis:quod quidem illum soleo hortari.ac mihi uidetur matrem ualde,ut debet,amare,teq; mirifice. sed est magnum illud quidem, ueruntamen multiplex pueri ingenium quo ego regendo habeo negotij satis. quoniam respondi tuæ paginæ postremæ prima mea,nunc ad primam reuertar tuam. Peloponnesias ciuitates omneis maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi.is multis nominibus in Trophoniana Chæronis narratione Græcos in eo reprehendit,quòd mare tam secuti sunt:nec ullum in Peloponneso locum excipit. cum mihi auctor placeret(etenim erat ἱστορικώτατος, & uixerat in Peloponneso)admirabar tamen,& uix aggrediens communicaui cum Dionysio:atque is primo est commotus:deinde,quòd tum de isto Dicæarcho non minus bene existimabat,quàm tu de C.Vestorio,ego de M.Cluuio,non dubitabat,quin ei crederemus. Arcadiæ censebat

bat esse Lepreon quoddam maritimum: Tene autem, & Aliphera, & Tritia νεώτερα *ei videbantur: idque* τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ *confirmabat, ubi mentio non fit istorum: itaque istum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho transtuli. Phliasios dici sciebam: et ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus. sed primo me* ἀναλογία *deceperat,* Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, *quod* Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι*: sed hoc continuo correximus. Lætari te nostra moderatione, & continentia uideo. tum id magis faceres, si adesses, atque hoc foro, quod egi ex Idib. Febr. Laodiceæ ad Cal. May omnium diœcesium præter Ciliciæ. mirabilia quædam effecimus. ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ sunt: omnes suis legibus, & iudicijs usæ* αὐτονομίαν *adeptæ, reuixerunt, his ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas, aut leuandas dedi: uno, quòd omnino nullus in imperio meo sumptus factus est (nullum cum dico, non loquor* ὑπερβολικῶς*) nullus inquam ne teruntius quidem. hac autem re, incredibile est, quantum ciuitates emerserint. accessit altera. mira erant in ciuitatibus ipsorum furta Græcorum, quæ magistratus sui fecerant. quæsiui ipse de ijs, qui annis decem proximis magistratum gesserant. aperte fatebantur. itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderant. itaque publicanis in oculis sumus: gratis, inquis, uiris: sensimus. iam cætera iurisdictio nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate. aditus autem ad me minime prouinciales. nihil per cubicularium. ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. grata hæc, & magna, mihique non dum laboriosa ex illa uetere militia. Nonis May in Ciliciam cogitabam: ibi cum Iunium mensem consumpsissem, atque utinam in pace (magnum enim bellum impendet à Parthis) Quintilem in reditu ponere: annuæ enim mihi operæ ad III. Cal. Sext. emerentur. magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. habebam acta urbana usque ad Non. Mart. è quibus intelligebam Curionis nostri constãtia omnia potius actum iri, quàm de prouincijs. ergo, ut spero propediem te uidebo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim mauis. equidem omnia feci, quæ potui aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri. omni igitur modo egi cum Rege, & ago quotidie, per literas scilicet: ipsum enim triduum, quatriduum ue mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberaui. sed & tum præsens, & postea creberrime non destiti rogare, & petere mea causa, suadere, & hortari sua. multum profeci, sed quantum, non plane (quia longe absum) scio. Salaminios autem (hos enim poteram coercere) adduxi, ut totum nomen Scaptio uellent soluere, sed centesimis ductis à proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis, numerabantur numi. noluit Scaptius. tu qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha. fieri non poterat: nec, si posset, ego pati possem. audio omnino Scaptium pœnitere. nam quod S.C. esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur: eo consilio factum est, quòd pecuniam Salaminij contra legem Gabiniam sumpserant. uetabat autem Auli lex ius dici de ita sumpta pecunia. decreuit igitur senatus, ut ius diceretur ista syngrapha. nunc ista habet iuris idem, quod cæteræ; nihil præcipui. hæc à me ordine facta puto me Bruto probaturum: tibi, nescio: Catoni certe probabo. sed iam ad te ipsum reuertor. Ain tandem Attice laudator integritatis, & elegantiæ nostræ? ausus es hoc ex ore tuo (inquit Ennius) ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si uellem? non amplius, inquis, quinquaginta. cum Spartaco minus multi primo fuerunt. quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante aduentum meum non fecerunt? inclusum in curia senatum habuerunt Salaminium ita multos dies, ut interierint nonnulli fame: erat enim præfectus Appij Scaptius, & habebat turmas ab Appio. id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet uersari, cum de aliquo officio, ac laude cogito, tu me inquam rogas, præfectus ut Scaptius sit? at hoc statueramus, ut negotiatorem neminem: idque Bruto probaueramus. habeat is turmas: cur potius, quàm cohortes? sumptu iam nepos euadit Scaptius. uolunt, inquis, principes. scio:*

nam ad me Ephesum usque uenerunt. flentesq; equitum scelera, et miserias suas detulerunt. itaq; statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent. ob eamq; causam, tum ob cæteras Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt. sed iam quid opus equitatu? soluunt enim Salaminij: nisi forte id uolumus armis efficere, ut fœnus quaternis centesimis ducant. & ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? nimis, inquam, in isto Brutum amasti dulcissime Attice: nos, uereor, ne parum. atq; hæc, scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me. cognosce nunc cætera. Pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen, sed planè libenter: nec enim ipsum odimus, & Brutum amamus: & Pompeius a me mirifice contēdit, quem mehercule plus, plusq; in dies diligo. C. Celium Quæs. huc uenire audisti. nescio, quid sit: sed Pammenia illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. tuorum itinerum tempora scire sanè uelim. εὐήθειαν Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyræa. quid quæris? inuideo potentiæ Vestorij. cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet: urget turba: festinat Philogenes. ualebis igitur, & ualere Piliam, & Cæciliam nostram iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone.

σχόλια

PHILOGENES) ep. 13. l. 5. Cincio) ep. 5. l. 1. Statij) ep. 1. l. 5. Cōsilium) Q. fr. de Pomponia repudianda. ep. 3. & 7. h. l. Probari autem) ἀπεριώπτως stomachi plena. De isto hactenus) quod ad stomachum pertinet. Et sunt) alij, & si sunt. Amoris) ep. 14. l. 1. Ex eo) uinculo affinitatis per Pomponiam. Illum) Q. fratrem. De istis rebus) ut de Pomponiæ morositate. ep. 1. l. 5. Lenui) ut ep. 4. l. 1. Libertum) præsertim suspectum. ep. l. 1. 5. Quenq;) sed plures, quoniam res ab uno non pendet. Ciceronis) et filij, cuius partes sunt parentes reconciliare. Adolescentis) ut cui toga pura iam sit data. ep. sup. Matrem) Pomponiam. Multiplex) mirum. ep. 11. l. 10. Regendo) quum frenis egeat, ep. sup. et sit puer bene sibi fidens. ep. 6. h. l. Tuo iudicio) qui illum habeas familiarem. ep. 16. l. 2. Tabulis de geographia. ep. 2. l. 2. tales sunt hodie Ptolemæi tabulæ. Trophoniana) Dicæarchus libros scripsit περὶ τῆς εἰς τροφωνίου, καταβάσεως. ep. 31. & 32. l. 13. Chæronis) λέγουσιν τὸ τοῖς χαιρωνεῦσιν ὄνομα γεγονέναι ἀπὸ χαίρωνος, ὃν ἀπόλλωνος φασὶν εἶναι, μητέρα δὲ αὐτοῦ θηρὼ τὴν φύλαντος εἶναι. Pausan. in Boeot. Chæron igitur iste apud Dicæarchum hæc uidetur narasse, unde Chæronis narratio Trophoniana dicatur: si placeat legere, Saonis, qui ut ibidem scribit Pausan. primus oraculum Trophonij apum indicio reperit. ἱστορικώτατος) historiæ peritissimus. Dionysio) ut hoīe docto, ep. sup. & ep. 4. l. 7. & Græco. ep. 16. l. 7. C. Vestorio) in arithmeticis satis exercitato. ep. 12. l. 14. Ego de M. Cluuio) ep. 43. l. 13. al. ergo de Meluino: q̄ uerba qd significēt, planè nescimus, nisi legamus: ergo de Melanea, qđ oppidū est in Arcadia, ut Lepreon. Plin. l. 4. cap. 6. et Pausan. ī Arcad. Ei) Dicæarcho. Cēsebat) Dicæarchus potius, q̄ Dionysius, ut cōclusio docet. Leprēō) Plin. l. 4. ca. 6. Quoddā) oppidū. Tene) al. Tenea. Mela. l. 2. ca. 3. Alphera) τὸ τῇ πόλει ὄνομα γέγονεν ἀπὸ ἀλιφήρου λυκάονος παιδός, inqt Pausan. in Arcad. Tritia) Strab. l. 8. νεόκτιστα) nuper ædificata, scilic. t oppida. τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ) nauium (sic enim placuit uertere) catalogo. pars enim Iliad. B. ubi Græcorum naues Homerus enumerat, inscribitur, κατάλογος νεῶν, ἢ βοιωτία. Istorum) locorum. Transtuli) fortasse in libros de Rep. Phliasios) sic l. 5. Tusc. Habeas) in libris de Rep. scribendum cures. sic episto. 42. l. 13. ἀναλογία) analogia, qua de Varro: hanc quidam latine proportionem uocant. Gell. l. 2. cap. 25. φλιοῦς ὀποῦς, σιποῦς.) Phlius, Opus, Sipus, ciuitatum nomina. hic in recto casu est analogia. ὀπούντιοι, σιπούντιοι) Opuntij, Sipuntij. ut igitur ab ὀποῦς ὀπούντιοι, & à σιποῦς σιπούντιοι, deducuntur, sic ego ex analogia putabam, quòd à φλιοῦς φλιούντιοι deducerentur. al. ὀπούντιος ὀπουντίου, Opuntius Opuntij, quod ad analogiā maxime pertinet, ut Priamus Priami, quod docet Varro. Idib. Febr.) ep. 21. l. 5. Dioecesium) Asiaticarum. ibid. & ep. 67. l. 13. fam. Præter Ciliciæ) dioeceses. Iudicijs) et si peregrinis iudicibus utuntur. ep. sup. αὐτονομίαν) libertatem suis legibus uiuendi. His) ciuitatibus. Duobus generibus) duobus modis. Vno) genere. ὑπερβολικῶς) supra modum. ep. 21. l. 5. Teruncius) ibid. Altera) facultas. al. alterum, scilicet genus, fortasse rectius. Magistratus sui) ep. 8. l. 3. fam. Quæsiui) quæstionem exercui. Fatebātur) sua scelera. Lustro) lustrum, ut docet Varro, nominatum tempus quinquennale à luendo, idest, soluendo, quod quinto quoque anno uectigalia, & tributa persoluebantur, ut etiā diximus ep. 20. l. 5. Superioris lustri) reliqua. ep. 13. l. 2. fam. Sensimus) ep. 9. l. 13. fam. & ep. 1. l. 1 ad Qu. fr. Nec imperita, & clemens) al. nec imperita, nec demens. uidendum, an legi debeat: nec impedita, & clemens. Cum admirabili facilitate) absoluta est. Aditus) ep. 1. l. 1. ad Q. fr. Prouinciales) difficiles, qualibus uti solent alij, qui prouincijs præsunt. Inambulabam) ut omnes me possent adire. Militia) exercitatione. In Ciliciam) ep. 21. l. 5. Iuniū mēsem) ibid. Impēdet) ep. sup. Reditu) per puinciā. ep. 21. l. 5. de qua decedere nō possum, nisi ad III. Cal. Sext. ep. seq. Ponere) cogitabā. Emerentur) tāq̄ emeritæ sunt, ut emeritū tēpus. ep. 5. h. l. Constantia) intercessionis. ep. 13. l. 8. fam. Vestro) sic ep. sup. Tuū) amicū. ep. sup. Meus) quū autor fueris, ut illum sim cōplexus. ibid. Feci) causa Bruti. ibid. Regno) Ariobarzanis. ibid. Rege) Ariobarzane. ibid. Turbulentis) insidiosis. ep. 20. l. 5. & ep. 4. l. 15. fam. Hos) ut meæ prouinciæ homines. Addixi) ep. sup. & ep. 21. l. 5. Renouatis quotannis) anatocismo. ibid. Noluit) accipere. ibid. Qui) quo pacto.

cto. Quaternas)ep.sup. Fieri)ferri,legi pōt. Possem) qui alr edixissem.ep.21.l.5. S.C.)ibid. Legē Gabiniā)ibid. Sum pserant) à Bruti familiaribus.ibid. Auli lex) Aul.Gabinij lex. Ista syngrapha)cum ista syngrapha,uel ex ista syngrapha. Ista)syngrapha. Iuris idē) ep.21.l.5. Cæteræ)syngraphę.ibid. Tibi)cui difficilius est satisfacere.ep.18.l.5. Catoni)Bruti auunculo.ep.21.l.5. Darent)ut scripsit etiam Brutus.ep.sup. Vellent)faceret.al.uellent:ut paulò post:uolunt, inquis, principes. Non amplius, inquis,quinquaginta)uolebam te Scaptio equites dare. Spartaco)Plutar. in Crasso. Minus multi) atqui gladiatores 74 fuisse omnes ferè scribunt. Tenera)molli:unde et Veneri dicata fuit. Nonnulli)quinque.epist.o.sup. Præfectus Appio)ibid. Neminem)præfectum haberem. Probaueramus)qui id exceperamus.ep.sup. Is) Scaptius. Turmas)equitum. Cohortes)peditum,quos minore sumptu,q̃ equites alere posset. Sumptu) quo in alendis equitibus uti cupit. Iā nepos)iā pdigus. Euadit)εὐφωνικῶς. Scaptius)fœnerator auarissimus. Volūt,inqs,prcīpes)uolūt,inqs, Cyprij principes Scaptiū turmas habere.al.uolūt,īqt prīcipes.uolūt,inqt Scaptius,Cyprij principes me turmas habere. Scio)εἰρωνικῶς. Venerunt)Cyprij legati.ep.sup. Cæteras)cætera beneficia.ep.21.l.5. Decretis)non statu s.ibid. Opus) Scaptio. Quaternis centesimis) ep.sup. Libros)de Rep.quibus tāquàm prædibus me ipse obstrinxi.ibid. Dilaudas)ut epist.15.l.4. Amasti)uel iniusta pro eo petens. Parum)ames,quum à me talia petas. Appio)reo maiestatis,et ambitus à Dolabella facto.ep.11.l.3.fam.& ep.6.l.8.fam. Omnia)ep.10.l.3.fam. Odimus)post reditum in gratiam.ibid. Brutū)ipsius Appij generum.ep.4.l.3.fam. Pompeius)Appij filiæ socer.ibid. Contendit)ep.10.l.3 fam.& ep.6.l.8.fam. C.Cælium)ep 4. et.6. h.l.& ep.19.l.2.fam σεληνιακά) παρώνυμον à luna,ut ostendat Cælium morbo,quem lunaticum uocant,laborare, & sane fatuum uocat ep.6.h.l.huc fortasse etiam respexit ep.20 l.5. εὐήθειαν)fatuitatem.al.ἐνδειαν, rectam controuersiam. Sempronij Rufi)ep.8.l.8.fam. Epistola)tua. Corcyræa)Corcyra data. Potentia)qua uicit Sempronium. Lucet) sic ep. 3.l.5. Cæciliam)ep.4.h.l. Literis)quum uerbis ut absens non possis.

CICERO ATTICO S. 3

ETSI nil sane habebam noui, quod post accidisset, quàm dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas:tamen,cum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit.at primam illud, quod me maxime angebat(non quo me aliquid iuuare posses:quippe res est in manibus: tu autem abes longe gentium: πολλὰ δ᾽ ἐν μεταιχμίῳ νότος κυλίνδει κύματ᾽ εὐρείης ἁλός) obrepsit dies,ut uides(mihi enim ad III.Cal.Sext.de prouincia decedendum est)nec succeditur.quem relinquam,qui prouinciæ præsit?ratio quidem,& opinio hominum postulat fratrem:primum q̃ uidetur esse bonos:nemo igitur potior:deinde q̃ solum habeo pretorium:Pontinus enim ex pacto,& conuento(nam ea lege exterat) iam à me discesserat.Quæstorem nemo dignum putat:etenim est leuis,libidinosus, sagax. De fratre autem primum illud est. persuaderi ei non posse arbitror:odit enim prouinciam:& hercule nihil odiosius, nihil molestius.de inde,ut mihi nolit negare:quidnam mei sit officij? cum bellum esse in Syria magnum putetur, id uideatur in hanc prouinciam erupturum, hic præsidij nihil sit, sumptus annuus decretus sit: uideatur ne aut pietatis esse meæ, fratrem, aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere? magna igitur, ut uides solicitudine afficior, magna inopia consilij. quid quæris? toto negotio nobis opus non fuit. quanto tua prouincia melior? decedes,cum uoles,nisi forte iam decessisti. quem uidebitur, præficies Thesprotię, & Chaoniæ.necdum tamen ego Quintum conueneram,ut iam, si id placeret, scirem, posset ne ab eo impetrari:nec tamen, si posset, quid uelem, habebam.hoc est igitur eiusmodi. reliqua plena adhuc & laudis, & gratiæ, digna ijs libris, quos dilaudas. conseruatæ ciuitates: cumulate publicanis satisfactum:offensus contumelia nemo, decreto iusto, & seuero perpauci, nec tamen quisquam ut queri audeat.res gestę dignæ triumpho.de quo ipso nihil cupide agemus, sine tuo quidem consilio certe nihil. clausula est difficilis in tradenda prouincia. sed hæc Deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura tu scis: sæpius, & certiora audis.equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri:huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paulo:non quo ullum periculum uideam stante Pompeio, uel etiam sedente, ualeat modo:sed mehercule Curionis, & Pauli meorum familiarium uicem doleo. formam igitur mihi totius Reip. si iam es Romæ. aut cum eris, uelim mittas, quæ mihi obuiam ueniat, ex qua me fingere possim, & præmeditari, quo animo accedam ad Vrbem: est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinū, atq; hospitem. Et, quod pene præterij, Bruti tui causa, ut sæpe ad te scripsi, feci omnia. Cyprij numerabant: sed Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœno

re contentus non fuit. Ariobarzanes *non in* Pompeium *prolixior per ipsum, quàm per me in* Brutum: *quem tamen ego præstare non poteram: erat enim* Rex *perpauper: aberamque ab eo ita longe, ut nihil possem nisi literis, quibus pugnare non destiti. summa hæc est. pro ratione pecuniæ liberius est* Brutus *tractatus, quàm* Pompeius. Bruto *curata hoc anno talenta circiter* C. Pompeio *in sex mensibus promissa* C C. *iam in* Appij *negotio quantum tribuerim* Bruto, *dici uix potest. quid est igitur, quod laborem? amicos habet meras nugas* M. Scaptium, *qui, quia non habuit à me turmas equitum, quibus* Cyprum *uexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenset: aut, quia præfectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori, non* C. Vennonio *meo familiari, non tuo* M. Lenio: *& quod tibi* Romæ *ostenderam me seruaturum, in quo perseueraui. sed quid poterit queri is, qui auferre pecuniam cum posset, noluit?* Scaptio, *qui in* Cappadocia *fuit, puto esse satisfactum. is à me* Tribonatum *cum accepisset, quem ego ex* Bruti *literis ei detulissem. postea scripsit ad me, se uti nolle eo* Tribunatu. Caius *est quidam, cui cum præfecturam detulissem* Bruti *rogatu, multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia,* P. Clodij *canis: is me nec proficiscentem* Apameam *prosecutus est. nec, cum postea in castra uenisset, atque inde discederet, num quid uellem, rogauit. & fuit aperte mihi, nescio quare non amicus. hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares? qui, ut scis, pontentissimorũ hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius assectæ? etsi hoc plus est, quàm ferre, tribuere etiam beneficij aliquid, & honoris. is igitur* Caius, *cum* Apameæ *me nuper uidisset* Romam *proficiscens, me ita appellauit (*Culleolum *uix auderem) unde, inquit, me iubes petere cibaria? profecto respondi lenius, quàm putabant oportuisse, qui aderant: me non instituisse ijs dare cibaria, quorum opera non essem usus. abijt iratus. huius nebulonis oratione si* Brutus *moueri potest, licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. tibi tamen causam notam esse uolui: & ad ipsum hæc perscripsi diligentissime. omnino (soli enim sumus) nullas unquam ad me literas misit* Brutus, *ne proxime quidem de* Appio, *in quibus non inesset arrogans* ἀκοινώνητον *aliquid. tibi autem ualde solet in ore esse. grauius autem non contemnere se,*
* *& Reges odisse superbos. in quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. sed planè parum cogitat, quid scribat, aut ad quem.* Quintus Cicero *puer legit, ut opinor, & certe, epistolam inscriptam patri suo; solet enim aperire, idque de meo consilio, siquid forte sit, quod opus sit sciri. in ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad me. mirifice conturbatum uidi puerum, lacrymans mecum est questus. quid quæris? miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatemque perspexi: quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. id te igitur scire uolui. ne illud quidem prætermittam.* Hortẽsius *filius fuit* Laodiceæ, *cum gladiatoribus flagitiose, et turpiter. hũc ego patris causa uocaui ad cœnam, quo die uenit: & eiusdẽ patris causa nihil amplius. is mihi dixit, se* Athenis *me expectaturum, ut mecum decederet. recte, inquam: quid enim dicerem? omnino puto nihil esse, quod dixit: nolo quidem, ne offendam patrem, quem mehercule ualde diligo. sin fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quẽ minime uolo. hæc sunt, etiam illud.* Orationem Q. Celeris *mihi uelim mittas contra* M. Seruilium. *literas mitte quamprimum, si nihil fuerit, uel per tuũ tabellarium.* Piliæ, *& filiæ salutem.* Cura, *ut ualeas.*

σχόλια.


HILOGENI)ep. 13. l. 5. Literis) superiores. Philotimum) ep. 4. l. 2. Remitere) huc profectum. ep. 9. l. 3. fam. Res) quæ ad decedendum de prouincia pertinet. Est in manibus) de ea nunc agitur, & quidem Romæ. πολλοὶ δ' ἐν μεταιχμίῳ νότος κυλίνδει κυμάτ' εὐρείης ἁλός) multos uero in medio auster uoluit fluctus lati maris. prouerb. ingens interuallum: &, multa in medio. III. Cal.) sic ep. sup. quare ita quoque legendum uidetur. ep. 21. l. 5. Honos) al. bonus: quasi bonus custos, defensorque prouinciæ, ut alibi dixit: prterquàm quòd uerba, quæ sequuntur, ita postulant: nemo igitur potior. nam potior bono respondet. Solum) fratrem. Habeo) mecum in prouincia. Pontinus) ep. 3. l. 5. qui & ipse pretorius est. orat. 3. in Catil. Discesserat) ep. 15. l. 2. fam. & ep. 10. l. 3. fam. Quæstorem) Messinum. ep. 11. l. 5. & ep. seq. Sagax) alij, salax: alij, rapax. Persuaderi) ut remaneat.

Odit)ut qui Asiæ triennium præfuit.ep.1.l.1.ad Q.fratrem. Mihi)ut fratri. Bellum)Parthicum.ep.1.h.l. Id uideatur) alij,idque uideatur:nos,siquid mutandum sit,& uideatur,legi posse credimus. Prouinciã)Ciliciam. Præsidij nihil)certe pa rum.ep.15.l.5. Sumptus)publicus.ep.6.l.2.& ep.1.l.7. Annuus)& ideo nũc finito anno finitur. Decretus sit)mihi de mo re.ep.15.l.4.Liu.l.42.Quintus igitur frater sumptum publicum non haberet. Nugarũ aliquid) ut Quæstorem Messinium. Opus non fuit)non erat enim nostrum onus.ep.15.l.5. Tua prouincia)rerum tuarum,quæ in Epeiro sunt,curatio. Thesprotiæ,& Chaoniæ)Epeiri loci,ubi res habes tuas. Quintum)nondũ ex hybernis reuersum. ep.20.et.21.l.5. Libris)de Rep. Dilaudas)ep. sup. Conseruatæ)ep.1.&.2.h.l. Satisfactum)ibid. Res gestæ)ep.20.l.5. Dignæ triumpho)ep.10.l.2.fam. & ep.6.h.l. Audis)ut propior Italiæ. Odiosa)tumultuosæ conciones.ep.12.l.2. fam. Curione)Tribuno pl.ep.7.l.2. fam. qui accepto centies HS.ut scribit Patercul.uel,ut testatur Seruius,uiginti septem millibus aureis, transfugit ad populum,& pro Cæsare loqui cœpit,ep.6.l.8. fam. Paulo)L.Aemylio Paulo Cos.quem Cæsar mille et quingentis talentis,uel,ut alij uolũt, sestertijs amicum sibi comparauit. Pompeio)ad hæc,quæ timentur,propulsanda paratissimo.ep.7.l.5. Valeat)nam quotannis periculose ægrotare solet.ep.1.l.8. Familiarium)Curionis quidem ep.1.& 2.l.2.fam.Pauli uero episto.12.& 13.l.15. fam. Doleo)quòd ab optimatiũ partibus desciuerunt. Obuiam ueniat)sic ep.12.l.1.fam. Ad urbem)non dixit,in urbem. nam triumphare uolenti urbem ingredi non licebat.ep.1.l.7.& ep.6.l.8.fam. Hospitem)sic ep.12.l.4. Bruti tui)epis. sup. Sæpe)ep.21.l.5.& ep.1.& 2.h.l. Cyprij)Salaminij. Renouato in singulos annos fœnore)anatocismo. ep 21.l.5. Ariobarzanes)epi.1.& 2.h.l. Per ipsum)Pompeium.ut enim Pompeius uir tantus,& tam potens Regem sexcentis procuratoribus presserit,ep.1.h.l.ille tamen non fuit prolixior in Pompeium,quàm in Brutum per me,qui & præsens,& absens illum non destiti rogare. Præstare)penè sic ep.7.l.3.ad Q.fr. Perpauper)ep.1.h.l. Longe)ep.sup. Liberius)liberalius, mihi quoque magis placeret:et si summus poeta eodem modo dixisse uidetur:omnia liberius nullo poscente ferebat. Curata)magis enim liberale est C.talenta curare,quàm CC.promittere. Appij negotio)de accusatione.ep sup. Bruto)ut genero.ibid. M.Scaptium)ut M Scaptium.al.Manium Scaptium:unde nemo nõ uidere potest legi oportere: Matinium,Scaptiũ: nam quum amicos dixit,non unum, sed duos minimum complexus est.hos familiares appellauit ep.21.l.5. Non habuit) ut uolebat.ep.sup. Fecerat)ibid. Negotiatori)ibid. C.Vennonio)ep.1.h.l. Tuo M.Lenio)ep.21.l.5. Et quod) id quod,lego. Is)Scaptius. Noluit?)auferre:ep 21.l.5. Scaptio)al.Scaptius,ut sit locutio,qualis illa,diutius cõmorans Athenis,erat animus ad te scribere:qua scriptores Græci,et Latini frequenter utuntur. Fuit)in regno rem Bruti procurãs.ep.1.h.l.nã, qui Salaminios uexabat,alter erat Scaptius. Tribunatum)Mil. Caius)is uideri potest esse,qui L.Gauius dicitur ep.1.h.l. P.Clodij)qui meus fuit inimicus. Canis)tãquàm canis,quòd Clodium more canis sequeretur,uel q. canina,ut est in prouerb. facundia uteretur. Nõ amicus)inimicus.ἐξουθενισμός. Hũc)Caiũ. Potentissimorũ)ut Cæsaris,& Crassi. Culleolũ uix auderẽ)ego maior uix auderẽ ita appellare Culleolũ minorẽ.ep.41.et 42.l.13.fam. Opatione)alij.orõne. Eũ)Brutũ. Aemulum)riualem in amando Bruto.ep.7.l.3.ad Q.fr.prouerb.sine riuali diligere. Illum)Brutum. Eum)talem,æquũ. Soli enim sumus)ita ut tutò loqui possimus.ex Terent.nisi memoria me fallit,& ita dixit tãquàm uicini essent, & colloqui inter se possent. Appio)socero suo.ep. sup.pro quo rogans tali tempore nihil arrogans certe scribere debuerat. ἀκοινώνητον)alienum à societate.ep.1.h.l. Solet in ore esse)quod sequitur. Grauius autem)tu meo periculo leges : Granius autẽ: hoc est,Q.autem Granius homo dicax dixit carmẽ,quod sequitur.est enim finis carminis Lucilij,qui de Q.Granio multa scripsit.in Brut. Non contemnere se,et Reges odisse superbos)carmen Lucilij,quo Granius ostendebat, se non contẽnere, sed tamen Reges odisse superbos:quod Atticus sæpe de Bruto referebat,ut Cicero ipse de Curione epis.8.l.2. In quo) in quo scribendo mõ. Ille)Brutus.al illud. Mihi) q.ut puerbio dicitur, amici mores nosse,non odisse consueui. Cogitat) Brutus. Quintus Cicero)ep.2.l.2. Epistolam)tuam. Patri suo.)Q.fratri. Illud idem)quod ante scripseras.epist. sup. Sorore)Pomponia. Quod ad me)scripseras,& scribebas,Statium dicere,Q.fratris consilium esse, Pomponiam repudiare.epist.sup. Puerum)Q.Ciceronem. Questus)de patre,qui matrem uellet repudiare. Pietatem)in matrem. Fore) de diuortio. Hortensius filius)ep.4.l.10. Nihil amplius)feci,aut dixi,ne,si illum reprehendissem, patrem forte offendissem. Nolo quidem)aliquid de illo dicere,aut facere. Diligo)ut amicum,& socium.in Brut. Q.Celeris) ep.1.l.10.fortasse Q.Pilius Celer dicebatur.ep.8.l.8.fam. M.Seruilium)de repetundis accusatum.ep.8.l.8.fam. Si nihil fuerit,uel perpetuum tabellarium)al.si nihil fieri,uel perpetuum tabellarium:unde legi posse credimus: si nihil ferri,uel perpetuum tabellarium: si nihil tuto ferri potest,uel perpetuum tabellarium mitte. Filiæ)ep.seq.

CICERO ATTICO S. 4



ARSVM uenimus Non.Iun.ibi me multa mouerunt:magnum in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia,mihi difficilis ratio administrandi,quòd paucos dies habebam reliquos annui muneris:illud autem difficillimum:relinquendus era ex S.C.qui præsset.nihil minus probari poterat,quàm Quæstor Messinius.nam de Celio nihil audiebamus.rectissimum uidebatur fratrem cum imperio relinquere:in quo multa molesta,discessus noster,belli periculum,militum improbitas,sexcenta prætcrea.ò rem totam odiosam.sed hæc fortuna uiderit:quoniã consilio non multũ uti licet. Tu quãdo Romam saluus,ut spero,uenisti, uidebis,

ut soles, omnia, quæ intelliges nostra interesse, in primis de Tullia mea: cuius de cōditione quid mihi placeret, scripsi ad Terentiā, cū tu in Græcia esses: deinde de honore nostro: quod enī tu absuisti, uereor, ut satis diligēter actū in senatu sit de literis meis. illud prterea μυστικώτερον ad te scribā, tu sagacius odorabere. τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δή, μή τι νοήσῃς. εἰς δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλίσαι. non queo tantum, quantum uereor, scribere. tu autem fac, ut mihi tuæ literæ uolent obuiæ. hæc festinans scripsi in itinere, atque agmine. Piliæ, & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dices. Vale.

σχόλια

VENIMVS) al. ueni. Bellum) Parthicum. ep. 1. h. l. Paucos) circiter 52. Probari) quia nemo dignum putat. ep. sup. Messinius) L. Messinius Rufus ep. 10. 21. & 22. l. 5. fam. Cælio) ep. seq. & ep. 2. h. l. Relinquere) ep. sup. Sexcenta) ep. 5. l. 2. Tullia) collocanda. ep. 13. l. 5. Conditione) ep. 6. l. 8. fam. Placeret) ep. 4 l. 5. Terentiam) ep. 1. h. l. Honore nostro) supplicatione. ep. 11. l. 8. fam. & ep. 4. l. 15. fam. Literis) de uictoria. ep. 9. l. 3. fam. quas Romā per binos tabellarios misi. ep. 1. h. l. μυστικώτερον) magis arcanū. ep. 2. l. 4 magis occulte. τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δή, μή τι νοήσῃς. εἰς δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλίσαι) uxoris meæ libertus (Nosti quem dico) uisus est mihi ex his, quæ inconsiderans effutiuit, confudisse calculos exemptione bonorum Crotoniatæ tyrannoctoni. uereor sanè, ne quid intelligas. Vnus certe quidem hoc contemplatus, reliqua caueto. sic propemodū aduerbum. nūc diligentius cōsideremus. Vxoris meæ; τῆς ξυνεόρου ep. seq. Terentiæ. Libertus) Philotimus. ep. 4. l. 2. et ep. 16. l. 11. Dudum) quum esset hic mecum. ep. sup. & seq. Confudisse) πεφυρακέναι. al. διεφθαρκέναι, corrupisse. Calculos) rationes, uel pecuniarum numeros. nam, ut inquit Suidas. ψῆφον καλοῦμεν τὸν χρημάτων ἀριθμόν. Bonorum) in quibus socius est ipse Philotimus. ep. 8. l. 5. Crotoniatæ) T. Annij. Milonis, qualis fuit Milo Crotoniata. ἐν αἰνιγμοῖς enim loquitur. epist. 2. h. l. tyrannoctoni) qui Clodium penè tyrannum interfecit. sic ep. 17. l. 14. Vereor sanè, ne quid intelligas) uereor, ne quid ita obscure sit scriptum, ut id tu minus intelligere possis. eodem penè modo latine loquitur, ep. 1. l. 6. fam. Vnus) εἷς. al. ἓν, unū quod magis placet, quum postea dicat, τὰ λοιπά. Caueto) ἐξασφάλισαι. al. ἐξ ἀσφαλείας. unde forte ita legendum sit: ἐξασφαλίσειας, cauere posius. Literæ) ex quibus me fingere possim. ep. sup. Cæciliæ) filiæ. ibid.

CICERO ATTICO S. 5

NVNC quidem profecto Romæ es: quo te (si ita est) saluum uenisse gaudeo: unde quidem quandiu absuisti, magis à me abesse uidebare, quàm si domi esses: minus enim mihi meæ notæ res erant, minus etiam publicæ. quare uelim, etsi (ut spero) te hæc legente aliquantum tamen uiæ processero, tamen obuias mihi literas quamargutissimas de omnibus rebus crebro mittas, in primis de quo scripsi ad te antea. τῆς ξυνεόρου τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων τοῖς ξυλλόγοις, καὶ ταῖς λέσχαις ὑπότι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. hoc tu indaga, ut soles, est hoc magis. ἐξ ἄστεως ἑπτάλοφου τυχὼν παρέδωκεν ἡμῶν γάμου ὃ φυλάγματα ὁ Κάμιλλος αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς. κδ. ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρονησιτικῶν. μη. καὶ κληρονομήσας χμ. κ. μ. τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὁλοσχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώζηται, δεύτερον δέ, ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας, ἔσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρὴν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καὶ τι σχεδὸν ἐλπίσας, ἀπογνοὺς δὲ ἀλόγως ἀπέστη, εἰπὼν, αἰσχρὸν τοιδηρόντι μένειν. meq; obiurgauit uetere prouerbio, τά μὲν διδόμενα. reliqua uide, &, quantum fieri potest, perspiciamus. & si annuum tempus prope iam emeritum habebamus: dies enim XXXIII. erant reliqui: solicitudine prouinciæ tamen uel maxime urgebamur: cum enim arderet Syria bello, & Bibulus in tanto mœrore suo maximam curam belli sustineret, ad meq; Legati eius, et Quæstor, & amici literas mitterentut subsidio uenirē, & si exercitum infirmum habebam, auxilia sanè bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum (hæc enim sunt nostra robora) tamē esse officiū meū putaui, exercitū habere quàproxime hostē, quo

ad mihi præesse prouinciæ per S.C. liceret. sed, quo ego maxime delectabar, Bibulus molestus mihi non erat: de omnibus rebus scribebat ad me potius, & mihi decessiõis dies λεληθότως obrepebat. qui cum aduenerit, ἄλλο πρόβλημα, quem præficiam, nisi Cælius Quæstor uenerit, de quo adhuc nihil certi habebamus. cupiebam mehercule longiorem epistolam facere: sed nec erat res, de qua scriberem: nec iocari præ cura poterã. ualebis igitur, & puellę salutẽ articulate dices, nostręq; Pilię.

σχόλια

SALVVM uenisse gaudeo) ita sæpe loquuntur comici, ut ep. ultima l.1. fam. Videbare) quãuis minus abesses, quũ esses in Græcia. ep. sup. Processero) Romã reuertens, munere meo absoluto. ibid. Obuias) ibid. Mutuas) ut me possim fingere. ep. 3. h.l. τῆς ξυνεόρου τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ, βατταρίζων, καὶ ἀλύων ἐν τοῖς ξυλλόγοις, καὶ ταῖς λέσχαις ὑπότι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. uxoris meæ libertus uisus est mihi, sæpe garriens, & se iactans in concilijs, & sermonibus, aliquantum cõfudisse calculos in bonis Crotoniatæ. Vxoris) ξυνεόρου al. ἀλόχου: δάμαρτος. ep. sup. Libertus) Philotimus. ibid. οὐξελεύθερος: al. ὁ ἀπελεύθερος. Sæpe) θαμὰ: al. τὰ ἐμὰ, res meas. Garriens) βατταρίζων. prouerb. βατταρίζειν. Sermonibus) λέσχαις. ep. 1. l. 12. Cõfudisse) πεφυρακέναι: al. διεφθαρκέναι, corrupisse. ep. sup. Calculos) ibid. In bonis Crotoniatæ) ibidem. ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου τυχὼν παρέδωκεν ἡμῶν γάμου ὀφειλήματα ὁ Κάμιλλος αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς. κδ. ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρονησιτικῶν. μη. καὶ κληρονομήσας χμ. κ. μ. τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὁλοσχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώζηται, δεύτερον δὲ, ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας, ἕως αὐτὸν ἠνέγκαμεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καί τι σχεδὸν ἐλπίσας, ἀπογνοὺς δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐπειπὼν, αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν. ex urbis septem collium mœnibus tradidit nostrarum nuptiarum debita Camillus, seque debentem mnas 24. ex Crotoniaticis, & ex Cherronesiticis 48. & quum hæreditates creuerit 640. 20. 40. horum uero ne obolum quidem dissoluisse, quum omnia deberentur secundi mensis calendis. libertum autem ipsius, gentilem Cononis patris nihil planè curasse. hæc igitur primum quidem, ut omnia conseruentur: deinde uero ut neque usuras negligas ex eo die, qui tot dies antecessit, quot ipsum tolerauimus, ductas. ualde timeo. etenim accessit ad nos exploraturus, & aliquid prope sperans: desperans autem sine oratione recessit, adiungẽs: turpe diu manere. ita propemodum uerba hæc uerti possunt, sed nos paulò accuratius inspiciamus. Ex urbis septem collium mœnibus tradidit) etsi uerba hæc ita possumus interpretari: quæ ex ædibus meis Romæ, quæ septem colles habet, locatis exegit, ea tradidit: mihi tamen legendũ uidetur, ut Germani librarij etiam descripserunt: ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου στείχων παρέδωκεν, ex urbe septem collium proficiscens tradidit, scilicet Philotimus. ep. 3. l. 7. Nostrũ nuptiarum debita) ἡμῶν γάμου ὀφειλήματα. al. ἡμῶν κα. μν ὀφειλημάτων: unde nos, donec melius ĩueniatur, ita legemus: ἡμῶν κα. μν. ὀφειλημάτων: nostrorũ 21. mnas debitorũ, ut sint reliqua, quæ scripserat Camillus se accepisse. ep. 1. h.l. Camillus) ep. 16. l. 11. ὁ κάμιλλος, al. καμίλλῳ. quod nos sequimur, ut Philotimus Roma proficiscens hæc omnia Camillo tradiderit. Seque) αὐτόν τε, al: ἑαυτόν τε. Debentem) quod scriptũ dedit. ep. 3. l. 7. Crotoniaticis) bonis Milonis, quem Crotoniatam paulò ante, & ep. sup. uocauit. Cherronesiticis) ad quæ exigenda profectus uidetur ep. 1. h.l. 48) μη. al. μν. ut, mnas, uertamus, & numerus desideretur, qui tamen cum sequenti cõmistus uidetur. Quum hæreditates creuerit 640. 20. 40.) κληρονομήσας χμ. κ. μ. al. τινὰς προνομήσας τῶν κλήρων: quum ante quibusdam hæreditatibus legitime sit usus: nisi quis malit legere: τινὰς προνωμήσας τῶν κλήρων, quum ante quasdam hæreditates diuiserit: & in his fortasse Pretianam. ep. 9. h.l. Calendis) νουμηνίᾳ, ἕνῃ καὶ νέᾳ, quo die Solon κλῆσιν ἔθηκεν, ut scribit Aristoph. in Nub. Libertum autem ipsius) libertum autem ipsius Philotimi, ut ἐξελεύθερος ἀπελεύθερον habeat, ueraque sit hoc loco Ammonij differentia. & sanè Philotimus Erotem uel Seruum, uel libertum uidetur habuisse ep. 15. l. 10. Gentilem Cononis patris) idem nomen habentem, quod habuit Cononis pater, qui Timotheus uocabatur. Conseruentur) σώζηται. al. σώζητε, uel σώσητε, conseruetis. Accessit) Philotimus ipse. ep. 3. h.l. & ep. 3. l. 7. Sperans) ex debitis posse deducere: uel à me impetrare, ut uel inuito Milone in eius esset bonis. ep. 8. l. 5. Sine oratione) ἀλόγως. sic enim utitur Isocrates. Recessit) uel destitit, ἀπέστη. Turpe diu manere) uersus integer Iliad. B. ita legitur. αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. Neque obiurgauit) Philotimus, quòd Milonis bona uelut à fortuna oblata nollem retineri. epist. 8. l. 5. τὰ μὲν διδόμενα) quæ dantur, scilicet accipienda sunt, ut dicebat Dionysius tyrannus. l. 3. de nat. Deor. Perspicianus. et si) al. perspice. Nos etsi: atque ita legendum est. Emeritum) ut operæ emerentur ep. 2. h.l. XXXIII.) hinc colliges hanc epistolam ad VI. Cal. Quint. scriptam fuisse. Bello) Parthico. ep. 1. h.l. Mœrore suo) propter filios à Gabinianis militibus occisos. Cæsar l. 3. de bel. ciu. et Val. Max. l. 4. cap. 1. Quæstor) Caninius Sallustius. ep. 17. l. 2. fam. Mitteret) non ipse Bibulus. ibid. Infirmum) ep. 15. l. 5. Auxilia) ep. 4. l. 15. fam. Galatarum) Plin. l. 5. cap. 32. Pisidarum) Plin. ibid. Lyciorum) Plin. l. 5. cap. 27. De omnibus rebus) ut de filij auguratu. ep. 17. l. 2. fam. Potius) quàm de bello. λεληθότως) furtim. ἄλλο πρόβλημα) alia quæstio. epist. 2. l. 12. Præficiam) Prouinciæ. Cælius) epist. 19. lib. 2. fam. Puellæ) Cæciliæ. epist. sup. Articulate) al. articulatæ.

CICERO ATTICO S. 6



GO, *dum in prouincia omnibus rebus* Appium *orno, ſubito ſum factus accuſatoris eius ſocer. id quidem, inquis,* Dy *approbent. ita uelim: teq́; ita cupere certo ſcio. ſed crede mihi, nihil minus putaram ego, qui de* Ti. Nerone, *qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miſeram, qui* Romam *uenerunt factis ſponſalibus. ſed hoc ſpero melius. mulieres quidē ualde intelligo delectari obſequio, & comitate adoleſcentis. cætera noli* ἐξακανθίζειν. *ſed heus tu,* πυροὺς εἰς δῆμον Athenis. *placet hoc tibi? & ſi non impediebant mei certe libri: non enim iſta largitio fuit in ciueis, ſed in hoſpites liberalitas. me tamen de* Academiæ προπύλῳ *iubes cogitare, quoniam* Appius *de* Eleuſine *non cogitet.* De Hortenſio *te certo ſcio dolere: equidem excrucior: decreueram enim cum eo ualde familiariter uiuere.* Nos *prouinciæ præfecimus* Celium: *puerum, inquies, & fortaſſe fatuum, & non grauem, & non continentem: aſſentior: fieri non potuit aliter: nam quas multo ante tuas acceperam literas, in quibus* ἐπέχειν *te ſcripſeras, quid eſſet mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant: uidebam enim, quæ tibi eſſent* ἐποχῆς *cauſæ, (& erant eædem mihi) puero ne traderem. fratri autem, illud non utile nobis: nam præter fratrem nemo erat, quem ſine cõtumelia* Quæſtori, *nobili præſertim, anteferrem. tamen dum impendere* Parthi *uidebantur, ſtatueram fratrem relinquere, aut etiam* Reip. *cauſa contra* S.C. *ipſe remanere. qui poſteaquam incredibili felicitate diſceſſerunt, ſublata dubitatio eſt. uidebam ſermones, hui fratrem reliquit? num eſt hoc non plus annum obtinere prouinciam? quid, quod ſenatus eos uoluit præeſſe prouincijs, qui non præfuiſſent? at hic triennium. ergo hæc ad populum. quid quæ tecum? nunquam eſſem ſine cura, ſiquid iracundius, aut contumelioſius, aut negligentius. quę fortuita hominum? quid, ſi quid filius puer, & puer bene ſibi fidens? qui eſſet dolor? quem pater non dimittebat, teq́; id cenſere moleſte ferebat. at nunc* Celius *non dico equidem, quod egerit: ſed tamen multo minus laboro. adde illud:* Pompeius, *eo robore uir, his radicibus,* Q. Caſſiũ *ſine ſorte delegit,* Cæſar Antonium: *ego ſorte datum offenderem? aut etiam inquirerem in eum, quem reliquiſſem? hoc melius, & huius rei plura exempla. ſenectuti quidem noſtræ profecto aptius. at te apud eum,* Dy *boni, quanta in gratia poſui? eiq́; legi literas non tuas, ſed library tui.* Amicorum *literæ me ad triumphum uocant, rem à nobis, ut ego arbitror, propter hanc* παλιγγενεσίαν *noſtram, non negligendam: quare tu quoque mi* Attice *incipe hoc cupere, quo nos minus inepti uideamur.* Vale.

σχόλια.



MNIBVS rebus) ep. 10. l. 3. fam. & ep. 2. h. l. Accuſatoris) Dolabellæ epiſ. 6. l. 8. fam. Ti. Nerone) ep. 64. l. 13. fam. et epiſ. 2. l. 3. ad Q. fr. Egerat) de accipienda Tullia uxore. Factis ſponſalibus) ab illis, quibus mandaram, ut agerent, quod probaſſent. ep. 12. l. 3. fam. Adoleſcentis) Dolabellæ. Cætera) quibus adhuc ille ſibi parum utilis fuit. ep. 3. l. 7. et ep. 13. l. 8. fam. ἐξακανθίζειν) ſpinoſa facere, exacuere. πυροὺς εἰς δῆμον) frumenta in populum. Athenis) ubi uniuerſos frumento donaſti. hoc refert Cor. Nepos in uita Attici temporibus Syllanis factum: nos uero credimus hoc iterum fecisse Atticum, quum Cicero Ciliciæ præeſſet. Libri) de Rep. in quibus diligenter de largitione eſt diſputatum. l. 2. de off. Iſta) tua. Largitio) frumentaria. Fuit) ut largitio Sp. Melij. Ciues) non enim tu ciuis Athenienſis fieri uoluiſti. Nep. in uita. προπυλαίῳ) ueſtibulo. epiſ. 1. h. l. Cogitare) multum, quòd & hoc ad largitionem pertineat. hinc Phalereus Demetrius Periclem uituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa propylæa conieciſſet. l. 2. de off. al. negatio interponitur hoc ſenſu. tibi placet frumentum largiri, me tamen non de Academiæ propylæo iubes cogitare. Non cogitet) poteſt eſſe iocus ex ambiguo: uel non cogitet, quòd temere, & ſine cogitatione id faciat, ep. 1. h. l. uel non cogitet, quòd amplius non ſit facturus, et eam cogitationem omiſerit. Hortenſio) mortuo. ep. 13. l. 8. fam. Te) ut eius familiarem. ep. 15. l. 2. Excrucior) in principio Bruti, ubi ſcribit ſibi Rhodum de Q. Hortenſij morte allatum fuiſſe. Celium) Quæſtorem. ep. 19. l. 2. fam. & ep. 1. h. l. Puerum) ep. 15. l. 2. fam. Fatuum) ep. 2. h. l. ἐπέχειν) dubitare, aſſenſionem retinere. ep. 9. h. l. quo uerbo utebantur ἐφεκτικοὶ Philoſophi in omnibus ferè rebus. Lucian. ἐν πράσει τῶν βίων, et Laert. in Pyrrhon. ſic σκεπτικοί σκέπτεσθαι. ep. 3. l. 12. et ἀπορητικοὶ ἀπορεῖν, Laer. in Pyrrh. hinc ἀπορίας. ep. 11. l. 7. Te ſcripſeras) al. ter ſcripſeras. ep. 9. h. l. De relinquendo) eo, qui prouinciæ præeſſet. Eæ) literæ. Me pũgebant) ſic epi. 21. l. 5. ἐποχῆς) dubitationis, quam l. 2. Acad. queſt. aſſenſionis retentionem uertit. ep. 20. l. 13. Fratri autem) tradere. Non utile) epiſ. 3. h. l. Nemo erat) Prætorius. ibid. Contumelia) ignominia.

ep.18.l.2.fam. Quæstori)Cælio. Contra S.C.)ne plus annum quis obtineat prouinciam.ep.3.l.7. Sermones) hominum. Hui fratrē reliquit?)ep.15.l.2.fam. Hic)Q..frater. Triennium) Asiæ præfuit.ep.1.l.1.ad Q..fr. Ad populum)proferrent maleuoli. Tecum?)loquerentur? Siquid)ageret Q..frater. Iracundius) more suo.epist.1.l.1.ad Q..fr. Fortuita) quæ fortuito dici solent. Filius)filius Q..fratris peccaret. Pidens?)propter multiplex ingenium.ep.2.h.l. Id) quòd dimitteret.uel potius dimittendum esse.ep.9.h.l. Egerit)al.egeret. Q..Cassium)Longinum Hirc.de bel.Alex.et Dion l.41. Delegi?)in Hispania. Cæsar)in Hispania.ut scribit Dion l.45.in Gallia,ut uerius docet Cicero Philip.2.& Cæsar ipse l.8.de bel.Gall. Antonium)M.Antonium:unde Antonios dixit ep.15.l.1.fam. Sorte datum)ep.19.l.2.fam.al.sorte mandatum. Hoc)quod feci. Aptius)quoniam nullas suscipiam inimicitias: quod penè necesse fuisset facere, si secus fecissem: sic ep.18.l.2.fam. Amicorum)ut M.Cælij.ep.5.l.8.fam. Triumphum)ep.3.h.l. Vocant)epis. 8 h.l. παλιγγενεσίαν) generis renouationem.Cicero enim fuit homo nouus ita,ut genus suum quasi renouare,& suis,ut dixit ipse, prælucere uideretur:& loco uerbum Pythagoricum usurpauit.

CICERO ATTICO S. 7



VINTVS FILIVS, pie sanè, me quidem certe multum hortante, sed currentem,animum patris sui sorori tuæ reconciliauit.eum ualde tuæ literæ excitarunt. quid quæris? confido rem,ut uolumus,esse. Bis ad te antescripsi de re mea familiari, si modo tibi redditæ literæ sunt,græce ἐν αἰνιγμοῖς. scilicet nihil est mouendum. sed tamen ἀφελῶς percunctando de nominibus Milonis, &, ut expediat,ut mihi recepit, hortando, aliquid ita tu proficies. Ego Laodiceæ Quæstorem Messinium expectare iussi,ut cõfectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum uolo puerorum causa,inde quamprimum Athenas:& si Etesiæ ualde reflant: sed uolo his magistratibus, quorum uoluntatem in supplicatione sum expertus.tu tamen mitte mihi quæso obuiam literas, nunquid putes Reip.nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset literas, nisi eum grauiter ægrum Eseæ reliquissem. sed nuntiant,melius esse.ego tamen angor:nihil enim illo adolescente castius,nihil diligentius. Vale.

Σχόλια



VINTVS filius)al.Cicero Q..F.. Pie)unde pietatem dixit,ep.3.h.l. Hortante) illum. Sed currentem)ipsum Q..filium. sic ep.9 l.5. Animum)commotum.ep.2.et 3.h.l. Patris sui)Q.n.fratris. Sorori tuæ)Pomponiæ.ep.4.l.1. Eum)Q.n filium,uel Q.n fratrem. Tuæ literæ)ad Q.n.fratrem quidē scriptæ,sed à filio apertæ.ep.3.h.l. Bis)ep.4 &.5.h.l. ἐν αἰνιγμοῖς) in enigmatibus.al. ἐν αἰνίγμασι.al. ἐν αἰνιγμοῖς,ut ep.19.l.2. ἀφελῶς)simpliciter.ep.1.h.l. Percunctando.)Philotimum. Nominibus Milonis)ep.8.&.10.l.5. Expediat)Philotimus. Recepit)ep.3.l.8.fam. Messinium)ep.4.h.l. Lege Iulia)qua relinquere rationes in prouincis necesse erat,easdemque totidem uerbis referre ad ærarium.ep.21.l.5 fam. Duas ciuitates)Laodicensem, & Apamensem.ibid. Relinquere)acceptis prædibus.ep.17.l.2.fam. Rhodum)quò pueri fuerant deducti.ep.18.l.5. Volo) proficisci,ut cogito. sic Aristopha.in Ran. ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι. Etesiæ) ep.15.l.2.fam. & Plin. l.2.cap.47. Reflant)al.reflauerint. Volo)ad urbem accedere.ep.3.h.l. Magistratibus) præsertim L.Aemylio Paulo,& C.Claudio Marcello Coss.C.Curione,& C. Furnio Tribunis pl.epist.11.l.8.fam. Voluntatem) ibid. Supplicatione)quæ triumphi penè semper prærogatiua solet esse.ep.5.l.15.fam. Expertus)ep.1.l.7. Obuiam)ep.3.h.l. Tiro)l.16.fam. Aegrotum)ibid. Eseæ)alij,esse.al.Edesæ. sed utcunque legatur,oppidum Ciliciæ sit necesse est, in qua adhuc erat,quãdo Messinium iussit Laodiceæ expectare.Tiro tamen postea Patras delatus.ep.2.l.7.

CICERO ATTICO S. 8



VM instituissem ad te scribere, calamumq; sumpsissem, Batonius è naui rectà ad me uenit domum Ephesi,& epistolam tuã reddidit prid.Cal.Oct.lætatus sum felicitate nauigationis tuæ opportunitate Piliæ, etiam mehercule sermone eiusdem de coniugio Tulliæ meæ. Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos.cum Lepta etiam plura locutus est, spero, falsa, sed certe horribilia:exercitum nullo modo dimissurum: cum illo Prætores Dess. Cassium Trib. Lentulum Cos. facere:Pompeio in animo esse Vrbem relinquere. sed heus, tu nunquid moleste fers de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuæ filij? at a quibus uictus? sed ad rem. Nos Etesiæ uehementissime tardarunt. detraxit XX. ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. Cal.Oct. Ephesò conscendentes hanc epistolam dedimus L.Tarquinio fi-

mul è portu egredienti, sed expeditius nauiganti.nos Rhodiorum aphractis,cæterisq; longis nauibus tranquillitates auccupaturi eramus.ita tamen properabamus,ut non posset magis. De raudusculo Puteolano gratum.nunc uelim dispicias res Romanas,uideas,quid nobis de triumpho cogitandum putes,ad quem amici me uocant.ego,nisi Bibulus,qui,dum unus hostes in Syria fuit,pedem porta non plus extulit,quàm domo sua,adniteretur de triumpho,æquo animo essem.nunc uero αἰσχρὸν σιωπᾶν. sed explorarem totam,ut, quo die congressi erimus,consilium capere possimus.at multa,qui & properarem,& ei literas darem, qui aut mecum,aut paulo ante uenturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit.tu dices utriusque nostrum uerbis & Piliæ tuæ,& filiæ. Vale.

σχόλια

BATONIVS) Q. Batonius Telesphorus in ueterum monimentis legitur. Domum Ephesi)al.dum essem Ephesi. Felicitate)ep.2.l.7. Coniugio)ep.6.h.l. Cæsarianos)à Cæsare iam nunc impendentes. Lepta)ep.17.l.5. Exercitum)al.Cæsarem exercitum. Dimissurum)ep.13.&.14.l.8.fam. Illo)Cæsare. Cassium)Q.Casium. ep.3.l.7.& ep.10.l.16. fam. Trib.)Tribunum pl Des. Lentulum)L. Cornelium Lentulum Cruscellum. Cos.)Des.cum C.Claudio Marcello. Facere)quasi, esse, sentire. Vrbem relinquere)quod postea fecit ep.10.l.7. Moleste fers)propter repulsam.ep.19.l.5.& si aliam uidetur significare. Illo) M.Catone,ut in Quæst.diximus. Patruo)mihi ep.19.l.5. Quibus)L.Lentulo,& C.Marcello.quorum alter iusto ferocior erat., Lentulus uero salua Rep. saluus esse non poterat.Patercul. Victus)in tertia Consulatus petitione,certe secunda.unde Cæsar.l.1.de bel. ciu. scripsit Catonem repulsæ dolore incitari. Etesiæ) ep. sup. Detraxit)dum pueris timeo.ep.12.l.10. XX. ipsos dies)ep.21.l.3. Aphractus) τὰ ἄφρακτα. ep.11.& 12.l.5. L. Tarquinio)eundam. Raudusculo)ære, numis ep.8.l.4. Vocant) ep.6.h.l. Hospes)nedum hostis, ut ep.2.l.7. Porta)Antiochiæ. ep.4.l.15. fam. Extulit) sed oppido se tenuit. ep.19.l.12. fam. Domo sua)olim Cos. cum Cæsare.ep.19.20.&.21.l.1. Nunc uero) quum Bibulus adnitatur. αἰσχρὸν σιωπᾶν) turpe tacere. ut Aristoteles sibi turpe putabat tacere,loquente Isocrate, sic mihi turpe est non petere triumphum, petente Bibulo,qui,ut mihi par esset, laureolam in mustaceo quæsiuit.ep.20.l.5.prouerb. turpe silere. Multa) scripsi. Ei)L. Tarquinio. Cicero) filius meus. Filiæ)ep.4.h.l.

CICERO ATTICO S. 9

IN PIRAEEA cum exissem prid.Id.Oct. accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas,quas quidem cum expectassem iandiu, admiratus sum,ut uidi obsignatã epistolam,breuitatem eius:ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum, quæ solent tuæ copiosissimæ,& clarissimæ esse.ac ne multa,cognoui ex eo,quod ita scripseras,te Romam uenisse ad XII. Cal. Oct. cum febri.percussus uehementer, nec magis, quàm debui, statim quæro ex Acasto.ille & tibi,& sibi uisum, & ita se domi ex tuis audisse,ut nihil esset incommode. id uidebatur approbare,quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. sed clamaui tamen,admiratusq; sum,quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses.quare de hoc satis: spero enim, quæ tua prudentia,& temperantia,& hercule,ut me iubet Acastus,confido te iam,ut uolumus,ualere. A' Turranio te accepisse meas literas gaudeo. παραφύλαξον, si me amas, τὴν τοῦ φυρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα. hanc,quæ mehercule mihi magno dolori est(dilexi enim hominem)procura(quantulacũq; est)Prætianam hæreditatem.prorsus illam ne attingas.dices numos mihi opus esse ad apparatum triumphi:in quo,ut præcipis,nec me κενὸν in expetendo cognosces,nec ἄτυφον in abyciendo.intellexi ex tuis literis te ex Turranio audisse,à me prouinciam fratri traditam.adeon ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? ἐπέχειν te scribebas. quid erat dubitatione dignum? si esset quicquam,cur placeret fratrem,& talem fratrem relinqui? ἀθέτησις ista mihi tua,non ἐποχὴ uidebatur.monebas de Q.Cicerone puero,ut eum quidem neutiquam relinquerem τοῦτο μόνον ἐμὸν ἐμοί. eadem omnia,quasi collocuti essemus,uidimus.non fuit faciendum aliter,meq; ἐπιχρονία ἐποχὴ tua dubitatione liberauit. sed puto te accepisse de hac re epistolam scriptam accuratius.ego tabellarios postero die ad uos eram missurus; quos puto ante uenturos, quàm nostrum Saufeium. sed eum sine meis literis ad te uenire uix rectum erat. Tu mihi,ut polliceris, de Tulliola mea,id est de Dolabella,perscribas: de Rep.quam præuideo in summis periculis:de Censoribus; maximeq; de signis, tabulis

tabulis quid fiat: referatur ne. Idib. Oct. has dedi literas, quo die, ut scribis, Cæsar Placentiam legiones quatuor. quæso, quid nobis futurum est mature scribas. Athenis statio mea nunc placet. Vale.

σχόλια

PIRAEEA) ep. 3. l. 7. Exissem) è naui. ep. 1. l. 7. Acasto) ep. 5. l. 14. fam. Breuitatem) exiguitatem, tenuitatem. neque enim, nondum resignata epistola, ad scripturam potuit referre. σύγχυσιν) confusionem. Literularum) sic uacillãteis literulas dixit ep. 13. l. 16. fam. Copiosissime) al. cõpositissime, fortasse rectius. Ne multa) dicam. Febri) al. febre. ep. 1. l. 7. Temperantia) ep. 5. l. 14. Turranio) ep. 5. l. 1. & ep. 1. l. 7. παρακαταθήκην) obseruã. φυρατοῦ) Philotimi perturbatoris, ὅσ ἔδοξέ μοι ψήφους πεφυρακέναι. ep. 4. & 5. h. l. & ep. 1. l. 7. & φυρμὸς ep. 5. l. 14. φιλοτιμίαν) ambitionem, uel potius auariciam Suida autore. & sanè Philotimus, in cuius nomine nunc iocatur, φιλοτιμίαν quasi à Philotimo ducens, auarus cognoscitur ep. 4 & 5. h. l. φιλοτιμία ep. 1. l. 7. αὐτότατα) ipsissime, per te ipsum maxime. & uoce comica est usus, ut, quod uolebat, magis exprimeret. Hanc) prætianam hæreditatem. Hominem) prætium. Prætianam hæreditatem) ep. 5. l. 14. fam. Attingas) attingat, uidetur legendum ex ep. 1. l. 7. Triumphi) ep. 3. h. l. κενὸν) elatũ. ἄτυφον) abiectũ. ἐπέχειν) dubitare. ep. 6. h. l. Te scribebas) al. ter scribebas. ibid. ter igitur scribebas hoc uerbũ ἐπέχειν, ut ostẽderes iterum, atque iterum deliberãdum: id quod illa uerba, ἐπιχρονίας ἐποχῆς magis demõstrãt. Dubitatione) est quasi ἐπεξήγησις uerbi ἐπέχειν. Quicquam) periculi ex bello ep. 3. h. l. ἀδόκησις) improbatio. ἐποχῆ) dubitatio. ep. 6. h. l. Relinquerem) ibid. τοῦτο μόνον ἐρῶν ἐμοί) hoc solum dicens mihi. sic penè loquitur Plato in principio. l. 9. de Rep. τὸ τῶν παιζόντων τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς: quod aiunt, qui iocantur, hoc & tu mihi dices: quod εἰρωνικῶς dictum uidetur quodam modo, ut Cicero imitatus, dicat: tu solum hoc mihi significas aperte, quod optime norã, quodque facere constitueram. al. τοὐμὸν ὄναρ ἐρῶν ἐμοί, meum somnium narrans mihi. prouerb. tuũ tibi narro somniũ. ἐπιχρονίας ἐποχῆς) diuturna dubitatio: quia ter ἐπέχειν scripsisti. Dubitatione) fratrem prouinciæ præficerem necne. Liberauit) quoniam ob id constitui non præficere. Epistolam) 6. h. l. Sampsiceramum) ep. 1. l. 7. Idest) al. idem. Dolabella) genero. episto. 6. h. l. Periculis) ep. sup. Censoribus) Ap. Claudio Pulchro, & L. Pisone Cæsariano. episto. 12. lib. 8. fam. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. & Dion l. 40. Signis) ut Anseris, & Iouis, quæ Cess. Plutarc. & Plin. autoribus, uindicanda locabant. sed & Q. Martius Ces. signum concordiæ fecit. orat. pro dom. uel potius signis, quorum Romani ita fuere studiosi, ut Cess. ueluti moribus præfectis tantæ libidini consulere fuerit necesse. Tabulis) pictis, ut Cicero suo quasi more signis & tabulis coniungat: etsi uideo posse interpretari, tabulis corruptis: quo de crimine Cess. iudicare consueuisse cognosci potest ex orat. pro Cluent. sunt etiam, qui tabulas Cærites significari uelint, de quibus Gell. lib. 16. cap. 13. hac de re loquitur etiam Cælius ep. 14. l. 8. fam. et Dion. l. 40. scribit multos ab Appio Ces. notatos fuisse. Legiones quatuor) adducturus erat. Mature) al. mature, quod magis placet. Statio) mansio. Placet) ut tutior, quàm si in Italia in tot periculis uersar.



M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER SEPTIMVS.

CICERO ATTICO S. I



EDERAM *equidem L. Saufeio literas, & dederam ad te unum, quòd, cum non eſſet temporis mihi ad ſcribendum ſatis, tamen hominem tibi tam familiarem ſine meis literis ad te uenire nolebam: ſed, ut Philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. ſin iam illas accepiſti, ſcis me Athenas ueniſſe pridie Id. Oct. è naui egreſſum in Piræcum tuas ab Acaſto noſtro literas accepiſſe: côturbatum, quòd cum febre Romam ueniſſes: bono tamen animo eſſe cœpiſſe, quòd Acaſtus ea, quæ uellem, de alleuato corpore tuo nuntiaret: cohorruiſſe autem, quòd tuæ literæ de legionibus Cæſaris afferrent, & egiſſe tecum, ut uideres, nequid* φιλοτιμία *eius, quem noſti, nobis noceret, & de quo iam pridem ad te ſcripſeram. Turranius autem ſecus tibi Brundusij dixerat, quod ex his literis cognoui, quas à Xenone optimo uiro accepi. cur fratrem prouinciæ non præfeciſſem, expoſui breuiter. hæc ferè ſunt in illa epiſtola. nunc audi reliqua. Per fortunas, omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemq́; tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudico ſingularem, conferto ad eam curam, ut de omni ſtatu meo cogites. uidere enim mihi uideor tantam dimicationem, niſi idem Deus, qui nos melius, quàm optare auderemus, Parthico bello liberauit, reſpexerit Remp. quanta nunquam fuit. age, hoc malum mihi commune eſt cum omnibus: nihil tibi mando, ut de eo cogites. illud meum propriũ* πρόβλημα *quæſo ſuſcipe. uides ne, ut te auctore ſim utrunque complexus? ac uellem à principio te audiſſe amiciſſime monentem.* ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεσ πατρίδος: *ſed aliquando tamen perſuaſiſti, ut alterum complecterer, quia de me erat optime meritus, alterum, quia tantum ualebat. feci igitur, atque effeci omni obſequio, ut neutri illorum quiſquam eſſet me carior: hæc enim cogitabamus, nec mihi iuncto cum Pompeio fore neceſſe peccare in Rep. aliquando, nec cum Pompeio ſentienti, pugnandum eſſe cum Cæſare, tanta erat illorum coniunctio. nunc impendet, ut & tu oſtendis, & ego uideo, ſumma inter eos contentio. me autem uterque numerat ſuum: niſi forte ſimulat alter: nam Pompeius non dubitat (uere enim iudicat) ea, quæ de Rep. nunc ſentiat, mihi ualde probari. utriuſque autem accepi eiuſmodi literas eodem tempore, quo tuas, ut neuter quenquam omnium pluris facere, quàm me, uideretur. uerum quid agam? non quæro illa ultima (ſi enim caſtris res geretur, uideo cum altero uinci ſatius eſſe, quàm cum altero uincere) ſed illa, quæ tum agentur, cum uenero, ne ratio abſentis habeatur, ut exercitum dimittat. dic M. Tulli. quid dicam? expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarẽ. ubi illæ ſunt denſæ dexteræ? nam ut illi hoc liceret, adiuui*
* *rogatus ab ipſo Rauennæ de Celio Trib. pl. ab ipſo autem? etiam à Cneo noſtro in illo diuino tertio Conſulatu. aliter ſenſero?* αἰδέομαι *non Pompeiũ modo, ſed* Τρῶας, καὶ Τρῳάδας. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην καταθήσει, *quis? tu ipſe ſcilicet laudator & factorum, & ſcriptorum meorum. hanc ego plagam effugi per duos ſuperiores Marcellorum Conſulatus, cum eſt actum de*

prouincia Cæsaris.nūc incido in discrimen ipsum.itaque ut stultus primus suam sententiam dicat, mihi ualde placet de triumpho nos moliri aliquid,extra Vrbem esse cum iustissima causa,tamen dabunt operam,ut eliciant sententiam meam.ridebis hoc loco fortasse: quàm uellem etiam nunc in prouincia morari.planè opus fuit,si hoc impendebat: etsi nil miserius:nam ὁδ' οὖ πάρεργον, *uolo te hoc scire,omnia illa prima,quæ etiam tu literis in cœlum ferebas,* ἐπίτηκτα *fuerunt. quàm non est facilis uirtus,quàm uero difficilis eius diuturna simulatio:cum enim hoc rectum,et gloriosum putarem ex annuo sumptu,qui mihi decretus esset,me* C.Celio Quæstori *relinquere annuum, referre in ærarium ad* HS CIↃ *: ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere,ut ego amicior inuenirer* Phrygum,*&* Cilicum *ærarijs, quàm nostro. sed me non mouerunt: nam & mea laus apud me plurimum ualuit:nec tamen quicquam honorifice in quenquam fieri potuit,quod prætermisserim. sed hæc fuerit, ut ait* Thucidides, ἐκβολὴ λόγου *non inutilis.tu autem de nostro statu cogitabis:primum quo artificio tueamur beneuolentiam* Cæsaris*:deinde de ipso triumpho:quem uideo,nisi Reip.tempora impedient,* εὐπόριστον, *iudico autem cum ex literis amicorum,tum ex supplicatione,quam qui nō decreuit,plus decreuit,quàm si omneis decreuisset triumphos.ei porrò assensus est unus familiaris meus* Fauonius,*alter iratus* Hirrus. Cato *autem & scribendo affuit, & ad me de sententia sua iucundissimas literas misit. sed tamen gratulans mihi* Cæsar *de supplicatione, triumphat de sententia* Catonis, *nec scribit quid ille sententiæ dixerit, sed tamen supplicationem eum mihi non decreuisse.redeo ad* Hirrum.*cœperas eum mihi placare.perfice,habes* Scrofam.*habes* Silium.*ad eos ego etiam antea scripsi, & ad ipsum* Hirrum*:locutus enim erat cum ijs,commode se potuisse impedire, sed noluisse,assensum tamen esse* Catoni *amicissimo meo, cum is honorificentissimā in me sententiam dixisset,nec me ad se ullas literas misisse,cum ad omneis mitterem.uerum dicebat: ad eum enim solum, & ad* Crassipedem *non scripseram. atque hæc de rebus forensibus.* Redeamus domum.*diiungere me ab illo uolo. mirus est* φυράτης Germanus Lartidius. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. *reliqua expediamus, hoc primum, quod accessit cura dolori meo, sed hoc tamen quicquid est.* Prætianum *cum ijs rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo. scripsi ad* Terentiam,*scripsi etiam ad ipsum,me,quicquid possem numorum,ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. ita puto* ἀμέμπτως *fore.uerum ut lubebit.hanc quoque suscipe curam, quemadmodum experiamur. id & ostendisti quibusdam literis ex* Epetro, *&* Athenis *datis, & in eo ego te adiuuabo.* Vale.

σχόλια


EDERAM) *nihil hic ferè temporis intercessit.* L.Saufeio) *ep.2.l.1.* Literas)*9.l.6.* Familiarem) *Nepos in Attici uita.* Philosophi)*uestri præsertim Epicurei.ep.6.l.4.* Ambulant)*tarde.epis.8.l.2.* Pireæum)*ep.3.h.l.* Acasto)*ep.9.l.6.* Febre)*ibid.* Legionibus)*quatuor.ibid.* φιλοτιμίᾳ) *ambitio.ibid.* Eius)*Philotimi.* Scripseram) *Græce ep.4.et 5.l.6.* Turranius) *ep.9.l.6.* Secus)*atque factum fuerat.* Dixerat)*à me prouinciam fratri traditam.ep.9.l.6.* Xenone)*ep.13.l.5.al.Zenone.ep.10.et 11.l.5.* Expo fiu)*ep.9.l.6.* Dimicationem)*inter Pompeium,et Cæsarem.* Liberauit)*nam Parthi incredibili felicitate discesserunt. epist.6.l.6.* Hoc malum mibi)*al.hoc malum,quod mihi:ut sit locutio illa,qua de dictum est ep.3.l.6.* πρόβλημα) *quæstionem, ut ep.5.l.6.* Te autore)*ep.5.l.4.* Vtrūque)*Pompeium,& Cæsarem.ep.13.l.9.* Audisse) *ep.6.l.4.* Monentem) *ut daremus operam,ut ab ijs diligeremur.ep.5.l.4.* ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες) *sed meum nunquàm animum in pectoribus mouisti.* ὀδυσ.ι.*et.*ι.*ep.15.l.13.fam.* πατρίδος) ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, *quòd nihil est dulcius sua patria.* ὀδυσ.ι.*sic enim uel addendum,uel certe intelligendum existimo:ut sit ratio,quare Atticus non persuaserit à principio,ut Pompeium,& Cæsarem complecteretur,quòd patriæ nimis esset studiosus,ut pluribus disputat ep.longa ad Lent.præsertim quam Calliope ita præscripsisset.ep.3.l.2.* Meritus)*Pompeius mei restituendi studiosissimus.ep.3.l.8.* Valebat)*Cæsar.ep.5.l.4.* Charior)*amicior.ep.13.l.9.* Peccare)*quam ciuis egregius esset ille.ep.7.l.5.* Coniunctio) *epist.longa ad Lent.qua Senatus opes sunt fractæ.ep.6.l.6 fam.* Alter)*Cæsar.* Nunc sentiat)*non quæ sentiebat episto.16.l.2,* Agant!)*al.agant!* Altero)*Pompeio,qui patriam defendit.* Vinci)*pro patria pugnantem.* Altero)*Cæsare,qui patriā uelit oppugnare.* Venero)*ad urbem.* Absentis)*Cæsaris.ep.13.l.8.fam.* Dimittat)*Cæsar.ep.8.l.6.* Expecta)*tu,qui me rogas.est enim* μίμνε σύ. Atticum)*quem soleo consulere.* Densæ) *nam scribit Plutarc.Senatores circiter ducentos Lucam ad Cæsarem uenisse.* Dextera)*testes fidei Cæsari datæ,fore,ut absentis ratio haberetur.* Illi)*Cæsari.* Hoc)*consulatū po-*

tere. Ab ipso)Cæsare. Rauēnæ)quò uenerat ipse Cæsar.ep.longa ad Lentul. De Celio Trib.pl.)curarem,ut M.Celius tunc Tribunus pl.cum cæteris Tribunis pl.de eius absentis ratione habenda ferret.epis.3.h.l. Ab ipso autem)ab ipso autē Cæsare tantum rogatus?rogatus igitur et ipse adiuui,& cæteris autor ad adiuuandum fui.ep.13.l.9. Cneo nostro) Pompeio,cuius legibus Celius ipse Tribunus pl.obsistere conatus fuerat. Ascon.in orat.pro Mil. Tertio Consulatu)ep.3.l.8. Aliter)atque Pompeiani.sic enim Pompeium uereri necesse erat. αἰδέομαι)uereor. Pompeiū) ut ducem. τρῶας. καὶ τρῳάδας)Troianos,& Troianas,Romanos,et Romanas.ep.5.l.2. πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην καταθήσει) Pulydamas mihi primus uitio dabit.ibid. Quis?)Pulydamas? Laudator)ep.2.l.6. Scriptorum) ep.15.l.4. Effugi) absens. Marcellorum)M.& C. Actum).l.8.fam.sæpe. Stultus)nota,qua L.Domitium Aenobarbum, nisi fallor,significat.ep.1.l.8.is enim multa cum libertate dicebat,quod est signum stultitiæ:ut Cæsaris erat inimicus,eiusque prouinciam cupiebat.ep.11.l.16.fam. Primus)rogatus.ep.10.l.1. Sententiam dicat) de meo triūpho,quando de supplicatione iniquæ trāsigi uolebat.ep.11.l.8.fam.uel potius de Cæsare,& primus dicat,me extra urbem cōmorante,qui si præsens essem,fortasse ut Consularis ante ipsum,impedimento essem,ne primus sententiam diceret. Triumpho)ep.3.l.6. Extra urbem) nam triūphare uolenti urbem ingredi non licebat, sed foris manebat.ep.15.l.4. Iustissima causa)triumphi. Tamen) etsi extra urbem ero. Sententiam meam)de causa Cæsaris præsertim. Hoc loco)ubi cupiam,quod tantopere fugi. Opus fuit) utile fuit,ut ep.6.l.4.commodum fuit in prouincia manere. Hoc)malum. Nil miserius)prouincia.nihil odiosius.ep.3.l.6. ὁδοῦ πάρεργον)præter propositum.ep.21.l.5. Omnia)quæ scripta sunt de comitum continentia ep.10.11.14.& 16.l.5. ἐπίτηκτα fuerunt)liquata fuerunt,hoc est,euanuerunt.al.ἐπίκτητα,fucata,foris assumpta. Nō est facilis uirtus) quòd nō est uirtus διδακτός.ep.13.l.10. Decretus esset)ep.3.l.6. C.Celio)ep.6.l.6. Annuum)sumptum. HS.CIↃ) usque adeo parcus fui,ut ex sumptu annuo mihi decreto potuerim & cohortem alere, sumptumque annuum Quæstori ut minori magistratui relinquere,& HS.CIↃ.in ærarium referre:atque hoc gloriosum putaui. Aerarijs) ex quibus nihil est erogatum nec priuatim,nec publice.ep.1.l.6. Nostro)ærario. Non mouerunt)meæ cohortis homines. ἐκβολὴ λόγου) egressus,uel effusio orationis. εὐπόριστον)parabilem. Amicorum)qui me ad triumphum uocant. ep.9.l.6. Supplicatione) episto.7.l.6. Quam qui non decreuit,plus decreuit,quàm si omneis decreuisset triumphos)al.quam mihi non decreuit, quasi omneis decreuisset triumphos:unde alij ita legunt:quam qui non decreuit,non decreuit,quasi omneis decreuisset triumphos. is autem fuit M.Cato.episto.11.lib.8.fam. Et)M.Catoni.ibid. Familiaris meus)hinc tulit tribum episto.1.lib.2. Fauonius)ibid. iratus)episto.15. lib.2. fam.ut Auguratus competitor. episto.2.&.3.lib.8 . fam. Hirrus) episto.11. l. 8. fam. Scribendo affuit)in decernenda supplicatione. Literas)5.lib.15. fam. Triumphat) exultat.episto.sequen. Catonis)sui inimici,Cæs. lib.1.de bel.Ciu.& mihi inuidentis.episto.e5.lib.3.& episto.19 lib.5. Ille)Cato. Sed tamen)al. sed tantum. Non decreuisse)quòd mihi inuideat.ep.3.h.l. Hirrum)C.Hirrum. Eum)Hirrum iratum.paulò ante. Scrofam) epist.4.l.5. Silum) ep.24.l.12. Impedire)supplicationem,quum de hostibus ageretur.ep.1e l.8.fam. Crassipedem)non generum iam mortuū, uel certe alienatum,quum Tullia Dolabellæ nupserit.ep.6.l.6.sed alterum.ep.12.l.9.al.Cassij fidem:unde libuit legere: Cassij fratrē.ep.21.l.5.& ep.3.h.l. Domū)ad res domesticas. Diiūgere me)societatē,quā feci, bonorū Milonis dirimere.ep.8. l.5. Ab illo)Philotimo. φυράτης)pturbator.e.9.l.6. Germanus)merus,ut e.15.l.1.et ep.5.l.4. Lartidius)Pani sic legit M.Latridius M.lib.Hilarus.Hilarus porrò Ciceronis fuit Libertus,et rōcinator,q fortasse et ipse calculos cōfundebat ita; ut nunc Cicero dicat:Philotimus est φυράτης,& uere talis,qualis Lartidius uel Hilarus,uel quicunque is esset,qui in ea re male audiret.hic ego tamen adhuc aliquid desidero,ut pote quòd Lartidius aliqua lingua furacem significet, uel ἀπὸ τοῦ λάρου deducatur,uel certe tale quid demonstret. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ)sed hæc quidem prius facta fuisse sinemus,quāuis dolentes.Iliad.τ.ep.13.l.10.prouerb.malorum ne memineris. Cura)hæreditatis præ tianæ. Dolori meo)quem ex amici morte capio.ep.9.l.6. Quicquid est)quantulacumque est hæreditas. ibid. Pretiarum) hoc pretiarum,quicquid est. Ille)Philotimus. Tractat)ep.15.l.10. Nolo)sed uolo dicas,numos mihi opus esse ad apparatum triumphi.ep.9.l.6. Scripsi ad Terentiam)ep.5.l.14.fam. Ipsum)Philotimum. Possem)al.posset. Triumphi)ep.3. l.6. ἄμεμπτα)non accusanda,ea,de quibus Philotimus queri non possit. al.ἀμεμπτοὶ,quasi indigna,de quibus irasci, aut furere debeat Philotimus. Vt lubebit)irascatur,& indignetur Philotimus. Experiamur)ius nostrum persequamur, & quasi in ius Philotimum uocemus.

CICERO ATTICO S. 2

BRVNDVSIVM uenimus VII. Cal. Dec. usi tua felicitate nauigandi. ita belle nobis flauit ab Epeiro lenissimus Auster, mitis. hunc σπουδάζοντα, si cui uoles τῶν νεωτέρων, pro tuo uendito. Inualetudo tua me ualde cōturbat: significant enim tuæ literæ te prorsus laborare. ego autem cum sciam, quam sis fortis, uehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leuiorem accedere. Terentia uero, quæ quidem eodem tempore ad portam Brundusinam uenit, quo ego in portum, mihiq; obuia in foro fuit, L. Pontium sibi in Trebulano dixisse narrabat, etiam eam decessisse. quod si ita est, quod maxime mehercule opto,

id spero tua prudentia, & temperantia te consecutum. uenio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem, quæ quidem erant tua manu. nam Alexidis *manum amabam; quod tam propè accedebat ad similitudinem tuæ: literæ manum non amabam. quia indicabat te non ualere. cuius quoniam mentio iam facta est,* Tironem Patris *ægrum reliqui, adolescentem, ut nosti, (& adde siquid uis) probum: nihil uidi melius: itaq; careo ægre. quãquã uidebatur se non grauiter habere, tamen sum solicitus, maximamq; spem habeo in* M. Curij *diligentia, de qua ad me scripsit* Tiro, *& multi nuntiarunt.* Curius *autem ipse sensit, quàm tu uelles à me diligi: & eo sum admodum delectatus: & mehercule est, quẽ facile diligas.* αὐτόχθων *in homine urbanitas. eius testamentum de tortorio* Ciceronum *signis obsignatum, cohortisq; prætoriæ. fecit palàm te ex libella, me ex teruncia.* Corcyræ Alexion *me opipare muneratus est.* Q. Ciceroni *obsisti non potuit, quo minus* Thyamim *uideret.* Filiola *tua te delectari lætor, & probari tibi* στοργὴν φυσικὴν *esse* τὴν πρὸς τὰ τέκνα: *etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua sublata, uitæ societas tollitur. bene conueniant, inquit,* Carneades, *spurce, sed tamen prudentius, quàm* Lucius *noster, &* Patron. *qui, cum omnia ad se referant, quicquam alterius causa fieri putant: cum ea re bonum uirum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit: non intelligunt se de callido homine loqui, non de bono uiro. sed hæc opinor sunt in ijs libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti. redeo ad rem.* Quomodo *expectabam epistolam, quam* Philoxeno *dedisses? (scripseras enim, in ea esse de sermone* Pompeij Neapolitano*) eam mihi* Patron Brundusij *reddidit,* Corcyræ, *ut opinor, acceperat. nihil potuit esse iucundius: erat enim de* Rep. *de opinione, quam is uir haberet integritatis meæ: de beneuolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. sed tamen hoc iucundissimum, quòd intellexi te ad eum uenisse, ut eius animum erga me perspiceres. hoc mihi inquam accidit iucundissimum. de triumpho autem nulla me cupiditas unquam tenuit ante* Bibuli *impudentissimas literas, quas amplissime supplicatio consecuta est. à quo si ea gesta sunt, quę scripsit, gauderem, & honori fauerem. nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis* Euphratem *fuit, non extulerit, honore augeri, me in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum, nostrum inquam te coniungens. itaque omnia experiar, &, ut spero, assequar. quòd si tu ualeres, iam mihi quædam explorata essent, sed, ut spero, ualebis,* De *rauduscul*o Numeriano *multum te amo.* Hortẽsius *quid egerit, aueo scire,* Cato *quid agat: qui quidem in me turpiter fuit maleuolus: dedit integritatis, iustitiæ, clementiæ, fidei mihi testimonium, quod non quærebam: quod postulabam negauit. id itaque* Cæsar *his literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quomodo exultat* Catonis *in me ingratissimi iniuria? at hic idem* Bibulo *dierum* XX. *ignosce mihi, non possum hæc ferre, nec feram. cupio ad omneis tuas epistolas, sed nihil necesse est: iam enim te uidebo. illud tamen de* Chrysippo. *nam de altero illo minus sum admiratus operario homine: sed tamẽ ne illo quidem quicquam improbius.* Chrysippum *uero, quem ego propter literularum nescio quid libenter uidi, in honore habui, discedere à puero insciente me? mitto alia, quę audio multa: mitto furta: fugam non fero, qua mihi nihil uisum est sceleratius, itaque usurpaui uetus illud* Drusi, *ut ferunt,* Prætoris *in eo, qui eadem liber non iuraret: me istos liberos non addixisse, præsertim cum adesset nemo, à quo recte uindicarentur. id tu, ut uidebitur, ita accipies: ego tibi assentiar. uni tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi, in qua est de periculis* Reip. *quid rescriberem? ualde eram perturbatus. sed ut nihil magnopere metuam,* Parthi *faciunt, qui repente* Bibulum *semiuiuum reliquerunt.* Vale.

σχόλια.



EPTIMO. Cal. Decemb.) ep. 9. l. 16. fam. Tua) qua tu es usus. ep. 8. l. 6. Flauit ab Epeiro lenissimus auster, mitis) uersus est. sic ep. 9. l. 16. fam. lenissimo austro in Italiam peruenimus. ep. 7. l. 16. sed quoniam ἐπίθετον mitis hoc modo positum offendi, & in ueteribus libris legitur: Anches mitis, non auster mitis, ego libenter conglutinarẽ, anchesmitis, ut ita uocaretur ille austri quasi reflatus regionis uocabulo: sic prope ἀγχιστῖνος ἢ εὐθεῖαι dicitur à Suid. Hunc) uersum. σπονδάζοντα) al. σπονδειάζοντα, spon-

deum quinta sede habentem. τῶν νεωτέρων)iuniorum.iuuenes enim uersibus delectari solent. Pro tuo uendito) tuum esse dicito, quod faciunt sæpe multi,qui aliena pro suis uendunt. Inualetudo)ep.5 h.l.al.ualetudo. febris.ep. sup. Alteram quartanam)nam duæ possunt esse quartanæ.Corn.Celsus. Pamphilus tuus)amicus,uel seruus. Terentia)ep.9.l.16. fam. L.Pontium)ep.2.l.5. Trebulano)ibid. Eam)quartanam. Temperantia)ep.9.l.6. Sexcentas)ep.5.l.2. Tua manu) ep.15.l.4.iucundiores igitur erant literæ tua manu scriptæ. Alexidis)ep.20.l.5. Amabam)quando uidebam literas eius manu scriptas. Accedebat) ita,ut in tuis epistolis illum agnoscerem.ep.14.l.16. Tuæ literæ)al.tuæ literæ,recte,hoc est,tui scripti, tuæ manus. Manum non amabam) ἀντίθετον quoddam.manum Alexidis amabam,quòd similitudinẽ tuæ literæ referebat: eiusdem manum rursus non amabam,quòd indicabat te non ualere. Quia indicabat) al.quòd indicabat. Non ualere)scripsisses enim tua manu, si ualeres. Cuius) Alexidis. Mentio)quæ mihi in memoriam reduxit Tironem,cuius Alexis est imago. ep.7.l.12. Patris)ep.1.l.16.fam. Melius)& castius.ep.7.l.6. M.Curij)ep.6.l.16.fam.epist.17.& 50.l.13. fam. Velles à me)al.uelles se à me. Diligi)ep.3 l.16. Quem facile diligas)al.quam facile diligas,ut ad urbanitatem referas. αὐτόχθων)natiua,& (ut ego puto) Attica episto.32.lib.7.fam. Athenienses enim se αὐτόχθονας appellabant. Eius) Curij. Testamentum)tabulas.ep.seq. De Tortorio)al.detortorium.nos sentimus cum his,qui legunt,decretorium,quo quasi decernatur, & uideatur uerũ esse,qđ scripsit ipse ep.30.l.7.fam.se Ciceronis χρήσει μὲν, κτήσει δὲ Attici esse. Ciceronum) puerorum.ep.7.l.6. Cohortisque prætoriæ)nostræ.ep.sup. Fecit palam)fecit palàm testamentum,& scripsit hæredem,ut orat. pro Mil. Ex libella)Varro,& Volusius de asse. Ex teruncia)al.ex terũcio.ij.lem. Corcyræ)al.in Actio,Corcyræ. epis. 9.l.5. Alexion)ep.1.l.15. Opipare)sic epis.9.l.5. Q.Ciceroni)filio. Thyamim)flumen Thesprotiæ Plin.l.4.cap.1.ubi res tuas habes.ep.3.l 6. Videret)cum patre.hinc Buthrotum profecti dicuntur ep.2.l.16.fam. Filiola)epis. 19.l.5. στοργὴν φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα)amorem naturalem esse eum,qui est erga filios.Nam Xenocrates & Aristoteles primi docuerunt,à natura tributum esse ut ij,qui procreati essent,à procreatoribus amarentur.l.4.de finib. Bene conueniat)al.bene eueniat.al.bene ueniat,ut sit,bene uenire,id contingere alicui,ut naturæ primus bonis,aut omnibus,aut maximis fruatur,qui fuit finis Carneadis.Tusc.5. Spurce)nam & Carneadis finis est expers honestatis.l.2. de finib. Prudentius) al.pudentius,quod magis placet,quum,spurce,dixerit,& impudentia quædam fuerit,dicere,bonorum finem,esse uoluptatem, ut dixit Epicurus. Lucius)uel,L.Saufeius,ep.sup.uel.L.Torquatus.l.1.de finib. Patron)epist.1.lib.13.fam. Qui)ut Epicurei. Omnia ad se referant)omnia sua uoluptate metiantur.ep.2.l.7.fam. Putant)al.putent.atque hic nemo non uidet, uel negationem esse reponendam,uel cum interrogatione legendum,quum aliter & periodus pendeat,& satis constet,Epicureos,nihil alterius causa faciendum,putasse. Callido homine)id pluribus ostẽdit Cicero l.2.de finib. Iis libris) de Rep. ubi de rebus hisce disputabat Lælius.ibid. Laudando)ep.2.& 3.l.6. Philoxeno)ep.7.l.13. Scripseras)in altera epistola. In ea)quam Philoxeno dederas.al.eam. Neapolitano)quem secum habuit Neapoli,ubi tunc ægrotabat.ep.2. & 25.lib.8. Acceperat)non à te,sed à Philoxeno,qui me non conuenerat. Erat enim)scripta. Is uir)Pompeius. Triumpho) ep.3.l.6. Venisse)Neapolim. Bibuli)ep.8.l.6. Amplissime)alij,amplissima. Gesta sint)gesta essent,locutio latina postularet. Illum)Bibulum. Porta)ep.8.l 6. Hostis)hospes.ibid. Cis Euphratem)in Syria.ibid. Coniungens) quòd τὰ τῶν φίλων κοινά. Raudusculo)ep.8.l.4. Numeriano)quod Numerius fortasse debebat.Numerij Romæ erãt.orat.p Sest.et Ascon. in orat.in Pis. Hortensius)filius.ep.3.l.6.nam pater paucis ante diebus decesserat.ep.6.l.6. Egerit)de auctionè.ep.sequen. Cato)M.Cato. Qui quidem)al.qui dum quidem. Dedit)ep.5.l.15.res enim nostras diuinis laudibus ornauit.episto.15.l.2. fam. Negauit)supplicationem.ep.sup. Cæsar)ibid. Exultat)triumphat.ibid. Hic idem)Cato.ep.seq. Bibulo)ut amico, & genero,ut scribit Plutar.in Cat. Dierum XX)dierũ uiginti supplicationes decreuit. ἔλλειψις.al.per notã D.XX. Omneis)quas sexcentas acceperam paulò ante. Necesse est)respondere. Videbo)ad urbem. Chrysippo) ep.5.h.l. Altero illo)fortasse Philargyro.epis.18 l.9. Puero)Cicerone meo filio. Drusi)M.Liuij Drusi. Prætoris) Vrbani.lib.2.ad Heren. Eadem)quæ seruus iurare solitus erat. Liber)libertate donatus. Non iuraret)quasi uero aliter serui,aliter liberi iurarent. Istos)Chrysippum,& illum alterum. Liberos non addixisse) liberos non pnunciasse.& uerbo prætoris est usus,quia Prætor erat Drusus. Adesset)quando liberaui.ep.4.l.14.fam. Recte)uindicijs:causa liberali. Vindicarẽtur)in libertatem. Faciunt)quoniam Romanos ab intestinis seditionibus ad hoc bellum auocabũt:& si uereor,ne subsit ænigma, præsertim quum paulò ante dixerit,hostem cis Euphratem nullum fuisse,nec historici,quod sciam, usquàm scribant,Bibulum à Parthis semiuiuũ relictum.uide igitur,an hoc dicere uelit.Parthi,quorum diuitias dum cupit Crassus,causa fuit,ut M. Bibulus uel in Consulatu,uel fortasse in petitione eiusdem prouinciæ semiuiuus relinqueretur ita,ut diu postea iaceret,spem afferunt,Cæsarem,& Pompeium reconciliari posse,ut alter eorum ad id bellum mittatur.sic casus Parthicus.ep.24 h.l.

CICERO ATTICO. S. 3



D VIII.Id.Dec.in Trebulanum ueni, & ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit.è quibus hanc primo aspectu uoluptatem cepi, quòd erant à te ipso scriptæ,deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus.ac primum illud,in quo te Dicæarcho assentiri negas, & si cupidissime expressum, & expetitum à me sit, & approbatum à te,ne diutius anno in prouincia essem,tamen non est nostra cõtentio-

ne perfectum: sic enim scito, uerbum in senatu factum esse nunquam de ullo nostrum, qui prouincias obtiuuimus, quo in his diutius, quàm ex S.C. maneremus: ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quo minus diu fuerim in prouincia, quod fortasse fuerit utile. sed quid, si hoc melius? opportune dici uidetur, ut in hoc ipso: siue enim ad concordiam res adduci potest, siue ad bonorum uictoriam, utriusuis rei me aut adiutorem uelim esse, aut certe non expertem: sin uincuntur boni ubicunque essem unà cũ iis uictus essem. quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas: uæ tu haud multum requireres illum uirum qui in VI. libro informatus est: quid enim tibi faciam, qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum non dubitabo, rem tantam abiicere, si id erit rectius. utrunque uero simul agi non potest, et de triumpho ambitiose, et de Rep. libere. sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. nam quod putas utilius esse, uel mihi, quod tutius sit, uel etiam ut Reip. prodesse possim, me esse cum imperio: id corã considerabimus quale sit: habet enim res deliberationem: et si ex parte magna tibi assentior. De animo autem meo erga Remp. bene facis, quòd non dubitas, et illud probe iudicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse, eiusque rei causam uere explicas: et eis, quæ de Fabio, Caninioque acta scribis, ualde consentiunt. quæ si secus essent, totumque se ille in me profudisset: tamen illa, quam scribis, custos Vrbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret, nec mihi concederet, ut imitarer Volcatium, aut Seruium, quibus tu es contentus: sed aliquid nos uellet uobis dignum et sentire, et defendere. quod quidem agerem, si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. de sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis: nam si Resp. defenditur, cur ea Consule isto ipso defensa non est? cur ego, in cuius causa Reip. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem Tribuni pl. ferrent? his ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Resp. ad resistendum imbecilla sit. quæ mallem tantas ei uires non dedisset, quàm nunc tam ualenti resisteret. sed quoniam res eò deducta est, non quæram, ut scribis, τὸ σκάφος τῶν Ἀτρειδῶν. mihi σκάφος unũ erit, quod à Pompeio gubernabitur. illud ipsum quod ais, quid fiet, cũ erit dictum? dic M. Tulli σύντομα Pompeio assentiar. ipsum tamẽ Pompeiũ separatim ad concordiam hortabor: sic enim sentio, maximo in periculo rem esse. uos scilicet plura, qui in Vrbe estis. ueruntamen hoc uideo, cum homine audacissimo, paratissimoque negotium esse: omneis damnatos, omneis ignominia affectos, omneis damnatione, ignominiaque dignos illac facere, omnem fere iuuentutem, omnem illam urbanam, ac perditam plebem, Tribunos ualenteis addito C. Cassio, omneis, qui ære alieno premantur, quos plureis esse intelligo, quàm putaram. causam solum illa causa non habet: cæteris rebus abundat. hic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur: quorum exitus semper incertus: nunc uero in alteram partem magis timendi. Bibulus de prouincia decessit: Veientonem præfecit. in decedendo erit, ut audio, tardior. quem cum ornauit Cato, declarauit iis se solis non inuidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatem posset accedere. Nunc uenio ad priuata: fere enim respondi tuis literis de Rep. et iis, quas in suburbano, et iis, quas postea scripsisti. ad priuata uenio. unum etiam de Celio. tantum abest, ut meam ille sententiam moueat, ut ualde ego ipsi, quòd de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. sed quid est, quòd cuncti Lucceii sint addicti? hoc te prætermisisse miror. De Philotimo faciam equidem, ut mones. sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit, uerum id reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu uoluit, quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si præstaret, quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, et plus etiam ipse mihi deberet. sed in hoc genere, si modo per Remp. licebit, non accusabimur posthac: neque hercule antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati. ergo utemur, ut polliceris, et opera, et consilio tuo, nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. De Serperastris cohortis meæ, nihil est, quòd doleas:

ipsi enim se collegerunt admiratione uitæ integritatis meæ. sed me mouerat nemo magis, quàm is, quem tu neminem putas. idem & initio fuerat, & nunc est egregius. sed in ipsa decessione significauit sperasse se aliquid, & id, quod animum induxerat paulisper, non tenuit, sed cito ad se rediyt, meisq; honorificentissimis erga se officiys uictus, pluris ea duxit, q̃ omnem pecuniam. ego à Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortensij *legata cognoui. nunc aueo scire, quid hominis sit, & quarum rerum auctionem instituat: nescio enim, cur, cum portam* Flumentanam Celius *occuparit, ego* Puteolos *non faciam meos.* Venio *ad* Piræea. *in quo magis reprehendendus sum, ꝙ homo* Romanus Piræea *scripserim, non* Piræeum *(sic. n. omnes nostri locuti sunt) q̃ quòd, in, addiderim: non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. & tamen* Dionysius *noster, qui est nobiscum, &* Nicias Cous *non rebatur oppidum esse* Piræea. *sed de re uidero. nostrum quidem si est peccatum, in eo est, ꝙ non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco: secutusq; sum, non dico* Cæcilium, Mane *ut ex portu in* Piræeum *(malus enim auctor latinitatis est) sed* Terentium, *cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à* C. Lælio *scribi,* Heri *aliquot adolescentuli coimus in* Piræeum. *& idem,* Mercator *hoc addebat, captam è* Sunio. *ꝙ si* δήμους *oppida uolumus esse, tam est oppidum* Sunium, *q̃* Piræeus. *sed quoniam grammaticus es, si hoc mihi* ζήτημα *persolueris, magna me molestia liberaris. ille mihi literas blandas mittit. facit idem pro eo* Balbus. *mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. sed scis, illi reliquum quãtum sit. putasne igitur uerendum esse, ne aut obyciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si fortius? quid ad hæc repereris? soluamus, inquis. age, à* Celio *mutuabimur. hoc tu tamen consideres uelim: puto. n. in senatu siquando præclare pro* Rep. *dixero,* Tartessium *istum tuum mihi exeunti, iube sodes numos curare. quid superest? etiam. gener est suauis mihi,* Tulliæ, Terentiæ *quãtumuis: uel ingeniy, uel humanitatis satis. reliqua, quæ nosti, ferenda; scis enim, quos aperuerimus. qui omnes, præter eum, de quo per te egimus, reum me facere renture ipsis enim expensum nemo offeret. sed hæc coràm: nam multi sermonis sunt.* Tironis *reficiẽdi spes est in* M. Curio: *cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum.* Vale. Data V. Id. Dec. à Pontio, ex Trebulano.

σχόλια



REBVLANVM) ex epistolæ fine. Philotimus) *ep. 4. l. 2.* Te ipso) *ut iam sano.* Dicæarcho) *etiã familiari tuo. ep. 16. l. 2.* Assentiri) *Peloponnesias ciuitates omneis maritimas esse: ep. 2. l. 6. uel de prouinciys cito decedendum. nam de hisce rebus scripsit etiam* Dicæarchus. *ep. 2. & 16. l. 2.* Negas) *hic sit melius finis periodi.* Expetitum) *ep. 2. et. 9. l. 5.* Approbatum à te) *al. te approbante.* Perfectum) *ne diutius anno in prouincia essem.* Ex S.C.) *ep. 6. l. 6.* Sustineam) *quum in Senatu ea de re nunquam uerbum factum fuerit.* Hoc) *decessisse.* ἀμεταμέλητος) *cuius non peniteat. ep. 51. l. 13.* Iniecta) *præsertim post Bibuli literas. episto. sup.* Haud multũ requireres) *nam me haberes.* Sexto libro) *de Rep. cuius pars extat somnii Scipionis.* Informatus) *ad Remp. cum prudentia, iustitia, fortitudine, atque moderatione gubernandam spe, fore, ut immortalitatem consequatur. Macrob. ad quam qui spectat, nullã spem in præmiys humanis ponit, ut in Somnio Scipionis scribitur.* Libros) *de Rep.* Deuorasti?) *peruolutasti? ep. 12. l. 5.* Ipsum) *triumphum.* Rem tantam) *Romæ omnium maximam.* Abiycere) *ep. 9. l. 6.* Libere) *nam qui libere loquitur, aliquos offendat necesse est.* Imperio) *quo nomine appellor. ep. 12. l. 8. & epist. 16. l. 2. fam.* Officijs) *per Q. fratrem legatum, per M. Cælium Tribunum pl. ep. 2. h. l. per me ipsum in monimento, epist. 16. l. 4. & in sententia, ep. longa ad Lent. orat. pro L. Corn. Balbo, & de prouinc. Coss. atque alibi sæpe.* Ipsius) *Cæsaris,* In alios) *ut in L. Paulum, Curionem, & M. Antonium.* Effusione) *largitione.* Illum) *Cæsarem.* Fabio) *C. Fabio Cæsaris legato. Cæs. l. 8. de bel. Gal.* Caninio) *C. Caninio Rebilo Cæsaris item legato. ibid.* Acta) *à Cæsare.* Custos urbis) *Minerua. ep. 25. l. 12. fam. & lib 2. de legib. & Plutarc. in Cic.* Inscriptionis) *sic à me factæ: Mineruæ urbis custodi.* Memorem) *ut urbem custodiam.* Imitarer) *sic ep. 1. l. 4. fam.* Volcatium) *L. Volcatium Tullum. ep. 1. & 9. l. 8.* Seruium) *Ser. Sulpitium. ibid.* Es contentus) *quum tamen illi minus multa Reip. pignora dederint. ep. 9. l. 8.* Vellet) *ista custos urbis.* Nobis) *qui Rẽp. seruauimus.* Homines) *Pompeius, & Cæsar.* Defenditur) *à Cæsare, ut ipse prædicat, quod intercesio neglecta, ius Tribunitium sublatum, circũscriptus sit Antonius, Philip. 2.* Consule) *cum M. Bibulo.* Isto ipso) *Cæsare.* Defensa non est?) *sed potius oppressa? ep. 16. l. 2.* Salus constitebat) *orat. pro dom.* Defensus) *sed desertus. ibid. & ep. longa ad Lent.* Postero anno) *A. Gabinio, & L. Pisone Coss. qui fuit annus post Cæsaris Consulatum posterus.* Illi) *Cæsari.* Illo modo) *lege Trebonia. Liu l. 105. uel Pompeiy & Crass. ep. 8. h. l.* Prorogatum est?) *in quinquenniũ. Liu. l. 105. ep. 6. h. l. & Philip. 2.* Pugnatum est) *à Pompeio præsertim. ep. 3. l. 8.*

Decem Tribuni pl.)omnes ibid. Ille)Cæsar. Conualuit) à Pompeio quasi armatus ep.3.l.8. τὸ σκάφος τῶν ἀτρειδῶν)nauigium Atridarum.al.ποῦ τὸ σκάφος τὸ τῶν ἀτρειδῶν;ubi nauigium Atridarum:hoc est, non quæram,ubi tutius esse possim,ut in bello Troiano,qui cū Atridis erant,quòd Reges omnium essent. Dic M.Tulli)ep.1.b.l. σύντομα) breuia,breuiter. Esse)nisi ad concordiam adducatur. Plura)scitis. Hoc uideo)al.hæc uideo. Homine)Cæsare. Dānatos)episto.8.b.l. Ignominia affectos)præsertim ab Appio Ces.Dion.l.40. Illac)al.illic:forte melius,illinc, hoc est,à parte Cæsaris.ep.14.l.8.fam.& ep.7.b.l. Tribunos) Trib.pl.Dess.ut M.Antonium.Philip.2. C.Cassio) Q.Cassio,nos legimus ex ep.10.l.16.fam.Liu.l.109.& Ces.l.1.de bel.ciu. C.enim Cassius Pompeianus fuit,ep.19.b.l. Premantur)& ob id cupiant χρεῶν ἀποκοπάς.epist.10.b.l. Causam)iustam. Illa causa)Cæsariana.Hic)ἀντίθετον illic:nisi placeat legere, hinc,à Reip.& Pompeij parte. Prouincia)Syria.epist.20.l.5. Veientonem)fortasse,Veientonem Saxam.Appian.enim L. Parthic.scribit,hoc tempore Saxam Syriæ præfuisse. Ornauit)supplicatione.ep.sup. Inuidere) ut mihi.ep.15.l.3.& epi. 19.l.5.& ob id mihi supplicationem non decreuit.ep.1.b.l. Vnum)dicam ante, quàm ad priuata ueniam. Cælio)M.Cælio. l.8. fam. Meam sententiam)sequendi Pompeium. Moueat)ut tentat.ep.15.et.16.l.8.fam. quāuis postea fuerint scriptæ. Sua sententia)sequendi bonos.in Brut. Decesserit) Appij odio, & Curionis amore.ep.17.l.8.fam. Cuncti Luceijs sint addicti?)al.cuuci Luceijs sint addicti? alij,ei uici Luceij sint addicti? hoc est,ut ego puto. Luceiorū uici Cælio sint addicti? nisi magis placeat legere:eius uici Luceijs sint addicti? certe hoc illud est,unde expeditū Cælium cupiebat uidere.ep.1.l.6.de M. Porro Luceio M.F.ep.21.l.5.de L.Luceio.ep.42.l.13.fam. qui Pompeiani erant.ep.1.&.12.l.9.et ep.5.l.16. fit mentio Cn. Luceij. Philotimo)ep.4.5.&.9. lib.6. Me referre)ante,q̄ proficiscerer in prouinciam. Asia) quò ad me uenerat.ep.3.et 5.l.6. In hoc genere)in tuenda re familiari. Negligentes)in eadem re familiari. Serperastris)hominibus,qui,ut serperastra,humi serpant,& humilia,quale lucrum est,cogitent. Cohortis meæ)quæ ingemuit,putans HS.CIↃ.distribui sibi oportere.ep.1.b.l. Is)fortasse Messinius Quæstor.ep.3.&.4.l.6. Curio)M.Curio. Tabulas)testamentum. ep.sup. Hortēsij) patris iam mortui.ep.6.l.6. Legata)testamento. Quid hominis sit)filius. Auctionem)uenditionem.al.actionem.al.rationem. Instituat)ut flagitiosius.ep.3.l.6. Portam Flumentanam)Hortensii bona,quæ sunt ad portam Flumētanam. Cælius) M.Cælius. Occuparit)primus emerit. Puteolos)Baulos Hortēsij uillam puteolis ita uicinam,ut eò pisces emptū mitteret. Varro l.3.cap.17.de re rust. Meos)emptione. Vnde nescioquid negotij postea cum Hortēsio habuit.ep.5.l.12. Romanus) & latinus. Piræea)casu Græco. Scripserim)ep.9.l.6. Piræeum)casu latino. In)p̄positionem. Addiderim)scribēs:ita in Piræea quum exissem,ep.9.l.6.ut Plato in principio l.1.de Rep.κατέβην χθὲς εἰς πειραιᾶ. Dionysius)ep.seq. Est nobiscum)ep.2.l.6. Nicias Cous)fortasse,Nicias Curcius Suet.de illust.Grammat.episto.21.l.12. Non rebatur oppidum esse Piræea)al.nomen rebatur oppidi esse Piræea:ut coniunctio,tamen,& sensus etiam,si quis accurate consideret,postulat:nisi. & tamen,& sanè exponatur. Cæcilium)Statium Cæcilum comicum. Mane ut ex portu in Piræeum) Cæcilij sunt uerba Malus)Cæcilium,& Pacuuium male locutos uidemus,inquit in Brut. Sedigitus tamen huic palmam statuit de comico.Gell. l.15.cap.24. Putabantur)Donat.in Terentij uita. C.Lelio)qui Terentium suum familiarem uocat in amicitia. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum)carmen Eunuch.Sc.4.act.3. Idem)Terentius scribit,quod sequitur. Mercator hoc addebat,captam è Sunio)uerba,non carmen ex Eunuch.Sc.2.act.1.ubi tamen abreptā,non captam leges. δήμους)κώμας, uicos.Suid. Sunium)nam δῆμος est.Strab.l.9. Piræeus) ὁ γὰρ πειραιεὺς δῆμος ἦν ἐκ παλαιοῦ. Pausan.in Attic. ζήτημα) quæstionem. Ille)Cæsar, qui me suum numerat. ep.1.b.l. Literas)ibid. Pro eo)Cæsare. Balbus)L. Cornelius Balbus.ep.3.l.2. Sententia)pro Rep.ep.1.b.l. Digitum)prouerb. Nusquàm)discedere. Illi)Cæsari. Reliquum)ex nomine.ep.6.&.10.l.5.& ep.8.b.l. Id)reliquum. Aliquis)Cæsarianus. Languidius)pro Cæsare,uel potius pro Rep. ut fit, si dixero languidius pro Rep.aliquis ex optimatibus mihi obijciet,me id facere,quod Cæsari debeam. Repetat)aliquis Cæsarianus. Fortius)pro Rep. Soluamus)id reliquum. Cælio)M.Cælio amico prædiuite. uel εἰρωνικῶς, si uici eius Luceijs sunt addicti. Tartessium) L.Cornelium Balbum natum Gadibus,orat.pro ipso, quarum alteram nostri Tarteson appellant,ut scribit Plin.l.5.cap.22.nec dissentit Strab.l.3. Tuum)amicum,Nepos in uita Att.& conuiuam.ep.4.l.12. Mihi) dicturū ut Cæsaris pcuratorē,ep.51.l.13.certe familiarē.ep.3.l.2. Exeūti)è Senatu. Iube)tu Cicero. Nummos)quos Cæsari debes. Curare)al.curari. Quid supest:etiā gener)sic ep.10.l.1.ep.6.l.2. τί λοιπόν,ep.1.l.6.al.qđ supest,etiā gener, & gener est Dolabella,ep.6.l.6. Reliqua)ibid. Quos) generos eē cupiētes,quum essent ita īdigni,ut hæc Dolabellæ uitia sint æquiore aīo ferēda. Aperuerimus)in eos paulò diligētius,qđ in hisce rebus fieri solet,ingrētes. Eum)fortasse quem Pontidia proponebat.episto.1.lib.6. Egimus)episto.13.lib.5. Reum) de repetundis,uel de ambitu. Rentur) ut Appium Dolabella.epis.6.l.8.fam. Nemo offeret)nos legimus:nemo ferret,hoc sensu.rentur me reum facere,quoniā nemo quippiam expensum illis ferret,nisi nobili aliqua accusatione hoc assequerētur,ut bona nomina existimarētur:usq; adeo nūc male audiunt. Tironis)ep.sup. In M.Curio)in M.Curij diligentia.ibid. Cui)Curio. Tibi)cuius ille est κτῆσις.epist. 30.l.7.fam. Eum)Curium. Facturum)si Tironem reficiendum curet. A Pontio ex Trebulano)epist.3.lib.5.

CICERO ATTICO S. 4



IONYSIVM *flagrantem desiderio tui misi ad te, nec mehercule æquo animo, sed fuit concedendum.quem quidem cognoui cum doctum (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum, plenum officij, studiosum etiam meæ laudis, frugi ho-*

minem, ac, ne libertinum laudare uidear, planè uirum bonum. Pompeium uidi IIII. Id. Dec. *fuimus unà horas duas fortasse. magna lætitia mihi uisus est affici meo aduentu. de triumpho hortari, suscipere parteis suas, monere, ne ante in senatum accederem, q̃ rem confecissem, ne dicendis sententijs aliquem* Tribunum *alienarem. quid quæris? in hoc iudicio, & officio sermonis nihil potuit esse prolixius. de* Rep. *autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus: nihil ad spem concordiæ: planè illum ab se alienatum cum ante intelligeret, tum uero proxime iudicasse: uenisse* Hircium *à* Cæsare, *qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse: & cum ille ad* VIII. Id. Dec. *uesperi uenisset,* Balbus *de tota re cõstituisset, ad* VII. *ad* Scipionem *ante lucem uenisse: multa de nocte profectum esse ad* Cæsarẽ. *hoc illi* τεκμηριῶδες *uidebatur esse alienationis. quid multa? nihil me aliud consolatur, nisi ꝙ illum, cui etiam inimici alterum* Consulatum, *fortuna summam potentiam dederit, non arbitror fore tam amentem, ut hæc in discrimen adducat. ꝙ si ruere cœperit, næ ego multa timeo, quæ non audeo scribere. sed ut nunc est, ad* III. Non. Ian. *ad* Vrbem *cogito.* Vale.

σχόλια



DIONYSIVM)ep.8.10.14.15.&.17.l.4.ep.9.l.5.&.ep.1.l.6. *Doctum)*ep.1.l.6. *Erat notum)*ep.10.l.4. *Sanctum)*ep.1.l.6. *Libertinum)*ep.14.l.4. *Virum bonum)*ep.7.h.l. *Vidi)in itinere.ep. seq.* *Triumpho)*ep.3 l.6. *Hortari)ut peterem.* *Suscipere parteis suas)ut me pro parte sua adiuuaret, ut tecum fuerat locutus.ep.2.h.l.* *Accederem)etiam si extra muros fieret.* *Dicendis) libere.* *Tribunum) pl.* *Alienarem)ita, ut postea impediret.* *Prolixius)liberalius.* *Bellum)ciuile.* *Illum)Cæsarem.* *Hircium)A.Hircium.ep.6 l.15.* *Illi)Cæsari.* *Familiarissimus)id ostendit liber octauus de bel.Gal.* *Balbus)ep. sup.* *De tota re)propter quam uenerat.* *Scipionem)Q. Metellum Pium Scipionem,ep.8.&.9 l.8. fam. Pompeij qui lem socerum, Plutar.& Dion, sed tunc etiam Cæsaris amicum. Cæs.l.3.de bel.ciu.* *Profectum)reuersum.* *Hoc)ad se non uenisse, quum ad alios ueniret.* *Illi)Pompeio.* Τεκμηριῶδες) *coniecturale, coniecturæ plenum.* *Alienationis)Cæsaris.* *Illum)Cæsarem.* *Inimici)ep.13 l.9.* *Alterum consulatum)facultatem alterius consulatus habendi. nam decem Tribuni pl. tulerunt, ut absentis ratio haberetur.ep.3 l.8.* *Summam potentiam)ita enim conualuit, ut nunc in uno ciue Resp. ad resistendum imbecilla sit.ep. sup.* *Amentem)hinc amentia rapi dicitur ep.11.l.16.fam.* *Ruere)sic ep.14.l.2.* III.Non.)prid.Non.postea accessit.ep.10.l.16.fam. *Ad urbem)non in urbem.ep.1.h.l.*

CICERO ATTICO S. 5



VLTAS *uno tempore accepi epistolas tuas: quæ mihi, quanquàm recentiora audiebam ex ijs, qui ad me ueniebant, tamen erant iucundæ: studium enim & beneuolentiam declarabant.* Inualetudine *tua moueor: &* Piliam *in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. date igitur operam, ut ualeatis.* De Tirone *uido tibi curæ esse: quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi præbet, cum ualet, in omni genere uel negotiorum, uel studiorum meorum, tamen propter humanitatem, & modestiam malo saluum, quàm propter usum meum.* Philogenes *mecum nihil unquam de* Luscenio *locutus est. de cæteris rebus habes* Dionysium. *Sororem tuam non uenisse in* Arcanum *miror.* De Chrysippo, *meum consilium probari tibi, non moleste fero.* Ego in Tusculanum? *nihil sanè hoc tempore. deuium est* τοῖς ἀπαντῶσι, *& habet alia* δυσχερῆ. *sed de* Formiano Tarracinam prid. Cal. Ian. *inde* Pontinum *sumam. inde* Albanum Pompeij: *ita ad* Vrbem III. Non. *natali meo.* De Rep. *quotidie magis timeo: non enim boni, ut putaui, consentiunt. quos ego equites* Romanos, *quos senatores uidi, qui acerrime cum cætera, tum hoc iter* Pompeij *uituperarent? pace opus est. ex uictoria cũ multa mala, tum certe tyrannis existet. sed hæc propediem corã. iam planè mihi deest, quid ad te scribam: nec enim de* Rep. *ꝙ uterque nostrum scit eadem: & domestica nota sunt ambobus. reliquũ est iocari, si hic sinat: nam ego is sum, qui, illi concedi, putem utilius esse, quod postulat, q̃ signa conferri: sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. quid sentis igitur, inquis? nihil scilicet, nisi de sententia tua, nec prius quidem, q̃ nostrum negotium aut confecerimus, aut depo*

fuerimus. Cura igitur, ut ualeas. aliquãdo ἀπότριψε quartanã istã diligẽtia, quę in te summa est.

σχόλια



NVALETVDINE) ep.2.l.4.fam. Idem genus morbi) quartanam. ep.2.h.l. & ep.6.l.8. Tirone) ægro ep.2.h.l. Præbet) ep.10.l.16. fam. Philogenes) ep.2.l.6. Lusceno) Lucieno, legi fortasse possit, ut sit Q. Lucienus, qui & erat Attici amicus, & nescioquid negocij in Epeiro habebat. Varro l.2. cap.5. & 7. de re rust. Dionysium) ep. sup. ex eo scire omnia poteris. Sororem) Pomponiam. ep.4.l.1. Non uenisse) obuiam Q. fratri marito. Arcanum) ep.1.l.5. Miror) præsertim quum filius patris animum illi reconciliarit. ep.7.l.6. Chrysippo) ep.2.h.l. Meum cõsilium) me istos liberos non addixisse. Ego in Tusculanum?) eam? Nihil) faciendum de illo itinere. Deuium est) Tusculanum. τοῖς ἀπαντῶσιν) obuiam uenientibus. δύσχρηστα) ad utendum difficilia. Formiano) ep.4.l.2. Tarracinam) ep.13.l.8. Pontinum) locum ad Pontinas paludes positum: uel Pontinum legatum. ep.4.l.5. Sumam) mecum tollam, si ad hominem referas, sin ad locum, fortasse legendum sit: inuisam. Albanum Pompeij) ep.7.h.l. ep.10.l.4. orat. pro Rabir. & Philip.13. Ad urbem) ep.1.h.l. III. Non. natali meo) III. Non. Ian. natali meo ep.41.l.13. & Plutar. in uit. Iter Pompeij) per Italiã, nisi me fallit Appianus l.2. Tyrannus) al. tyrannus. Hic) Cæsar. Illi) Cæsari putem) quom iudicem illum uiolari bello. ep.13.l.9. Postulat) ep.8. & 13.h.l. Aliamus) ep.3.l.8. Prius) ne aliquem dicendo alienem. ep. sup. Negotium) triũphi. Confecerimus) ep. sup. Deposuerimus) abiecerimus. ep. 9.l.6. ἀπότριψε) al. ἀπότριψαι, recte, abstergito. alij, ἀπόρριπτε, abijce. Quartanam) ep.2.h.l.

CICERO ATTICO S. 6



LANE' deest, quid ad te scribam: nota omnia tibi sunt. nec ipse habeo, a' te quid expectem. tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. De Rep. ualde timeo: nec adhuc ferè inueni, qui non concedendum putaret Cæsari, quod postularet, potius, quàm depugnandum. est illa quidem impudens postulatio opinione ualentior: cur autem nunc primum ei resistamus, οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπι κακόν, quàm cum quinquennium prorogabamus, aut cum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus? nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. dices, quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus: sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur: dicã idem, quod Pompeius, neque id faciam humili animo: sed rursus hoc permagnum Reip. malum est, & quodãmodo mihi præter cæteros non rectum, me in tantis rebus a' Pompeio dissidere. Vale.

σχόλια



VTARET) ut ego. ep. sup. Postularet) ep.8.h.l. Nunc primum) tam sero. ep. sup. Resistamus) ibid. atque hic interrogatio apponenda est. quod enim sequitur, αἰτιολογία est. οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν) non enim hoc maius imminet malum: odysseæ ubi interpres, ἔπι, ἐπέρχεται, exponit. Quinquẽnium) ep.3.h.l. Prorogabamus) agente Pompeio. ep.3.l.8. Ferebamus) per decẽ Tribunos pl. ibid. Illi) Cæsari. Arma) uires. ep.3.h.l. Bene parato) paratissimo. ibid. Quod Pompeius) huic enim assentiar. ibid. Humili animo) hortabor enim ad concordiam ibid. Mihi) qui tantum & Reip. & Pompeio debeo. Dissidere) uel in sententia.

CICERO ATTICO S. 7



IONYSIVS, uir optimus, ut mihi quoque est perspectus, & doctissimus, tuique amantissimus, Romam uenit XV. Cal. Ian. & literas a' te mihi reddidit: tot enim uerba sunt de Dionysio in epistola tua. illud priuatius non ascribis, Et tibi gratias egit. atqui certe ille agere debuit, &, si esset factum, quæ tua est humanitas, ascripsisses. mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur propter superioris epistolæ testimonium. sit igitur sanè bonus uir: hoc enim ipsum bene fecit, quòd mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Philogenes rectè ad te scripsit: curauit enim, quod debuit. eum ego uti ea pecunia nolui, quoad liceret: itaque usus est menses XIIII. Pontinum cupio ualere: & quod scribis in Vrbem introisse, uereor quid sit: nam id nisi graui de causa non fecisset. Ego, quoniam IIII. Non. Ian. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum uenire molestus familiæ. ueniam III. Non. igitur in-

de ad Vrbem prid. Non. Tua λῆψις *quem in diem incurrat, nescio, sed prorsus te commoueri incommodo ualetudinis tuæ nolo. De honore nostro, nisi quid occulte Cæsar per suos Tribunos molitus erit, cætera uidentur esse tranquilla. tranquillißimus autem animus meus, qui totum istuc æqui boni facit, & eo magis, quod iam à multis audio constitutum esse Pompeio, & eius consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeã. id est* ἀβδηριτικόν*: nec enim senatus decreuit, nec populus iussit me imperium in Sicilia habere. sin hoc Resp. ad Pompeium refert: qui me magis, quam priuatum aliquẽ mittat? itaque, si hoc imperium mihi molestum erit, utar ea porta, quam primum uidero. nam quod scribis, mirificam expectationem esse mei, neque tamen quenquam bonorum, aut satis bonorum dubitare, quid facturus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo: ipse nullos noui: sed ita, si ordines bonorum quærimus: nam singulares sunt boni uiri: uerum in dissensionibus ordines bonorum, & genera quærenda sunt. senatum bonum putas, per quem sine imperio prouinciæ sunt? nunquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi cœptum esset. quam sententiam senatus sequi noluit. ex quo factum est, ut Cæsari non succederetur. an publicanos? qui nunquam firmi, sed nunc Cæsari sunt amicissimi. an fœneratores? an agricolas? quibus optatissimum est otium: nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt. quid ergo? exercitum retinentis, cum legis dies transierit, rationem haberi placet? mihi uero ne absentis quidem. sed, cum id datũ est, illud unà datum est. annorum decem imperium, & ita latum, placet? placet igitur etiam me expulsum, & agrum Campanum perisse, & adoptatum patritium à plebeio, Gaditanum à Mitylenæo. & Labieni diuitiæ, & Mamurræ placent, & Balbi horti, & Tusculanum. sed horum omnium fons unus est. imbecillo resistendum fuit, & id erat facile. nunc legiones XI. equitatus tantus, quantum uolet, Transpadani, plebs urbana, tot Tribuni pl. tam perdita iuuentus, tanta auctoritate dux, tanta audacia. cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio. depugna, inquis, potius, quàm seruias: ut quid? si uictus eris, proscribare: si uiceris, tamen seruias. quid ergo, inquis, acturus es? idem quod pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges. ut bos armenta, sic ego bonos uiros, aut eos, quicunque dicentur boni, sequar, etiam si ruent. quid sit optimum male contractis rebus, plane uideo: nemini est enim exploratum, cum ad arma uentum est, quid futurum sit: at illud omnibus, si boni uicti sunt, nec in cæde principium clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit, nec moderatiorem, quàm Sulla in pecunijs locupletium.* ἐμπολιτεύομαι *iandudum, & facerem diutius nisi me lucerna desereret. ad summam dic M. Tulli. assentior Cn. Pompeio, idest T. Pomponio. Alexim humanißimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere uidebatur) saluere iubeas uelim. Vale.*

σχόλια



IONYSIVS) ep. 4. h. l. Doctißimus) ibid. Venit) à te missus ò Cicero. ibid. Tot) quot hic descripsi. Priuatius) quod magis priuatum ad me pertinet. Tibi) ò Cicero. Ego) Dionysius ut à te in prouincia bene tractatus. Agere debuit) mihi gratias. παλινῳδίαι) recantatio. ep. 9. l. 2. Superioris epistolæ) quartæ h. l. Dedit) quum gratias mihi non egit, ut debuit, & male etiam locutus est. ep. seq. Philogenes) ep. 2. l. 6. Scripsit) se mihi pecuniam curasse. Curauit) id pecuniæ. Debuit) ex permutatione. ep. 13. & 15. l. 5. menses XIIII) quot iam sunt, quum ego sum Roma profectus. Pontinum) ep. 4. l. 5. Non fecisset) uoluisset enim meum triumphum expectare extra urbem. ep. 1. h. l. Est) incidit, ut orat. in Pis. dies enim compitalitius quotannis concipiebatur. ep. 3. l. 2. Eo die) festo in compitis. Albanum) Pompeij. ep. 5. h. l. Familiæ) familiæ Pompeij compitalia celebranti. Ad urbem) ep. 1. h. l. Prid. Non.) prid. Non. Ian. ep. 10. l. 16. fam. λῆψις) comprehẽsio, hoc est, febris dies, & accessio. ep. seq. Commoueri) ut ad me in Albanũ uenias. ibid. Honore nostro) triumpho ep. 3. l. 6 Suos) sibi obnoxios ep. 3. h. l. Tribunos) pl. Molitus) ut impediant, quo ad eius opem cogar confugere, & ei obligatus esse. Tranquilla) facilia ad habendum triumphum. tranquillißimus) æquißimus. Totum istuc) quod ad triumphum pertinet, siuè triumphum impetrem, siue repellar. Habeam) quoad in urbem introeam. ἀβδηριτικόν) Abderiticum: ad Remp. regendam minime accõmodatum. ep. 15. l. 4. In Sicilia) sed in Cilicia. Hoc) ut possit aliquem in Siciliam mittere. Vtar ea porta) ingrediar in urbem, & sic imperium deponam. Sensurus sim) al. facturus sim. Sed ita) nullos bonos noui. Per quem) senatum, in quo uersum nũquàm factum est, quominus in prouincijs manerent, qui eas obtinebant. ep. 3. h. l. Sine imperio) sine magistratibus, qui imperium

rium habeant. Prouinciæ)ut Cilicia,& octo reliquæ ep.8.l.8. fam. Curio)Tribunus pl.eo tempore. Sustinuisset) senatus consensum. Agi)ut intercessionem de prouincijs remitteret. Quam sententiam) M.Marcelli,qui agendum cum Tribunis pl.de intercessione censebat.ep.13.l.8.fam. Noluit)uit enim frequens in alia omnia. ibid. Factum est)Pompeio autore.ep.3.l.8. Non succederetur)ut retulerat Marcellus.Hirc.l.8.de bel. Gal. An publicanos?)bonos dicis? Amicissimi)ob remissam tertiam uectigalium partem.ep.16.l.2. Qui id nunquam)al.quod nunquam. Retinentis)Cæsaris. ep.seq. Legis) qua Pompeius & Crassus Cæsari quinquennium prorogarunt.Hirc.l.8.de bel.Gall. Dies)tempus.ep.seq. Transierit)præterierit.ibid. Ne absentis quidem) nedum retinentis exercitum. Id datum est)ut absentis ratio haberetur. Illud)ut etiam retinentis exercitum ratio haberetur. Datum est)quum quasi arma dedimus . ep. sup.& ep.3 l.8. Imperium)in Gallijs. Ita latum)ita magnum,uel potius ita latum lege Vatinia primũ, deinde Põpeij,& Crassi iterũ Coss. Suet.in Cæs. & Hirc. l.8.de bel.Gall.uel lege Trebonia.ep.3.h.l. Placet?)Pompeio,qui Cæsaris acta probari uoluit.ep.longa ad Lẽtul. Expulsum)á P.Clodio,cuius Tribunatus est ex actis Cæsaris.orat.pro dom.& de prouinc.Cons. Perijsse) lege Cæsaris.ep.16.l.2. Patritiũ)P.Clodiũ. Plebeio)P.Fõteio.orat.pro dom. Gaditanũ)L.Corneliũ Balbũ Gadibus natũ.orat.pro ipso:unde L.Cornelius Balbus Theophanes est appellatus.Capitolin.in Balbino. Mitylenæo)Theophane.orat.pro Arch. Labieni) T.Labieni tunc Cæsaris legati,á quo pauló post discessit.ep.10.h.l. Diuitiæ)Dion l.41. & Cæs.l.1.de bel.Ciu.ubi scribit, Labienum sua pecunia Cingulum oppidum ædificasse. Mamurræ)qui tunc erat præfectus fabrûm Cæsaris. Plin.lib.36. cap.6.Catull.& Suet. Balbi)eiusdem L.Cor.Balbi. Horti)ep.15.l.9. Imbecillo)Cæsari,quum imbecillus esset. XI)tũc, nam postea XII.habuit,ut ipse scribit l.3.de bel.Ciu. Transpadani)ep.12.l.15.fam. Plebs urbana) plebs per ita.ep.3.h.l. Tribuni pl.)ibid. Perdita iuuẽtus)urbana iuuentus.ibid. Autoritate)quæ in bellis administrãdis,atque imperio militari ualet.orat.pro lege Manil.quæ,ut ibidem dicitur,acquiritur Senatus,& populi iudicijs,qualia fuere de Cæsare.orat.de prinic. Consul. Audacia)hinc audacissimus dicitur ep.3.h.l. Lege)à decem Tribunis lata.ep.3 l.8. Proscribare)á uictore Cæsare. Seruias)Pompeio,qui ne ipse quidem in uictoria communis erit.ep.9.l.4.fam. Planè uideo)sed non uideo,quæ expediat.ep.2.l.4.fam.& ratio,quæ sequitur,id postulat. Futurum sit)quum ξυνός sit ἐνυάλιος ep.seq.& exitus bellorũ incerti.ep.1.l.6.fam. Clementiorem)atqui fuit clementissimus.orat.pro M.Marcell.& ep.6.l.6.fam. Hunc) Cæsarẽ. Cinna)L.Cornelius Cinna IIII.Cos.ep 3 l.8. Sulla)Plutar. μετολιτευομαίσοι)in Rep.uersor tibi.de Rep. tibi scribo. Dic M.Tulli)sic ep.3.h.l. Assentior Cn Pompeio.ibid. Alexim)ep.2.h.l.& ep.20.l.5.

CICERO ATTICO S. 8



VID opus est de Dionysio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod & tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis,& illum aliter cum alijs de nobis locutum audiebam. sed prorsus ita esse,ut scribis,mihi persuades.itaque ego is in illum sum,quem tu me esse uis. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua,quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram , & animaduerteram posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum uenire III.Non. Ian.sed,amabo te,nihil incommodo ualetudinis feceris:quid enim est tantum in uno, aut altero die? Dolabellam uideo Liuiæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente , sed iuberi mutare nomen.est πολιτικὸν σκέμμα rectum ne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cũ sciemus,quantum quasi sit in trientis triente. Quod putasti fore,ut ante,quàm istuc uenirem, Pompeium uiderem , factum est ita:nam VI.Cal. ad Lauernium me consecutus est.unà Formias uenimus,& ab hora octaua ad uesperum secretò collocuti sumus.quod quæris,ecquæ spes pacificationis sit:quantum ex Pompey multo,& accurato sermone perspexi,ne uoluntas quidẽ est:sic enim existimat,si ille uel dimisso exercitu Consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore.atque etiam putat eum,cum audierit contra se diligenter parari,Consulatum hoc anno neglecturum,ac potius exercitum,prouinciamq; retenturum.sin autem ille fureret, uehementer hominem contemnebat, & suis , & Reip.copijs confidebat. quid quæris? etsi mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat,tamen leuabar cura,uirum fortem,& peritum,& plurimum auctoritate ualentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatæ periculis disserentem . habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam X. Cal.Ian.in qua erat accusatio Pompeij usque à toga pura , querela de damnatis,terror armorum.in quibus ille,quid censes,aiebat, facturum esse ipsum, si in possessionem Reip.uenerit,cum hæc Quæstor eius infirmus , & inops audeat dicere? quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere uisus est.ex illa autem sententia tra relinquendæ Vr-

bis mouet hominem, ut puto, mihi autem illud molestissimum est, ꝙ soluendi sunt numi Cæsari, & instrumentum triumphi eò conferendum: est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse. sed hæc, & multa alia corā. Quotidie ne, inquis, à te accipiendæ literæ sunt? si habebo, cui dem, quotidie. at iam ipse ades. tum igitur, cum uenero, desinam. unas uideo mihi à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus cum ferret, ad Bustum Basilij uulneratus, & despoliatus est, uidebis igitur, num quid fuerit in his, quod me scire opus sit. & simul tu hoc διευκρινήσεως πρόβλημα sanè πολιτικὸν: cum sit necesse aut haberi Cæsaris rationem, illo exercitum uel per senatum, uel per Tribunos pl. obtinente, aut persuaderi Cæsari, ut tradat prouinciam, atque exercitum, & ita Consul fiat: aut, si id non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione illo patiente, atque obtinente prouinciam: aut, si per Tribunos pl. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum: aut, si ob eam causam, ꝙ ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere: illum autem initium facere armorum aut statim nobis minus paratis, aut tum, cum comitijs, amicis eius postulantibus, ut è lege ratio habeatur, impetratum non sit: ire autem ad arma aut hanc unam ob causam, ꝙ ratio non habeatur: aut addita causa, si forte Tribunus pl. senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut S.C. circunscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicens ue se expulsum ad illum confugerit: suscepto autem bello, aut tenenda sit Vrbs, aut, ea relicta, ille à commeatu, & reliquis copijs intercludendus: ꝙ horum malorum, quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes. dices profectò, persuaderi illi, ut tradat exercitum, & ita Consul fiat. est omnino id eiusmodi, ut, si ille eò descendat, contra dici nihil possit. idq; eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. nobis autem, ut quidam putant, nihil est timendum magis, q̃ ille Consul. at, sic malo, inquies, q̃ cum exercitu. certe. sed, istuc ipsum sic ò magnum malum, putat aliquis. neque ei remedium est ullum. cedendum est, si id uolet. uide Consulem illum iterum, quem uidisti Cōsulatu priore. at tum imbecillus plus, inquis, ualuit, quàm tota Resp. quid nunc putas? & eo Consule, Pompeio certum est esse in Hispania. ò rem miseram: siquidem id ipsum deterrimum est, quod recusari non potest, & quod ille si faciat, iam iam à bonis omnibus summam ineat gratiam. tollamus igitur hoc, quò illum posse adduci negant. de reliquis quid est deterrimum? concedere illi, quod, ut idem dicit, impudentissime postulat: nam quid impudentius? tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à senatu, sed à te ipso per uim, & per factionem datos. præterijt tempus legitimum non legis, sed libidinis tuæ, fac tamen legis: ut succedatur, decernitur: impedis, & ais, habe mei rationem: habe tu nostrum. exercitum tu habeas diutius, q̃ populus iussit, inuito senatu? depugnes oportet, nisi concedis, cum bona quidem spe, ut ait idem, uel uincendi, uel in libertate moriendi. iam si pugnandum est, quo tempore, in casu, quo consilio, in temporibus situm est. itaque te in ea quæstione non exerceo. ad ea, quæ dixi, affer, siquid habes. equidem dies, noctesq; torqueor. Vale.

σχόλια



IONYSIO) ep.4.h.l. Affirmare?) eum mihi gratias agere? ep.sup. & ei testimonium apud me dare? ep.4.l.8. Taciturnitas) in epistola, ubi non ascripseras, eum mihi gratias agere. ep.sup. Aliter) ac tu nūc scribis, hoc est male. Diem) λήψεως). ep.sup. Tuum) sic ep.2.l.9. Albanum) epist.5.h.l. Venire) mihi obuiam. ep.sup. Feceris) nam te commoueri incommodo ualetudinis nolo. ibid. Dolabellam) generū meū. ep.6.l.6. Liuiæ) nisi fuit hæc Liuia Rutilij, de cuius senectute scribit Plin.l.7.cap.48. nos adhuc quærimus. Esse) heredem. Mutare nomen) è more. epi.20.lib.3. & nos in Quæstura retulimus. πολιτικὸν σκέμμα.) Ciuilis consideratio, uerbum Philosophorum, qui σκεπτικοὶ uocātur. ep.6.l.6. Nobili qualis est Dolabella. φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν) melius Philosophorum morē diiudicabimus. al. διακρινοῦμεν, considerabimus. VI. Cal.) Ian. Lauernū) al. Lauerinum. alij, Lauinum. fortasse, Liternum. ep.14.l.10. Formias) ep.4. & 13.l.2. Ille) Cæsar. Exercitu) quem retinet. ep.sup. Factus sit) habita ratione absentis. ibid. σύγχυσιν πολιτείας) confusionem Reip. Eum) Cæsarem. Prouinciamq;) Galliam. Ille) Cæsar. Hominem) Cæsarem. Contemnebat) Pompeius. Suis, & Reip. copijs.) epist.11. lib. 16. fam. ξυνὸς ἐνυάλιος) communis mars. prouerb. Virum fortem) Pompeium. Autoritate ualentem) orat. pro lege. Manil. πολιτικῶς) ciuiliter. ep.8.l.4. Simulatæ) à Cæsare. Antonij) M. Antonij Tribuni pl. uel Des. Philip.2. Toga pura) epist. 10.l.5. Damnatis) à Pompeio III. Cos. præsertim de ambitu. Patercul. Ascon. in orat. pro Mil. Appian. Dion, & Plutar. Cæsar uero

sar uero φυγάδας κατόδους moliebatur.ep.10.b.l. Terror)ab Antonio iniectus. Ille)Pompeius. Censes) tu Cicero. Ipsum)Cæsarem. Quæstor) M.Antonius,qui ante Tribunatum,Cæsaris fuit Quæstor.ep.6.l.6. Inops)qui nihil in terris habeat,ubi in suo pedem posit ponere.præter unum Misenum.Philip.2. Pacem)ut simulatam. Ex illa autem sententia irā relinquendæ urbis mouet hominem)uelim,uideant docti,an commutato uerbo ira in ita,sic exponi posit:ex illa pace simulata,uel Antonij concione,sententia,& consilium ita relinquendæ urbis mouet Pompeium:ut postea monit.ep.10.h.l. Nummi)quos debeo.ep.3.h.l. Eo)ut Cæsari nummos soluam. ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse) turpe in Rep.aduersantem debitorem esse al. ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse,turpe in Rep.administrādā aduersarij debitorē esse. Quotidie ne)hic epistola uidetur diuidenda. Quotidie)accipiendæ sunt.Ipse)tu Cicero. L.Quintius)fortasse orator.in Brut. Ferret)literas ad me. Bustum Basilij)locum in uia Appia latrocinijs infestū. Ascon.in orat. pro Mil. διευκρινήσεις πρόβλημα sanè πολιτικὸν) diiudicabis quæstionem sanè ciuilem,& ad Remp. pertinentem. Quum sit necesse)pendet oratio ad eum usque locum:quòd horum malorum minimum putes:καθ' ὑπερβατον. Cæsaris) absentis.ep.sup. Nobis minus paratis)ep.12.b.l. E lege)à Tribunis lata.ep.3.l.8. Tribunus pl.)ut M.Antonius.Philip.2. Senatum impediens)ne de salute Rep.decernat.ibid. Circūscriptus)ibid.nam Tribuni pl.de salute die septimo cogitare sunt coacti.Cæs.l.1.de bel.ciu. Expulsus)Liu.l.109. Ad illum)Cæsarem. Confugerit)ut M. Antonius, & Q. Cassius.ep.11.l.16.fam. Persuaderi)ut penè persuasum est.ibid. Contra dici nihil posit)quòd æqua sit conditio.ibid. quum lex sit lata.ep.3.l.8. Idque)ut tradat exercitum,& Cos.fiat. Retinentis)ep.sup. Quidam)ut Pompeius.paulò ante. Timendum)propter σύγχυσιν τῆς πολιτείας.ibid. Sic modo)Cæsarem Cos.malo. Sed istuc ipsum sic)sed Cæsarem sic eē Cos. O magnum malum)esse magnum malum:libenter legerem. Aliquis)ut Pompeius.paulò ante. Ei)malo. Cedendū est)quòd contra dici nihil posit. Si id uolet)si Cos.fieri uolet. Illum)Cæsarem. Consulatu priore) quem gessit cum M. Bibulo.l.2.sæpe. Valuit)ep.16.l.2. Nunc)cum tanta potentia.ep.4.h.l. Eo)Cæsare. Pompeio)qui solus ei posset aduersari. Certum est)ne Cæsare Cos.Romæ aliquid iniuriæ patiatur. Hispania)sua prouincia.epist.9.l.4. Idipsum)Cæsarem Cos.fieri. Recusari non potest)propter legem à Tribunis latam.ep.3.l.8. Ille)Cæsar. Faciat)Cos.fieri uelit. Inest)quòd malit Cos.fieri,quàm prouinciam,& exercitum retinere. Hoc)persuaderi illi,ut exercitum tradat, & Cos.fiat. Reliquas) à me paulò ante præpositis. Concedere)ut absentis ratio habeatur,illo exercitum obtinente. Datos)legibus Vatinia,Pōpeij & Crassi, siue Trebonia.ep.sup.& uim ad Vatiniam legem, factionem ad alias referes. Præterijt)transijt.epis.sup. Tempus)dies.ibid. Legitimum)lege contentum. Non legis)quæ uere lex non sit appellanda,quum per factionem sit lata. Succedatur)à L.Domitio,& Considio.ep.11.l.16.fam. Decernitur)epist.sup. & ep.11.& 13 l.8.fam. Impedis) per Tribunos pl.præsertim,ut per Curionem.ibid. Mei)etiā absentis. Tu)Cæsar. Depugnes)tu Romane. Concedis) ut mei ratio habeatur. Idem)Cæsar. Quo tempore,in casu:quo consilio,in temporibus situm est)ita legi etiam posset:quo tempore? in casu:quo consilio? in temporibus situm est.

CICERO ATTICO S. 9

SVBITO *consilium cepi,ut ante,q̄ luceret, exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo,lictoribus præsertim laureatis.de reliquo,neque hercule,quid agam,nec,quid acturus sim,scio:ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilij. tibi uero quid suadeam,cuius ipse consilium expecto? Cneus noster quid consilij ceperit,capiatue,nescio,adhuc in oppidis coarctatus:& stupent omnes.si in Italia consistat, erimus unà. sin cedet,consilij res est.adhuc certe(nisi ego insanio)stulte omnia,& incaute.tu quæso crebro ad me scribe,uel quod in buccam uenerit. Vale.*

σχόλια.

EXIREM)è suburbano.neque enim,quum sit adhuc cum imperio,usus est porta,ut dixit ep.7.h.l. sed ab urbe discessit.epis.14.b.l. Laureatis)ut triumphum expectantibus.ep.16.l.2.fam. Consilij) urbis relinquendæ. ep.seq. Suadeam)de tuo ab urbe discessu.ep.12.b.l. Cneus)Pompeius. Ceperit)de bello. Oppidis)Cāpaniæ. Stupent)quòd ita se gerat Pompeius.ep.seq. Consistat)Pompeius. Erimus)ego,& tu. Cedet)Italia. ep.11.b.l. Certe)al.incerti,scilicet quid nobis agendum.ibid. Incaute)fecimus. In buccam uenerit)prouerb.

CICERO ATTICO S. 10

QVAESO, *quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Cingulum, inquit,nos tenemus. Anconem amisimus. Labienus discessit ab Cæsare. utrum de Imperatore populi R. an de Annibale loquuntur? ô hominem amentem, & miserum,qui ne umbram quidem unquā τοῦ καλοῦ uiderit. atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa.ubi est autem dignitas,nisi ubi honestas? num honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio? occupare urbes ciuiū,quo facilior sit aditus ad patriā? χρεῶν ἀποκοπάς, φυγάδων καθόδους, sexcēta*

alia scelera moliri τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα*? sibi habeat suam fortunā.unā mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, q̄ omnia istiusmodi regna uel potius mori millies,q̄ semel illiusmodi quicquam cogitare. quid si tu uelis,inquis? age quis est, cui uelle non liceat? sed ego hoc ipsum uelle miserius esse duco,q̄ in crucem tolli.una res est ea miserior, adipisci, quod ita uolueris. sed hæc hactenus: libenter enim in his molestijs* ἐνσχολάζομαι. *redeamus ad nostrum. Per fortunas quale tibi consilium Pompeij uidetur? (hoc quæro, q̄ Vrbem reliquerit) ego enim* ἀπορῶ. *tum nihil absurdius. Vrbem tu relinquas? ergo idem, si Galli uenirent. non est, inquit, in parietibus Resp. at in aris, & focis. fecit idem Themistocles: fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. at idem Pericles non fecit annum ferè post quinquagesimum, cum præter mœnia nihil teneret: nostri olim Vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerūt.* οὕτως που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν. *rursus autem ex dolore municipali, sermonibusq; eorū, quos conuenio uidetur hoc consilium exitum habiturum. mira hominum querela est (nescio istic: sed facies, ut sciam) sine magistratibus Vrbem esse, sine senatu. fugiens denique Pompeius mirabiliter homines mouet. quid quæris? alia causa facta: nihil iam concedendum putant Cæsari. hæc tu mihi explica qualia sint. Ego negotio præsum non turbulento: uult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campana, & maritima ora habeat* ἐπίσκοπον, *ad quem delectus, & summa negotij referatur. ita q̄uagus esse cogitabam. te puto iam uidere, quæ sit* ὁρμὴ *Cæsaris, qui populus, qui totius negotij status. ea uelim scribas ad me, & quidem, quoniam mutabilia sunt, quamsæpissime: acquiesco enim & scribens ad te, & legens tua. Vale.*

σχόλια



ENEBRAE) quasi Cimmeriæ. prouerb. Cingulum) oppidum à T. Labieno ædificatum. ep.7.h.l. Inquit) Pompeius. al. inquis. Anconem) ep.16 h.l. Anconam ep.11.l.16. fam. & Cæs.l.1. de bel.ciu. Cæsar Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. Labienus) T. Labienus Cæsaris legatus ep.7. h.l. et ep.11.l.16. fam. Discessit) ep. seq. Loquuntur) al. loquimur. Hominem) Cæsarem. Amentem) ep. 4.h.l. τοῦ καλοῦ) honestatis. ep.17. & 19.l.15 fam. Ait) Cæsar. Nullo publico cōsilio?) imo inuito Senatu. ep.8.h.l. Vrbes) ut Anconam, et reliquas. Ciuium) Romanorū uel in colonias deductorum, uel quibus data fuerit ciuitas. Χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους) debitorum amputationes, exulū restitutiones: et χρεῶν ἀποκοπὰς latini tabulas nouas uocant. ep.2.l.5. & ep.6.l.10. de dānatis siue exulibus ep.8.h.l. Sexcenta) ep.5.l.2. τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα?) Dearum maximam ut occupet tyrannidem? Euripid. in Phœnis. hinc Cæsar semper in ore ex eadem tragœdia uersus habebat: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών. quos Cicero uertit l.3. de off. Habeat) Cæsar. Lucretino) fortasse de Lucretio empto. al. Lucrino. ep.18.l.14. Tu uelis) illiusmodi quicquam cogitare. Adipisci) tyrānidem in patria & quidem libera. ἐνσχολάζομαι) Scholam tibi explico: hoc est, Philosophorum more quasi per otium disputans tibi scribo. Ad nostrum) Pompeium. Reliquerit) XIIII. Cal. Feb. ep. 12.l.9. ἀπορῶ) dubito, more tuo, ep. seq. & Philosophorum ἀπορητικῶν. ep.6.l.6. Tu relinquas?) Pompei? Venirēt) ut tempore Furij Camilli. Liu.5. Inquit) Pompeius. est enim διαλογισμὸς quidam. Fecit idem) reliquit Athenas. ep.6.l.10. Themistocles) Herodot. in Polymn. Plutar. & Iustin.l.2. Totius barbariæ) Persarum. Vrbs una) Atheniensium. Pericles) Iustin.l.3. & Plutar. Non fecit) ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν παρῄνει, ut inquit Thucyd.l.2. Quinquagesimum) Olymp. circiter 85. quum Themistocles urbem reliquisset Olymp. circiter 75. ut Eusebius ostendit. Mœnia) Athenarum. Nihil teneret) hostibus cætera tenentibus. Thucyd.l.2. Capta) à Gallis. Liu.l.5. Arcem) arcem, & Capitolium. Liu. ibid. οὕτως που καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν) sic & ueterum audiuimus gloriam uirorum. Iliad.1. Hoc consilium) Pompeij relinquendæ urbis. Exitum) eum, ut urbs omnino, & Italia relinquatur. al. exitium. Istic) Romæ. Fugiens) ep.19.h.l. Pompeius) uir tantus. Mouet) nam fugiente Duce, quid cæteri faciant? Alia) atque prius. Nihil iam) quum prius concederent, ut ad consulatus petitionem ueniret. ep.11.l.16. fam. Putant) Pompeiani. ep.9.l.4. fam. Non turbulento) nullum enim maius negotium suscipere uolui, quo plus apud Cæsarem cohortatiōes meæ ad pacem ualerēt ep.11.l.16. fam. Esse) cum M. Considio. ep.13.l.8. Campana) nos enim Capuam sumpsimus. ep.10.l.16. fam. al. Campania. Maritima ora) à Formijs. ep.11.l.16. fam. ἐπίσκοπον) speculatorem, custodem. Suid. Vagus) ut diligentius explorarem ut ἐπίσκοπος. ὁρμὴ) appetitio, impetus. al. ratio uiæ. Qui populus) quæ populi uoluntas. ep.12.h.l.

CICERO ATTICO S. 11



NAM *adhuc à te epistolam acceperam, datam* XII. Cal. Iun. *in qua significabatur, aliam te ante dedisse, quam non acceperam. sed quæso ut scribas quamsæpissime, non modo si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicaberes: maximeq; quid no-*

bis faciundum, aut non faciundum putas. Nam *quod rogas, curem, ut scias, quid* Pompeius *agat: ne ipsum quidem scire puto: nostrum quidem nemo. uidi* Lentulum Cos. Formijs X. Cal. Iun. *uidi* Libonem, *plena timoris, & erroris omnia. ille iter* Larinum: *ibi enim cohortes, &* Luceriæ, *&* Theani, *reliquæ in* Apulia. *inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur. si manet, uereor ne exercitum firmum habere non possit. sin discedit, quò, aut quà, aut quid nobis agendum sit, nescio. nam istum quidem, cuius* φαλαρισμὸν *times, omnia teterrime facturum puto: nec enim rerum prolatio, nec senatus, magistratuumq́; discessus, nec ærarium clausum tardabit. sed hæc, ut scribis cito sciemus. interim uelim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties: acquiesco enim: & tuas, uolo elicere literas, maximeq́; consilium, quid agam, aut quo me pacto geram: dimittam ne me penitus in causam (non deterreor periculo, sed disrumpor dolore: tam ne nullo consilio, aut tam contra meum consilium gesta esse omnia?) an cuncter, & tergiuerser, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur.* αἰδέομαι Τρῶας, *nec solum ciuis, sed etiã amici officio reuocor. etsi frangor sæpe misericordia puerorum. ut igitur ita perturbato, etsi te eadem solicitant, scribe aliquid, & maxime, si* Pompeius Italia *cedit, quid nobis agendum putes.* M. *quidem* Lepidus *(nam fuimus unà) eum finem statuit,* L. Torquatus *eundem. me cum multa, tum etiam lictores impediunt. nihil uidi unquam, quod minus explicari posset. itaque à te nihil dum certi exquiro, sed quid uideatur. denique ipsam* ἀπορίαν *tuam cupio cognoscere.* Labienum *ab illo discessisse, propemodum constat. si ita factum esset, ut ille* Romam *ueniens magistratum, & senatum* Romæ *offenderet: magno usui causæ nostræ fuisset: damnasse enim sceleris hominem amicum* Reip. *causa uideretur. quod nunc quoque uidetur, sed minus prodest: non enim habet, cui prosit: eumq́; arbitror pœnitere: nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum: nos quidem pro certo habebamus. & uelim (quanquam, ut scribis, domesticis te finibus tenes) formam mihi* Vrbis *exponas, ecquod* Pompeij *desiderium, ecquæ* Cæsaris *inuidia appareat: etiam quid censeas de* Terentia, *&* Tullia: Romæ *eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. & hæc, & siquid aliud, ad me scribas uelim, uel potius scriptites.* Vale.

σχόλια



IVN.) uel hic et paulò post, Iun. ut uocem è sequenti natam deleas, uel, Feb. scribas necesse est. siquidem epistola hæc, & sequentes eodem anno sunt scriptæ, atque, ut apparet, eodem ordine, quo sunt positæ. in hac tamen Iun. in illis Feb. legimus oĩno malè: nisi, Ian. cum alijs legere uelis, quibuscum tamen ego minime sentio: quòd & epistola 8. h. l. post X. Cal. Ian. scripta fuit, & Cicero ipse ad urbem accessit prid. Non. Ian. ep. 10. l. 16. fam. & postea exiuit ep. 9. h. l. Ne ipsum quidem scire puto) usque adeo totus iacet. ep. 19. h. l. Lentulum. L. Cornelium) Lentulum Cruscellum. Cos.) cum C. Claudio Marcello. ep. 13. h. l. Libonem) L. Scribonium Libonem Sext. Pompeij socerum. Appian. l. 5. huic, & L. Luccio, & Theophani de maximis rebus communicare Pompeius consueuerat. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Ille) Pompeius. Iter) habebat. Larinum) ep. seq. Luceriæ, & Theani, reliquæ in Apulia) al. Luceriæ, & Theani, reliquaque in Apulia.. recte, meo quidem iudicio. non scribit Plin. l. 3. cap. 11. Larinum, Luceriam, & Teanum Apulorum esse oppida: & Pompeius legiones in Apulia hybernorum causa disposuerat. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. quum Cicero ipse orat. pro Cluent. scribit Theanum Apulum à Larino XVIII. mil. pass. abesse. Velit) Pompeius. Non possit) Cæsare aduentante, qui impediet. Istum) Cæsarem. φαλαρισμὸν) rationem, qua tyrannus Phalaris est usus, hoc est, crudelitatem, & eandem, ep. 20. h. l. prouerb. Phalaridis imperium ep. 18. h. l. Nec enim) al. nec eum. Rerum) à Pompeianis relictarum. Prolatio) emissio quædam, & facultas. Aerarium clausum) sic in fuga relictum. ep. 19. h. l. et ep. 3. l. 8. qood postea Cæsar aperuit. ep. 4. l. 10. Lucan. l. 3. Tardabit) quin teterrime faciat. Ignoscas) sic ep. seq. Acquiesco) sic ep. sup. In causam) Reip. & Pompeij. Tam ne nullo) al. tam nullo. Contra meum consilium) ep. 6. l. 6. fam. & ep. 10. & 11. l. 16. fam. Iis) Cæsarianis. αἰδέομαι Τρῶας) uereor Troianos. ep. 5. l. 2. Ciuis) erga patriam. Amici) erga Pompeium. Officio) epist. 6. l. 6. fam. & ep. 15. h. l. & ep. 9. l. 8. Puerorum) Ciceronum. ep. seq. & ep. 16. l. 2. fam. M. quidem Lepidus) ep. 21. h. l. & epist. 1. l. 8. Fuimus unà) ep. 9. l. 8. Eum finem statuit) ut Pompeium in Italia dũtaxat sequatur, nec ex Italia exeat. ibid. L. Torquatus) ep. 21. h. l. & ep. 7. l. 9. profectus est tamen. ibid. Lictores) laureati. ep. 9. h. l. & ep. 1. l. 3. ἀπορίαν) dubitationẽ, unde ἀπορητικοὶ. ep. 6. l. 6. Tuam) qui soles ἐπέχειν, ibid. & ἀπορεῖν. ep. 1. l. 6. Labienum) ep. sup. Discessisse) Veritum Cæsaris mutationem, ut scribit Dion lib. 41. uel ab inimicis Cæsaris solicitatum, ut Cæsar aliqua pte exercitus spoliaretur. Hirc. l. 8. de bel. Gall. Ille) Labienus. Hominem) Cæsarem. Amicum) cuius legatus multos annos fuit. Non enim habet) quòd urbs sit relicta, & Dux sit ἀστρατήγητος. ep. seq. Pœnitere) quòd à Cæsare discesserit, quum ista uideat. Idipsum) eum discessisse. Est falsum) non fuit falsum. discessit enim. ep. seq. Pompeij) ut absentis ab urbe. Desiderium) quod homines ca-

piant è Pompeio. Inuidia)odium,ut sit ἀντίθετον quoddam.al.iniuria. Terentia,& Tullia)episto.sequen. Scriptites) quàm sepissime scribas.epist.sup.

CICERO ATTICO S. 12



E Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum ἥρωα iudico: facinus iandiu nullum ciuile praeclarius. qui,ut aliud nihil,hoc tamen profecit,dedit illi dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto. amo etiam Pisonem: cuius iudicium de genero suspicor uisum iri graue. quanquam,genus belli quod sit,uides. ita ciuile est,ut non ex ciuium dissensione,sed ex unius perditi ciuis audacia natum sit. is autem ualet,exercitum tenet multa spe,& promissis,omnia omnium concupiuit. huic tradita Vrbs est,nuda praesidio,referta copijs. quid est,quod ab eo non metuas,qui illa templa,& tecta non patriam,sed praedam putet? quid autem sit acturus,aut quomodo,nescio,sine senatu,sine magistratu. ne simulare quidem poterit quicquam πολιτικῶς. nos autem ubi exurgere poterimus? aut quando? quorum dux quàm ἀστρατήγητος,tu quoque animaduertis,cui ne Picena quidem nota fuerint. quàm item sine consilio res stet: ut enim alia omittam decem annorum peccata,quae conditio non huic fugae praestitit? nec uero nunc quid cogitet,scio,ac non desino per literas sciscitari. nihil esse timidius constat,nihil perturbatius. itaque nec praesidium,cuius parandi causa ad Vrbem retentus est,nec locum,ac sedem praesidij ullam uideo. spes omnis in duabus inuidiose retentis,penè alienis legionibus: nam delectus adhuc quidem inuitorum est,& à pugnando abhorrentium. conditionum autem amissum tempus est. quid futurum sit,non uideo. commissum quidem à nobis certe est,siue à nostro duce,ut è portu sine gubernaculis egressi,tempestati nos traderemus. itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum amandandi uidentur in Graeciam. de Tullia autem,& Terentia,cum mihi barbarorum aduentus ad Vrbem proponitur,omnia timeo. cum autem Dolabellae uenit in mentem,paulum respiro. sed uelim consideres,quid faciendum putes: primum πρὸς τὸ ἀσφαλές aliter enim mihi de illis,ac de me ipso cõsulendũ est: deinde πρὸς τὰς δόξας,ne reprehendamur,quòd eas Romae uelimus esse in communi bonorum fuga. quin etiam tibi,& Peduceo(scripsit enim ad me)quid faciatis,uidendum est: is enim splendor est uestrum,ut eadem postulentur à uobis,quae ab amplissimis ciuibus. sed de hoc tu uidebis,quippe cum de ipso,ac de me ista considerare uelim. reliquum est,ut,& quid agatur,quoad poteris,explores,scribasq; ad me,& quid ipse coniectura assequare: quod etiam à te magis expecto: nam acta,omnibus nuntiantibus: à te expecto futura. μάντις δ᾽ ἄριστος loquacitati ignosces,quae & me leuat ad te quidem scribẽtem,& elicit tuas literas. Aenigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi: est enim numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum aenigma: Oppios enim de Velia Sanctones dicis in eo aestu,aut die. quo aperto,reliqua patebant,& cum Terentiae summa congruebat. L.Caesarem uidi Minturnis ad VIII. Cal.Febr.mane cum absurdissimis mandatis,non hominem,sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille uideatur irridendi causa fecisse,qui tantis de rebus huic madata dederit,nisi forte non dedit,& hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. Labienus,uir mea sententia magnus,Theanum uenit ad IX.Cal.Febr. ibi Pompeium,Consulesq; conuenit. qui sermo fuerit,& quid actum sit,scribam ad te,cum certum sciam. Pompeius ab Theano Larinum uersus profectus est ad VIII. Cal. eo die mansit Venafri. aliquantum animi uidetur nobis attulisse Labienus. sed ego nondum habeo,quid ad te ex his locis scribam. ista magis expecto,quid illinc afferatur,quo pacto de Labieno ferat,quid agat Domitius in Marsis,Tignij Thermus,P.Actius Cinguli,quae sit populi urbani uoluntas,quae tua coniectura de rebus futuris. haec uelim crebro,& quid tibi de mulieribus nostris placeat,& quid acturus ipse sis,scribas. si scriberem ipse,longior epistola fuisset,sed dictaui,propter lippitudinem Vale.

σχόλια



ENNONIANIS rebus)rebus C.Vennonij.ep.1.& 3.l.6. Labienum)ep.sup. ἥρωα)heroem sic ep.14.l.1.et ep.3.l.4.al.τρῶα.ep.5.l.2. Illi)Caesari,à quo discessit.ep.sup. Profectum aliquid)nam sceleris damnauit Caesarem.ep.sup. Amo)nunc & si olim oderam.orat.in L.Pis. Pisonem)L.Pisonem Caesonianum.ibid. Iudic

cium)quo & ipse ab urbe discedens sceleris generum condemnat.ep.14.l.14. fam. Genero) Cæsare qui Calphurniam Pisonis filiam habuit uxorem. Suet. Graue) ut soceri. Vnus)Cæsaris. Audacia)epis.3.&.7.h.l. Valet)ibid. Exercitum) 2.legiones.ibid. Tradita)relicta.ep.10.h.l. Copijs)diuitijs,rebus,quarum est prolatio. epist. sup. Sine magistratu)ibid. πολιτικῶς)ciuiliter.ep.8.l.4. Dux.)Pompeius. ἀστρατήγητος)minime dux:dux igitur non dux,ut sit ὀξύμωρον:imperatoriæ artis ignarus.ep.19.h.l.& ep.25.l.8. Cui)duci. Picena)ex quibus tot oppida sunt occupata.epist.10.h.l. Quàm item)al.quàm autem. Sine consilio res stet)uellem legere:sine consilio restet,ut sit penè idem,qd' scribit ep.19.h.l.totus tacet: uel,sine consilio res stet:ut sit conclusio,Pompeium esse sine consilio,ep.19.h.l.deinde τύχη quædam,qua Remp optet stare, sed dubitet propter ducis peccata. sic,recte sit ep.20.h.l. Omittam)sic ep.3.l.8. Decem annorum)quibus Cæsar imperium habuit.ep.7.h.l. Peccata)quæ sint ep.3.l.8. Conditio)à Cæsare lata.ep.11.l.16.fami. Fugæ)ab urbe & quidem turpissimæ.ep.3 l.8. Cogitet)Pompeius. Timidius) al.tardius. Ad urbem retentus est)retentus est ille quidem, & Lentulus etiã Cos.ad aperiendum ærarium,ut pecuniam Pompeio ex S.C.proferret, sed auditis rebus,quas Cæsar in Piceno gerebat,statim ex urbe profectus est,& ita delectus intra urbem sunt intermissi.Cæs.l.1. de bel.ciu. Inuidiose)al.insidiose,idq; fortasse rectius.M.enim Marcellus Cos.legiones hasce Cæsari insidiose eripuerat tanquàm ad bellum Parthicum ex S.C.ducendas,et Pompeio tradiderat.Hirc.l.8.de bel.Gall. Retentis)in Apulia in hybernis.Cæs.l.1.de bel.ciu. Penè alienis)altera Cæsaris prorsus, altera confecta ex eiusdem prouincia.Cæs.l.6.de bel.Gall.& Hirc.l.8. Inuitorum) nam parum prolixe respondent. ep.13.h.l. Conditionũ)quæ ferebãtur.epi.11.l.16. fam. Amissum)bellũ iam inceptũ quã sit. E portu)ex urbe. Ciceronibus nostris)ep.17.&.18.l.5.et ep.15.h.l. Quid agam)ep. sup. Barbarorũ)Gallorũ,quos Cæsar in exercitu multos habet. Ad urbem)quam forte Cæsar diripiendam sit daturus.ep.14.l.14. fam. Dolabellæ)generi mei,qui apud Cæsarẽ est.ep.11.l.16.fam.al.Dolabella. Respiro)quia mulieres Romæ tuto per ipsum Dolabellã esse poterũt.ep.18.l.14. fam. Consideres) ut ad ipsas etiã scripsi.ep.14.l.14. fam. Faciendũ)ipsis mulieribus. πρὸς τὸ ἀσφαλὲς)ad securitatẽ.ep.5.l.16. Alter) nam de ipsis cum securitate,de meipso cum dignitate consulendum est. πρὸς τὰς δόξας)ad opiniones. al.ad opiniones sine græco. Eas)Terentiam, & Tulliam. Fuga)ep.3.l.8. Tibi)ep.9.h.l. Peduceo)Sext. Peduceo. ep.3.l.1.& ep.12.l.9. Scripsit)Peduceus.al. scripsisti. Faciatis)Romæ maneatis nec ne ep. seq. Videndum est) sic,uide ep.7.l.15. De ipso)Peduceo. Acta)intelligimus. Futura) sic ep.12.l.5. μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς,uates autem optimus,qui conijcit bene.l.2.de Diuinat.prouerb. Ignosces) sic ep. sup. Aenigma Oppiorum) ænigma de Oppijs à te scriptum. Ex Velia)paulò post. Non itellexi)quo pacto nos igitur intelligemus? Numero Platonis obscurius)Prouerb. Iam intellexi) hic epistola uidetur diuidenda,ne, quæ de Labieno,de mulieribus, de coniectura, & uoluntate Attici dixit, repetat.accedit, quòd hic ænigma intelligit, supra interpretari nescit:hic declar, supra scribit. Tuum ænigma)de Oppijs.al.tuũ. Oppios) fœneratores.ep.7.l.8.& ep.5.l.10. De Velia)hinc Velienses uocat ibidem uel ab urbe Velia, uel à loco, qui Romæ erat. Varr.de ling. lat. qui & Oppium montem in urbe fuisse scribit. Sanctones) fortasse propter Oppium Cæsaris amicum, qui inter Sanctones Galliæ populos fuerit uersatus,quanquàm Santones populos illos uocant.al. saccones, ut numarios, uel numatos exponamus à saccis,qui nummorũ sunt receptacula.Ascon.in Verr.2. Dicis)al.dices. In eo æstu,aut die.quo aperto reliqua patebant)al.in eo es,tu,aut diu,quo aperto reliqua patebant.ex hisce uerbis,uel potius literis perturbatis qui sensus elici possit,non uideo,nisi forte ita legantur:in eo astu,aut die cooperto reliqua patebant,hoc est,in eo ænigmate, uel codice astu aliquo,uel tempore cooperto ita,ut uix scriptura legi posset, reliqua tamen patebant. uel aliquis melius excogitet. Terentiæ summa)hinc ep.5.l.10.hanc rem curari uult à Philotimo ut Terentiæ liberto.ep.4.l.6. L. Cæsarem)cuius pater Cæsaris erat legatus.Cæs.l.1.de bel.Ciu. Mandatis)his,quæ sunt apud Cæsarem ibid. Scopas solutas)prouerb. Ille)Cæsar. Huic)L. Cæsari. Non dedit)dedit tamen. Cæs.l.1.de bel.ciu. Labienus)ep. sup. Theanum) ibid. Consulesque)ep. seq. Larinum)ep. sup. Profectus est)ep.13.l.8. Venafri)Plin.l.3.cap.5. Illinc)ubi Cæsar est. Ferat)Cæsar. Domitius) L.Domitius Aenobarbus. In Marsis) Corfinij ep.3.l.8. Cæs.l.1.de bel.Ciu. Tignij)ibid. Thermus)Q.Thermus Præt. ibid. P.Actius)ibid. Cinguli) Auximi,non Cinguli tunc erat Actius, ut scribit Cæsar ibid. uerum tunc Cicero scire omnia nõ poterat,sed ex literis Attici intelligere cupiebat. Quæ sit populi urbani uolũtas)qui sit populus.ep.10.h.l. Rebus futuris)quas à te expecto. paulò ante. Mulieribus nostris)paulò ante. Acturus de exeundo. ep. seq. Lippitudinem)ibid.ep.16.& 21.lib.8.& epist.14.lib.10.

CICERO ATTICO S. 13



D VI.Cal.Febr.Capuam Calibus proficiscens ,cum leuiter lippirem,has literas dedi. L.Cæsar mandata Cæsaris detulit ad Pompeium ad VIII.Cal.cum is esset cum Consulibus Theani.probata conditio est, sed ita,ut ille deijs oppidis,quæ extra suam prouinciam occupauisset,præsidia deduceret.id si fecisset,responsum est, ad Vrbem nos redituros esse,& rem per senatum confecturos.spero etiam in præsentia pacem nos habere:nam & illum furoris,& hunc nostrum copiarum suppœnitet. me Pompeius Capuam uenire uoluit,& adiuuare delectum.in quo parum prolixe respondent Campani coloni.gladiatores Cæsaris, qui Capuæ sunt,de quibus ante ad te falsum ex Torquati literis scripseram: sanè commode Pom-

peius distribuit binos singulis patribus familiarum. secutorum in ludo Iↄↄ. fuerunt. eruptionem facturi fuisse dicebantur. sane multum in eo Reip. prouisum est. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quæso uideas ut satis honestum nobis sit, eas Romæ esse, cum cæteræ ulla dignitate discesserint. hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. uelim eas cohortere, ut exeant, præsertim cum ea præsidia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommode, possint esse. nam si quid offendimus in genero nostro, quod quidem ego præstare non debeo, id fit maius, quod mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. tu ipse cum Sexto, scire uelim, quid cogites de exeundo, de totaque re quid existimes. equidem ad pacem hortari nõ desino: quæ uel iniusta utilior est, quam iustissimum bellum. sed hæc, ut fors tulerit. Vale.

σχόλια



APVAM) ep. seq. Calibus) ep. 15. h. l. L. Cæsar) ep. sup. Mandata) ibid. Consulibus) L. Lentulo Cruscello, & C. Claudio Marcello. Theani) atqui profectus erat Larinum ep. sup. & eum capuæ fuisse tunc scribit Cæsar l. 1 de bel. ciu. Probata) aliter ep. 8. l. 8. Ille) Cæsar. Oppidis) ut Arimino Lucan. l. 1. & Ancone. ep. 10. h. l. Suam prouinciam) Galliam. sic enim Coss. & Pompeius responderunt: Cæsar in Galliam reuerteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret: quæ cõditio Cæsari uisa est iniqua. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Illum) Cæsarem. Furoris) & amentiæ. ep. 10. h. l. Hunc) Pompeium. Copiarum) duarum legionum. ep. sup. Voluit) ep. 13. l. 8. Parum prolixe) nam delectus inuitorum est. ep. sup. Respondent) ad nomina, ut loquitur Liuius: dant nomina ep. 19. h. l. Campani coloni) coloni Capuam lege Iulia deducti. Philip. 2. & Dion. 38. Gladiatores) ep. 2. l. 8. Torquati) ep. 11. h. l. al. Torquati. ep. 1. l. 5. & ep. 7. l. 9. Pompeius) Lentulus: ut scribit Cæsar. Secutorum) gladiatorum, qui secutores uocantur al. scutorum, quod magis probo, quam quia Cicero nusquam, quod sciam, hoc uocabulum usurpauit, & quum gladiatores dixisset, non erat hoc loco, cur secutores adderet: tum quia uerisimile nõ est, Cæsarem quinque secutorum millia præter retiarios in ludo habuisse, ac ne mille quidem, quum id uideri posset inuidiosum. Scutorũ uero millia multa esse poterant, quibus gladiatores ipsi, & qui cum illis sentiebant, parati, ornatique erumpere cogitabant. Iↄↄ.) quinque millia: al. M. mille. Eruptionem facturi) al. his eruptionem facturi: nos non dubitamus legere. his eruptionem facturi: ut ita exponas: his scutis gladiatores eruptionem facturi fuisse dicebãtur. Mulieribus nostris) ep. sup. Est) ut Q. fratris uxor. Tua soror) Pomponia ep. 4. l. 1. Eas Romæ esse) ep. sup. Scripsi ad eas) ep. 14 & 18. l. 14. fam. Antea) ep. sup. Præsidia) tu uide, an legere debeas, prædia, ex ep. 14. & 18. l. 14. fam. & ep. 15. h. l. Præsum) ἐπίσκοπος ep. 10 h. l. Offendimus) Pompeianos. Genero nostro) Dolabella. ep. 11. l. 16. fam. Non debeo) ut socer de genero. Sexto) Sext. Peduceo ep. sup. Exeundo) ex urbe. Non desino) nec destiti ep. 11. l. 16. fam. Bellum) al. bellum cum ciuibus. recte, ne uitiose dictum esse uideatur. ipse preterea Philip. 2. ita scribit. omnis mihi pax cum ciuibus bello ciuili utilior uidebatur.

CICERO ATTICO S. 14



T AB Vrbe discessi nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem, non quo haberem magnopere quid scriberem, sed ut loquerer tecũ absens, quo mihi, cum coram id non liceret, nihil est iucundius. Capuam cum uenissem ad VI. Cal. pridie, quam has literas dedi, Consules conueni, multosque nostri ordinis. omnes cupiebant Cæsarem abductis præsidijs stare conditionibus ijs, quas tulisset. uni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat: sed is auditus in consilio: Cato enim ipse iam seruire, quam pugnare mauult: sed tamen ait in senatu se adesse uelle, cum de conditionibus agatur. si Cæsar adductus sit, ut præsidia deducat. ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne obsit, in senatu esse uult. Posthumus autem, de quo nominatim senatus decreuit, ut statim in Siciliam iret, Fursanoque succederet, negat se iturum sine Catone, & suam in senatu operam, auctoritatemque magni æstimat. ita res ad Fannium peruenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris sũma uarietas est. plerique negant Cæsarem in conditione mansurum: postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur. ego autem eum puto facturum, ut præsidia deducat: uicerit enim, si Consul factus erit, & minori scelere uicerit, quam quo est ingressus. sed accipienda plaga est: sumus enim flagitiose imparati cum à militibus, tum à pecunia, quam quidem omnem non modo priuatam, quæ in Vrbe est, sed etiam publicam, quæ in ærario, illi reliquimus. Pompeius ad legiones Actianas est profectus. Labienum secum habet. ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuo recipere cogitabam. Vale.

Discessi

σχόλια



ISCESSI) ep.9.h.l. Intermisi) sic ep.16.l.8.& ep.17.l.9. Venissem) Calibus profectus.ep.sup. Consules) ibid. Nostri ordinis) Senatorij. Abductis præsidijs) ex oppidis, quæ occupasset.ep.sup. Conditionibus) episto.12.h.l.epist.11.lib.16.fam.& Cæs.l.1.de bel.ciu. Fauonio) epist.1.l 2. Leges) conditiones istas quasi leges. Ab illo) Cæsare. Auditus) auditus est quidem, sed eius sententia non est probata. Cato) M.Cato, cuius Fauonius ipse est emulator. Ipse) qui semper fuit studiosissimus libertatis, & Cæsaris inimicus ἐμφατικῶς. Ire non curat) iuit tamen, & postea fugit, cognito Curionis aduentu. Cæs.l.1.de bel.ciu.& epis.13.l.10. Metuo, ne obsit) ut Cæsaris inimicus, & nimis constans.ep.2.l.2.et orat.pro Mur.al.metuit, ne obsit. In Senatu) Romam redituro, si Cæsar stet conditionibus.ep.sup. Posthumus) T.Posthumius non minus uehemens orator, quam bellator.in Brut. Furfanoq;) ep.8.& .9. l.6.fam. Fannium) ep.24.l.2.ep.6.l.11.& orat.de Resp. Vicerit.) uoti compos fuerit. Consul factus erit) ut sperat: quando postulat, ut comitia sint libera.Cæs.l.1.de bel.ciu. Quò) bello. Militibus) ep.12.h.l. Illi) Cæsari. Reliquimus) ep.11. h.l. Actianas) quas confecerat P. Actius.ep.12.h.l. Est profectus) in Picenum agrum, ut credebat Cicero epis.seq. Labienum) episto.11.h.l. Formias) epist.4.l 2. Recipere) recepit.III.Cal.epist.seq.

CICERO ATTICO S. 15



MNEIS arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam. De mandatis Cæsaris, aduentuq; Labieni, & responsis Consulum ad Pompeium, scripsi ad te literis ijs, quas ad V. Cal. Capua dedi plura que præterea in eandem epistolam conieci. nunc has expectationes habemus duas: unam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit ea, quæ referenda ad illum data sunt L. Cæsari: alteram, quid Pompeius agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitum habiturum, spemq; affert, si in Picenum agrum ipse uenerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum: cuius aduentu Cneus noster multò animi plus habet. nos à Consulibus Capuam uenire iussi sumus ad Non. Febr. Capua profectus sum Formias ad III. Cal. eo die cum Calibus tuas literas hora ferè nona accepissem, has statim dedi. De Terentia, & Tullia tibi assentior. ad quas scripseram, ad te ut referrent. si nondum profectæ sunt, nihil est, quòd se moueant, quoad perspiciamus, quo loco sit res. Tuæ literæ mihi gratæ, iucundæq; sunt. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, cum fuga ex Italia quæri uidebatur: nos enim Hispaniam peteremus: illis hoc æque commodum non erat. tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi uideris Romæ recte esse posse: etenim minime amici Pompeio nostro esse debetis: nemo enim unquam tantum de urbanis præsidijs detraxit. uides ne me etiam iocari? scire iam te oportet, L. Cæsar quæ responsa referat à Pompeio, quas ab eodem ad Cæsarem ferat literas: scriptæ enim, & datæ ita sunt, ut proponerentur in publico. in quo accusaui mecum ipse Pompeium, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus uenturæ essent, Sestio nostro scribendas dederit. itaque nihil unquam legi scriptū σηστιωδέστερον. perspici tamen ex literis Pompeij potest, nihil Cæsari negari, omniaque, & cumulate, quæ postulet, dari: quæ, ille amentissimus fuerit, nisi acceperit, præsertim cum impudentissime postulauerit: quis enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimiserit? tamen conceditur, minus honeste nunc quidem, uiolata iam ab illo Rep. illatoq; bello, quam si olim de ratione habenda impetrasset: tamen uereor, ut his ipsis contentus sit: nam, cum ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur: dicitur autem nūc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. Cal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad Vrbem: nihil ei me gratius facere posse, hæc uerbis plurimis. intellexi ex dierum ratiōe, ut primum de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus. itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Seruium scripserit. illud admiror, non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Celium egisse. quanquam non aspernor Trebatij literas, à quo me unice diligi scio. rescripsi ad Trebatium (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui) quam illud hoc tempore esset difficile: me tamen in prædijs meis esse, neque delectum ullum, neque negotium suscepisse. in quo quidem manebo, dum spes pacis erit. sin bellum geretur, non deero

officio, nec dignitati meæ. pueros ὑπεκθήμενος in Græciã: totam enim Italiam flagraturam bello intelligo: tantũ mali excitatũ partim ex improbis, partim ex inuidis ciuibus. sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra respõsa responsis intelligent' quorsum euasura sint. tum ad te scribam plura, si erit bellum: sin autem etiam induciæ, te ipsum, ut spero, uidebo Ego I I I I. Non. Febr. quo die has literas dedi, in Formiano, quò Capua rediram, mulieres expectabam: quibus quidem scripseram, tuis literis admonitus, ut Romæ manerent: sed audio maiorem quendam in Vrbe timorem esse. Capuæ Non. Febr. esse uolebam, quia Consules iusserant. quicquid huc erit à Pompeio allatum, statim ad te scribam, tuasq; de istis rebus literas expectabo. Vale.

σχολια

MANDATIS Cæsaris)ep.12.h.l. Labieni)ibid. Consulum)ep.13.h.l. Ad Pompeium)his facile assentior, qui legunt: ac Pompeij. ibid. nisi malit quis totum locum ita legere: de mandatis Cæsaris ad Pompeiũ, aduentuque Labieni, et responsis Consulum, scripsi. Literis)13.h.l. V. Cal.)ep. sup. al. VI. Cal. ep.13.h.l. Data sint)à Coss. & Pompeio. ep.13.h.l. L. Cæsari)ep.12.h.l. Pompeius agat) ad legiones Actianas profectus. ep. sup. Picenum agrum)ubi P. Actius Varrus delectum circommissis Senatoribus habeat. Cæs. l.1. de bel. ciu. Venerit)ut profectus est. ep. sup. Labienum)ep.12.h.l. Secum habet)ep. sup. Cuius) Labieni. Cneus noster)Pompeius. Venire)redire. nam uenimus VI. Cal. Feb. ep.13. & .14. h.l. & formias sumus profecti ad III. Cal. Feb. ut hic scribitur. Terentia, & Tullia)ep.12.h.l. Assentior)ut Romæ maneant. Scripseram)ep.14. l.14. fam. Pueris) Ciceronibus. ep.12.h.l. Hispaniã)Pompeij prouinciam. ep.9. l.4. Peteremus)quod ibi sit exercitus. Illis)pueris. Hoc) petere Hispaniam. Sexto)Sext. Peduceo. ep.12.h.l. Debetis)ut ciues optimi, qui patriam præsidijs firmatam esse cupitis. Tantum) quantum Pompeius suo, Senatus, magistratuum, & bonorum discessu, detraxit. Iocaris?)quasi in ambigui generis nam detrahit de præsidijs, qui ex præsidijs aliquid abducit, Pompeius quum omneis magistratus, & Senatum abduxerit, & nullum præsidium reliquerit, ep.12.h.l. uere dici potest detraxisse tantum de præsidijs, quãtum nemo alius unquàm. Scire)conijcere possumus ex his, quæ deinceps repetuntur, epistolam hic esse diuidendam, etsi alij paulò ante diuidunt. Oportet) quum ego ad te scripserim ep.13.h.l. L. Cæsar)ep.12.h.l. Responsa) ep.13.h.l. Proponerentur)ut populo, & concioni pbarentur. ep. seq. & ep.9. l.8. Luculentus)quum sit in oratione satis amplus. in Brut. Venturæ)ut in publico proponẽdæ. Sestio nostro)ep.17. l.5. σηστιωδέστερον) magis Sestiane, magis insulse, quòd ita scribat Sestius. Nihil Cæsari negari)nisi illud additum fuisset de præsidijs deducendis. ep.13.h.l. illa enim conditio Cæsari uisa est iniqua. Postulet) in mandatis L. Cæsari datis ep.12.h.l. Ille)Cæsar. Impudentissime)hinc absurdissima mandata uocauit. ep.12.h.l. Tu es)ò Cæsar. Profectus erit)Pompeius. ep.11. l.16. fam. Si præsidia dimiserit?)si Pompeius præsidia dimiserit, ego tradam prouinciam, & ad Consulatus petitionem ueniam? ibid. Ratione habenda)absentis. ep.1. & .7. h.l. Impetrasset)ut ego sentiebã. ep.13. l.9. Trebatius)C. Trebatius. l.7. fam. Ad urbem)sed extra urbem. ep.1.h.l. Hæc)scripsit. Nostro)uel omnium Pompeianorum, epist.10.h.l. uel meo. ep.9.h.l. Pisonem)ut socerum. ep.12.h.l. Seruium)sui studiosum, ep.21. l.9. & remanere cupientẽ. episto.1. l.8. Ipsum) Cæsarẽ. Dolabellã)meũ generũ. ep.6 l.6. Celiũ)meũ amicum. epist.1. huius lib. et l.8. fam. Egisse)ut postea egit. ep.15. l.8. fam. Scio)quum mutuus sit amor. ep.20. l.7. fam. Predijs meis)ep 14. & .18 l.14. fam. & ep.16. l.2. fam. Neque negotium suscepisse)ep.11. l.16. fam. Officio)ep.11.h.l. Dignitati meæ)cui consulam. ep.29. l.15. fam. Pueros)epist.12.h.l. ὑπεκθήμενος)quum exposuero, & transportandos curauero. Improbis)ep.11. l.16. fam. Inuidis)qui boni tamẽ habebantur. ibid. & ep.13. l.9. IIII. Non. Feb.)duos igitur dies minimum in itinere consumpsit. nam III. Cal. Feb. est profectus. supra. Expectabam)& uenerunt. ep. seq. Consules iusserant)supra De istis rebus)quæ Romæ fiunt, & à Cæsare.

CICERO ATTICO S. 16

* *QVARTO Non. Feb. mulieres nřæ Formias uenerũt, tuaq; erga se officia plena tui suauissimi studij attulerunt. eas ego, quoad sciremus utrum turpe pace nobis, an misere bello esset utendum, in Formiano esse uolui, & unà Cicerones. ipse cum fratre Capuam ad Consules (Nonis enim edesse iussi sumus) I I I. Non profectus sum, cum has literas dedi. responsa Pompeij grata populo, & probata concioni esse dicuntur. ita putaram. quæ quidem si ille repudiarit, iacebit: si acceperit. utrum igitur, inquies, mauis? responderem, si, quemadmodum parati essemus, scirem. Cassium, erat hic auditum, expulsum Ancone, eamq; Vrbem à nobis teneri: si bellum futurum est, negotium utile. Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiũt acerrime delectum habere, loca occupare, uincire præsidijs. ò perditum latronem, uix ullo otio compensandam hanc Reip. turpitudinem. sed stomachari desinamus, tempori pareamus, cum Pompeio in Hispaniam eamus. hæc opto in malis, quoniam illius alterum Consulatum à Rep. ne data*

quidem

quidem occasione repulimus. sed hæc hactenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere: sed ita constitui, expectare responsa Cæsaris, ut, si ad Vrbem rediremus, ibi nos expectaret, sin tardius id fieret, tum eum accerseremus. omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine, & amico dignum fuerit, cum præsertim rogatus esset. sed hæc non nimis exquiro à Græcis. tu tamen uidebis, si erit (quod nolim) accersendus, ne molesti simus inuito. Quintus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio soluat. nec Egnatio uoluntas deest; nec parum locuples est. sed, cum tale tempus sit, ut Q. Titinius (multum enim est nobiscum) uiaticum se neget habere, idemque debitoribus suis denuntiarit, ut eodem fœnore uterentur: atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore aut domi numos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut uersuram usquam facere possit: miratur te non habuisse rationem huius publicæ difficultatis. ego autem, & si illud ἡσιόδειον (ita enim putatur) obseruo, μὴ δὲ δίκην, præsertim in te, à quo nihil unquam uidi temere fieri: tamē illius querela mouebar. hoc, quicquid est, te scire uolui.

σχόλια

QVARTO Non. Feb.) quo die literas superiores dedi. Venerunt) ut expectabam. ibid. Attulerunt. al. ad me pertulerunt. Turpe) turpiter, ut alij uolunt: ego tamen, turpi, legendum censeo, ut sit, turpi pace, iniusta pace. ep. 13. h. l. Misere bello) legendū est: misero bello, hoc est, ciuili bello, quo nihil est miserius. ep. 11. l. 16. fam. Iussi sumus) à Coss. ep. sup. Profectus sum) ex Formiano. Responsa) ep. sup. Populo) cui sint proposita. ibid. Ille) Cæsar. Iacebit) contemnetur. Si acceperit) minori scelere uicerit. ep. 14. h. l. alij, si acceperit ut sit αὐτὸς ὁ τύραννος, quid erit? Parati) nam, ut nunc est, sumus quidem flagitiose imparati, ep. 14. h. l. sed Pompeius paucis diebus se firmum exercitum habiturum scribit. ep. sup. Sciremsed nescio, quia nondum Pompeius scripsit. ex his tamen uerbis elicitur Ciceronis hæc sententia. si parati essemus, mallem conditiones à Cæsare repudiari. Cassium) Q. Cassium. epist. 3. h. l. Anconæ) ep. 10. h. l. Negotium utile) eam urbem, quæ portum habeat, à nobis teneri. Misso) epis. 12. h. l. Acerrime) dicitur enim nunc Cæsar esse acerrimus. ep. sup. Latronem) Cæsarem. Hispaniam) epis. sup. Illius) Cæsaris. Repulimus) quum noluimus habere rationem absentis, ut erat latum. ep. 7. h. l. Dionysio) ep. 4. h. l. Responsa Cæsaris) ad nostra responsa. epist. sup. Rediremus) Cæsare conditiones accipiente. ep. 13. h. l. Expectaret) Dionysius. Eum) Dionysium. Accerseremus) ut pueros doceret. ep. 24. h. l. Ille) Dionysius. Fuga) ex urbe. ep. 9. & 10. h. l. Docto) qualis ille est. ep. 4. & 7. h. l. Amico) qui certus in re incerta cernitur, ut dixit Ennius. in Læl. iste uero superbum se præbuit, ep. 4. l. 8. & epist. 14. l. 9. Rogatus esset) al. rogatus essem, scio. nos legimus: rogatus esset. scio. nam, nisi ita legas, σολοικισμὸς, uel potius ἀνταπόδοτον, appareat necesse est. Græcis) qui fallaces sunt, & leues, nec fidem colunt. ep. 1. l. 1. ad Q. fr. & orat. pro Flac. Ne molesti simus inuito) ep. 24. h. l. & ep. 10. l. 8. Quod debet) HS. XX. ep. 12. l. 10. Egnatio) ep. 11. l. 4 & ep. 15. l. 10. Tale tempus) quo nemo soluit. ep. 7. l. 8 propter nummorum caritatem. ep. 11. l. 9. talis etiam postea fuit. δυσχρηστία. epis. 7. l. 16. Q. Titinius) ep. 21. l. 5. Denuntiarit) quum soluendo non esset. Eodem fœnore) quo prius usi fuerant. L. Ligus) epis. 6. l. 14. ἡσιόδειον) quod Hesiodo falsò ascribitur, quum sit Phocylidis, ut aiunt. μὴ δὲ δίκην) μὴ δὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς; neque causam iudices prius, quàm utriusque partis orationem audiueris. prouerb. de quo in dialogo quodam, quem nos latinum fecimus, quum inter Platonicos describeretur, Δημόδοκος, ἢ περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι inscriptus. ita legitur: οὐ μοι δοκεῖς οὐδὲ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀκηκοέναι: μὴ δὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Illius.) Q. fratris.

CICERO ATTICO S. 17

NIHIL habeo, quod ad te scribam. quin etiam eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dederam. erat. n. plena spei bonæ, quod & concionis uoluntatem audieram, & illum conditionibus usurum putabam, præsertim suis. ecce tibi IIII. Non. Febr. mane accepi literas tuas. Philotimi, Furnij, Curionis ad Furnium, quibus irrident L. Cæsaris legationem. planè oppressi uidemur: nec quid consilij capiam, scio: nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebar hæc scribens, quo facilius de Pompeij rebus cognoscerem. Vale.

σχόλια.

EPISTOLAM) superiorem. Concionis) cui probata Pompeij responsa dicebantur. ibid. Illum) Cæsarem. Conditionibus) ep. 11. l. 16. fam. & Cæs. l. 1. de bel. ciu. Vsurum putabam) quum nihil negetur, sed omnia, quæ postulat, dentur. ep. 15. h. l. Suis) quas tulit ipse. epist. 14. h. l. IIII. Non. Feb.) II. Non. Feb. hoc est, prid. Non. Feb. ex ep. sup. legendū uidetur. nam III. Non. Feb. ex Formiano profectus est, &, ut arbitror, mane ep. sup. ut literas hasce uix eodem die, nedum superiore, et mane accipere potuerit. Philotimi) epist. 4.

b.2 Furnij)ep.2.l.5.qui tunc erat Cæsarianus.ep.4.& 5.lib.9. Curionis)epist.10.l.16.fam. Ad Furnium)al.ad furium. lego uero libenter legerem:& fusij,ex epist.4.l.9. Irrident)ut Cæsariani,qui bellum cupiant. L.Cæsaris)ep.12.b.l. Pueris)Ciceronibus.ibid. Proficiscebar)à Coss.iussus.episto.15.b.l. Pompeij)ad legiones Actianas profecti.epist.14.huius.l. Cognoscerem)à Coss.episto.seq.

CICERO ATTICO S. 18

B REVILOQVENTEM *iam me tempus ipsum facit:pacem enim desperaui.bellum nostri nullũ adminstrant:caue enim putes quicquã esse minoris bis Consulibus,quorum ego spe audiendi aliquid,& cognoscendi nostri apparatus,maximo imbri Capuam ueni prid.*Non.*ut eram iussus.illi autem nondum uenerant,sed erant uenturi,manes,imparati.*Cneus *autem* Luceriæ *dicebatur esse,& adire cohorteis legionum* Actinarum *non firmissimarum.at illum ruere nuntiant,& iam,iamq; adesse,non ut manum conferat(quicum enim?)sed ut fugam intercludat.ego autem in* Italia καὶ συναποθανεῖν: *nec te id cõsulo. sin extra quid ago? ad manendum hiems,lictores,improuidi,& negligentes duces,ad fugam hortatur amicitia* Cnei,*causa bonorum,turpitudo coniungendi cum tyranno.qui quidem,incertum est,Phalarimne,an Pisistratum sit imitaturus.hæc uelim explices,& me iuues consilio:etsi te ipsum istic iam calere puto: sed tamen,quantum poteris.ego si quid hic hodie noui cognoro,scies: iam enim aderunt* Consules *ad suas* Nonas.*tuas quotidie literas expectabo.ad has autem,cum poteris,rescribes.*Mulieres,& Cicerones *in* Formiano *reliqui.* Vale.

σχόλια

D ESPERAVI) *Cæsare loca occupante,ep.19.b.l.& eius amicis L.Cæsaris legationem irridentibus. epist.sup. Consulibus)epist.13.b.l. Cognoscẽdi)ep.sup. Prid.Non.)Feb.ad Non.ep.seq. Iussus)à Coss. ep.15.& 16.b.l. Illi)Coss. Autẽ nondũ)al.aũt adhuc,idest Nonis nondum. Venerant)ex oppidis,quæ prius adierant apparatus causa. Venturi)ep.seq. Cneus)Pompeius. Luceriæ)ep.11.b.l sed quum Pompeius ep.14.& 15.b.l.dicatur ad legiones Actianas profectus,ut iret in Picenum agrum,à quo longe abest Luceria,uidendum est,an,Nuceriæ,quæ in Vmbria est,legi debeat,quãquam Pompeius in Apulia tunc fuisse uidetur.episto. seq.nisi profectus ille quidem sit,sed non peruenerit. Actinarum)uel Actianarum.ep.14.b.l.al.uicinarũ,idest in uicinis Apuliæ oppidis hybernorum causa dispositarum.ep.11.& 12.b.l.& sane P.Actius Varrus uel Auximi erat eo tempore,uel ex eo profugerat,à militibusq; ita desertus fuerat,ut eius legiones Pompeius adire non posset.Cæs.l.1.de bel.ciu. Illum)Cæsarem. Ruere)ut ep.4.b.l. Quicum enim?)quicum enim manum conferat,quum nos simus imparati? Fugam)ex, Italia. Ego autem)possum. In Italia)ut in patria,in qua mori præclarum est.ep.2.l.8. καὶ συναποθανεῖν) etiam simul mori. Sin extra)sin extra Italiam sit eundum. Hyems)mense Feb. Lictores)ep.9.b.l. Improuidi,& negligentes duces.)Pompeius.ep.12.b.l.& Coss.paulò ante. Hortatur)ne desim officio.ep.15.b.l. Amicitia)ep.10.l.3.fam. Cnei) Pompeij. Causa bonorum)ep.3.& 7.b.l. Tyranno)Cæsare. Phalarim)ep.11.b.l.Lucian.in primo,& secundo Phalaride.& Athen.l.9. κλέαρχος τὶς τοῦτο φησὶν ὠμότητος φάλαριν τὸν τύραννον ἐλάσαι,ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. Pisistratum) Hippocratis filiũ,tyrannum quidem,sed qui,ut inquit Herodot. ἐν τῇ κλειοῖ, ἦρχεν ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας,οὔτε θέσμια μεταλλάξας, ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσιν ἔνεμε,τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε, καὶ εὖ. Iustin.l.2. Calere)calefieri,& in consilio de rebus tuis capiendo quasi sudare.al.carere. Quantum poteris)iuues. Cognoro)à Coss. Suas)à se constitutas.ep.15.b.l. Reliqui)episto.16.b.l.*

CICERO ATTICO S. 19

D E *malis nostris tu prius audis,quàm nos:istinc enim emanant.boni autem hinc quod expectes,nihil est.* Veni Capuam *ad* Non. Febr. *ita ut iusserant* Consules.*eo die* Lentulus *uenit sero. alter* Consul *omnino non uenerat* VII. Id.*eo enim die ego* Capua *discessi,& mansi* Calibus.*inde has literas postridie ante lucem dedi.hæc,*Capuæ *dum fui, cognoui, nihil in consulibus,nullum usquam delectum:nec enim conquisitores* φαινοπροσωπεῖν *audent, cum ille adsit contra,cum noster dux nusquam sit,nihil agat:nec nomina dant:deficit enim non uoluntas, sed spes.*Cneus *autem noster(o rem miseram & incredibilem)ut totus iacet. non animus est,non consilium,non copiæ,non diligentia. mitto illam fugam ab* Vrbe *turpissimam, timidissimas in oppidis conciones,ignorationem non solum aduersarij,sed etiam suarum copiarum.*

hoc

hoc cuiusmodi est: VII. Id. Febr. Capuam C. Cassius Trib. pl. uenit, attulit mandata ad Consules, ut Romam uenirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent, statim exirent Vrbe relicta, redeant, quo præsidio? deinde exeant, quis sinat? Consul ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum. at illud totum erat amissum: sciebat nemo, præter me ex literis Dolabellæ. mihi dubium non erat, quin ille iam, iamq; foret in Apullia, Cneus noster in naui. ego quid agam? σκέμμα magnum, neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime. neq; ego ullius cōsilij particeps, sed tamen quod me deceat. ipse me Cæsar ad pacem hortatur: sed antiquiores literę, q̄ ruere cœpit. Dolabella, Celius, me illi ualde satisfacere. mira me ἀπορία torquet. iuua me consilio, si potes: & tamen ista, quantum potes, prouide. nihil habeo tanta rerum perturbatione, quod scribam. tuas literas expecto. Vale.

σχόλια

TV) qui Romæ es. Quàm nos) al. quàm ego. Istinc) Roma. Ad Non. Feb.) prid. Non. ep. sup. unde uideri potest, legendum hic quoque. pr. Non. Feb. nisi fortasse sero uenit ita, ut nunc diem aduentus omittat. certe tres dies se Capuæ fuisse scribit ep. 13. l. 8. qui uix integri colligi possunt, si Non. uenit, et VII. Id. decessit. Iusserant) ep. 15. h. l. Lentulus) L. Lentulus Cos. ep. 13. h. l. Alter Consul) C. Marcellus. ibid. Calibus) sic ep. 15. h. l. Postridie) VI. Id. Feb. Nihil in Consulibus) quibus nihil est minoris. ep. sup. φαινοπροσωπεῖν) prodire, & uultum, ut aiunt, ostēdere. ep. 26. l. 14. prouerb. pudor in oculis. Ille) Cæsar. Adsit) ep. sup. Noster dux) Pompeius. nusquàm sit) nullo certo loco consistat, sed modo Luceriā, modo Larinum, nunc Capuam, nunc uero Theanum proficiscatur. Nec nomina dant) ut sacramento militiæ obligentur. non respondent. ep. 13. h. l. Spes) quam uideant ducem ita trepidare. Cneus) Pompeius. Totus iacet) ut dux ἀστρατήγητος. ep. 12. h. l. Fugā ab urbe) ep. 10. h. l. Turpissimā ep. 3. l. 8. Suarū copiarū) quippe quū ne Picena quidē illi fuerint nota. ep. 12. h. l. C. Cassius) ep. 21. h. l. Mādata) à Pōpeio. Cōsules) ep. 13. h. l. Sāctiore) ubi aurū uicesimariū ad ultimos casus seruabatur. Liu. l. 27. Aerario) quū Lentulus Cos. ad aperiendū ærariū uenisset, ad pecuniā Pōpeio ex S. C. pferēdā, tantus repente terror inuasit, ut protinus, apto sanctiore ærario, ex urbe pfugeret. Cæs. l. 1. de bel. ciu. & Dion l. 41. Auferrent) relictam. ep. 11. h. l. Quo præsidio?) quū nullū sit paratum? epist. 12. h. l. Consul) Lentulus, qui tunc erat Capuæ, paulò ante. Ei) Pompeio. Ipse) Pompeius. In Picenum) iret, ut ostenderat. ep. 15. h. l. Illud) Picenum. Amissum) nam Cæsar Auximo progressus omnem agrum Picenum percurrit. Cæs. l. 1. de bel. ciu. ep. 3. l. 8. Dolabellæ) generi. ep. 6. l. 6. Ille) Cæsar. Cneus) Pompeius. In naui) foret, ut ex Italia fugeret. σκέμμα magnum) consideratio magna. ep. 8. h. l. Vllum) ullū σκέμμα esset, sed omnino Pompeium sequerer. Turpissime) ep. 12. h. l. & ep. 2. l. 8. neq; ego ullius consilij particeps) sum: quoniam Pompeius me sui consilij certiorem non facit. ep. 2. l. 9. Sed tamen) agam: nisi malis cum sequentibus iungere: sed Cæsar hortatur me ad pacem, quod deceat me. Pacem) otium. Literæ) quibus me Cæsar ad pacem hortatur. Ruere cœpit) epis. 18. h. l. Dolabella, Cælius) epist. 15. h. l. Illi) Cæsari. Satisfacere) scribunt, quòd nihil habeam negotij episto. 3. huius lib. ἀπορίᾳ) dubitatio. episto. 11. huius lib.

CICERO ATTICO S. 20

PEDEM in Italia uideo nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil, eumq;, nisi in nauim se contulerit, exceptum iri puto. ô celeritatem incredibilem, huius autem nostri. sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor, & crucior. Tu cædem non sine causa times: non quo minus quicquam Cæsari expediat ad diuturnitatem uictoriæ, & dominationis: sed uideo, quorum arbitrio sit acturus. recte sit. censeo cedēdum de oppidis his. ego consilij. quod optimum factu uidebitur, facies. cum Philotimo loquere, atque adeo Terentiam habebis Idibus. ego quid agam? quà aut terra, aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio? etsi terra quidem qui possum? mari quo? tradam igitur isti me? fac posse tuto: multi enim hortantur: num etiam honeste? nullo modo quidem. à te petam consilium, ut soleo. explicari res non potest. sed tamen, si quid in mentem uenit, uelim scribas, & ipse quid sis acturus. Vale.

σχόλια

PEDEM) prouerb. pedem ubi ponat non habet. Istius) Cæsaris. In nauim) ep. sup. Exceptum iri) à Cæsare. Celeritatem) Cæsaris. ep. 9. l. 8. Huius autē nostri) Pompeij autem tarditatem, ut sit ἀντίθετος, et ἀπροσιότησις. nam Pompeio nihil esse tardius constat. ep. 12. h. l. Eum) Pompeium. Cædem) φαλαρισμὸν. epis. 11. h. l. Expediat ad diuturnitatem) nihil enim uiolentum diuturnum esse potest. Quorum) ut Antonij, Pansæ, Hircij, Cælij, Curionis, & Dolabellæ, qui omnes erant improbi. Recte sit) εὐχῇ, ut ep. 12. h. l. res fiat. al. recte sic, ut cum

sequenti uerbo coniungere, & legere possis: recte si censeo. Oppidis his, ut minus tutis, ep.1.l.8. Philotimo) ep.4.l.2. Terentiam) quam remissurus eram ep. seq. Idibus) Feb. Eum) Pompeium. Vbi sit) nusquam. epist. sup. Qui possumus) persequi, quum terra Cæsar urgeat ita, ut pene simus capti? ep. seq. Mari quo?) persequar, quum tot sint difficultates? epist.3.l.8. Tradam) dedam. Isti) Cæsari. Posse) tradere. Multi) ut M. Cælius. ep.16.l.8 fam. quam postea scripta. Hortantur) ut me Cæsari tradam. Honeste?) me tradam. Nullo modo quidem) me possim honeste tradere Cæsari ut Tyranno. epist.18. huius lib. Acturus) de exeundo, episto.13.h.l.

CICERO ATTICO S. 21

QVINTO Id. Febr. uesperi è Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmum habere, cohortes ex Piceno, Lentulo, & Thermo ducentibus, cum Domitij exercitu coniunctas esse, Cæsarem intercludi posse, eumque id timere, bonorum animos recreatos Romæ, improbos quasi perculsos. hæc metuo quidem ne sint insomnia: sed tamē M. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium Trib. pl. (ij enim sunt nobiscum, idest in Formiano) Philotimi literæ ad uitā reuocarunt. ego aūt illa metuo ne uertiora sint, nos oēs pene iā captos esse, Pōpeiū Italia cedere. quē qdem (ò rem acerbā) persequi Cæsar dicit. ꝑsequi Cæsar Pompeium? quid? ut interficiat? ò me miserum: & non omnes nostra corpora opponimus? in quo tu quoque ingemiscis. sed quid faciamus? uicti, oppressi, capti plane sumus. ego tamen Philotimi literis lectis mutaui consilium de mulieribus: quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam: sed mihi uenit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse: qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, ꝙ mulieres reuertissent. De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incertæ, & periculosæ fugæ, cum Reip. nihil prosim, nihil Pompeio, pro quo emori cum pie possum, tum libenter. manebo igitur: etsi uiuere. Quod quæris, hic quid agatur: tota Capua, & omnis hic delectus iacet: deperata res est: in fuga omnes sunt, nisi quid eiusmodi fuerit, ut Pompeius istas Domitij copias cum suis coniungat. sed uidebamur omnia biduo, triduóue scituri. Cæsaris literarum exemplum tibi misi: rogaras enim. cui nos ualde satisfacere multi ad me scripserunt. quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter. Vale.

σχόλια

PHILOTIMO) episto.4.lib.2. Domitium) epist.12. huius lib. Lentulo) P. Lentulo Spintere. Cæs.l.1. de bel. ciu. Thermo) epist.12.h.l. Ne sint) ut erant. Insomnia) à Philotimo ficta, ut nimium optimate. ep.6.l.9. al. somnia. M. Lepidum, L. Torquatum) ep.11.h.l. C. Cassium) episto.19.h.l. & ep.15.l.15. fam. Trib. pl.) post Quæsturam. ep.18.l.5 & ep.14.l.15 fam. Sunt nobiscum) ep.11.h.l. Literæ) quas ego acceperam. Cæsar, Pompeium?) ἀγχιστρόφοις & ἐμφατικῶς, latro uirum optimum? minor maiorem? Vt interficiat?) ep.9.l.8. Scripseram) ep. sup. Tibi assentior) qui me admones. ep.24.h.l. Incertæ) quum nesciam, quò persequi Pompeium debeam. ep. sup. Emori) ep.15.l.2. fam. Et si uiuere) tædet. ἀποσιώπησις, ne male ominetur, ut ep.3.l.14. fam. & ep.6.l.12. fam. & Laodomia apud Ouid. siue, quod heu timeo, sine superstes eris. Capua) Campana colon. epist.13. h.l. Iacet) nec enim dant nomina. episto.19.h.l. Literarum) quibus Cæsar me ad pacem hortatur. ibid. Satisfacere) ibid. Multi) ut Dolabella, & Cælius. Faciam) ut facerem, si me cum tyrāno coniungerem. ep.18.h.l.

CICERO ATTICO S. 22

PHILOTIMI literæ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. ecce postridie Cassij literæ Capua à Lucretio familiari eius Nigidium à Domitio Capuam uenisse, eum dicere, Vibullium cum paucis militibus è Piceno currere ad Cneum, confestim sequi Cæsarem, Domitium non habere militum uim. idem scripsit Consules Capua discessisse. non dubito, quin Cneus in fuga sit, modo effugiat. à consilio fugiendi, ut tu censes, absum. Vale.

σχόλια

PHILOTIMI) ep.4.l.2. Literæ) quas V. Id. Feb. accepi. ep. sup. Me) qui metuebam, ne essent insomnia. ibid. Eos) ut Lepidū, Torquatum, & Cassium, quos ad uitā reuocarūt. ibid. Cassij literæ) literæ ad C. Cassium allatæ. ep. seq. sic loquitur ep.2.l.8. & epistola eius, hoc est, ab eo allata, ep.30.l.13. et epistolam tuam, ad te scriptam. ep.13.l.2. Lucretio) ep. seq. ep.15.l.4. & ep.4.l.8. quamuis Sulmone ille, hic Capuæ, ille Senator, ut scribit Cæsar, hic admodum iuuenis esse uideatur. Nigidium) P. Figulum Nigidium. ep.13.l.4. fam. Domitio) ep.12.h.l.

Vibullũ) L. Vibullũ Rufum Pompeij familiarẽ. Picenio) quò missus à Põpeio fuerat confirmandorũ bonorum cã. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Idem) Lucretius. Censes) in epistola tua III. Id. Feb. dat a. ep. 12. l. 9. Absum) ne me dem incertæ fugæ. ep. sup.

CICERO ATTICO S. 23

CVM dedissem ad te literas tristeis, & metuo ne ueras, de Lucretij ad Cassiũ literis Capua missis, Cephalio uenit à uobis, attulit etiã à te lr̃as hilariores, nec tamẽ firmas, ut soles. oĩa facilius credere possum, q̃ quod scribitis, Põpeium exercitũ habere. nemo huc ita affert: oĩaq́; , quæ nolim. rem miserã. malas cãs semp̃ obtinuit, in optima concidit. q̃d dicã, nisi illud eũ scisse, neq́; enim erat difficile: hoc nescisse, erat enĩ ars difficilis recte Remp. regere. sed iam, iamq́; omnia sciemus, & scribemus ad te statim. Vale.

σχόλια

LITERAS) superiores. De Lucretij ad Cassium literis) ep. sup. Cephalio) ep. 22. l. 9. A uobis) al. ad nos. Vt soles) quia semper ἀπορεῖς, uel ἐπέχεις. ep. 6. l. 6. & ep. 11. h. l. Scribitis) uos, à quibus uenit Cephalio. hoc dictum, ne quis assentiat his, qui leguut: scribit is. Malas causas) in his eas, quæ significantur epist. 16. l. 2. Obtinuit) Pompeius. Optima) & optimatum. Concidit) ita, ut iaceat. ep. 19. h. l. Eum scisse) al. eum nescisse, ut ratio, quæ sequitur, uidetur postulare, hoc sensu. nescuit Pompeius optimã causam defendere: quia facile didicit, quod facile est omnibus, nescire. contra uero scire est difficile: unde inquit: erat enim ars difficilis recte Remp. regere: quod facere nescuit Pompeius: quare illum ἀπολιτικώτατον uocat ep. 25. l. 8.

CICERO ATTICO S. 24

NON uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis: Quoties exorior: ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis, quæ Romæ afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. omnia erant facta hoc biduo lætiora. itaque fuga, quæ parabatur, repressa est. Cæsaris interdicta, Si te secundo lumine hic offendero, respuũtur. bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad possim, seruem, gratum est. Quod addis, ne propensior ad turpem causam uidear: certe uideri possum. ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, negaui esse: non quin rectũ esset: sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. plane eum, cui noster alterum Consulatum deferret, & triumphum, at quibus uerbis? pro suis gestis amplissimis, inimicum habere nolueram. ego scio, & quem metuam, & quam ob rem. sin erit bellum, ut uideo fore: partes meæ non desiderabuntur. De HS XX. Terentia tibi rescripsit. Dionysio, dum existimabam uagos nos fore, nolui molestus esse. tibi autem crebro ad me scribenti de eius officio, nihil rescripsi, q̃ diem ex die expectabam, ut statuerem, quid esset, faciendum. nunc, ut uideo, pueri certe in Formiano uidentur hiematuri: num & ego, nescio: si enim erit bellum, cum Pompeio esse constitui. quod habebo certi, faciam, ut scias. ego bellũ fœdissimũ futurũ puto, nisi qui (tu scis) Parthicus casus extiterit. Vale.

σχόλια

NON uenit) al nunc uenit, ut sequens ratio magis postulat. Scribis) usu uenire. Quoties exorior) toties usu uenit. Exorior) quasi respiro, & renascor. Domitio) ep. 12. h. l. Picentiũ cohortibus) cohortibus ex Piceno. ep. 21. h. l. Lætiora) q̃ quæ scripsi ep. 22. h. l. Parabatur) à Põpeio. ep. 22. h. l. Interdicta) imperia, & minæ, q̃bus uti solent tyranni, ut Prætores interdictis. Te) quẽ ibet. Secundo lumine) sequenti die, ἐπιούσῃ λαμπάδι, ex Medea Euripid. Offendero) inueneris, εὕρω ἀπροσδόκητος. Respuũtur) quod amplius non timeantur. Afranio) L. Afranio in Hispania Pompeij legato. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Seruem) nec dem me fugæ ep. 21. h. l. nec me proijciam, ep. 4. l. 9. neque profugiam. ep. 12. l. 9. Videri possum) propensior ad Cæsaris causam, propter rationem, quæ sequitur: itaque uidetur legisse Plutarc. in uita, quãuis etiam legatur, uideri non possum. Negaui) al. nolui. ep. 11. l. 16. fam. Id) Catilinæ coniurationem deprehendisse, & coniuratos necasse. Fraudem) periculum, exilium, supplicia. ep. 15. l. 8. Tulit) Clodio quidem auctore, sed Cæsare impellente, & Pompeio permitente. Eum) Cæsarem. Noster) Pompeius. ep. 16. l. 8. Alterum Consulatum deferret, & triũphũ) ibid. Pro suis) q̃n̄ nec Vallẽsis hoc p̃baret, & hic, prorsus, ẽt legitur, uidendũ est, an legi posset: pro rebus, ut ep. 9. l. 8. Ego scio) expertus, quũ meũ ille inimicũ mihi iratus ad plebẽ traduxit. orat. de p̃uin. Consul. Quã ob rem) ne illi reconcilientur, & ego subyciar eisdem prælijs. ep. 15. l. 8. Nõ desiderabũtur) à Põpeio. nam cũ eo esse cõstitui. Dionysio) ep. 4. h. l. Nolui molestus esse) ep. 16. h. l. Faciendũ) de pueris. ep. 12. & 15. h. l. Pueri) Cicerones ipsius Dionysij discipuli. ep. 14. l. 4. & ep. 1. l. 6. Et ego) hyematurus sum. Tu scis) al. ut tu scis. Parthicus casus) parthicũ bellum, uel potius reconciliatio talis, ut alter eorũ, sicut olim Crassus & ipse recõciliatus, bellũ parthicũ suscipiat. ep. 2. h. l. & ep. 11. l. 8.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER OCTAVVS.

CICERO ATTICO S. 1



VM ad te literas dedissem, redditæ mihi literæ sunt à Pompeio, cætera de rebus in Piceno gestis, quæ ad te Vibullius scripsisset, de delectu Domitij, quæ sunt nobis nota, nec tamen læta, erant in his literis. quam ad me Philotimus scripserat, ipsam tibi epistolam misissem, sed subito fratris puer proficiscebatur: cras igitur mittam. sed in ea Pompeij epistola erat in extremo ipsius manu: Tu censeo Luceriam uenias: nusquam eris tutius: id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. ei statim rescripsi, hominemq; certũ misi de comitibus meis, non me quærere, ubi tutissime essem: si me uellet sua, aut Reip. causa Luceriam uenire, statim esse uenturum: hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex prouincijs suppeditari uellet. hæc me frustra scribere uidebam: sed uti in Vrbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam: sic enim parari uideo, ut Luceriam omnes copiæ contrahantur: & ne is quidem locus stabilis, sed ex eo ipso, si urgeamur, paretur fuga. quo minus mirere, si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque uictoriæ ratio quæsita sit unquam, semper flagitiosæ, & calamitosæ fugæ. eundum, ut, quẽcunq; fors tulerit casum, subeam potius cum ijs, qui dicuntur esse boni, quàm uidear à bonis dissentire: etsi propediẽ uideo bonorum, idest lautorum, & locupletum, Vrbem refertam fore: municipijs uero his relictis, refertissimam. quo ego in numero essem, si hos lictores molestissimos non haberem: nec me M. Lepidi, L. Volcatij, Ser. Sulpitij comitum pœniteret: quorum nemo nec stultior est, quàm L. Domitius, nec inconstantior, quàm App. Claudius. unus Pompeius me mouet, beneficio, non auctoritate: quã enim ille habeat auctoritatem in hac causa, qui, cum omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat: postquam uero ipse metuere cœpit putat omnes hostes illi oportere esse. ibimus tamen Luceriam: nec eum fortasse delectabit noster aduentus: dissimulare enim non potero, mihi, quę adhuc acta sunt, displicere. ego, si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sanè uelim. Vale.

σχόλια.



VVM ad te) nullum penè tempus hic intermittitur. Literas) 24 l. 7. Literæ) 12. h. l. Cætera) quæ scripsit Pompeius. ὑπερβατόν, quale inuenies ep. 18. l. 7. fam. Vibullius) ep. 22. l. 7. Domitij) ep. 12. l. 7. Nec tamen læta) quãuis scripsissem aliter ep. 24 l. 7. Erant) scripta. epi. 21. l. 7. quare necesse non est nunc scribere. Quam) al. quas. rectè, ut quas literas, non quam epistolam exponas. et sanè nihil erat, cur Cicero Philotimi epistolam Attico mitteret, quum illorum uterque Romæ esset. Epistolam) Pompeij. quam literas paulò ante appellaui. Misissem) misit postea. ep. 11. & 12. h. l. Sed in ea) sed in ea Pompei epistola. ἐπανάληψις. Ipsius) Pompeij. Tu) Cicero. Censeo) ego Pompeius. Luceriam) epist. 11. l. 7. Nusquàm eris tutius) te hic tutissime puto fore: scripsit Pompeius. ep. 12. h. l. Oppida) ep. 18. l. 14. fam. Oram maritimam) quæ me habet ἐπίκοιτον, ep. 10. l. 7. Il lam)

lum)Pompeium. Eum)Pompeium. Caput)Romam. Reliquisset)epi.10.l.7. Ei)Pompeio. Rescripsi)ep.13.h.l. Hominemq; certum)M.Tullium.ibid. Tutisime)ex ep.Pompeij.12.h.l.al.tutissimo. Rem frumentariam)hoc erat in mandatis Tullio datis,non in ep.13.h.l. Vrbe retinenda)ep.15.h.l. Tunc)ep.10.& xi.l.7. In eam causam)Pōpeianam. Pacis) quæ uel iniusta erat accipienda.ep.3.h.l.& ep.13.l.7. Victoriæ)quæ desperanda est ducis negligentia. epis.12.l.7. Calamitosæ) periculosæ.ep.21.l.7. Boni)ep.7.l.7.& ep.3.h.l. Videar)ut ui leni possum.ep.24.l.7. Locupletum)qui reuertētur, ne res amittant suas. Refertam)ep.1.l.9. His)quibus ego præsum. Relictus)ut iubet Pōpeius. Refertissimam) omnes enim ferè,qui sunt in his locis,tunc Romam reuertentur. Lictores)ep.9.& xi.l.7. M.Lepidi)epi.xi.l.7. L.Volcatij)remanētis.ep.3.l.7.& ep.12.l.9. Ser.Sulpitij)ibid.& ep.9.h.l. Pœniteret)quum & ipsi consulares sint. L.Domitius)qui stultus etiam dicitur ep.1.l.7. App.Claudius)qui,quòd à Cæsare in exercitu fuisset præfectus,ut legitur orat.pro Sest.& eodē Cos, togam prætextam fuisset adeptus,ep.xi.l.2.ad Q.fr.Cæsarianus ante fuerat,& tunc Pompeianus erat,ep.1.l.9.& tamē Cicero togam prætextam illi texi audiebat,ep.16.l.2.fam.quasi caperet iterum Cæsarianus esse:unde nunc inconstantem uocat. Beneficio)in mea salute.epist.6.l.6.fam. Diligebat)ep.16.l.2. Metuere cœpit) ep 8.h.l. Somnum) episto.6.&.12. lib.9. Eadem causa est)ut somnum capere non posis. Remunerere)longis epistolis obtunderes.

CICERO ATTICO S. 2



IHI uero omnia grata:& ꝙ scripsisti ad me,quæ audieras:& ꝙ non credidisti,quę
digna diligentia mea non essent:& ꝙ monuisti,quod sentiebas. Ego ad Cæsarem
unas Capua literas dedi,quibus ad ea rescripsi,quæ mecum ille de gladiatoribus suis
egerat,breueis,sed beneuolentiam significantes,non modo sine contumelia,sed etiam
cum maxima laude Pompeij:id enim illa sententia postulabat,qua illum ad concordiam hortabar.eas
si quo ille misit,in publico proponat uelim.alteras eodem die dedi,quo has ad te:non potui non dare,
cum & ipse ad me scripsisset,et Balbus.earum exemplum ad te misi.nihil arbitror fore,quod repre-
hendas.si qua erunt,doce me:quomodo enim effugere possum? nihil, inquies,omnino scripseris. qui
magis effugias eos, qui uolent fingere? ueruntamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quod me
hortaris ad memoriam factorum,dictorum,scriptorum etiam meorum:facis amice tu quidē,mihiq;
gratissimum:sed mihi uideris aliud tu honestum,meq; dignum in hac causa iudicare,atque ego existi-
mem:mihi enim nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore Reip.ac duce turpius factum esse uide-
tur,ꝙ à nostro amico factum est.cuius ego uicem doleo,qui Vrbem reliquit,id est patriam,pro qua,
& in qua mori pręclarum fuit.ignorare mihi uideris,hæc quanta sit clades:es enim etiam nunc domi
tuæ: sed inuitis perditissimis hominibus esse diutius non potes.hoc miserius, hoc turpius quicquam?
uagamur egentes cum coniugibus, & liberis.in unius hominis,quotannis periculose ęgrotantis anima
positas omneis nostras spes habemus,non expulsi,sed euocati è patria,quam non seruandam ad redi-
tum nostrum,sed diripiendam,& inflammandam reliquimus.ita multi nobiscum sunt non in subur-
banis,non in hortis,non in ipsa Vrbe:& si nunc sunt,non erunt:nos interea ne Capuæ quidem,sed
Luceriæ,& oram quidem maritimam iam relinquemus,Afranium expectabimus,& Petreium:nam
in Labieno parum est dignitatis. hic tu in me illud desideras.nihil de me dico:alij uiderint. hic qui- *
dem quæ est domi uestræ estis,& eritis omnes boni.quis tum se mihi non ostendit? quis nunc ad- *
est hoc bello? sic enim iam appellandum est. Vibullij res gestæ sunt adhuc maximæ. id ex Pompeij
literis cognosces. in quibus animaduertito illum locum,ubi erit δ'ιπλῆ. uidebis,de Cneo nostro ipse
Vibullius quid existimet.quo igitur hæc spectat oratio? ego pro Pompeio libenter emori possum, *
facio pluris omnium hominum neminem. sed non ita non meo iudicio spem de salute Reip. significas
enim aliquanto secus,ꝙ solebas:ut etiam,Italia si ille cedat,putes cedendum:quod ego nec Reip.pu-
to esse utile,nec liberis meis:præterea neque rectum, neque honestum. sed cur? poteris ne uidere ty-
rannum? quasi intersit, audiam,an uideam:aut locupletior mihi sit quærendus auctor, ꝙ Socrates,
qui,cum triginta tyranni essent,pedem porta non extulit.est mihi præterea præcipua causa manen-
di, de qua utinam aliquando tecum loquar. Ego XIII.Cal.cum eadem lucerna hanc epistolam
scripsissem,qua in flammaram tuam,Formijs ad Pompeium,si de pace ageretur,profecturus eram:
si de bello,uidero. Vale.

σχόλια



LADIATORIBVS *suis)ep.13.l.7. Illum)Cæsarem. Velim)tantum abest, ut uerear,ne quem offendā. Ad te)dedi. Dare)ad Cæsarem. Ipse)Cæsar. Balbus)ep.3.l.7. Earum)mearum literarum ad Cæsarem scriptarum. Fore)in his literis ad Cæsarem scriptis. Qui magis)al.quo magis,& tunc legitur sine interrogatione. Hortaris)in quo quid sentias,ostendis.ep.7.h.l. uel potius ep.12.l.9. Factorū) in Consulatu præsertim. Dictorum)semper. Scriptorum)præsertim in libris de Rep.epist.1.l.6.& ep.4.l.10. Honestum)quod solum bonum esse in illis libris disputaui.ibid. Existimem)qui inuitus in eam causam descendo.ep. sup. Nostro amico)Pompeio. Reliquit)ep.10.l.7. Domi tuæ)Romæ.ep.13.l.7. Perditissimis hominibus) qui de te crudelissime cogitant.ep.6.l.11. Hominis)Pompeij. Aegrotantis)ut paulò ante bellum ciuile in Campania.Patere.l.2.Plutarc.in uit.& ep.25.h.l. Euocati)à Pompeio. Diripiendam)Cæsari.ep.14.l.14.fam. Non in ipsa urbe) sed in prædijs,ut in Formiano.ep.21.l.7. Etsi nūc sunt)nobiscum. Non erunt)his municipijs relictis.ep. sup. Capuæ) quæ altera Roma est.Philip.12. Luceriæ)erimus,ut uult Pompeius,ep.sup.quæ in Apulia est munitissima Italiæ parte.ep. seq. Relinquemus)ita censente Pompeio.ep. sup. Afranium)ep.24.l.7. Petreium)M.Petreium uirum Prætorium & ipsum Pompeij in Hispania legatum.Paterc. Labieno)ep.11 l.7.de quo Lucan.l.5. fortis in armis Cæsareis Labienus erat,nunc transfuga uilis. Hic tu in me illud desideras.nihil de me dico:alij uiderint.hic quidem quæ est)hic aliquid uel græcū,uel latinum uidetur deesse,nisi uelis uerba coniungere,& ita interpretari:hoc loco tu dignitatis illud,quod deest Labieno,in me desideras, cupisque me rationem dignitatis meæ habere:sed de me,inquit Cicero,nihil dico,alij uiderint,uerum quæ dignitas hic esse potest? Estis)epist.13.l.7. Boni)idest lauti.ep. sup. nulla igitur habetur ratio huius dignitatis à uobis,& tamen tu eam in me desideras. Quis)amicorum. Tum)quum Pompeium sequi cogitabamus,idest belli initio. Ostendit) quasi ostentauit se idem facturum? Vibullij) ep.22.l.7. Pompeij literis)literis ad Pompeium à Vibullio scriptis. sic ep.22.l.7.in literis enim,quas scripsisset Pompeius,nescio quo pacto cognosci posset,quid Vibullius de Pompeio existimaret. διπλῆ)signum,nota illic à me apposita, quæ indicet scriptum esse ambiguum,& διπλῆν τινα τὴν δύναμιν ἔχειν. Videbis)ex uerbis accuratius consideratis. Cneo nostro)Pompeio. Existimet)quamuis sit familiaris.ep.22.l.7.& ep.longa ad Lentul. Emori)epist.21.l.7. Neminem)quàm Pompeium. Sed non ita non meo iudicio spem de salute Reip.)nullus penè sensus ex hisce uerbis elici potest. Quare legi fortasse ita posset:sed non ita,ut in meo iudicio spem de salute Reip.ut sit quædā ἀποσιώπησις hoc modo: ego plurimi facio Pompeium, sed non ita,ut in meo iudicio spem de salute Reip.ponam,& illum omnino sequendum putem. Significas) significare mihi uideris.ep.12.l.9. Solebas)quum me admonebas, ut me integrum seruarem,ep.24.l.7. & ne me fugæ darem.ep.21.l.7. Ille)Pompeius. Putes cedendum)mihi quoque Italia:quum nondum quod mihi in mentem ueniat,explicarim.ep.seq. Reip.)cui manens in Italia fortasse aliquid opis ferre potero. Quòd si Pompeium sequar , nihil proficiam apud eos , qui meum consilium contemnunt. Liberis meis)ep.16.l.2. fam.& ep.16.l.8. fam. Neque rectum,neque honestum)propter Pōpeianorum insolentiam ep.6.l.11.nam Pompeium sequi semper rectissimum iudicauit.ep.2.l.4.fam. Poteris)tu Cicero. Videre)in Italia manens. Tyrānum?)Cæsarem? Audiam)qd' etiam maius uideri solet.ep.9.l.4.fam. Socrates)qui seruiente sua ciuitate,fuit ipse quodammodo liber ep.16.l.9.fam. Triginta tyranni)Iustin.l.5. Non extulit) ἐπιὼν οἴκαδε,ut inquit Plat.in apolog. Causa)fortasse ad uxorem pertinens.XIII.Cal.) Mart. Inflammaram)ne legi à quoquam posset.solent etiam conscindi.ep.21.l.5.fam.& ep.26.l.7.fam. Ad Pompeium)Luceriam.ep. sup. Profecturus eram) ut iusserat.ibid. Si de bello)agetur. Videro)an proficisci debeam.*

CICERO ATTICO S. 3



AXIMIS, *& miserrimis rebus perturbatus , cum corám tecum mihi potestas deliberandi non esset,uti tamen tuo consilio uolui.deliberatio autem omnis hæc est. si Pompeius Italia cedat(quod eum facturum esse suspicor)quid mihi agendum putes. & quo facilius consilium dare possis,quid in utranque partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Cum merita Pompeij summa erga salutem meam , familiaritasq́; , quæ mihi cum eo est,tum ipsa Reip.causa me adducit , ut mihi uel consilium meum cum illius consilio,uel fortuná coniungenda esse uideatur.accedit illud: si maneo,& illum comitatum optimorum, & clarissimorum ciuium desero,cadendum est in unius potestatem.qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, &,ut esset,a' me est(tute scis)propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante prouisum:tamen utrunque considerandum est,& quanta ei fides sit habenda,&,si maxime exploratum sit, eum nobis amicum fore,sit ne uiri fortis,& boni ciuis esse in ea Vrbe,in qua cum summis honoribus, imperijsq́; usus sit,res maximas gesserit,sacerdotio sit amplissimo præditus,non futurus sit sui iuris, subeundumq́; periculum sit cum aliquo forte dedecore,siquando Pompeius Remp. recuperarit. in hac parte hæc sunt:uide nunc,quæ sint in altera. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil*

fortiter

fortiter, adde etiam, nihil, nisi contra consilium, auctoritatemq́; meam. omitto illa uetera, ꝙ istum in Remp. ille aluit, auxit, armauit: ille legibus per uim, & contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ ulterioris adiunctor: ille gener: ille in adoptando P. Clodio Augur: ille restituendi mei, ꝗ̃ retinendi, studiosior: ille prouinciæ propagator: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio Consulatu, postquam esse defensor Reip. cœpit, contendit, ut decem Tribuni pl. ferrent, ut absentis ratio haberetur. quod idem ipse sanxit lege quadam sua, Marcoq́; Marcello Cos. finienti prouincias Gallias Cal. Martij, restitit. sed ut hæc omittam, quid fœdius, quid perturbatius hoc ab Vrbe discessu, siue potius turpissima fuga? quæ conditio non accipienda fuit potius, ꝗ̃ relinquenda patria? malæ conditiones erant, fateor, sed nunquid hoc peius? at recuperabit Remp. quando? aut quid ad eam spem est parati? non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad Vrbem? non pecunia omnis & publica, & priuata aduersario tradita? denique nulla causa, nullæ uires, nulla sedes, quò concurrant qui Remp. defensam uelint. Apulia delecta est inanissima pars Italiæ, & ab impetu huius belli remotissima. fuga, & maritima opportunitas uisa quæri desperatione. inuite cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, sed sine causa, in qua nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem esset aliquis, sed hebes, ut solet, &, ut ipse sensissem, multitudo, & infimus quisque propensus in alterampartem: multi mutationis rerum cupidi. dixi ipsi, me nihil suscepturum sine præsidio, & sine pecunia. itaque habui nihil omnino negotij, ꝙ ab initio uidi, nihil quæri præter fugam. eum si nunc sequor, quonam? cum illo non. ad quem cum essem profecturus, cognoui in ijs locis esse Cæsarem, ut tutò Luceriam uenire non possem. infero mari nobis incerto cursu, hieme maxima nauigandum est. age iam, cum fratre, an sine? cum filio, an quomodo? in utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. qui autem impetus illius erit in nos absentes, fortunasq́; nostras? acrior, quàm in cæterorum, ꝙ putabit fortasse in nobis uiolandis aliquid se habere populare. age iam, has compedes, fasces inquam hos laureatos ecferre ex Italia ꝗ̃ molestum est? qui autem locus erit nobis tutus, ut iam placatis utamur fluctibus, ante, ꝗ̃ ad illum uenerimus? quà autem, aut quò, nihil scimus. at si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus: idem fecero, quod in Cinnæ dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mutius, quoquomodo ea res huic quidem cecidit, qui tamen ita dicere solebat, se id fore uidere, quod factum est, sed hoc malle, ꝗ̃ armatum ad patriæ mœnia accedere. aliter Thrasibulus, & fortasse melius. sed est certa quædam illa Mutij ratio, atque sententia, est illa etiam Philippi: &, cum sit necesse, seruire tempori, & non amittere tempus, cum sit datum. sed in hoc ipso habent tamen ijdem fasces molestiam: sit enim nobis amicus, quod incertum est, sed sit, deferet triumphum, non accipere ne periculosum sit, an accipere inuidiosum ad bonos? ò rem, inquis difficilem, & inexplicabilem. atqui explicanda, est: qui enim fieri potest? ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, ꝙ plura in ea parte uerba fecerim. potest fieri, quod fit in multis quæstionibus, ut res uerbosior hæc fuerit, illa uerior. quam ob rem ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium uelim. nauis & in Caieta est prata nobis, & Brundusij. sed ecce nuntij, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno, ecce literæ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. non puto etiam hoc Cneum nostrum commissurum, ut Domitium relinquat. & si Brundusium Scipionem cum cohortibus duabus præmiserat. legionem à Fausto conscriptam, in Siciliam sibi placere à Consule duci, scripserat ad Consules. sed turpe Domitium erit deserere implorantem eius auxilium. est quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pyreneo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: summum autem, Afranium cum magnis copijs aduentare. id si est, in Italia fortasse manebitur. ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, ꝙ uel ad Capuam, uel ad Luceriam iturus putabatur: Leptam ad Pompeium misi, & literas: ipse, ne quò inciderem, reuerti Formias. hæc te scire uolui, scripsiq́; sedatiore animo, ꝗ̃ proxime scripseram, nullum meum iudicium in-

terponens, sed exquirens tuum. Vale.

σχόλια



VVM corâm tecum mihi deliberandi potestas non esset) quum tu Romæ, ego in Formiano sim. ep. sup. Tuo consilio) ep.16.h.l. Suspicor) quòd Luceriam copiæ omnes contrahantur. ep.1.h.l. Putes) nam re nondum explicata, cedẽdum putabas. ep. sup. Merita) ep.10.l.3.fam. Familiaritasque) ibid. Causa) optima. ep.23.l.7. Illius) Pompeij. Optimorum) ep.1 h.l. Vnus) Cæsaris. Significat) ut per literas, ep. sup. & per amicos ibid. & ep.19. & .21.l.7. Tute scis) ut autor huius rei. ep.5.l.4. Tempestatis) belli. Prorsum) ep.6. & .16.l.4. Ei) Cæsari. Sit habenda) ne id faciat, quòd laboret, ne omnes absimus. ep.15.l.7. & ne postea nos decipiat. Sit ne uiri fortis) hæc βίωσις est quædam. ep.3.l.9. Honoribus) ut prætura, & consulatu. Imperijsque) in prouincijs præsertim. Vsus sit) ut ego. Gesserit) ut ego Romæ, & in Cilicia. Sacerdotio) Auguratu. Præditus) ut ego epi.4.li.15.fam. Non futurus sit sui uiris) sed in unius potestatem casurus. Subeundumque periculum sit) quòd discedens ab urbe dixit, eodem se habiturũ loco, qui remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. ep.23.h.l. Nihil actum est) ep. sup. Contra consilium) ep.6.l.6.fam. & Philip.2. Istũ) Cæsarem. Ille) Pompeius. Legibus) Cæsaris. ep.16.l.2. Per eum) ep. longa ad Lent. Contra auspicia) ep.9.l.2. et orat. de resp. Autor) quum eas probauit. ep.16.l.2. Galliæ ulterioris) nam citeriorem, & Illyricum uatinia lege acceperat. Suet. Adiunctor) suffragantibus enim socero, generoque Gallias elegit. Sueton. Gener) Iulia Cæsaris filia uxore accepta ep.17.li.2. In adoptãdo P. Clodio) dum P. Clodius à P. Ponteio adoptaretur. orat. pro dom. Augur) auspex legis curiatæ. ep.7. & .12.l.2. Restituendi) orat. post reditum. Retinendi) ep.15.l.3. Prouinciæ) Galliæ. Propagator) in quinquennium. ep.3. & .6.l.7. Absentis) Cæsaris. Tertio consulatu) quem multos menses solus gessit. Liu.l.107. & Dion.l.40. Defensor Reip.) tunc enim optimatium partes defendebat. Dion. ibid. Contendit) ueritus, ne Cæsar uel sibi collega daretur, uel moleste ferret, si spretus uideretur. Dion. ibid. Decem) omnes. Tribuni pl. ferrent) ep.3.l.7. Absentis) Cæsaris. Idem ipse) Pompeius. Lege quadam) & quidem secus lata, sed postea correcta. Suet. & Dion.l.40. Marcoque Marcello Cos.) cum Ser. Sulpitio. ep.21.l.5. Finienti) sua sententia. ep.8. & .13.l.8. fam. Restitit) quum legem suam correxisset. Suet. Ab urbe discessu) ep.10.l.7. Turpissima) ep.17.l.7. Fuga) ep.10. & .12.l.7. Conditio) ibid. Conditiones) quæ à Cæsare ferebantur. ep.11.l.16 fam. Recuperabit) Pompeius. Parati) ep.19.l.7. Amissus) ibid. Patefactum) amisso Piceno. Tradita?) ep.11. & .19.l.7. Nulla causa) imo causa erat, & quidem optima. ep.23.l.7. uel igitur nulla causa, quoniam nullam rem sua ui efficit, cuius dicitur causa, lib. de fato: uel, nuda causa, legatur. Apulia) & in ea Luceris. ep.1.h.l. Inanissima) fortasse propter loca calidiora, & grauiora. Varr.l.1.ca.6. de re rust. Maritima opportunitas) ꝑpter Brundusiũ. ep.14.h.l. Inuite cepi) ep.15 h.l. Sine causa) quum nulla esset causa. paulò ante. Ordinum) ep.7.lib.7. Multitudo) ep.3.l.7. In alteram partem) Cæsaris. ibid. Cupidi) ut dãnati, & perditi. ibid. Ipsi) Pompeio. epist.15.h.l. Nihil) nullum maius negotium. ep.11.l.16.fam. Habui) suscipere uolui. ibid. Vidi) alia ratio, ibid. & alia ep.24.l.7. Eum) Põpeium. al. eam, ut eam fugam exponas, ne dicere uideatur, sequor eum cum illo, quum de eodem loquatur. Quonam?) ep.20. lib.7. Illo) Pompeio. Non) sequar, uel ibo. Profecturus) ut ep. sup. al. profectus, ut ostendat, iam tum Formijs discessisse, ut ad Pompeium proficisceretur, sitque locutio, qualis illa Plauti in Aul. nunc quò profectus sum, ibo. ep.7.l.5. & ep.15.h.l. Cognoui) ep.15.h.l. Luceriam) ad Pompeium epis.1.h.l. Infero mari) ep.3.l.9. ne enim maritima ora habet ἐπίκοπον. ep.10.l.7. Incerto cursu) quum nesciam, quà illum persequar. ep.20.l.7. Hyeme) mense Feb. Nauigandum est) quum terra tutò per Cæsarem ad eum peruenire non possim. Cum fratre) cum Q. fratre nauigandum est? Filio) meo. Illius) Cæsaris. Cæterorum) fortunas. In nobis) qui sumus optimates. Fasces) & lictores ep.9.lib.7. Ad illum) Pompeium. In hac parte) Cæsaris. Cinnæ) L. Cornelij Cinnæ quater Cos. Dominatione) dominante Cinna, inquit Patercul. post Marij mortem, maior pars nobilitatis ad Syllam profugit. Philippus) L. Martius Philippus consularis, & orator. in Brut. L. Flaccus) L. Valerius Flaccus consularis, & senatus princeps. Liu.l.83. Q. Mutius) Q. Mutius Sceuola Pontif. Max. Huic) Q. Mutio Sceuolæ. Cecidit) L. enim Damasippus Prętor ex uoluntate C. Marij Cos. illum in uestibulo ædis Vestæ trucidauit. Paterc. & Liu.l 86. Id fore) ut interficeretur. Hoc malle) restare, & interfici. Aliter Thrasibulus) censuit, qui, ut patriam liberaret, armatus ad patriæ mœnia accessit. Prob. in uita, & Iustin.l.5. Certa) al. certe. Et) & est certa ratio. alij tamen coniunctionem, &, delent. Amicus) Cæsar. Triumphum) ep.3.l.6. Periculosum) ne irascatur, & se totum repudiari putet. ep.2.l.9. Inuidiosum) ut accipere à tyranno, quo nihil fœdius. ibid. Potest?) secus? Hæc) ut manendum sit. Illa) ut fortuna coniungenda esse uideatur. supra. Nauis) ep. seq. In Caieta) ep.7.l.14. Et Brundusij) igitur in utroque mari. Nuncij) ut C. Messius. & alij. ep.15.h.l. In Caleno) Calibus. ibid. Corfinium) ibid. Non puto) neque ego, neque reliqui. ibid. Cneum) Pompeium. Domitium relinquat) obsessum. Scipionem) ep.4.l.7. Fausto) ep.9.l.4. Placere) insolens uerbum ut ad Coss. scriptum, quod tamen in epistola Pompeij.17.h.l. non legitur, quum de hac re loquitur, quamuis postea dicat: placitum est mihi. Quare dicendum est Ciceronem uel ex alia epistola sumpsisse, uel in ea scriptum ita audiuisse, certe credidisse, præsertim quum & illud diuersum sit, q. hic duas cohortes, ille XIIII. Brundusium præmissas scribit. Consule) al. Coss. Consulibus, quod mihi sanè quidẽ placet, quòd ἐμφατικώτερον sit dictum: legionẽ in Siciliam sibi placere à Coss. duci Pompeius scripserat ad Coss. quanquam ita, alter in Siciliam proficisceretur: sed, ut dictum est, Cicero illam epistolam nondum uiderat, & hoc loco rem amplificat. Afranium) ep.24 l.7. Pyreneo) qui præsidijs ab Afranio tenebatur. Trebonio)

bonio)C.Trebonio Cæsaris legato.Cæs.hic Tribunus pl.fuit ep.8.l.4. Fabium)ep.3.l.7. Capuam)ep.15.h.l. Luceriam) contra Pompeium.epist.1.h.l. Leptam)epist.17.l.5. Literas)15.h.l. Scri ſeram)ep.ſup. Exquirens)ut ſupra.

CICERO ATTICO S. 4

DIONYSIVS *quidem tuus potius,quàm noſter,cuius ego cum ſatis cognoſſem mores, tuo tamen potius ſtabam iudicio, q̃ meo,ne tuum quidem teſtimonium, quod ei ſæpe apud me dederas,ueritus,ſuperbum ſe præbuit in fortuna,quam putauit noſtram fore:cuius fortunæ nos,quantum humano conſilio effici poterit,motum ratione quadam gubernabimus. cui qui noſter honos, quod obſequium, quæ etiam ad cæteros contempti cuiuſdam hominis commendatio defuit? ut meum iudicium reprehendi à* Quinto *fratre, uulgoq; ab omnibus mallem,q̃ illum non efferre laudibus,*Ciceroneſq; *noſtros meo potius labore ſub doceri,q̃ me alium iis magiſtrum quærere.ad quem ego quas literas* Dij *immortales miſeram? quãtum honoris ſignificantes? quantum amoris?* Dicæarchum *mehercule , aut* Ariſtoxenum *diceres accerſi,non unum omnium loquaciſſimum,& minime aptum ad docendum. ſed eſt memoria bona me dicet eſſe meliore.quibus literis ita reſpondit,ut ego nemini, cuius cauſam non reciperem: ſemper enim,ſi potero,ſi ante ſuſcepta cauſa non impediar.nunquam reo cuiquam tam humili,tam ſordido,tam nocenti,tam alieno,tam præciſe negaui,q̃ hic mihi:planè ſine ulla exceptiõe præcidit.nihil cognoui ingratius. inquo uitio nihil mali non ineſt. ſed de hoc nimis multa.* Ego *nauem paraui:tuas literas tamen expecto,ut ſciam,quid reſpondeant conſultationi meæ.* Sulmone C. Attiũ Pelignum *aperuiſſe* Antonio *portas,cum eſſent cohortes quinque,*Q. Lucretium *inde effugiſſe ſcis,* Cneum *ire* Brunduſium *deſertum,confecta res eſt.* Vale.

σχόλια

DIONYSIVS)ep 4.l.7. Dederas)ep.8.l.7. Superbum)ep.16.l.7. Fortuna)aduerſa. Cui) Dionyſio. Honos)honoratior enim fuit apud me,quàm apud Scipionem Panætius.ep.14.l.9. Hominis)Dionyſij. Subdoceri)dum exiſtimabam uagos nos fore.ep.14.l.7. Dicæarchum)ep.2.l.2. Ariſtoxenum)ep.32.l.13. Loquaciſſimum)ut hominem Græcum.ep.16.l.7. Minime aptum ad docendum)ut furenter iraſcentem. ep.1.l.6. Sed eſt memoria bona)ἀπροσφορά. Dicet)ipſe Dionyſius,quam fuerit expertus,me non obliuiſci iniuriæ. al.decet. Nemini)reſpondi. Semper enim)reſpondi,recipiam.& eſt μίμησις.quæ refert uerba, quibus utebatur in reſpondendo. Suſcepta cauſa)alterius. Hic mihi)negauit. Præcidit)ep.16.l.10. Nauẽ paraui)in Caieta.& Brunduſij.ep.ſup. & ep.13.h.l. Tamen expecto)& ſi nauem paraui. Conſultationi)ep.ſup. Sulmone)ep.17.h.l. C.Attium Pelignum)al.C.Actium Pelignum.Cæs.l.1.de bel.ciu. Antonio) M.Antonio ibid. Quinque) ſeptem ſcribit Cæſar ibid. Q.Lucretium)ibid. Scis)ſcire potes,ut ep.2.l.4. Cneum)Pompeium. Ire Brunduſium deſertum)quò Scipionem præmiſerat.ep.ſup.

CICERO ATTICO S. 5

CVM *ante lucem* VIII. Cal.*ad te literas dediſſem,ueſperi ad nos eodem die uenit ipſe* Dionyſius *auctoritate tua permotus,ut ſuſpicor: quid enim putem aliud? etſi ſolet eum,cum aliquid furioſe fecit,pœnitere.nunquam autem certior fuit q̃ in hoc negotio:nam quod ad te non ſcripſeram, poſtea audiui,à tertio milliario tum eum iſſe* πολλὰ μάτην ΚΑΕΡΕCCΙΝΕCΗΕ ἐαθυμεῖν δῆτα. *multa inquam mala cum dixiſſet,ſuo capiti(ut aiunt)ſed meam manſuetudinem .coniecceram in faſciculum unà cum tua uenientem ad illum epiſtolam:hanc ad me referri uolo,nec ullam ob aliam cauſam* Pollicem *ſeruum à pedibus meum* Romam *miſi.eo autem ad te ſcripſi,ut,ſi tibi forte reddita eſſet,mihi curares referendam,ne in illius manus perueniret.* Noui *ſiquid eſſet, ſcripſiſſem. pendeo animi expectatione* Corfinienſi,*in qua de ſalute* Reip.*decernitur.* Tu *faſciculum, qui eſt* M.Curio *inſcriptus ,uelim cures ad eum perferendũ:* Tironemq; Curio *cõmendes,ut ei,ut petij,ſiquid opuſerit,in ſumptũ eroget.* Vale.

σχόλια

OCTAVVS Cal.)Mart. Literas)ſuperiores. Venit)& paulò poſt diſceſſit.ep.10.h.lib. Dionyſius) de quo ſum queſtus ep.ſup. Furioſe)furenter.ep.1.l.6. Certior) ſui terroris. cæcior, fortaſſe magis placeat. Eum) Dionyſium. Iſſe)abiiſſe, πολλὰ μάτην ΚΑΕΡΕCCΙΝΕCΗΕ ἐαθυμεῖν δῆτα) etſi mi-

bi uidetur ἀδιόρθωτον, has literas prorsus, ut apparet, confusas, & perturbatas in suum locum quasi restituere. conabimur tamē, & tētabimus, qđ alij fortasse postea efficient. ut nūc est igitur, ita legi posse credimus: πολλὰν ἄτην κεφαλῇ ᾗ ἔτι κε ῥαθυμεῖν δῆτα: multum detrimentum capiti suo propter pigritiam certe: id quod Ciceronis uerba, quæ sequuntur, declarare possunt. solet enim quandoque quasi interpretari, ut episto. 4. l. 9. ἄτη πορρὸ κατ᾽ ἀνδρῶν κράατα βαίνει. ut ait Homer. Iliad. T. Suo capiti (ut aiunt)) eueniant, ut sit prouerbium: uel aiunt, qui illum audiuerunt: & tunc, dixisset suo capiti, legendum esset. Sed meam mansuetudinem) sed ô meam mansuetudinem, quæ tanta fuit, ut ad eum etiam scripserim. Ad illum) Dionysium. Pollicem) ep. 44 & 45. l. 13. illius) Dionysij. Corfiniensi) ep. 3. h. l. M. Curio) ep. 2 l. 7. Tironemque) ægrum. ibid. Ei) Tironi. Petij) ep. 6 & 9. l. 16. fam. Eroget) Curius. al. roges, ut totus locus ita legatur: et, et siquid opus erit in sumptum, roges.

CICERO ATTICO S. 6



BSIGNATA *iam epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi (nam eam uesperi scripseram) C. Sosius Præt. in Formianum uenit ad M. Lepidum uicinum nostrum, cuius Quæstor fuit: Pompeij literarum ad Consulem exemplum attulit. Literæ mihi à L. Domitio ad VIII. Cal. Martij allatæ sunt. earum exemplū infra scripsi. nunc, ut ego non sciebam sua sponte intelligere: scio quanti Reip. interfit omneis copias in unum locum primo quoque tempore conuenire. sed tu, si tibi uidebitur, dabis operam, quamprimum ad nos uenias. præsidij Capuæ, quantum constitueris esse satis, relinquas. Vale. deinde suppofuit exemplum epistolæ Domitij, quod ego ad te pridie miseram. Dij immortales, qui me horror perfudit. q̄ sum solicitus, quidnam futurum sit. hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in aduentu terrorem. spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutasse,*
* *nectegentia hoc, quod cum fortiter, & diligenter, tum etiam mehercule: modo enim audiui quartanā à te discessisse. moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Piliæ dic, non esse æquum, eam diutius habere, nec id esse uestræ concordiæ. Tironem nostrum ab altera relictum audio. sed cum uideo in sumptum ab alijs mutuatum. ego autem Curium nostrum, siquid opus esset, rogaram: malo Tironis uerecundia in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij. Vale.*

σχόλια



PISTOLA) *superiore. C. Sosius) ep. 1. l. 9. Formianum) ep 2. l. 7. M. Lepidum) ibid. Vicinum nostrum) in Formiano, ubi συνδιημερεύομεν ep. 9. h. l. Cuius) M. Lepidi. Quæstor fuit) in cōsulatu, ut nos putamus. Consulem) Lentulum. ep. 15. h. l. Exemplum) quod statim sequitur. Attulit) M. Lepido, & nobis. Mihi) Pōpeio. L. Domitio) ep. 12. l. 7. VIII. Cal.) XIII. Cal. ex ep. 15 & 20. h. l legendum esse, quiuis uidere poterit. Nunc, ut ego non sciebam sua sponte intelligere: scio quanti Reip. interfit) nos & ex coniectura, & ex ueteribus libris ita legimus: Nunc, ut ego non scribam, tua sponte te intelligere scio, quanti Rep. intersit. Sed tu) Lentule Cos. Suppofuit) Pompeius. Ego) Cicero. Ad te) Attice. Imperatoris) Pompeij. Aduentu) Pompeij. haud tamen magnopere repugnem, siquis omnia hæc ad Cæsarem referat. Spero etiam &c.) ita perturbatum uideo locū, ut uix sperem sensum elici posse, donec tamen melius inueniam, ita uelim legere: spero etiam, quoniā adhuc nihil uobis obfuit, nihil mutasse: negligentia hoc: quod quum fortiter, & diligenter, tum etiam mehercule (modo enim audiui quartanā à te discessisse) moriar, si magis gauderē, si id mihi accidisset: quæ uerba sic libet interpretari. Spero etiam) bene de Pompeianis. Vobis) tibi, & Sext. Peduceo, ep. 12. l. 7. nobis tamen in omnibus ferè libris leges. Obfuit) quamuis Pompeiani crudeliter cogitent, ep. 6. l. 11. Nihil mutasse) sed Romæ mansisse. al. nihil unitasse: quod uerbum si usitatum sit, maxime placeat, idest, nihil cum Pōpeianis coniunxisse. Negligentia hoc) factum est à uobis, hinc paulò post, diligenter, quasi ἀντίθετον. al. nec tegentia hoc, quod an defendi posit, alij uiderint. Quod) eo, quod egisti. uel quòd te curasti. Fortiter) hinc fortis dicitur ep. 2. l. 7. Diligenter) hinc diligētia ep. 5. l 7. Mehercule) hic uel ἀπροσιώπησις est. curasti temperate, epist. 9. l. 6. uel aliquid græce desideratur, ut fortasse σωφρόνως ἠσίτησας, cōtinenter cibo abstinuisti. ep. 5. l. 14. Audiui) sed falsum. ep. 2. lib. 9. et ep. 15. l. 10. Quartanam) ep. 2. l. 7. discessisse) decessisse. ibid. Non esse æquum) iocatur: quasi uero illa quartanam posset abijcere. Habere) quartanam, in quam delapsa fuerat. ep. 5. l. 7. Tironem) ægrum Patris relictum. ep. 2. lib. 7. Ab altera) quartana. ibid. Curium) ibid. Rogaram) ep. 6 & 9. lib. 16. fam.*

CICERO ATTICO S. 7



NVM *etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat. at nemo dubitat, quin subsidio uenturus sit: ego non puto. deseret igitur talem ciuem? & eos, quos una scis esse? cum habeat præsertim & ipse cohortes XXX? nisi me omnia fallunt, deseret. incredibiliter pertimuit. nihil spectat, nisi fugam: cui tu (uide*

deo enim, quid sentias) me comitem putas debere esse. ego uero quem fugiam, habeo. quem sequar, non habeo: quod enim tu meum laudas, & memorandum dicis, malle ꝙ dixerim me cum Pompeio uinci, ꝙ cum istis uincere? ego uero malo, sed cum illo Pompeio, qui tum erat, aut qui mihi esse uidebatur: cum hoc uero, qui ante fugit, ꝙ scit aut quem fugiat, aut quò, qui nostra tradidit, qui patriam reliquit, Italiam relinquit, si malui, contingit, uictus sum. quod superest, nec ista uidere possum, quę nunquam timui ne uiderem, nec mehercule istum, propter quem mihi non modo meis, sed memet ipso carendum est. Ad Philotimum *scripsi de uiatico, siue à* Moneta, *nemo enim soluit, siue ab* Oppijs *tuis contubernalibus. cætera apposita tibi mandabo.* Vale.

σχόλια



Mico nostro) Pōpeio. Domitio) Corfinij obsesso. ep. 3. h. l. Nemo dubitat) ep. 15. h. l. Nō puto) & si prius putabā. ep. 3. h. l. Talem ciuem!) Domitium! Eos) ut P. Lentulum, Vibullium Rufum, Sext. Quintilium Varum, L. Rubrium, & Domitij filium. Cæs. l. 1. de bel ciu. Ipse) Domitius. XXX!) & amplius. Cæs. ibid. sed XI. Domitius ipse, Vibullius. XIIII. Hirrus. V. uidetur confecisse ep. 12. h. l. ex quibus XIX. suas uocat Pompeius ep. 17. h. lib. Deseret) Domitium Pompeius. Pertimuit) Pompeius. Sentias) quum me horteris. ep. 2. h. l. Quem fugiam) Cæsarem. Non habeo) quum qua sequi debeo, nesciam. ep. 20. l. 7. Meum) dictum. Istis) Cæsarianis. Illo) forti, et magno. Hoc) qui est ἀστρατήγητος. ep. 12. l. 7. Nostra) copias nostras. ibid. Tradidit) simul cum urbe. ibid. Patriam) urbem Romam. reliquit. ep. 10. lib. 7. Italiam relinquere) Italiam relinquere cogitat. Malui) uinci. Victus) propè uictus, ut dicebam. Quod superest) à me dicendum. Ista) quæ fiunt à Cæsare. Nunquàm timui) quòd ista factum iri à Cæsare nunquàm putaui. Istum) Cæsarem. Memet ipso) quòd neque in otio, neque in literis., neque cum meis esse potero. Philotimum) ep. 4. l. 2. Viatico) ad hanc fugam parando. Moneta) officina monetæ, ubi pecunia permutatione solet accipi. Nemo) debitorum. ep. 16. l. 7. Oppijs) fœneratoribus, ut coniicimus ex ep. 12. l. 7. & ep. 5. l. 10. Tuis contubernalibus) uel propter oppium Attici conuiuam, ep. 4. l. 12. uel quòd Atticus sæpe cum his esset, cum fœneratoribus fœnerator, certe fœneratoris hæres. ep. 20. l. 3. Opposita) ad ea, quæ dixi. alij, apposite.

CICERO ATTICO S. 8



REM *turpem, & ea re miseram: sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. aluerat* Cæsarem: *eundem repente timere cœperat: conditionem pacis nullam probarat: nihil ad bellum pararat:* Vrbem *reliquerat:* Picenum *amiserat culpa: in* Apuliam *se compegerat: ibat in* Græciam: *omnes nos* ἀπροσφωνήτους. *expertes sui tanti, tam inusitati consilij relinquebat. ecce subito literæ* Domitij *ad illum, ipsius ad* Consules. *fulsisse mihi uidebatur* τὸ καλὸν *ad oculos eius, & exclamasse ille uir qui esse debuit,* πρὸς ταῦθ᾽ ὅτι χρὴ, καὶ παλαμάσθω, καὶ πᾶν ἐπ᾽ ἐμοὶ τεκταινέσθω. τὸ γὰρ εὖ, μετ᾽ ἐμοῦ. *at ille tibi,* πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, pergit* Brundusium. Domitium *autem aiunt re audita, & eos, qui unà essent, se tradidisse. o rem lugubrem. itaque intercludor dolore, quo ad te plura non scribam. tuas literas expecto.* Vale.

σχόλια



A RE) quòd turpis est. miserum, quod turpe sit) ubi uirtus est, ubi miseria esse non potest: & contrà malum, & miserum, quod turpe est. l. 5. de finib. & parad. 2. & ep. 4. l. 10. Aluerat) Pompeius. ep. 3. h. l. Timere cœperat) ep. 1. h. l. Nullam probarat) quoniā addidit illud, ut Cæsar de his oppidis, quæ occupasset, præsidia deduceret, quod Cæsari iniquum est uisum. ep. 13. l. 7. hinc Patercul. scribit, nihil relictum à Cæsare, quod seruandæ pacis causa tentari posset: nihil receptum à Pompeianis. Nihil ad bellum paratum) ep. 13. et 19. l. 7. Reliquerat) ep. 10. l. 7. Culpa) sua, cui ne Picena quidem fuerint nota. epis. 12. l. 7. Apuliam) inanissimam Italiæ partem. ep. 3. h. l. ἀπροσφωνήτους) non salutatos. Consilij) relinquendæ Italiæ. Literæ Domitij) ep. 6. h. lib. Ad illum) Pompeium. Ipsius) Pompeij literæ. Consules) ut ep. 3. h. l. uel Cos. ut ep. 6. h. l. τὸ καλὸν) honestum. ep. 10. lib. 7. atque hoc præsertim, ut Domitio subueniret. ep. 3. 7. & 15. h. l. Eius) Pompeij. Ille) talis, magnus. Vir) Pōpeius. esse debuit) & esse uidebatur. epist. sup. πρὸς ταῦθ᾽, ὅτι χρὴ, καὶ παλαμάσθω, καὶ πᾶν ἐπ᾽ ἐμοὶ τεκταινέσθω. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ) ad hæc, quoniam oportet: uel, ad hoc, quod opus est, & dolose machinetur, & quiduis in me moliatur. rectum enim mecum. hoc est, Cæsar quidlibet contra me tentet: nihil curo, quoniam, quod honestum est, sequor. ep. 1. l. 6. locum integrum ex nescio quo scriptore refert Suidas, quem tamen Aristophanes in comœdiam, quæ ἀχαρνῆς inscribitur, non integrum transtulerat. Ille) Pompeius. Tibi) elegantia. πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ) multam salutem honesto, ut loquatur epis. ultima. lib. 7.

fam. proverb. longum valere iussit. Dicens) λέγων. *Brundusium) ep. 4. h. l. Re) Pompeij fuga. Eos) epist. sup. Tradidisse) Caesari. Caes. lib. 1. de bel. ciu.*

CICERO ATTICO S. 9



PISTOLAM *meam quòd peruulgatam scribis esse, non fero moleste: quin etiam ipse multis dedi describendam: ea enim & acciderunt iam, & impendent, ut testatum esse uelim, de pace quid senserim. cum aũt ad eam hortarer, eum p̃sertim hominem, non uidebar ullo modo facilius moturus, q̃ si id, ad quod eum hortarer, conuenire eius sapientiae dicerem. eam si admirabilẽ dixi, cum eum ad salutem patriae hortabar, non sum ueritus, ne uiderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. quà autem est,* Aliquid *impertias temporis, non est de pace, sed de me ipso, & de meo officio ut aliquid cogitet. nam quòd testificor, me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est, tamen eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem. eodemq́; pertinet, q́ causam eius probo. sed quid haec nunc? utinam aliquid profectum esset: nae ego istas literas in concione recitari uelim: siquidem ille ipse ad eundem scribens in publico proposuit epistolam illam, in qua est,* Pro tuis rebus gestis amplissimis: amplioribus ne, q̃ suis, q̃ Africani? *ita tempus ferebat: siquidem etiam uos duo tales ad quintum miliarium, quid nunc ipsum unde se recipienti, quid agenti, qd acturo? quanto aũt ferocius ille causae suae confidet, cum uos, cum uestri similes non modo frequenteis, sed laeto uultu gratulanteis uiderit? num igitur peccamus? minime uos quidem. sed tamen signa conturbantur, quibus uoluntas à simulatione distingui posset. quę uero* S.C. *uideo? sed apertius, q̃ proposueram.* Ego Arpini *uolo esse prid.* Cal. *deinde circum uillulas nostras errare, quas uisurum me postea desperaui.* Ἐύγνω *tua consilia, & tamen pro temporibus non incauta, mihi ualde probantur. Lepido quidem (nam ferè* συνδιημερεύομεν*, quod gratissimum illi est) nunquam placuit ex* Italia *exire,* Tullo *multo minus: crebro enim illius literae ab alijs ad nos commeant. sed me illorum sententiae minus mouebant. minus multa dederant illi* Reip. *pignora. tua mehercule auctoritas uehementer mouet: affert enim & reliqui temporis recuperandi rationem, & praesentis tuendi. sed, obsecro te, quid hoc miserius, quàm alterum plausus in foedissima causa quaerere, alterum offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? & mehercule quamuis amemus* Cneum *nostrũ, ut & facimus, & debemus, tamen hoc, q́ talibus uiris non subuenit, laudare non possum: nam siue timuit, quid ignauius? siue, ut quidam putant, meliorem suam causam illorum caede fore putauit; quid iniustius? sed haec omittamus: augemus enim dolorem retractando.* VI. Cal. *uesperi* Balbus *minor ad me uenit, occulta uia currens ad* Lentulum Cos. *missu* Caesaris, *cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciae,* Romam *ut redeat. cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conuentus. idem aiebat, nihil malle* Caesarem, *q̃ ut* Pompeium *assequeretur, id credo: ut rediret in gratiam, id non credo: & metuo, ne omnis haec clementia ad unam illam crudelitatem colligatur.* Balbus *quidem maior ad me scribit, nihil malle* Caesarem, *q̃ principe* Pompeio *sine metu uiuere. tu puto haec credis? sed cum haec scribebam* V. Cal. Pompeius *iam* Brundusium *poterat uenisse: expeditus enim antecesserat legiones* Luceria. *sed hoc* τέρας *horribili uigilantia, celeritate, diligentia est. planè, quid futurum sit, nescio.*

σχόλια



PISTOLAM) *ad Caesarem scriptam. epist. 2. h. l. Eum praesertim hominem) Caesarem gloriae cupidum. Eam) sapientiam. Quum eum) al. quo eum legi potest, qua eum, ut paulò post. Quà autem est) qua autem epistolae meae parte scriptum est id, quod sequitur. Aliquid impertias tẽporis) tu Caesar. atque hoc, & reliqua ferè omnia postea etiam scripsit ep. 13. l. 9. Non est) al. non ut. Meo officio) erga Pompeium. ep. 11. l. 7. Cogitet) Caesar. Expertem belli) nullo maiore negotio suscepto. ep. 11. l. 16. fam. Probo) in illa duntaxat epistola. Recitari) & in publico proponi. ep. 2. h. l. Ille ipse) Pompeius. Eundem) Caesarẽ. Scribens) ep. 15. l. 7. Proposuit) ita dedit, ut proponeretur. ibid. In qua est) quod sequitur. Pro tuis rebus gestis amplissimis) uerba Pompeij. ep. 24. l. 7. Amplioribusnè?) ut Pompeius diceret, amplissimis. Suis) ipsius Pompeij. Vos duo) tu, & Sext. Peducaeus.*

ceat.ep.12.l.7. Tales)tam graues,& communi nomine fruentes.ep.6.l.4. Ad quintum miliarium)procedere obuiam cogitatis. Quid nunc ipsum)al.quod nunc ipsum,scilicet facitis,uel paratis. Vnde)nonne ex bello ciuili? Recipienti)Cæsari. Ille) Cæsar. Peccamus?)ego Atticus,Peduceus,& reliqui,obuiam Cæsari procedentes? Minime nos quidem)peccatis,tempori seruientes. Posset)nisi obuiam procederetis.Tunc enim constans uoluntas neutrius sequendi cognosci posset,nunc simulatio uideri poterit,sed non ita,ut distingui posit. S.C.)quibus Cæsar ornetur. Apertius)scribo. Prid.Cal.) Mart.ep.15.h.l. εὐγενῆ)generosa. Consilia)ut ep.2.uel.12.h.l. Lepido)ep.1.h.l. συνδιημερεύομεν)diem conterimus,ep.1.l.9.) simul quotidie sumus,ut uicini,ep.6.h.l.& ep.11.& .21.l.7. Nunquàm placuit)ep.1.h.l. Tullo)L.Volcatio Tullo.ibid. Quòd uero Tullo,non Tullio,sit legendum,ostendit Orat.od.8.lib 3. Consule Tullo. Multo minus) placuit. Illius) Pompeij. Ab alijs)ad quos mittuntur,quum nihil ad nos à Pompeio scribatur. Sed me) quem custos urbis uult aliquid me dignum defendere.ep.3.l.7. Illorum)Lepidi,& Tulli. Sententiæ)de non exeundo. Minus multa)quàm ego,qui Remp.cōseruaui,quum illorum forte factum nullum extet.ep.22.h.l. Mouet)ad sequendum Pompeium,ut hortari uideris,epis.2.h.lib.uel potius ad manendum.ep.12.l.9.& uerba ipsa ita postolant:illorum sententiæ minus mouebant,sed tua autoritas mouet, Affert) quum multa disputas huic sententiæ conuenientia.ibid. Alterum)Cæsarem. Plausus)ex clementiæ specie. Fœdissima causa)episto.10.l.7. Alterum)Pompeium. Offensiones)ex negligentia. Optimas?)ep.23.l.7. Inimicorum)ut L.Domitij,P.Lentuli,Vibullij Rufi,et aliorum,quos Corfinij captos dimisit incolumes. Amicorum?)eorundem.ἀντίθετον. Debemus)propter merita erga meam salutem.ep.3.h.l. Talibus uiris)Domitio,& reliquis. Balbus)ep.11.h.l.& ep.32.lib.10.fam. Minor)nam & maior erat.paulò post. Occulta uia)ne intercluderetur à Pompeianis. Lentulum) L.Lentulum Balborum amicum,ep.24.h.l.& eum,quem propter æris alieni magnitudinem spe exercitus,& prouinciæ moueri posse Cæsar sperabat. Cos.)ep.13.l.7. Missu)al.iussu. Cui persuaderi posse non arbitror,nisi erit conuentus) iocus in Lentulum, qualis Plautinus in cōgrionem in Aul.te scio facile abstinere posse,si nihil obuiã est.perinde ac si dicat : si conuentus erit, arbitror posse persuaderi. & sanè Balbus illum quidem in Italia non conuenit, sed proximo anno ad Dyrrhachium castra hostium ingressus,locutus est cum eo dubitante,quanti se uenderet.Patercul. Idem) Balbus. Id credo) ut assequeretur. Id non credo) ut rediret in gratiam. Clementia)qua conseruator inimicorum existimatur, sed insidiosa.epist.25.h.l. Illato crudelitatem)ut Pompeium interficiat.ep.21.l.7.& ep.4.l.9. Maior)minoris patruus.Plin.l.5.cap.5. Poterat uenisse) ep.15.h.l. Legiones Luceris)al.legiones.XI. Luceria. τέρας)monstrū,Cæsar. Vigilantia)ep.2.h.l. Celeritate)ep.20.l.7.& ep.9.l.16.

CICERO ATTICO S. 10

DIONYSIVS *eum ad me præter opinionem meam uenisset, locutus sum cum eo liberalissimæ: tempora exposui: rogaui, ut diceret, quid haberet in animo, me nihil ab ipso inuito contendere. respondit, se, quod in numis haberet, nescire quo loci esset: alios non soluere: aliorum diem non dum esse. dixit etiam alia quædam de seruulis suis, quare nobiscum esse non posset. morem gessi: dimisi a' me, ut magistrum Ciceronum non libenter, ut hominem ingratum, non inuitus. uolui te scire, quid ego de eius facto iudicarem.* Vale.

σχόλια

DIONYSIVS) *epist.4.l.7. Venisset)epist 5.h.l. Quid haberet in animo)de docendis Ciceronibus. episto.4. huius libri. Inuito)epist.16.l.7. Numis)alij.nominibus,ut loquitur Verr.7.& in Topic. Diem)soluendi. Magistrum Ciceronum)episto.4.h.l. Ingratum)ibid.*

CICERO ATTICO S. 11

QVOD *me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem, sed non tam magno, quàm tibi fortasse uideor: leuatur enim omnis cura, cum aut consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur. lamentari autem licet. illud tamen totos dies. sed uereor, ne, nihil cum proficiam, etiam dedecori sim studijs, ac literis nostris. consumo igitur omne tempus considerans quanta uis sit illius uiri, quem nostris libris satis diligenter (ut tibi quidem uidemur) expressimus. tenes ne igitur, moderatorem illum* Reip. *quò referre uelimus omnia? nam*
* *sic quinto, ut opinor, in libro loquitur* Scipio. VT *enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori uictoria, sic huic moderatori* Reip. *beata ciuium uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit: huius enim operis maximi inter homines, atq; optimi illum esse effectorem uolo.* Hoc Cneus *noster cum antea nunquam, tum in hac causa minime cogitauit. dominatio quæsita ab utroque est, non id actum, beata, & honesta ciuitas ut esset. nec uero ille* Vrbem *reliquit, quòd eam tueri non posset, nec Italiam, quòd ea pelleretur: sed hoc a' primo cogitauit, omneis terras, omnia maria mouere,* Reges *barbaros incitare, genteis feras armatas in Italiam adducere,*

exercitus conficere maximos. genus illud Sullani regni iampridem appetitur, multis, qui unà sunt, cupientibus. an censes, nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuisse? hodie potest. sed neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus. uterque regnare uult. hæc à te inuitatus breuiter exposui: uoluisti enim me, quid de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίζω igitur noster Attice, non ario- lans, ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens. Iamq; mari magno. non multo inquam secus possum uaticinari: tanta malorum impendet ἰλιὰς. atque hoc nostra grauior est causa, qui do- mi sumus, quàm illorum, unà qui transierunt, quòd illi quidem alterum metuunt, nos utrunque. cur igitur, inquis, remansimus? uel tibi paruimus, uel non occurrimus, uel hoc fuit rectius. conculcari inquam miseram Italiam uidebis proxima æstate ab utriusque mancipijs ex omni genere collectis. nec tam proscriptio pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonibus denuntiata est, quàm uniuersæ interitus: tan tas in confligendo utriusque uires uideo futuras. habes coniecturam meam. tu autem consolationis for tasse aliquid expectasti: nihil inuenio: nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Quod quæris, quid Cæsar ad me scripserit: quod sæpe: gratissimum sibi esse, quòd quierim: oratq;, in eo ut perseuerem. Balbus minor hæc eadem mandata. iter autem eius erat ad Lentulum Cos. cum literis Cæsaris, præmiorumq; promissis, si Romam reuertisset. uerum, cum habeo rationem dierum, ante puto transmissurum, quàm potuerit conueniri. Epistolarum Pompeij duarum, quas ad me misit, negli- gentiam, meamq; in rescribendo diligentiam uolui tibi notam esse. earum exempla ad te misi. Cæ- saris hic per Apuliam ad Brundusium cursus quid efficiat, expecto: utinam aliquid simile Parthicis rebus. simul aliquid audiero, scribam ad te. tu ad me uelim bonorum sermones. Romæ frequentes esse dicuntur. scio equidem te in publicum non prodire: sed tamen, audire te multa, necesse est. Me- mini tibi librum afferri, à Demetrio Magnete ad te missum, περὶ ὁμονοίας eum mihi uelim mittas. uides, quam causam mediter. Vale.

σχόλια

CONSISTIT *consilium) confirmatur consilium. nam quum penè constitui, quod sit faciendum, leuatur cura. al. constant consilia.* Nil explicatur) *ut in desperatis, quibus etiam Hippocrates uetat adhibere medi cinam. ep. 14. l. 16.* Lamentari) *quod quasi quiddam tertium est inter spem, & desperationem.* Illud) *quod licet.* Totos dies) *facio, lamentor.* Proficiam) *lamentando.* Dedecori sim studijs) *si lamenter, hoc est, si- cus, ac, philosophia, quæ est animi medicina, iubet faciam.* Literis nostris) *interioribus. ep. 34. l. 7. fam. al. in studijs, ac literis nostris consumo omne tempus. Quod etsi absurdum uideri non debet, uirum totum literis deditum illis etiā Reip. temporibus studuisse, præsertim quum nullum maius negotium suscipere uoluisset, ep. 11. l. 16. fam. & in extrema hac epi stola librum ab Attico repetat: prior tamen distinctio mihi magis placet.* Illius uiri) τοῦ πολιτικοῦ, *Reip. moderatoris.* Nostris libris) *de Rep.* Tibi) *qui libros laudando animos mihi addidisti. ep. 2. l. 7.* Quò) *ad quem finem?* Scipio) *Africa- nus loquitur. epist. 15. l. 4.* Moderatori Reip.) τῷ πολιτικῷ. Illum) *moderatorem Reip.* Effectorem) *al. perfectorem.* Cneus) *Pompeius.* Cogitauit) *ut* ἀπολιτικώτατος, *ep. 25. h. l. & ep. 10. l. 1.* Vtroque) *Pompeio & Cæsare, epist. 5. l. 10.* Ille) *Pompeius.* Reliquit) *ep. 10. l. 7.* A primo) *biennio ante. ep. 12. l. 9.* In Italiam) *quam simul & urbem fame suffocare cogitat. ep. 6. l. 9.* Appetitur) *à Pompeio. ibid. eius enim animus Syllaturit. ep. 12. l. 9.* Cupientibus) *spe proscriptionis. ep. 6. l. 11.* Inter eos) *Pompeium, & Cæsarem.* Conuenire?) *conuenire potuisse?* Hodie) *cœpto iam bello. nedum ante bellum.* Potest) *fieri pactio, nisi uterque regnare uelit.* Neutri) *neque Pompeio, neque Cæsari.* σκοπὸς) *propositum, scopus, ut ep. 18. l. 2.* Ille) *qui moderatori Reip. propositus esse debet.* προθεσπίζω) *uaticinor. hinc uaticinationem uocat ep. 16. h. l.* Illa) *Cassan dra.* Cui nemo credidit) *sic Poeta. ora Dei iussu non unquàm credita Teucris.* Iamque mari magno) *iamque mari magno classis cita texitur, exitium examen rapit, aduenit, & fera uelivolantibus nauibus compleuit manus littora. uersus, quos instan- te bello Troiano Deus inclusus corpore humano non iam Cassandra loquitur. l. 1. & 2. de Diuinat.* Secus) *atque Cassandra.* Ἰλιὰς) *Ilias, ilias malorum, prouerb. quo de, præter ea, quæ ab alijs dicuntur, ita scribit Demostenis interpres* ἐν τῷ πα- ραπρεσβείας λόγῳ κακῶν ἰλιὰς ἀπὸ τῶν ἐν τροίᾳ κακῶν ἡ παροιμία, ἐπὶ τῶν τὰ δεινότατα πεπονθό- των. φησὶ δὲ ὁ γενέθλιος, ὅτι ἐνήλλακται ἡ πτῶσις. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, ἰλιάδος κακά. Domi) *in Italia.* Su- mus) *alij Ruri, alij Romæ.* Vnà) *cum Pompeio.* Transierunt) *mare epist. 16. h. l. nam Cicero transijsse putabat.* Alterum) *Cæsarem.* Nos) *metuimus.* Vtrunque) *Pompeium, & Cæsarem.* Remansimus?) *in Italia?* Tibi) *admonenti, ut me integrum seruarem. ep. 24. l. 7.* Occurrimus) *Pompeio, quacum ut essem, non contingit. epi. 15. h. l.* Rectius) *nam cedere neque rectum, neque honestum putaui. ep. 2. h. l.* Conculcari) *ep. 6. l. 9.* Vtriusque mancipijs) *præsertim Pompeij, qui seruos, & pastores ar mauit. Cæs. l. 1. de bel. ciu.* Proscriptio) *ep. 6. l. 11. al. irruptio.* Luceriæ) *ep. 25. h. l.* Vniuersæ) *Italiæ.* In confligendo) *al. in*

obligando

obligando. Vtrusque)Pompeij,& Cæsaris. Quod sæpe)scripsit id,quod sæpe scripsit. Quierim) nullo maiore negotio suscepto.ep.11.l.16.fam. Balbus minor)epis.9.b.l. Mandata)à Cæsare ad me attulit. Iter)occultum.ep.9.b.l. Præmiorumque)prouinciæ.ibid. Transmissurum)mare.alij transmissum, scilicet à Pompeio. Epistolarum)quæ deinceps sequuntur. Misit)alteram Luceris,alteram Brundusio. Misi)ut pollicitus fueram ep.1.b.l. Brundusium)quò Pompeius iuit.ep.4.b.l. Aliquid)accidat. Parthicis rebus)quarū causa olim cōciliati sunt.ep.2.&.24.l.7. Velim)scribas. Frequentes)boni.epist.1.b.l. Non prodire)quòd quiescas. Afferri)ab eo,quem tunc ego ad te misi.ep.10.l.4. A Demetrio Magnete ad te missum)quem Demetrius.Magnes ad te misit.episto.16.b.l. περὶ ὁμονοίας) de concordia.ibid. Quam causam)de concordia,& pace.episto.11.l.9.

Cn.Pompeius Procos.M.Ciceroni Imp. S. 12



VINT. Fabius ad me uenit ad IIII. Id. Febr.is nuntiat L.Domitiū cū suis cohortibus XI.& cohortibus XIIII.quas Vibullius adduxit, ad me iter habere:habuisse in animo proficisci Corfinio,& ad V. Id.Febr.C.Hirrum cum V. cohortibus subsequi.censeo, ad nos Luceriam uenias:nam te hic tutissime puto fore. Vale.

σχόλια



ROCOS.)Pompeius enim ex Marcelli Cos. autoritate ad legiones,quæ apud Luceriam erant,cum imperio missus fuerat.Oros.l.6 cap.15. Imp.)adhuc enim Cicero erat cum imperio. Q.Fabius)fortasse Quint. Fabius Sanga,Sallust.in Catil.uel Q. Fabius M.Fabij frater,ep.25.l.9. fam. IIII. Id. Feb.)hæc epistola,& sequens scriptæ fuerunt ante primam epi. b.l. sed huc translatæ sunt, ut ad Atticum postea missæ. L.Domitium)ep.12.l.7. Suis)ep.17.b.l. Cohortibus)ep.7.b.l. XI.)XII.ep.17.b.l. Vibullius)ep.22.l.7. Corfinio,& ad V.Id. Feb.)Corfinio ad V.Id.Feb.lege ex.ep.18.b.l. C.Hirrū)ep.1.l.7.hūc Cæsar Vlcillam Hirrū uocat,quāuis locus ille totus in uetere libro ita legatur:in iis Camerinum fugientem in ualle fortica cum sex.cohortibus excepit. tutissime)ep.1.b.l.

Cicero Cn.Pompeio Procos.S. 13



D XV.Cal.Martij Formijs accepi tuas literas: ex quibus ea,quæ in agro Piceno gesta erant,cognoui commodiora esse multo, q̃ ut erat nobis nuntiatum: Vibullijq; uirtutem, industriamq; libenter agnoui. Nos adhuc in ea ora,ubi præpositi sumus, ita fuimus,ut nauem paratam haberemus: ea enim audiebamus, & ea uerebamur, ut quodcunque tu consilium præcepisses,id nobis persequēdū putaremus.nunc,quoniam auctoritate,& consilio tuo in spe firmiore sumus,si teneri posse putas Tarracinam,& oram maritimam,in ea manebo:& si præsidia in oppidis nulla sunt:nemo enim nostri ordinis in his locis est,præter M.Eppium, quem ego Minturnis esse uolui,uigilantem hominem,& industrium.L.Torquatum, uirum,fortem, & cum auctoritate,Formijs non habemus:ad te profectum arbitramur.ego omnino,ut proxime tibi placuerat,Capuam ueni eo ipso die,quo tu Theano Sidicino es profectus:uolueras enim me cum M. Considio Propræt.illa negotia tueri.cum eò uenissem,uidi T.Ampium delectum habere diligentissime,ab eo accipere Libonem summa item diligentia,& in illa colonia auctoritate.fui Capuæ,quoad Coss.iterum, ut erat dictum, ab Coss.ueni Capuam ad Non. Febr.cum fuissem triduum, recepi me Formias,nunc quod tuum consilium,aut quæ ratio belli sit,ignoro.si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem,& dignitatem habet,& egregios ciues,&,ut arbitror,teneri potest:opus est esse,qui præsit. sin omnia in unum locum contrahenda sunt:non dubito,quin ad te statim ueniam: quo mihi nihil optatius est:idq; tecum,quo die ab Vrbe discessimus,locutus sum.ego, sicui adhuc uideor segnior fuisse,dum ne tibi uidear,non laboro.& tamen, si,ut uideo,bellum gerendum est, confido me omnibus facile satisfacturum.M. Tullium meum necessarium ad te misi,cui tu,si tibi uideretur, ad me literas dares Vale.

σχόλια



ITERAS)superiores. Vibullijque uirtutem)quòd XIIII.cohortes adduxisset.ep.sup. Ora)maritima. Præpositi sumus)ἐπίσκοποι. ep.10.l.7. Nauem)epis.3.&.4.b.l. Tarracinam) unde paulò post Rutilius Lupus Præt.cum tribus cohortibus profugit.Cæs.l.1.de bel.ciu. Oram maritimam)propter rem frumentariam.ep.1.b.l. Nulla sunt)ego uero dixi,me nihil suscepturum sine præsidio,et pecunia.ep.3.b.l. M.Eppium)Hirc.de bel.Afric.al.M.Oppium,unde quis fortasse legat:M.Puppium, ut M.Puppium Piso

nem uirum consularem significet, præsertim quum, nostri ordinis, dicat, & L. Torquatum, qui erat & ipse Consularis, addat, nisi quis M. Oppinium malit legere ex Cæs. l. 3. de bel. ciu. L. Torquatum) epis. 11. lib. 7. Cum autoritate) hinc postea iussu Pompeij Orico præfuit. Cæs. lib. 3. de bel. ciu. Formijs) ubi prius erat. ep. 21. l. 7. Profectum arbitramur) & profectus erat. ep. 7 l. 9. Tibi plaucerat) ep. 10. l. 7. Veni) primo. nã postea iussus à Coss. redij. ep. 15. l. 7. Eo ipso die) ad VIII. Cal. Feb. ep. 12. l. 7. uel ad. VI. Cal. Feb. ep. 13. & 14. l. 7. uel potius uenire quidem cœpi ad VIII. Cal. Feb. sed perueni ad VI. Cal. Feb. Theano Silicino) Plin. l. 3. cap. 5. & ep. 15. h. l. Es profectus) Larinum uersus. ep. 12. l. 7. M. Considio) fortasse epis. 11. l. 16. fam. Illa negotia tueri) Cãpaniæ, & oræ maritimæ ἐπίσκοπον esse, ep. 10. l. 7. uel potius, adiuuare delectum. ep. 13. lib. 7. Eò) Capuam. T. Ampium) ep. 12. l. 6. fam. & ep. 70. l. 13. fam. hunc Cæsariani tubam belli ciuilis appellabant, qui postea etiã scripsit in Cæsarem. Suet. Habere) ut conquisitorem. Diligentissime) hoc dat Pompeij auribus, sed uerum scribit epis. 12. 13. & 19 l. 7. Ab eo) T. Ampio. Accipere) milites. Libonem) ep. 13. l. 7. Illa colonia) ibid. Autoritate) fortasse quòd esset Pompeij affinis, qui colonis agros diuiserat. ep. 19. l. 2. Fui Capuæ) quum VI Cal. uenissem, fui usque ad III. Cal. quo die sum formias profectus. ep. 15 l. 7. Quoad Coss.) fuerunt. nam & ipsi tunc discesserunt, ut cognoscitur ep. 18. & 19. lib. 7. Iterum) ueni. Dictum ab Coss.) ep. 15. l. 7. Triduum) ep. 19. l. 7. colliges. Recepi) quũ discessissem VII. Id. Feb. ibid. Oram) maritimam. Opportunitatem) præsertim ad rem frumentariam. epis. 1. h. l. Dignitatem) propter Capuã, quæ altera Roma est. episto. 2. h. l. In unum locum) Luceriam. episto. 1. h. l. Locutus sum) tibi ostendi. ep. 15 h. l. Sicui) pugnãdi cupido. ibid. Confido) nam perficiam, ut neque Resp. cuius à me animum, neque tu amici desideres. ibid. M. Tullium) scribam, episto. 4. lib. 5. comitem, episto 1 h. l.

Cn. Pompeius Procos. M. Ciceroni Imp. S. 14

QVAS literas libenter legi: recognoui enim tuam pristinam uirtutem etiam in salute communi. Consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, uenerunt, magnopere te hortor pro tuo singulari, perpetuoq; studio in Remp. ut te ad nos conferas, ut communi consilio Reip. afflictæ opem, atque auxilium feramus. censeo, uia Appia iter facias, & celeriter Brundusium uenias. Cura, ut ualeas.

σχόλια

LITERAS) superiores. Legi) Canusij. ep. seq. Consules) ep. 13. l. 7. Apulia) ep. 11. lib. 7. Appia) ab App. Claudio Ces. strata. Liu. l. 9. Brundusium) quò nunc cogito. Nam Canusio literæ ad. X. Cal. Mart. sunt datæ ep. seq. unde cognoscitur, quo loco fuerint collocandæ, nisi postea ad Atticum fuissent missæ.

M. Cicero Cn. Pompeio Procos. S. 15

CVM ad te literas misissem, quæ tibi Canusij redditæ sunt, suspicionem nullam habebam, te Reip. causa mare transiturum, eramq; in spe magna, fore, ut in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil utilius uidebatur, aut Remp. summa cum dignitate defendere. interim nondum meis literis ad te perlatis, ex ijs mandatis, quæ Dialio ad Consules dederas, certior tui consilij factus, non expectaui, dum mihi à te literæ redderentur, confestimq; cum Quinto fratre, & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere cœpi. cum Theanum Sidicinum uenissem, C. Messius familiaris tuus mihi dixit, aliiq; complures, Cæsarem iter habere Capuam, & eo ipso die mansurum esse Eserniæ. sane sum commotus, quòd, si ita esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Esernia de eo, quod audieram, referretur. at mihi, cum Calibus essem, affertur literarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulum Cos. misisses. hæ sic scriptæ erant: literas tibi à L. Domitio ad XIII. Cal. Martij allatas esse, earumq; exemplum subscripseras: magniq; interesse, Reip. scripseras, omneis copias primo quoque tempore in unum locum conuenire, & ut, præsidij quod satis esset, Capuæ relinqueret. his ergo literis lectis, in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copijs ad Corfinium esse uenturum. quò mihi, cum Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. cum res in summa expectatione esset, utrunque simul audimus, & quæ Corfinij acta essent, & te iter Brundusium facere cœpisse. cumq; nec mihi nec fratri meo dubiũ esset, quin Brũdusiũ cõtenderemus, à multis, q è Samnio, Apuliaq; ueniebant, admoniti sumus, ut caueremus, ne exciperemur à Cæsare, q is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celerius etiam, q̃ nos possemus, eò, quò intenderat, uenturus esset. quod

cum ita esset,nec mihi,nec fratri meo,nec cuiquam amicorum placuit committere,ut temeritas nostra non solum nobis,sed etiam Reip.noceret:cum præsertim non dubitaremus, quin,si etiam tutum nobis iter fuisset,te tamen iam consequi non possemus. interim accepimus tuas literas, Canusio ad X. Cal.Martij datas,quibus nos hortaris,ut celerius Brundusium ueniamus. quas cum accepissemus ad III.Cal.Martij,non dubitabamus,quin tu iam Brundusium peruenisses:nobisq́; iter illud omnino interclusum uidebatur:neque minus nos esse captos,q̃ qui Corfinium uenissent:neque.n.eos solos arbitrabamur capi,qui in armatorum manus incidissent,sed eos nihilo minus,qui regionibus exclusi, intra præsidia,atque intra arma aliena uenissent. quod cum ita sit,maxime uellem primum tecum semper fuisse,quod quidem tibi ostenderam,cum à me Capuam reijciebam:quod feci non uitandi oneris causa,sed quod uidebam teneri illam Vrbem sine exercitu non posse:accidere autem mihi nolebam, quod doleo uiris fortissimis accidisse.quoniam autem,tecum ut essem,non contigit: utinam tui consilij certior factus essem: nam suspicione assequi non potui,quòd omnia prius arbitratus sum fore, quam ut hæc Resp. causa in Italia non posset duce te consistere.neque uero nunc consilium tuum reprehendo,sed fortunam Reip.lugeo.nec,si ego,quid tu sis secutus,non perspicio,iccirco minus existimo,te nihil,nisi summa ratione,fecisse.mea quæ semper fuerit sententia,primum de pace uel iniqua conditione retinenda,deinde de Vrbe (nam de Italia quidem nihil mihi unquã ostenderas)meminisse te arbitror. sed mihi non sumo,ut meum consilium ualere debuerit: secutus sum tuum,neque id Reip. causa,de qua desperaui,quæ & nunc afflicta est, nec excitari sine ciuili perniciosissimo bello potest: sed te quærebam:tecum esse cupiebam:neque eius rei facultatem,si qua erit,prætermittam.ego me in hac omni causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non satisfacere: primum enim præ me tuli,me nihil malle,q̃ pacem:non quin eadem timerem,quæ illi: sed ea bello ciuili leuiora ducebam.inde suscepto bello,cum pacis conditiones ad te afferri,à teq́; ad ea honorifice, & large responderi uiderem:duxi meam rationem,quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar.memineram me esse unum,qui pro meis maximis in Remp.meritis supplicia miserrima,& crudelissima pertulissem:me esse unum,qui,si offendissem eius animum,cui tum,cum iam in armis essemus,Consulatus tamen alter,& triumphus amplissimus deferebatur,subijcerer eisdem prælijs: ut mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid uideretur habere populare. atque hæc non ego prius sum suspicatus,q̃ mihi palam denuntiata sunt:neque ea tam pertimui,si subeunda essent,q̃ declinanda putaui,si honeste uitare possem.quoniam breuem illius temporis, dum in spe pax fuit,rationem nostram uides. reliqui facultatem res ademit. Iis autem,quibus non satisfacio, facile respondeo:neque.n.ego amicior C.Cæsari unquam fui,q̃ illi:neque illi amiciores Reip.q̃ ego. hoc inter me,& illos interest,quòd,cum & illi ciues optimi sint,& ego ab ista laude non absim, ego conditionibus,quod idem te intellexeram uelle, illi armis disceptari maluerunt. quæ quoniam ratio uicit, perficiam profecto,ut neque Resp.ciuis à me animum,neque tu amici desideres. Vale.

σχόλια

LITERAS) 13.h.l. Canusij)ep.17.h.l. Habebam)tunc,hoc est,ad XV.Cal.Mart.ep.13.h.l.quod tamen Cicero simulat,ut ad Pompeium scribens,sed multò ante suspicatus est.ep.21.l.7.& alibi sæpe. atque hic quidem est quædam εἰρωνείας latens, id fieri non debere, quod prudentes uiri ne suspicantur quidem. Dialio)si quid hic,& ep.17.h.l,mutandum est,non dubito,quin legi debeat:D.Lælio. nam D.Lælius Pompeianus erat, & postea nauibus Asiaticis præfuit. Cæs.l.3.de bel.ciu. Ad Consules dederas)ep.17.h.l. Tui consilij)quod erat,ut copiæ omnes Brundusium cogerentur.ibid. In Apuliam)Luceriam.ep.1.h.l. Facere cœpi)profectus.ep.3.h.l. Theanum Sidicinum)ep.13.h.l. C.Messius)ep.1.l.4. Esernæ)Plin.l.3.cap.12.Aesernia scribitur apud Strab.l.5. Interclusum)ita, ut tutò Luceriam uenire non possem.ep.3.h.l. Cales)hinc scripsit in Caleno ep.3.h.l. Exemplum) ep.6.h.l. Lentulum Cos.) epist.13.l.7. XIII.Cal.Mart.)epist.10.h.l. Subscripseras)supposueras.ep.6.h.l. Præsidij)al.præsidio. Relinqueret) Lentulus Cos. Opinione)sic enim putabam.ep.3.h.l.aliter tamen ad Atticum scripsit ep.7.h.l. Venturum)Subsidio.ibid. Tutum)sine præsidio. Expectatione)Corfiniẽsi.ep.5.h.l. Audimus)alij,audiuimus. Acta essent)de deditione. ep.8.&.9.h.l. Facere cœpisse)ibid. Profectus)locutio,qualis ep.3.h.l. Noceret)si exciperentur. Interim)dum deliberamus. Tuas lite-

ras)superiores. X. Cal. Mart.)igitur paulò ante, & ep.6.h.l. XIII. Cal. Mart. legendum. Qui Corfinium uenissent)ut Domitius, Lentulus, & reliqui. ep.7.h.l. al. qui Corfinij fuissent. Ostenderam)locutus fueram. ep.13.h.l. Reijciebam)mutè capiebam. ep.3.h.l. Teneri)alia ratio. ibid. Sine exercitu)sine præsidio. Accidere)ut obsessus caperer. Viris) Domitio Lentulo, & reliquis. ep.8. & .9.h.l. Tui consilij)quod ignorabam. ep.13.h.l. Hæc Reip. causa)optima. ep.23.lib.7. Duce te)multò maiore, quàm Africanus fuit. epis.7.lib.5.fam. Consilium tuum)relinquendæ Italiæ. Sis secutus)prius in urbe, & nunc in Italia relinquenda. Pace)ep.13.l.7. Vel iniqua conditione)ep.13.l.7. & Philip.2. Vrbe)retinenda. epis.1.h.l. De Italia quidem)relinquenda. Te querebam)officio. ep.11.l.7. Tecum esse cupiebam)ep.13.h.l. Pacem)ep.6.l.6.fam. Eadem)Cæsaris togati potentiam, ep.1. & .6.l.6.fam. & seruitutem quandam. ep.7. & .14.l.7. Illi)qui pugnandi erant cupidi. Ad te)ep.13.l.7. Afferri)à L. Cæsare. ibid. A teque)ep.15.l.7. al. atq; non male. nam præsentes erant Coss. ep.13.l.7. quorum munus erat respondere, & scribit Cæsar illos deliberata respondisse. Ad ea)mandata. ad eas, fortasse quis magis probaret. Honorifice)pro tuis rebus gestis amplissimis. ep.9.h.l. Large)quum nihil eorum, quæ postulabat, negaretur, ep.15. lib.7. al. tarde. Duxi)habui. Meam rationem)al. meam tecum rationem. alij, meam mecum rationem. Beneficio) erga meam salutem. ep.3.h.l. In Remp. meritis)præsertim deprehensa coniuratione. Supplicia)exilium, fraudem. ep.24.l.7. Eius)Cæsaris. Alter)ep.24.l.7. Triumphus)ibid. Deferebatur)& quidem à te. epist. seq. sed hoc dicere noluit, ne Pompeium offenderet. Eisdem)quibus olim subiectus fui Clodio quidem autore, sed Cæsare impellente. Prælijs)cōtentionibus, ut ep.15.l.4. alij tamen legunt, procellis. Denunciata sunt)ut à M. Cælio, ep.16.l.8.fam. Quoniam breuem)uereor, ne sit hic σολοικισμὸς nisi, ut prius, legatur: quam breuem. Reliqua)temporis. Facultatem)ad te uenire ne possem. atque hic est epistolæ penè totus epilogus. Iis autem) pugnandi cupidis Te)qui mouebaris. ep.6.lib.6.fam. Intellexeram) potissimum ex eo, quòd nihil penè Cæsari negabas. ep.15.l.7. Illi)qui te duce freti, peropportunam & rebus domesticis, & cupiditatibus suis istius belli uictoriam fore putabant. ep.6.l.6.fam. Ratio)illorum. Vicit)nostram.

CICERO ATTICO S. 16

MIHI MOLESTIOR lippitudo erat etiam, quàm ante fuerat: dictare tamen hanc epistolam malui, quàm Gallo Fabio amantissimo utriusque nostrum nihil ad te literarum dare: nam pridie quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, quarum uaticinationem falsam esse cupio. huius autem epistolæ non solum ea causa est, ut ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas, sed etiam hæc iustior, ut à te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis, quo quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium planè uolo, ut penitus intelligam. omnia sunt integra nobis. nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem: nam certe neque tum peccaui, cum imparatam Capuam, non solum ignauiæ delectus, sed etiam perfidæ suspicionem fugiens, accipere nolui: neque, cum post conditiones pacis per L. Cæsarem, & Fabium allatas caui, ne animum eius offenderem, cum Pompeius iam armatus armato Consulatum, triumphumq; deferret. nec uero hæc extrema quisquam potest iure reprehendere, quòd mare non transierim: id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui: neq; enim suspicari debui, præsertim cum ex ipsius Pompeij literis, idem quod uideo te existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subuenturus esset. & planè, quid rectum, & quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui. primum igitur, hæc qualia tibi esse uideantur, etsi sæpius significata sunt à te, tamen accuratius mihi perscribas, uelim: deinde aliquid etiam in posterum prospicias, fingasq;, quem me esse deceat, & ubi me plurimum prodesse Reip. sentias: ecquæ pacifica persona desideretur: an in bellatore sint omnia. atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia. quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subyssem. memini, quid mihi tum suaseris per Theophanē, per Culeonem: idque sæpe ingemiscens sum recordatus. quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulo salubribus. sed nihil præscribo. accurate uelim perscribas tuam ad me sententiam. uolo etiam exquiras quamdiligentissime poteris (habebis autem, per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit. quemadmodum nunc se gerant, num quem accusent, num cui succenseant: quid dico, num cuiquam? num Pompeio. omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert: quod ipsius literis cognosci potest: quarum exemplum ad te mitto. hæc igitur uidebis: &, quod ad te ante scripsi, Demetrij Magnetis librum, quem ad te misit, de concordia, uelim mihi mittas. Vale.

σχόλια



IPPITVDO) epiſ.12.lib.7. Gallo Fabio)ep.48.l.13. Eas literas)11.h.l.nam ſuperiores ſunt interpoſitæ. Vaticinationem)in epiſtola enim ipſa.11.h.l.dixi me προθεσπίζειν. Intermittatur)ſic epiſ 14 l.7. & ep.22.h.l. Tibi)ut ad excogitandum acuto. Explicari) quod adhuc non feciſti, uel dum adn on :, ut me integrum ſeruem,ep.24.l.7.uel hortaris ad memoriā factorū,dictorū,et ſcriptorum meorum.ep.2.h.l. Tuum conſilium) quod petij ep.3.h.l. Excuſationem) ep.ſup. Imparatam)ab exercitu.ibid.al.imperatam. Ignauiæ)quæ poſtea cognita eſt.ep.12.&.13.l.7. Delectus)eius,qui ad me referendus erat.ep.10.l.7. Nolui)quum reijciebam.ep.ſup.nam poſtea quamuis inuite cepi.ep.3.h.l.uide tamen,an totus hic locus ita legi debeat.imparatam Capuam,non ſolum ignauiæ delictum,ſed etiam perfidiæ ſuſpicionem fugiens, accipere nolui.niſi enim accepiſſet Cicero, ignauus, & in Pompeium perfidus uideri potuiſſet.& ignauiæ delictum dixerit,ut iniuriarum delictum orat.pro Cæcina. L.Cæſarem)epiſ.12.lib.7. Fabium) C.niſi fallor,Fabium,qui Cæſaris literas Conſulibus Romæ reddidit.Cæs. in principio.lib.1.de bel.ciu. Caui)nullum maius negotium ſuſcipiens.ep.11.l.16.fam. Eius)Cæſaris. Offenderem)ſed illi ſatisfacerem. ep.19.lib.7. Conſulatum)alterum. ep.ſup. Triumphumque)ibid.& ep.24.lib.7. Deferret)epiſ.ſup. Literis)exemplo literarum. ibid. Non dubitarim)tunc ibid.poſtea enim dubitauit.ep.7.h.l. Quinis)Pompeius. Domitio)Corfinij obſeſſo.ep.3.h.l. Subuenturus) ſubſidio uenturus.ep.7.h.l. Cogitare)ut ep.3.h.l. Significata)ſed non explicata.paulò ante. Officio)ep.11.l.7. Paruiſſem)epiſ.6.l.4. Illorum temporum)præſertim exilij. Non ſubijſſem)non prouocaſſem Cæſarem, qui mihi poſtea iratus inimicum meum ad plebem traduxit.orat.de prouinc.cons. Per Theophanem)ex quo expiſcabare,quo tum animo eſſet Arabarches.epiſ 5.& 17.l.2. Culleonem)& hunc intimum Pompeij.ep.15.l.3.& Plutar.in Pomp. Calculos)rationem.prouerb. calculum reducere. Lentulus)P.Lentulus Spinter.ep.7.h.l. Noſter)lib.1.fam. Domitius)ep.7.&.8.h.l. Acturus ſit)epiſ.22.h.l. Gerant)à Cæſare dimiſſi. Pompeio)qui non ſubuenit.epiſt.8.&.9.h.l. Culpam)illius iacturæ. Ipſius)Pompeij. Literis)ſequentibus. Miſit)ipſe Demetrius. De concordia) περὶ ὁμονοίας.epiſ.11.h.l.

Cn. Magnus M. Marcello, L. Lentulo Coss. S. 17



GO, quòd exiſtimabam diſperſos nos neque Reip. utiles, neque nobis præſidio eſſe poſſe, iccirco ad L. Domitium literas miſi, primum uti ipſe cum omni copia ad nos ueniret: ſi de ſe dubitaret, ut coborteis XIX. q̃ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. quod ueritus ſum, factum eſt, ut Domitius implicaretur, neque ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra facienda, q̃ meas XIX. et ſuas XII. coborteis tribus in oppidis diſtributas haberet (nã partim Albæ, ptim Sulmone collocauit) neq́; ſi uellet, expedire poſſet. nũc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. nã & tot, & taleis uiros periculo obſidionis liberare cupio: neque ſubſidio ire poſſum, q̃ his duabus legionibus non puto eſſe committendum, ut illuc ducantur. ex quibus tamen non amplius XIIII. cobortes contrahere potui, quas Brunduſium miſi: neque Canuſium ſine præſidio, dum abeſſem, putaui eſſe dimittendum: Dellio mandaram, q̃ maiores copias ſperabam nos habituros, ut, ſi uobis uideretur, alteruter ueſtrum ad me ueniret, alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparaſtis, & cum ijs militibus, quos Fauſtus legit, proficiſceretur, Domitius cum XII. ſuis cobortibus eodem adiungeretur, reliquæ copiæ omnes Brunduſium cogerentur, & inde nauibus Dyrrhachium tranſportarentur. nunc, cum hoc tempore nihilo magis ego, q̃ uos, ſubſidio Domitio ire poſſim, ſeu per monteis explicare, non eſt nobis committendum, ut has XIIII. coborteis, quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit. quam ob rem placitum eſt mihi (etiam uideo C. Marcello, & cæteris noſtri ordinis, qui hic ſunt) ut Brunduſium ducerem hãc copiam, quam ego habeo mecum. uos hortor, ut, quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis, et eodem ueniatis quãprimum. arma, quæ ad me miſſuri eratis, ijs cenſeo armetis milites, quos nobiſcum habetis. quę arma ſuperabũt, ea ſi Brunduſium iumentis deportaritis, uehementer Reip. profueritis. de hac re uellem noſtros certiores faceretis. ego ad P. Lupum, & C. Coponium Prętt. miſi, ut ſe nobis coniungerent, & militum quod haberent, ad nos deducerent. Valete.

σχόλια



. MARCELLO) omnes hiſtorici C. Marcellum uocant, ep.13.l.7. L.Domitium)ep.12.l.7. Literas) ſequentes. Omni copia)omnibus copijs,dixiſſet Cicero. Dubitaret)ſe non poſſe uenire,quòd eſſent,qui impedirent. ep.ſeq. VI coborteis XIX.)nam Vibullius XIIII. Hirrus V.adducebat.ep.12.h.l. XII.)XI.hic & paulò poſt uidetur legendum ex ep.12.h.l.ut XIX.& XI.efficiant XXX. ut ep.7.h.l. Albæ) ſex ep.4 l.9. Sulmone) quinque.ep.4.h.l. Collocauit)ut reliquas ſecum haberet Corfinij,quod erat tertium oppidum. Taleis uiros)ep.

7.b.l. Duabus legionibus)pene alienis.ep.12.l.7. Ducantur)ne deficiant. Misi)præmisso etiam Scipione.ep.3.h.l. Canusium)ep.15.h.l. Dellio)D.Lælio,nos legimus.ep.15.h.l. Vobis) ut Coss. In Siciliam)ep.3.h.l. Comparastis) ex delectu.ep.13.l.7. Faustus)ep.3.h.l.ubi hæc eadem ferè omnia scribuntur eo sanè quidem ordine,quo debuit hæc quoque epistola scribi, nisi huc,ut ad Atticum missa, fuisset translata,ut aliæ item,quæ sequuntur. Subsidio Domitio ire possum, seu per monteis explicare,non est nobis cõmittendũ)al.subsidio Domitio ire possum semp mõteis explicare nõ est nobis cõmittẽdum. Videant docti,an ita legi possit.subsidio Domitio ire possum per monteis,explicate non est nobis committendum. Quas dubio animo habeo)ut alienas.ep.11.l.7. Accedere)ad cohortes accelere,fortasse dixisset Cicero. Placitum) hoc uerbũ carpi uidetur ep.3.h.l. Mihi)non igitur alijs. Etiam uideo C.)al.aliter uideo censeri:recte,meo quidem iudicio. nam & dixit, placitum est mihi,& ad C.Marcellum scribit,ut reliquum sit,aliter uideri M.Marcello, qui consilium ciuilis belli ita gerendi numquàm probauit.ep.7.l.4.fam.etsi certo scio alterum C.Marcellum Consularem ijsdem temporibus fuisse.sanè Marcelli,nisi timuissent Cæsarem,in Italia mansissent.ep.1.l.9. Nostros)à nobis stantes. P. Lupum) P. Rutilium Lupum Præt. qui tunc erat Tarracinæ.Cæs.l.1.de bel.ciu.quem paulò post Romam redijsse Cicero audiuit.ep.1.lib.9. C.Coponium) qui paulò post pretorio imperio classi Rhodiæ præfuit.lib.1.de diuinat.& Cæs.lib.3.de bel.ciu. Præt.) Prætores. Nobis)al. uobis. Nos) al.uos.

Cn. Pompeius Procos. L. Domitio Procos. S. 18

MIROR te ad me nihil scribere,& potius ab alijs, quàm à te de Rep. certiorem me fieri,nos disiecta manu pares aduersarijs esse non possumus.contractis nostris copijs, spero nos & Reip.& communi saluti prodesse posse.quam ob rem cum constituisses,ut Vibullius mihi scripserat,ad V.Id.Febr.Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me uenire : miror, quid causæ fuerit,quare consilium mutaris:nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, leuis est,te propterea moratum esse,quòd audieris Cæsarem Firmo progressum in castrum Truentinum uenisse: quanto enim magis appropinquare aduersarius cœpit, eo tibi celerius agendum erat, ut te mecum coniungeres,prius,quàm Cæsar aut tuũ iter impedire,aut me abs te excludere posset.quam ob rem etiã te rogo, & hortor, id quod non destiti superioribus literis à te petere,ut primo quoque die Luceriam aduenires,ante,quàm copiæ,quas instituit Cæsar contrahere,in unum locum coactæ nos à nobis distrahant.sed,si erunt, qui te impediant, ut illas suas seruent : æquum est me à te impetrare,ut cohortes, quæ ex Piceno, & Camerino uenerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. Vale.

σχόλια

DOMITIO Procos)quippe cui Gallia ulterior prouincia Consularis obtigerat.ep.11.lib.16.fam. Constituisses)in animo habuisses.ep.12.h.l. Vibullius)epist.12.l.7. Firmo)oppido. Plin.lib.3.cap.13. Truentinum) Plin.ibid. Luceriam)ep.1.h.l. Si erunt) aliqui,ut Corfinienses. Impediant)retineant. Illas)XI. cohortes. epist.sup. Suas)apud se coactas. VI cohortes) XIX. ep.sup. Piceno)duce Vibullio. ep.12.h.l. Camerino)duce Hirro.ibid. Reliquerunt)ut Remp defenderent. Missum facias)mittas ep.sup.alij,missas facias.

Cn. Pompeius Procos. L. Domitio Procos. S. 19

LITERAS abs te M.Calenius ad me attulit ad XIIII.Calendarum Martij:in quibus literis scribis,tibi in animo esse obseruare Cæsarem, &, si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me uenturum: sin autem ille circum istæc loca commoraretur, te ei, si propius accessisset, resistere uelle. te animo magno,& forti istam rem agere existimo: sed diligentius nobis est uidendum,ne distracti pares esse aduersario non possimus, cum ille magnas copias habeat, & maiores breui habiturus sit:non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere, quot in præsentia cohorteis contra te habeat Cæsar, sed quantas breui tempore equitum,& peditum copias contracturus sit, cui rei testimonio sunt literæ, quas Bussenius ad me misit,in quibus scribit,id quod ab alijs quoque mihi scribitur,præsidia Curionem,quæ in Vmbria,& Thuscis erant,contrahere,& ad Cæsarem iter facere.quæ si copiæ in unum locum fuerint coactæ,ut pars exercitus ad Albam mittatur,pars ad te accedat,ut nõ pugnet,sed locis suis repugnet: hærebis,neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas.quam ob rem te magnopere hortor, ut quàmprimum cũ omni copia huc uenias. Consules constituerunt idem facere.ego Metuscilio ad te mandata dedi, prouidendum esse,

ne duæ

ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Cæsaris committerentur. quam ob rem nolito commoueri, si audieris me regredi, si forte Cæsar ad me ueniet: cauendum enim puto esse, ne implicatus hæream: nã neq; castra ppter anni tempus, & militum animos facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. itaque non amplius XIIII. cohortes Luceriam coegi. Consules præsidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri: nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse, aut regiones eiusmodi obtinere, è quibus repugnemus, id quod neutrum nobis hoc tempore contingit, q; & magnam partem Italiæ Cæsar occupauit, & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum, q̃ ille. itaque nobis prouidendum est, ut summam Reip. rationem habeamus. etiam, atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me uenias. possumus etiam nunc Remp. erigere, si communi consilio negotium administrabimus: si distrahemur, infirmi erimus. mihi hoc constitutum est. His literis scriptis, Sica à te mihi literas attulit, & mandata. quod me hortare, ut istuc ueniam: id me facere nõ arbitror posse, q; non magnopere his legionibus confido. Vale.


σχόλια


. CALENIVS) nomen inauditum mihi, nisi M. Candeius legatur. Sannium) Plin. lib. 3. cap. 12. Istæc loca) Picena. Distracti) disiecta manu. ep. sup. Aduersario) Cæsari. Habiturus) subsequentibus quotidie legionibus, quas ex hybernis euocauerat. Prudẽtia) al. prouidentia. Bussenius) nescioquis. Curionem) ep. 17. lib. 7. Vmbria) pulso Thermo. Flor. l. 4. cap. 2. Thuscis) pulso Libone. idem ibid. quanquàm id uerisimile non est, quum Capuæ esset ep. 13. h. l. Alban) ep. 17. h. l. & ep. 4. l. 9. Ad te) Corfinium. Consides) epis. 13. l. 7. Metuscilio) nisi legas, M. Tuscilio, ut in ueterum monumentis legitur, uix dicas hoc nomen esse Romanum. Duæ legiones) ep. 17. h. l. & epi sto. 12. l. 7. Picentinis cohortibus) ex Piceno adducendis. ep. sup. & ep. 17. h. l. Cæsaris) cuius olim fuerant. ep. 12. l. 7. Committerentur) ne deficerent. Animos) dubios. ep. 17. h. l. Oppidis) ut Canusio. ep. 17. h. l. Receptum) quò recipere nos possimus. XIIII.) episto. 17. h. l. Præsidia omnia) quæ Capuæ, & circum Capuam compararunt ibid. Deducturi sunt) ad nos Brundusium. ibid. & ita locum habet particula, aut, quæ sequatur. Ituri) ibid. His literis) accessio est. Sicca) ep. 19. lib. 12. His legionibus) duabus & penè alienis. epis. 12. lib. 7.

Cn. Pompeius L. Domitio S. 20


ITERAE mihi à te redditæ sunt ad XIII. Cal. Mart. in quibus scribis, Cæsarem apud Corfinium castra posuisse. quod putaui, & præmonui, Fit, ut nec in præsentia committere tecum prælium uelit, & omnibus copijs conductis te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit, atque istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum uoluntate dubitamus: quo etiam magis tuis literis sum commotus: neq; enim eorum militum, quos mecum habeo, uoluntati satis confido, ut de omnibus fortunis Reip. dimicem: neq; etiam, qui ex delectibus conscripti sunt à Consulibus, conuenerunt. quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, huc quamprimum uenias ante, q̃ omnes copiæ aduersariorum conueniant: neq; enim celeriter ex delectibus huc homines conuenire possunt: & , si conuenirent, quantum ijs committendum sit, quod inter se noti sunt, contra ueteranas legiones, non te præterit. Vale. *

σχόλια


ECIMOTERTIO Cal. Mart.) ep. 6. & 15. h. l. Præmonui) ep. 18. & 19. h. l. Fit) sic factum est ep. 17. h. l. Velit) Cæsar, nondum contractis omnibus copijs. Implicet) impediat. ep. 18. h. l. Istas copias) alibi semper Pompeius copiam dixit, quum de Cæsare loquens copias dicat, hic rem ut augeat, illic ut extenuet. His legionibus) duabus. ep. sup. Dubitamus) quòd dubio sint animo. ep. 17. h. l. Confido) ep sup. Conscripti sunt) Capuæ, & circum Capuam. ep. 17. h. lib. Aduersariorum) al. aduersariũm. Conueniant) ex hybernis euocatæ. Inter se noti sunt) legionarij hi milites, & Cæsariani, quòd olim omnes Cæsariani fuerunt. epis. 12. l. 7. al. inter se nec noti sunt, ut scilicet à Coss. modo conscripti. Veteranas legiones) Cæsaris.

CICERO ATTICO S. 21


IPPITVDINIS meæ signum tibi sit librarij manus, & eadem causa breuitatis. & si nunc quidem, quod scriberem, nihil erat. omnis expectatio nostra erat in nuntijs Brundusinis. si nactus hic esset Cneum nostrum, spes dubia pacis: sin ille ante transmisis-

ſet, exitioſi belli metus. ſed uides ne, in quem hominem inciderit Reſp.? q̃ acutum? q̃ uigilantem? quàm paratum? ſi mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quicquam ademerit, ab iis, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſti cani. nihil prorſus aliud curant, niſi agros, niſi uillulas, niſi numulos ſuos. & uide, q̃ conuerſa res eſt. illum, quo antea confidebant, metuunt: hunc amant, quem timebant. id quantis noſtris peccatis, uitiisq́; euenerit, non poſſum ſine moleſtia cogitare. quæ autem impendere putarem, ſcripſeram ad te, & iam tuas literas expectabam. Vale.

σχόλια


IPPITVDINIS) *ep.12.l.7.* Brunduſinis) *qui uenirent Brunduſio, quò iam Cæſar erat profectus. epiſto.ſeq.* Hic) *Cæſar.* Cneum) *Pompeium.* Spes) *poſtulante Cæſare, ut cum Pōpeio colloqueretur.* Dubio) *Pompeio negligente.* Ille) *Pompeius.* Tranſmiſiſſet) *mare tranſiſſet.* Exitioſi belli) *ep.11.h.l.* Hominem) *Cæſarem.* Vigilantem?) *ep.9.h.l.* Paratum?) *ep.3.l.7.* Ruſticiani) *ep.15.l.9.* Illum) *Pōpeium.* Metuunt) *ut feras gentes armatas in Italiam adducturum, ep.11.h.l. & iniquum redditurum. epiſt.23.h.l.* Hunc) *Cæſarem.* Peccatis) *epiſt.6.l.6 fam.* Scripſeram) *ep.11.h.l.*

CICERO ATTICO S 22


ON *dubito, quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ, cum præſertim neque noua de re aliqua certiorem te faciam, neque nouam denique iam reperiam ſcribendi ullam ſententiam. ſed ſi dedita opera, cum cauſa nulla eſſet, tabellarios ad te cum inanibus epiſtolis mitterem, facerem inepte: euntibus uero, domeſticis præſertim, ut nihil ad te dem literarum, facere non poſſum. & ſimul (crede mihi) requieſco paululum in his miſeriis, cum quaſi tecum loquor: cum uero tuas epiſtolas lego, multo etiam magis. omnino intelligo, nullum fuiſſe tempus poſt has fugas, & formidines, quod magis debuerit mutum eſſe à literis, propterea quòd neq;* Romæ *quicquam auditur noui, nec in his locis, quæ à* Brunduſio *abſunt propius, q̃ tu, biduum, aut triduum.* Brunduſii *autem omne certamen uertitur huius primi temporis. qua quidem expectatione torqueor. ſed omnia ante nos ſciemus: eodem enim die uideo* Cæſarem *à* Corfinio *poſt meridiem profectum eſſe, quo* Canuſio *mane* Pompeium. *eo modo autem ambulat* Cæſar, *& iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brunduſium, q̃ opus ſit, acceſſerit. dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis. nihil equidem: ſed, ut ſupra dixi, tecum perlibenter loquor. & ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod ſatis iam fixum uidebatur. non mihi ſatis idonei ſunt auctores ii, qui à te probantur: quod enim unquam eorum in* Rep. *forte factum extitit? aut quis ab iis ullam rem laude dignam deſiderat? nec mehercule laudandos exiſtimo, qui trans mare belli parandi cauſa profecti ſunt (quanquam hæc ferenda non erant) uideo enim, quantum id bellum, & quàm peſtiferum futurum ſit. ſed me mouet unus uir, cuius fugientis comes,* Remp. *recuperantis ſocius uideor eſſe debere. toties ne igitur ſententiam mutas? ego tecum, tanquam mecum, loquor. quis autem eſt, tanta quidem de re, quin uarie ſecum ipſe diſputet? ſimul & elicere cupio ſententiam tuam, ſi manet, ut firmior ſim, ſi mutata eſt, ut tibi aſſentiar. omnino ad id, de, quo dubito, pertinet me ſcire, quid* Domitius *acturus ſit, quid noſter* Lentulus. *de* Domitio *uaria audimus, modo eſſe in* Tiburti, *aut* Lepidi, *quo cum* Lepidus *acceſſiſſet ad* Vrbem, *quod item falſum uideo eſſe: ait enim* Lepidus, *eum neſcio quò penetraſſe itineribus: occultandi ſui cauſa, an maris apiſcendi, ne id quidem ſcit: ignorat enim de filio. addit illud ſane moleſtum, pecuniam* Domitio *ſatis grandem, quam is* Correni *habuerit, non eſſe redditam. de* Lentulo *autem nihil audimus. hæc uelim exquiras, ad meq́; perſcribas.* Vale. *

σχόλια


VOTIDIANAE) *nullus enim dies intermittitur, quin ad te dem literas. ep.16.h.lib.* Fugas) *Pompeianarum.* His locis) *Campanis. ep.10.l.7.* Brunduſio) *unde nuncios expectamus. ep.ſup.* Abſunt propius) *ſic epiſt.2.l.1.* Biduum, aut triduum) *bidui, aut tridui, ſolet dicere.* Expectatione) *ep.ſup.* Nos ſciemus) *qui propius abſumus.* Profectum eſſe, quo) *al. profectum eſſe, ideſt feralibus, quo. feralia uero erant XII. Cal. Mart. & Pōpeius à Domitio literas ad XIII. Cal. Mart. acceperat, ep.20.h.l. quanquàm Pompeius*

peius Canusio profectus est. VIII. Cal. Mart. ep. 5. l. 9. & Cæsar Brundusium uenit. VII. Id. Mart. ep. 16. l. 9. Eo modo) celeriter. ep. 9. h. l. Diarijs) cibis diurnis. Orat. ep. 14. cum seruis urbana diaria rodere manis. Incitat) large diaria ipsa suppeditans. Quàm opus sit) ante, quàm Pompeius rebus prouidere possit suis. Triduo) quod abest Brundusium. Consilium) in Italia manendi, uel potius Pompeium sequendi. & tunc reliqua ad hoc sunt accomodanda. Fixum) reuertendum ad illos calculos, quos olim abiecimus, & ob id manendum potius, quàm discedendum. ep. 16. h. l. Idonei) & quum idonei non sint, consilium manendi, & illos imitãdi labat. Autores) quos sequar. Ii) M. Lepidus, & L. Volcatius. ep. 1. h. l. Probãtur) in tuis literis. ep. 12. l. 9. Extitit) nam minus multa dederunt illi Reip. pignora. ep. 9. h. l. Belli parandi) ep. 11. h. l. Hæc) quæ in Italia à Cæsare fiunt. Video) & προθεσπίζω, ep. 11. h. l. & iccirco eos non laudandos existimo. Futurum) proxima æstate. ibid. Mouet) ut malim discedere, quàm manere. Vnus uir) Pompeius. ep. 1. h. l. Si manet) tua sententia, ut maneam, & me integrum seruem. ep. 14. l. 7. Firmior sim) in consilio manendi. Assentiar) discedam. De quo dubito) quod delibero. epist. 3. h. l. Me scire) ut possim statuere, an illi mihi sint imitandi. Domitius) ep. 12. l. 7. Acturus sit) à Cæsare dimissus. ep. 16. h. l. Lentulus) ibid. In Tiburti. aut Lepidi, quò quum Lepidus accessisset ad urbem, quod item falsum uideo esse) ego lubens ita legam: in Tiburtino Lepidi, quò quum Lepidus, accessisse ad urbem, quod item falsum uideo esse: hoc est, audimus Domitium esse in Tiburtino Lepidi, quò quum Lepidus iuisset, audiuimus eundem Domitium ad urbem accessisse, quod item falsum esse uideo. Lepidus) ep. 5. h. l. Eum) Domitium. Apiscendi) adipiscendi, ueteri more. Filio) Domitii. ep. 3. lib. 9. Addit) Lepidus. Illud) uulgatum, sed falsum. nam Cæsar Domitio aurum reddidit. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. nisi forte aliud aurum significat, præsertim quum aliud oppidum nominet. Is) Domitius. Coreni) & si ego quoque, Corfinij, libenter legerem, quia tamen Plin. Corinenses, & Coranos agnoscit, nihil mutandum censeo. Non esse redditam) à Cæsare.

CICERO ATTICO S. 23



D V. Non. Mart. epistolas mihi tuas Aegypta reddidit, unam ueterem IIII. Cal. quam te scribis dedisse Pinario, quem non uidimus, in qua expectas quidnam præmissus agat Vibullius, qui omnino non est uisus à Cæsare. in altera epistola uideo te scire ita esse, & quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem, quem omnino uitare cogito, & aut Hemonis fugam tendis, commutationemq; uitæ tuæ: quod tibi puto esse faciendum: & ignoras, Domitius cum fascibus ne sit. quod cum scies, facies, ut sciamus. habes ad primam epistolam. secutæ sunt duæ, prid. Cal. ambæ datæ, quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, ut ante ad te scripsi, labantem. nec me mouet, quod scribis, Ioui ipsi iniquum: nam periculum in utriusque iracundia positum est: uictoria autem ita incerta, ut deterior causa paratior mihi esse uideatur. nec me Consules mouent, qui ipsi pluma, aut folio facilius mouentur. officij me deliberatio cruciat, cruciauitque adhuc. cautior certe est mansio: honestior existimatur traiectio. malo interdum, multi me non caute, quàm pauci non honeste fecisse existiment. De Lepido, & Tullo quod quæris: illi uero non dubitant, quin Cæsari præsto futuri, in senatumq; uenturi sint. Recentissima tua est epistola Cal. data, in qua optas congressum, pacem non desperas. sed ego, cum hæc scribebam, nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. Quod uideris non dubitare, si Consules transeant, quid nos facere oporteat: certe transeunt, uel, quomodo nũc est, transierunt. sed memento, præter Appium, neminem esse ferè, qui non ius habeat transeundi: nam aut cum imperio sunt, ut Pompeius, ut Scipio, Sufenas, Fannius, Voconius, Sestius, ipsi Consules, quibus more maiorum concessum est uel omnes adire prouincias: aut legati sunt eorum. sed nihil desero. quid placeat tibi, & quid propemodum rectum sit, intelligo. plura scriberem, si ipse possem: sed, ut mihi uideor, potero biduo. Balbi Cornelij literarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, ut meam uicem doleres, cum me derideri uideres. Vale.

σχόλια



VINTO Non. Mart.) recte ex ep. 2. l. 9. & si uideri potest male scriptum, quum satis appareat, hanc epistolam scriptam fuisse post, quàm Cæsar Brundusium est profectus, ep. sup. & ad VII. Id. Mart. est profectus. epist. 16. l. 9. nisi legas ibi ad VII. Cal. Mart. ut statim secutus sit Pompeium, qui ad VIII. Cal. Mart. Canusio profectus erat. ep. 1. l. 9. Aegypta) libertus. epist. 2. l. 13. IIII. Cal.) Mart. al. VIII. Cal. Pinario) ep. 1. l. 3. ad Q. fr. Præmissus) à Cæsare ad Pompeium. nam Corfinij cum reliquis captus fuerat. Cæs. l. 1. de bel. ciu. hunc Cæsar etiam postea iudicauit idoneũ, quem ad Pompeium cum mandatis mitteret. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Agat) de pace. Vibullius) ep. 22. l. 7. Non est uisus) quoniam ad eum non redijt, ut Cn. Magius item non redijt. Cæs. l. 1. de bel. ciu.

Ita esse) Vibullium à Cæsare non esse uisum. Redeuntem) Brundusio. Vitare cogito) epist.25.h.l. Aut Hemonis) pro uirili contendimus, ut locum hunc interpretaremur, sed obscuriorem animaduertimus, quàm ut interpretari possemus. Quare omissimus: testari tamen libuit, uideri nobis, legi posse: Athenionis, ut quemadmodum Athenio fugitiuorũ dux fuit, Verr.5. ita nunc Pompeius fugitiuorum imperator appelletur, præsertim cum fugiat, & seruos, & pastores armarit. Cæs.l.1.de bel.ciu. Fugam tendis) quasi ostendis, ut lucem ingenij tendere l.1.de orat. Ignoras) in epistola scribis te ignorare. Domitius) ep.12. l.7. Cum fascibus ne sit) ut procos.ep.13.h.l. Sciamus) nam pertinet me scire.ep. sup. Primam epistolam) iam duas supra posuit, ut primas epistolas legendum esse uideatur. Prid.Cal.) Mart. Statu) cõsilio sequendi Pompeium. Scripsi) ep. sup. Quod scribis) al. quod scripsi, ep.11.h.l. Ioui ipsi) nedum hominibus. sic ep.12.l.10.fam. Iniquum) Pompeium in Italiam rediturum. epis.11.l.9. & sanè discedens ab urbe, dixerat, eodem se habiturum loco, qui remansissent, & qui in castris Cæsaris fuissent. Cæs.l.1.de bel.ciu. & ep.6.l.11. al. μεμψίμοιρον. ep.1.l.6. Vtriusque) Pompeij, & Cæsaris. Deterior) Cæsariana. Paratior) ep.3.l.7. Consules) ep.13.l.7. quibus nihil minoris est ep.18.l.7. Mouentur) dictum ex ambiguo. Officij) ep.11. lib.7. Deliberatio) epis.3.h.l. Cautior) quòd tutior. Honestior) quòd ab officio proficiscatur. Existimatur) ab alijs. nam ego cedere Italia neque rectum, neque honestum puto. ep.2.h.l. Interdum) non semper, nam labat consilium. ep. sup. Multi) improbi. Non caute) quòd Pompeium fuerim secutus. Pauci) boni. nam rari quippe boni. Non honeste) si remansero. Lepido, & Tullo) epis.9.h.l. In senatumque) in consessum senatorum. epis.1.l.10. Cal.) Mart. Congressum) Pompeij, & Cæsaris, ut Cæsar ipse postulabat. Cæs.l.1.de bel.ciu. Pacem non desperas) si fuerint congressi. Illos) Pompeium, & Cæsarem. Congressuros) ut petijt Cæsar per Magium, & Libonem. Putabam) prudenter. nam Pompeius renunciari iussit, quòd Coss. abessent, nihil sine illis de compositione agi posse. Ces.l.1.de bel.ciu. Conditionem) quam nullam probabat. ep.8. h.l. Non dubitare) more tuo. ep.11.l.7. Consules) ep.13.l.7. Transeant) mare. Oporteat) nam censes oportere nos transire. ep.2.l.9. Quomodo nunc est) ut nunc est, episto.9.l.4. fam. ὡς νῦν ἔχει, ut loquitur Plato l.7. de Rep. Appium) l.3. fam. qui tunc quidem Censor erat. Dion l.40. sed non erat cum imperio ita, ut ius haberet transeundi. Pompeius) ut Procos. ep.12.h.l. Scipio) ep.4.l.7. & ipse Procos. unde Syriam sortitus fuerat. ep.1.l.9. Setenas) cuius gentis hoc fuerit cognomen, dicant alij. Fannius) ep.14.l.7. et ep 6 l.11. Voconius) neque de hoc Voconio quicquam reperire potuimus. Sestius) ep.7. l.11. Nihil defero) nihil consilij omitto. alij. nihil desidero. alij. nihil decerno. alij. nihil differo. fortasse melius: nihil defero, hoc est, quàuis Consules transierint, ego tamen nihil illis defero, quum plurima facilius moueantur. supra. Propemodum) nam uideris non dubitare, sed nihil affirmas. Possem) per lippitudinem. ep.21.h.l. Balbi Cornelij) ep.3.l.7. Literarum) seq. Deridere) quum rogor, ut Pompeium & Cæsarem in pristinam concordiam reducam, quasi uero id ego possim præstare, id enim εἰρωνικῶς scriptum uideri potest, quãquàm uere scriptum erat, ut cognosces ep.10.l.9.

Balbus Ciceroni Imp. S. 24



OBSECRO te Cicero, suscipe curam, & cogitationem dignissimam tuæ uirtutis, ut Cæsarem, & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. crede mihi, Cæsarem non solum in tua fore potestate, sed etiã maximum beneficium te sibi dedisse iudicaturum, si huc te reijcis. uelim, idem Pompeius faciat: qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, quàm spero. sed cum constiterit, & timere desierit, tum incipiam non desperare, & tuam auctoritatem plurimum ualituram. Quòd Lentulum Cos. meum uoluisti hic remanere, Cæsari gratum, mihi uero gratissimum medius fidius fecisti: nam illum tanti facio, qui non Cæsarem magis diligam. qui si passus esset, nos secum, ut consueueramus, loqui, & nõ se totũ etiã, et etiã ab sermone nostro auertisset: minus miser, quàm sum, essem: nam caue putes, hoc tempore plus me quenquam cruciari, quàm eum, quem ante me diligo, uideo in Consulatu quiduis potius esse, quàm Consulem. quòd si uoluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, & Consulatum reliquum Romę peragere: incipiam sperare, etiam consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompeium, & Cæsarem coniungi posse. quod si factum erit, me satis uixisse putabo. Factum Cæsaris de Corfinio totum me probaturum scito, & quomodo in huiusmodi re commodius cadere non potuit, quàm ut res sine sanguine confieret. Balbi mei, tuiq; aduentu delectatum te, ualde gaudeo. is quæcunque tibi de Cæsare dixit, quæq; Cæsar scripsit, scio tibi probabit, quæcunque fortuna eius fuerit, bellissime scripsisse. Vale.

σχόλια



BALBVS) ep.3.l.7. Dignissimam tuæ uirtutis) sic Poeta l.12. indignus auorum. Quàm spero) quoniam conditionem nullam probat. epist.8.h.l. Desperare, & tuam) al. desperare, tuam. Lentulum) episto.9.h.l. Meum) amicum. Voluisti) optasti. Hic) Romæ. Cæsari) qui prouinciam promittebat, ut remaneret. ep.9. h.l. Qui non) ut non, dixisset Cicero. Tibi obtemperare) qui uis illum remanere. Nobis) mihi & Balbo minori.

nori.ep.9.h.l. De Cæsare)de promissis,& fide Cæsaris.ibid. Illo) Lentulo. Relatore) ut Cos.cuius est relatio. Corfinio) à Cæsare capto.ep.8.h.l. Scito)al. sciet.nos, scio, legeremus. Conficeret)sic ep.10.l.9. Balbi)minoris.episto 9.h.l. Tuique)al.illiusque. Aduentu) ad te.ep.9.h.l. Scio)al. si re. fortasse.is re Fortuna)in consequendo, & mouendo Lentulo. Eius)Balbi minoris. Bellissime scripsisse)al.uelis summe scripsisse.recte,nisi fallor.nam Cicero,quũ propius abesset,poterat summatim ad Balbum maiorem scribere,quæ Balbi minoris fuisset fortuna.

CICERO ATTICO S. 25



MNIA mihi prouissa sunt præter occultum & tum iter ad mare superum: hoc enim mari uti non possumus hoc tempore anni:illuc autem, quò spectat animus, & quò res uocat,quà ueniam? cedendum enim est celeriter,ne forte qua re impediar, atque alliger.nec uero ille me ducit, qui uidetur: quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram,nunc uero etiam ἀστρατηγικώτατον. non me igitur is ducit, sed sermo hominũ,qui ad me à Philotimo scribitur:is enim me ab optimatibus ait conscindi.quibus optimatibus Dij boni? qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autẽ se uenditant Cæsari?municipia uero Deum: nec simulant,ut cum de illo ægroto uota faciebant.sed planè,quicquid mali hic Pisistratus non fecerit,tam gratum est,q̃ si alium facere prohibuerit.hunc propitium sperant:illum iratum putant. quas fieri censes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? metuunt,inquies.credo,sed mehercule illum magis.huius insidiosa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. iudices DCCCL, qui præcipue Cneo nostro delectabantur, ex quibus quotidie aliquem uideo,nescio quas eius Lucerias horrent.itaque quæro,qui sint isti optimates,qui me exturbent, cum ipsi domi maneant. sed tamen, quicũq; sunt, αἰδέομαι Τρῶας. & si,qua spe proficiscar,uideo: coniungoque me cum homine magis ad uastandum Italiam,q̃ ad uincendum parato.domum quem expecto? & quidem, cum hæc scribebam IIII. Non.iam expectabam aliquid à Brundusio. quid autem aliquid? q̃ inde turpiter fugisset,& uictor hic quà se referret,& quò.quod ubi audissem, si ille Appia ueniret, ego Arpinum cogitabam. Vale.

σχόλια



Ccultum,& tum iter)al.occultum metum.iter.placet legere:occultum,& tutum iter. Superum)Adriaticum. Hoc enim mari)infero.ep.3.h.l.& ep.3.l.9. Hoc tempore anni)hyeme. Illuc)ad mare superum. Animus) & consilium quum meum,tum etiam tuum.ep.sup. Res)causa optima.epist.23.l.7. Quà ueniam?)quum ex Italia difficiles sint exitus?ep.3.l.9. Ille)Pompeius. Me ducit)contra epis.22.h.l.me mouet unus uir. Videtur)ducere officio.ep.11.l.7. Quem)Pompeium. ἀπολιτικώτατον) gubernandæ Reip.maxime imperitum.ep.11.h.l.& ep.10.l.1.& ep.23.l.7. ἀστρατηγικώτατον)imperatoriæ artis maxime ignarum.epi.12.l.7. Is)Pompeius. Philotimo) ep.4.l.2.ut nimium optimati.ep.6.l.9. Ab optimatibus)quibus hæc cunctatio non probatur.epis.1.l.9. Municipia)municipes ipsi μαρτυρίαι. Deum)Cæsarem uocant.al.adeunt,scilicet Cæsarem. Vt)simulabant. De illo) Pompeio. Aegroto)in Campania.ep.2.h.l. Faciebant)Neapolitani primum,Tuscul.1.& Plutar.deinde Itali ferè omnes.epis.4.l.9. Pater. Pisistratus)Cæsar talis tyrannus,qualis fuit Pisistratus.ep.18.l.7. Non fecerit)ep.21.h.l. Alium)ut Pompeium, qui gentes feras armatas in Italiam adducere cogitauit.ep.11.h.l. Hunc)Cæsarem. Illum)Pompeium. Iratum) & iniquum.episto.23.h.l. ἀπαντήσεις) obuiam itiones. Metuunt) Cæsarem,& ob id eunt obuiam. Illum)Pompeium.. Magis)metuunt. Insidiosa)ep.9.h.l.& ep.4.l.10. Illius)Pompeij. Iudices DCCCL.) uidetur complexus iudices omneis,qui Romæ in diuersis & causis,& locis iudicabant,ut fieri Venetijs uidemus:nisi malit quis credere, eos omneis significari, ex quibus iudices iure seligi poterant.Plutarc.certe in Gracch.scribit,iudices ex senatorio ordine CCC.fuisse, quibus à C.Graccho ex equestri ordine totidem sunt additi:quòd si totidem etiam ex Tribunis ærarijs,qui tunc & ipsi iudicabant,epis.13.l.1.addas, erunt DCCCC.ut forte hoc loco est legendum, præsertim quum Plin.l.33.cap.2.scribat, iudices nongentos etiam uocatos. Pompeius item in tertio Consulatu CCCLX.indices ad se uocauit.Plutarc.et Patercul. Cneo)Pompeio. Delectabantur), quòd formam iudiciorum breuiorem in tertio Consulatu fecit. Ascon. Eius) Pompeij. Lucerias)proscriptionem Luceriæ, denunciatam.ep.11.h.l.al.minas. Exturbent)exturbare uelint ex Italia,me cõscindentes. Maneant)ep.1.h.lib. αἰδέομαι Τρῶας)uereor Troianos.ep.5.l.2. Proficiscar)ut Amphiaraus,ad pestẽ ante oculos positam. epis.6.lib.6 fam. Homine) Pompeio. Vastandam)ep.11.h.l. Domum quem expecto?)al.domitium quem expecto:hoc est,quem, credo fore, ut uictum audiam. Et quidem)equidem posset etiam legi. IIII.Non.)Mart. Expectabam)ep.21.h.l. Quid autem aliquid?)uidetur, legendum:quid autem? aliquid. ut sit subiectio μετὰ τῆς ἐρωτήσεως.est aliquid,quod sequatur. Inde)Brundusio. Fugisset), Pompeius,quod dicebatur. Victor)Cæsar. Cogitabam)ut uitarem.ep.23.h.l.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER NONVS.

CICERO ATTICO S. I



TSI, *cum tu has literas legeres, putabam fore, ut scirem iam, quid Brundusij actum esset, nam Canusio* VIII. *Cal. profectus erat Cneus, haec autem scribebam prid.* Non. XIIII. *die postquam ille Canusio mouerat: tamen angebar singularum horarum expectatione, mirabarq; nihil allatū esse, ne rumoris quidem: nā erat mirū silentiū. sed haec fortasse* κενόσπουδα *sunt: q̃ tamē iam sciantur, necesse est. illud molestū, me adhuc inuestigare non posse, ubi Lentulus noster sit, ubi Domitius. quaero aūt, quo facilius scire possim, quid acturi sint, ituri ne ad Pōpeiū, & si sint, qua, quando ue ituri sint. Vrbem quidem iam refertam esse optimatium audio: Sosium, & Lupum, quos Cneus noster ante putabat Brundusium uenturos esse, q̃ se, ius dicere. hinc uero uulgo uadunt. etiam M. Lepidus, quocum diem conterere solebam, cras cogitabat. nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus. deinde Arpinum uolebamus inde iter quà maxime* ἀναπάντητον *esset, ad mare superum, remotis, siue omnino missis lictoribus: audio enim bonis uiris, qui & nunc, & saepe antea magno praesidio Reip. fuerunt, hanc cunctationem nostram nō probari, multaque in me, & seuere in conuiuijs tempestiuis quidem disputari. cedamus igitur, & ut boni ciues simus, bellum Italiae terra, mariq; inferamus, & odia improborum rursus in nos, quae iam extincta erant, incendamus, & Luceij consilia, ac Theophani persequamur. nam Scipio uel in Syriam proficiscitur sorte, uel cum genero honeste, uel Caesarem fugit iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Caesaris timuissent, manerēt. Appius & eodem timore, & inimicitiarum recentium. & tamen, praeter hunc, & C. Cassium, reliqui Legati: Faustus Proquaes. ego unus, cui utrūuis liceret. frater accesserit, quem socium huius fortunae esse non erat aequum: cui magis etiam Caesar irascetur: sed impetrare non possum, ut maneat. dabimus hoc Pompeio, quod debemus: nam me quidem alius nemo mouet, non sermo bonorum, qui nulli sunt, non causa, quae acta timide est, agetur improbe: unum hoc damus, ne id quidem roganti, nec suam causam, ut ait, agenti, sed publicam.* Tu *quid cogites de transeundo in Epeirum, scire sane uelim.* Vale.

σχόλια



T S I) *dies summum duo intercedunt.* Scirem) *ut expectabam. epist.25.l.8.* Canusio) *ep.15.l.8.* VIII. Cal.) Mart. Profectus) *Brundusium.ep.22.l.8.* Prid. Non.) Mart. Angebar) *torquebar. epist.22.lib.8.* κενόσπουδα) *inani studio digna.* Molestum) *nam scire refert.ep.22.l.8.* Lentulus) *epis.7.lib.8.* Domitius) *ibid.* Acturi) *ep.22.l.8.* Refertam) *ep.1.l.8.* Optimatum) *bonorum.ibid.* Audio) *sed falsum praesertim de Lupo, qui postea missus à Pompeio Achaiam obtinuit. Caes.l.3.de bel.ciu.* Sosium) *epist.6.l.8.* Lupum) *ep.17.l.8.* Ius dicere) *ut praetores.ep.6.& 17 l.8. & ep.14 h.l.* M. Lepidus) *ep.11.lib.7.* Diem conterere) συνδιημερεύειν.*ep.9.l.8.* Cogitabat) *Romam. non enim dubitat, quin Caesari praesto sit futurus. epis.23.lib.8.* Citius) *quoniam propius absumus.ep.22 l.8.* Audiremus) *quid Brundusij actum esset.* Arpinum) *ep.25.lib.8.* Volebamus) *sic Aristoph. in Ran.* ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι. Inde) *proficisci.* ἀναπάντητον) *deuium: in quo nullus occurrat.* Mare superum) *ep.25.l.8.* Lictoribus) *epis.9.l.7.* Fuerunt) εἰρωνικῶς, *ut ego puto.* Non probari) *quom ipsi domi maneant ep.25.l.8.* Conuiuijs tempestiuis) *ep.15 h.l.* Boni ciues) εἰρωνικῶς. Inferamus) *cum Pompeio, qui id cogitat. epist.11.l.8.* Odia) *ep.16.l.1.* Improborum) *qui sunt cum Caesare.ep 3.l.7.* Extincta) *quum prius fuissent mitigata. ep.16.l.1.* Incendamus) *ad Pompeium contra ipsos proficiscentes.* Luceij) *L. Luceij, cum Pompeius de maximis rebus communicat, Caes.lib.3.*

de bel.ciu. Consilia)ut bellum geratur. Theophani)Theophanis.ep.5.l.2. Scipio)ep.4.l.7. Sorte)nam Syria illi obuenerat.Cæs.l.1.de bel.ciu. Genero)Pompeio. Iratum)præsertim propter sententiam,quam de prouincijs Gallijs dixit.ep.9. lib.8.fam. Marcelli)M.& C.Marcelli.ep.7.&.8.l.4.fam.his adde C.Marcellum patruelem.epis.15.l.10. Timuissent)ut inimici,quòd M.Marcellus Cos.prouincias Gallias Cal.Mart.finire uoluisset.epis.3.l.8.ut alia mittam argumenta. Mancrent)ut consilium belli ciuilis ita gerendi minime probantes.ep.17.l.8. Appius)ep.23.l.8. Et)al est. Eodem timore)quòd Cæsaris rebus detraxit.Plutarc.in Pomp. Inimicitiarum)cum Dolabella,& Cælio Cæsarianis. ep.6.12.&.17.lib.8 fam. C.Cassium)Quæstura functum,ep.18.l.5.& tunc Tribunum pl.ep.21.l.7.& Trib.pl.diem integrum abesse Roma non licebat,nedum extra Italiam proficisci.Macrobius.l.1.Saturn. Legati)ep.23.l.8. Faustus)ep.9.l.4. Proquæst.)al.Prope.lubet legere:Propræt.nam relatum fuerat ad Senatum,ut Faustus propræt.in Mauritaniam mitteretur, Cæs.lib.1.de bel ciu. quamuis propere,non Propræt.ibi quoque legatur. Liceret)ut Imperatori,& nullum maius negotium habenti, nec Cæsarem timenti.ep.22.h.l. Frater)Q.Cicero. Accesserit)al.accedit. Non erat æquum)quum nullum habeat imperium, & Cæsaris fuerit legatus Debemus)ex officio.ep.11.l.7. Nemo mouet)nisi Pompeius.ep.22.l.8.contra epis.25.l.8. Non sermo)ibid. Non causa)quamuis optima.ep.23.l.7. Timide)ep.19.l.7. Agetur)& agetur, libentius legerem. Improbe)ut ego προθεσπίζω.ep.11.l.8.& ep.6.h.l. Vni)Pompeio.al.uni uni,ut sit παλιλογία Vt ait)mentiens.hoc enim nunquam cogitauit.ep.11.h.l.sic, ut loquebatur.epis.9.l.4.

CICERO ATTICO S. 2



TSI Non.Martijs,die tuo(ut opinor)expectabam à te epistolam longiorem: tamen ad eam ipsam breuem,quam III. Non.Martij ὑπὸ τὴν διάληψιν dedisti,rescribēdū putaui.gaudere ais te,mansisse me:& scribis,in sententia te manere. mihi autem superioribus literis uidebare non dubitare,quin cederem,ita si & Cneus bene comitatus conscendisset,& Consules transissent:utrū,hoc tu parum meministi,an ego nō satis intellexi? an mutasti sententiam? sed aut ex epistola,quam expecto,perspiciam,quid sentias:aut alias abs te literas eliciam. Brundusio nihil dum erat allatum.ò rem difficilem,planeq; perditam.q̄ nihil prætermittis in consilio dando,q̄ nihil tamen,quod tibi ipsi placeat,explicas.non esse me unà cum Pompeio gaudes:ac proponis,q̄ sit turpe me adesse, cum quid de illo detrahatur,nefas esse approbare. certe.contra igitur? Dij,inquis,auerruncent.quid ergo fiet? si in altero scelus est,in altero supplicium? impetrabis,inquis,à Cæsare,ut tibi abesse liceat,& esse otioso.supplicandum igitur? miserum.quid, si non impetrero? & de triumpho erit,inquis,integrū.quid,si hoc ipso premar?accipiam? quid fœdius? negem? repudiari se totum,magis etiam, quàm olim in XX uiratu putabit.ac solet, cum se purgat,in me conferre omnem illorum temporum culpam:ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem à se accipere uellem. quanto nunc hoc idem accipiet asperius? tanto scilicet,quanto & honor hic illo est amplior,& ipse robustior.nam quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore:non uideo causam,cur ita sit,hoc quidem tempore:qui enim amisso Corfinio denique certiorem me sui consilij fecit,is queretur Brundusium me non uenisse, cum inter me,& Brundusium Cæsar esset? deinde etiam scit, ἀπαῤῥησίαστον esse in ea causa querelā suam. me putat de municipiorum imbecillitate,de delectibus,de pace,de Vrbe,de pecunia, de Piceno occupando plus uidisse,q̄ se. sin,cum potuero,non uenero: tum erit inimicus:quod ego non eo uereor, ne mihi noceat (quid enim faciet? τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;) sed quia ingrati animi crimen horreo. confido igitur aduentum nostrum illi,quoquo tempore fuerit,ut scribis, ἀσμένιστον fore.nam q̄d ais,si hic tēperantius egerit,cōsideratius consiliū te daturū:qui hic pōt se gerere non perdite? uita,mores,ante facta,ratio suscepti negotij,socij,uires bonorum,aut etiam constantia? uix dū epistolam tuam legeram,cum ad me,currens ad illum,Posthumus Curtius uenit,nihil nisi classeis loquens,& exercitus.eripiebat Hispanias:tenebat Asiam,Siciliam, Africam, Sardiniam: confestim in Græciam persequebatur.eundum igitur est,nec tam ut belli,q̄ ut fugæ socij simus:nec enim ferre potero sermones istorum.quicunque sunt:non sunt enim certe,ut appellantur,boni. sed tamen id ipsum scire cupio,quid loquantur:idq; ut exquiras,meq; certiorem facias,te uehementer rogo.nos adhuc,quid Brundusij actum esset,planè nesciebamus:cum sciemus,tum ex re,& ex tempore consilium capiemus,sed utemur tuo. Vale.

σχόλια


IE)λήψεως.ep.8.l.7. Tuo)ibid. III.Non.Martij)lege IIII.Non. Martij. ep.12.h.l. ὑπὸ τὴν ἀλία-λῆψιν)sub comprehensionem,ut λῆψις ep.7.l.7. Mansisse me)in Italia.ep.4.h.l. Sententia)ut in Italia maneam.ep.12.h.l. Non dubitare)ep.23.l.8. Cederem)Italia. Consules)ep.13.l.7. Transissent)ep.23.l.8. Meministi)al.cōmeminisse. Aut alias abs te līas eliciā)al.aut alias abs te epistolas eliciā. sed fortasse melius ita legeretur. aut alias abs te eliciam, uidelicet, quid sentias. Brundusio)ep.sup. Adesse)in Senatu.ep.4.h.l. De illo)Pōpeio. Contra igitur?)dicendum? In altero)in approbando. Scelus)quum ille tam bene meritus sit de me.episto.3.l.8. In altero) in contradicendo. Supplicium) offensio Cæsaris instar supplicij, & periculum supplicij, quale pertuli. episto.15.lib. 8. Esse otioso)al.esse otiosum,ut orat.pro Balb.ciui Ro.licet esse Gaditanum. Triumpho) episto.3.lib.6. & episto.2.lib.7. Precari?)ut triumphem? Quid Fœdius?) quàm accipere triumphum à Tyranno. Repudiari)& ob id erit periculosum non accipere.ep.3.l.8. XX.uiratu)ep.6.l.2.al.Quinqueuiratu.ep.7.l.2.& orat.de prouinc.Consul. Inimicum)ep.3.l.2. Honorem)Quinqueuiratum. Accipiet)si negem. Hic)honor,triumphus. Illo)Quinqueuiratu. Ipse)Cæsar. Sua)propter cunctationem. Sui consilij)cuius antea non fui particeps.ep.19.l.7. Fecit)ep.14.l.8. Is)Pompeius. Cæsar esset?)epis.15.lib.8. ἀπαρρησίαστον)minime liberam:dicendi & reprehendendi licentia carentem:quum ipse, non ego peccarim. Municipiorum)quæ nunc iam Cæsarem ut Deum colunt.ep.25.l.8. Delectibus)inuitorum.epis.12.l.7. Pace)quæ mihi uel iniusta utilior,quàm iustissimum bellum cum ciuibus uidebatur.ep.13.l.7. Vrbe)retinenda.ep.1.&.15.l.8. Pecunia)etiam sanctioris ærarij accipienda.ep.19.l.7. Piceno)ep.12.&.19.l.7. Occupando)ante quàm à Cæsare occuparetur. Ne mihi noceat)Pompeius. τίς δ' ἔστι δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν)quis est seruus,qui mortem contēnat? proinde, ac si dicat,ego,qui seruus non sum,contemno,epis.4.l.6. fam.ita ut nihil à Pompeio timeam. Ingrati animi crimen)ἀχαριστίας crimen ep.6.h.l. Illi)Pompeio. Vt scribis)ep.12.h.l. ἀσμένιστον)gratissimū.hoc erat in epistola Attici III.Non. Mart. data.ibid. Hic)Cæsar. Vita,mores,ante facta)ex attributis. Ratio)ep.3.&.8.l.7. Socij)perditissimi quique.ep.3.l.7. Bonorum)qui se Cæsari uenditant,& in urbe sunt epist.25.l.8.& ep. sup. Constantia)præsertim in mansione.episto.1.l.8. Ad illum) Cæsarem. Posthumus Curtius)M.Curtius Posthumus,cui Cicero Tribunatum olim à Cæsare petierat.ep.13.l.2. ad Q. fr.qui Fuluius Posthumus,nisi fallor,à Cæsare dicitur l.3.de bel.ciu. Eripiebat)dicebat Cæsarem erepturum. Persequebatur)Pompeium.ep.seq. Eundum)mihi. Istorum)bonorum,& Cæsarianorum. Boni)ep.sup. Loquūtur)de nostra cunctatione.ibid. Brundusij)bis idem,nisi diuidatur epistola,quod tamen uix posse fieri uidetur.

CICERO ATTICO S. 3

DOMITII filius transijt Formias VIII.Id.currens ad matrē Neapolim,mihiq; nūtiari iussit,patrē ad Vrbem esse,cū de eo curiose q̄sisset seruus noster Dionysius.nos aūt audieramus eum pfectū siue ad Pōpeium, siue in Hispaniā.id cuiusmodi sit, scire sanè uelim:nā ad id,qđ delibero, ptinet, si ille certe nusq̄ discessit,intelligere Cneū,nō eē faciles nobis ex Italia exitus,cū ea tota armis,p̄sidijsq; teneat,hieme p̄sertim:nam si cōmodius anni tēpus esset, uel infero mari liceret uti:nūc nihil pōt,nisi supero,transmitti,quo iter interclusum est.q̄res igit et de Domitio,& de Lentulo. A' Brundusio nulla adhuc fama uenerat:& erat hic dies VII.Id. quo die, suspicabamur,aut pridie Brundusium uenisse Cæsarem:nam Calendis Arpis manserat. sed si Posthumum audire uelles,persecuturus erat Cneum:transijsse enim iam putabat coniectura tempestatum,ac dierum.ego nautas eum non putabam habiturum: ille confidebat,& eo magis, q̄ audita nauicularijs hominis liberalitas esset. sed,tota res Brūdusina iam quomodo habeat se,diutius nescire nō possum. Ego & si tam diu requiesco,q̄ diu aut ad te scribo,aut tuas literas lego:tamē & ipse egeo argumento epistolarum,& tibi idem accidere certo scio:quæ enim soluto animo familiariter scribi solent,temporibus his excluduntur:quę autem sunt horum temporum,ea iam contriuimus. sed tamē, ne me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & temporū horū,ut & abducā animū ab q̄relis,& in eo ipso,de quo agitur,exercear.eæ sunt huiusmodi.

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ, τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς ἀρθῆται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι τῆς πατρίδος τυραννουμένης. ἢ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. εἰ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. εἰ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς

ἰσχύοντας

ἰσχύοντας διαπολιτείας. in his ego me consultationibus exercens, & disserens in utranque partem tum græce, tum latine, & abduco parumper animum à molestiis, & τῶν προὔργου τι delibero. sed uereor, ne tibi ἄκαιρος sim: si enim recte ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Vale.

σχόλια

DOMITII) L. Domitij Aenobarbi. Filius) Cn. Domitius. Philip. 2. VIII. Id.) Mart. Matrē) Portiam. ep. 36. l. 13. Ad urbem) ep. 22. l. 8. Esse) ut Procos. ep. 18. l. 8. cui ingredi urbem non licebat, nisi imperium deponeret. Seruus noster Dionysius) ep. 77. l. 13. fam. Scire sanè uelim) quia refert. epis. 22. l. 8. Quod delibero) de quo dubito. ibid. Ille) L. Domitius. Intelligere Cneum) al. intelligeret Cneus. Non esse faciles nobis) quum ne Domitius quidem possit discedere. Armis) Cæsaris. Hyeme) uel tempestate, qualis esse mense Martio solet: uel re uera hyeme, quæ multis mense Martio fiuntur. Infero mari) episto. 3. & 25. lib. 8. Iter interclusum est) quum inter me, & Brundusium sit Cæsar. episto. sup. De Domitio, & de Lentulo) episto. 22. lib. 8. Venerat) ut expectabam. episto. 25. l. 8. VII. Id.) Mart. episto. 16. h. l. Calendis) Mart. Arpis) Plin. l. 3. cap. 11. & Strab. l. 6. Posthumium) ep. sup. Persecuturus erat) in Græciam. Cneum) Pompeium. Transisse) Pompeium. Eum) Cæsarem uolentem persequi Pompeium. Non putabam) quòd abductos à Pompeio putabam. & sanè omnibus coactis nauibus præsentem facultatem in sequendi sui Pōpeius ademit. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Hominis) Cæsaris. Liberalitas) qua allici possunt. Cōtriuimus) scribendo. θέσεις) ppposita, ut uertit Cicero ipse in Topic. et ut tractādæ sint, docet in libris oratorijs. Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ, τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι τῆς πατρίδος τυραννουμένης. ἢ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. εἰ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας) an manendum in patria tyrannide oppressa: ea uero tyrannide oppressa, an omni ratione tyrannidis dissolutio tentāda, etiamsi ob id in rerum omnium periculum ciuitas sit uentura. an cauendum dissoluenti, ne ipse tollatur. an conandum, ut patriæ auxilium pace potius, quàm bello feratur. An ciuile sit, secedentē aliquò, quiescere, oppressa à tyranno patria. An periculum omne pro libertate subeūdum. an bellum agro inferendum. eaque à tyranno oppressa sit obsidenda. an aliquis, etiamsi tyrannidis dissolutionem, quæ bello fit, non probet, debeat tamen optimatibus assentiri. an cum bene meritis, & amicis unà in publicis rebus periclitandum, quamuis non uideantur recte de summa rerum deliberasse. an de patria bene meritus, atque ob id ipsum grauissima quæque passus, & inuisus, ultro pro patria periclitari debeat. an ipsi permittendum, ut sui ipsius aliquando, & familiarissimorum rationem habeat, publicis contentionibus aduersus potentiores relictis. ita uertimus, nunc uerba quædam examinemus. Manēdum) ut mansit Socrates. ep. 2. l. 8. Dissolutio) sic Plato l. 9. de legib. κατάλυσιν τῆς πολιτείας uocat: atque hisce de rebus loquens, eo uerbo sæpe utitur. Tentenda) πειρατέον. al. πρακτέον, facienda. al. πραγματευτέον, struenda. Ciuitas) siue Resp. Tollatur) αἴρηται. al. τι πάθῃ, aliquid patiatur. Pace) εἰρήνῃ. al. καιρῷ καὶ λόγῳ, tēpore, & oratione: uel, opportunitate, & rōne. Inferendum) ut à Thrasybulo est illatū. ep. 3. l. 8. Eaque) patria. Optimatibus) quales nunc sunt cum Pompeio. Bene meritis, & amicis) ut Pompeio. epist. 3. l. 8. Non uideantur) ut Pompeius, à quo nihil actum est sapienter. ep. 3. l. 8. Passus) ut ego. ep. 15. l. 8. Inuisus) hinc inuidiæ sanguis missus dicitur ep. 13. l. 1. Familiarissimorum) τῶν οἰκειοτάτων. al. τῶν ὁμιλίων αὐτοῦ, rerum familiarium suarum. sic enim uidetur cōmodè uerti posse. In utranque partem) εἰς ἑκάτερον. ep. 3. l. 2. τῶν προὔργου τι) aliquid eorum, quæ ad rem pertinent. ἄκαιρος) intempestiuus. Tuum diem) ep. sup.

CICERO ATTICO S. 4

NATALI die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilij, summæque tum beneuolentiæ, tum etiam prudentiæ. eam mihi Philotimus postridie, quàm à te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem, quæ disputas, difficillima, iter ad superum, nauigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formijs, ne obtulisse nos gratulationi uideamur: sed miserius nihil, quàm ea uidere, quæ tamen iam iam inquam uidenda erunt. fuit apud me Posthumus: scripsi ad te quàm grauis. uenit ad me etiam Q. Fufius, quo uultu, quo spiritu? properans Brundusium, scelus accusans Pompeij, leuitatem, & stultitiam senatus. hæc qui in mea uilla non fe-

ram, cur tum in curia potero ferre? age finge me quamuis εὐστομάχως hæc ferentem. quid illa, dic M. Tulli, quem habebunt exitum? & omitto causam Reip. quam ego amissam puto cum uulneribus suis, tum medicamentis his, quæ parantur. de Pompeio quid agam? cui planè (quid enim negem?) succensui: semper enim causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta. hæc igitur mala, quibus maiora esse quæ possunt? considerans, uel potius iudicans eius opera accidisse, & culpa, inimicior eram huic, quàm ipsi Cæsari. ut maiores nostri funestiorem diem esse uoluerunt Alliensis pugnæ, quàm Vrbis captæ, quod hoc malum ex illo, itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus: sic ego decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos, hoc defendente, ne dicam grauius, afflixerat, præsentisque temporis cognoscens temeritatem, ignauiam, negligentiam, succensebam. sed ea iam mihi exciderunt. beneficia eiusdem cogito, cogito etiam dignitatem. intelligo serius equidem, quàm uellem, propter epistolas, sermonesque Balbi: sed uideo planè nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quàm ut hunc occideret. ego igitur, siquis apud Homerum, cum ei, & mater, & Dea dixisset, αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος, matri ipsi respondit, αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ οὐκ ἄρα ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. quid, si non ἑταίρῳ solum, sed etiam εὐεργέτῃ? adde tali uiro talem causam agenti. & ego uero hæc officia mercanda uita puto. optimatibus uero tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. uideo, ut se huic dent, ut daturi sint. quicquam tu illa putas fuisse de ualetudine decreta municipiorum præ his de uictoria gratulationibus? timent, inquies. at ipsi tum se timuisse dicunt. sed uideamus, quid actum sit Brundusij. ex eo fortasse mea consilia nascentur, aliæque literæ. Nos adhuc Brundusio nihil. Roma scripsit Balbus, putare iam Lentulum Cos. transmisisse, nec eum à minore Balbo conuentum, quod is hoc iam Canusij audisset: inde ad se eum scripsisse, cohorteisque sex, quæ Albæ fuissent, ad Curtium Minutia transijsse: id Cæsarem ad se scripsisse, & breui tempore eum ad Vrbem futurum. ergo utar tuo consilio, neque me in Arpinum hoc tempore abdam. & si, Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem. sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romæ potius. sed tamen, si est conueniendus, hic potissimum. tum reliqua uidebimus, id est & quò, & quà, & quãdo. Domitius, ut audio, in Cosano, & quidem, ut aiunt, paratus ad nauigandum: si in Hispaniam, non probo: si ad Cneum, laudo: quouis potius certe, quàm ut Curtium uideat, quem ego patronus aspicere non possum. quid alios? sed opinor quiescamus, ne nostram culpam coarguamus, qui, dum Vrbem, id est patriam, amamus, dumque rem conuenturam putamus, ita nos gessimus, ut planè interclusi, captique simus. Scripta iam epistola, Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo. Pompeius mare transijt cum omnibus militibus, quos secum habuit. hic numerus est hominum millia XXX. & Consules duo, & Tribuni pl. senatores, qui fuerat cum eo, omnes cum uxoribus, & liberis. conscendisse dicitur ad IIII. Non. Mart. ex ea die fuere Septentriones uenti. naues, quibus usus non est, omneis aut præcidisse, aut incendisse dicunt. de hac re literæ L. Metello Trib. pl. Capuam allatæ sunt ab Clodia socru, quæ ipsa transijt. ante solicitus eram, & angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, cum consilio explicare nihil possem: nunc autem postquam Pompeius, & Consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore: οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι: non sum inquam (mihi crede) mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse uideor. me non primum cum Pompeio qualicunque consilio uso, deinde cum bonis esse, quãuis causa temere instituta? præsertim cum ij ipsi, quorum ego causa timidius me fortunæ committebam, uxor, filia, Cicerones pueri me illuc sequi mallent, hoc turpe, & me indignum putarent. nam Quintus quidem frater, quicquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id animo æquissimo sequebatur. tuas nunc epistolas à primo lego. hæ me paulum recreant. primæ monent, & rogant, ne me proijciam. proximæ gaudere te ostendunt, me remansisse. eas cum lego, minus mihi turpis uideor, sed tandiu, dum lego. deinde emergit rursum dolor, & αἰσχροῦ φαντασία. quam ob rem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem aut consolatione, aut consilio, aut quæ-

cunque

cunque re potes. quid tu autem possis? aut quid homo quisquam? uix iam Deus. equidem illud molior, quod tu mones, speras'q; fieri posse, ut mihi Cæsar concedat, ut absim, cum aliquid in senatu contra Cneum agatur: sed timeo, ne non impetrem. uenit ab eo Furnius, ut quidem scias, quos sequamur: Q. Titinij filium cum Cæsare esse nuntiat: sed illum maiores mihi gratias agere, q̄ uellem. quid autem me roget (paucis ille quidem uerbis, sed ἐν δυνάμει) cognosce ex ipsius epistola. me miserum, q tu non ualuisti: una fuissemus: consilium certe non defuisset, σύντε δύ' ἐρχομένω. sed acta ne agamus: reliqua paremus. me adhuc hæc duo fefellerunt, initio spes compositionis, qua facta uolebam, ut populari, ut ea solicitudine senectutem nostram liberari: deinde bellum crudele, & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam. melioris mediusfidius ciuis, & uiri putabam, quouis supplicio affici, q̄ illi crudelitati non solū præesse, uerum etiam interesse. uidetur uel mori satius fuisse, q̄ esse cum ijs. ad hæc igitur cogita mi Attice, uel potius excogita. quemuis euentū fortius ferā, quàm hunc dolorē. Vale. *

σχόλια

NATALI die tuo) VII. Id. Mart. ut conijcimus præsertim ex epist. 12. h. l. Philotimus) epis. 4. lib. 2. Superum) mare. ep. 25. l. 8. Infero) ep. sup. Arpinum) quò cogitabam. ep. 25. l. 8. Hunc) Cæsarem. Fugisse) uitasse, ut cogitaram. epis. 23. l. 8. Gratulation) Cæsaris ob uictoriam Brūdusinam. Ea) quæ agentur à Cæsare, & Cæsarianis. Posthumus) ep. 2 h. l. Grauis) nihil nisi classes loquēs, & exercitus. ibid. Q. Fusius) Q. Fusius Calenus Cæsarianus. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Cur tum) quum Romam uenero. alij, Curtium. ἐνστομάχως) bono stomacho. Amissam) ut timide actam. ep. 2. h. l. Parantur) à Pompeio epis. 11. l. 8. Succensui) negligentiæ enim deformitas me ab eius amore auertit. ep. 12. h. l. Eius) Pompeij. Culpa) ep. 3. lib 8. Huic) Pompeio. Funestiorem diem) ad XV. Cal. Sext. Liu. l. 6. Alliensis pugnæ) pugnæ ad Alliam flumen factæ. Liu. l. 5. Vrbis captæ) à Gallis. Liu. ibid. Hoc malum) urbis captæ. Ex illo) die pugnæ Alliensis. Alter) dies Alliensis. Religiosus) Gell. lib. 4. cap. 9. Alter) dies urbis captæ. Decem annorum) post L. Afranium, & Q. Metellum Celerem Coss. Annus) Gabinio & Pisone Coss. Hoc) Pompeio. Defendente) defendere simulante, quum nos iubebat esse sine cura. ep. 24. l. 2. alij, non defendente. epist. 11. h. l. Grauius) ut, deserente, certe minus liberali responso utente. ep. 15. l. 3. Afflixerat) exilio. Negligentiam) ep. 19. l. 7. Succensebam) Pompeio. Exciderunt) ep. 11. h. l. Beneficia) ep. 11. l. 7. & ep. 3. l. 8. Dignitatem) meam. epist. 15. l. 7. Epistolas) quibus scribit, nihil malle Cæsarem, quàm principe Pompeio sine metu uiuere. ep. 9. l. 8. Sermonesque) mecum, uel tecum habitos. Balbi) epist. 3. l. 7. Hunc) Pompeiū. Occideret) Cæsar. ep. 21. l. 7. et hic erit finis. ep. 4. l. 10. Ego igitur) respōdeo, dico. Siquis) siquis alius, ut Achilles. Apud Homerū) Iliad. 6. Quum ei & mater) al. quum et mater. Dea) Thetis. αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος) statim enim tibi post Hectorē mors parata. ita tibi Cicero erit parata. Ipsi) al. ipse. αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ οὐκ ἄρα ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι) utinam statim peream, uel potius, utinam statim periissem, postquàm non eram omnino amico interfecto opem laturus. ita ego quoque, inquit Cicero, mallem perijsse, quàm Pompeio non ferre opem. ἑταίρῳ) amico, ut Patroclo Achilles, ita Pompeio meo. ep. 13. l. 1. & orat. pro dom. εὐεργέτῃ) bene merito. ep. 11. l. 7. & ep. 3. l. 8. Tali) Magno. Talem) Reip. & optimam. ep. 23. l. 7. Et ego uero) al. ego uero. Optimatibus) ep. 25. l. 8. Tuis) de quibus tu scribis, & qui tecum Romæ sunt. ep. 2. h. l. Huic) Cæsari. Dent) uendident. ep. 25. l. 8. Valetudine) Pompeij. ibid. Victoria) Cæsaris Timent) metuunt. epi. 25. l. 8. Tum) quum decreta de Pompeij ualetudine fiebant. Videamus) expectemus. ep. 21. & 25. l. 8. Nascentur) ex re, & ex tempore. ep. 2. h. lib. Nos adhuc) uidetur epistolæ principium esse debere. Balbus) maior. ep. 3. l. 7. Lentulum Cos.) suum. ep. 24. l. 8. Conuētum) ut cupiebat. ep. 9. l. 8. Is) Balbus minor. Hoc) Lentulum transmisisse. Canusij) unde profectus erat Pompeius. ep. 1. h. l. Inde) Canusio. Eum) Balbum minorem. Cohortesque Sex) quibuscum L. Manlius profugiebat. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Albæ) ep. 27. l. 8. Curtium) epis. 2. h. l. al. Curium, recte, ut Bibium Curium significet, ad quem, ut scribit Cæsar, cohortes signa trāstulerunt. Minutia) al. Munitia. nos nō dubitamus, qn legendū sit, Numicia, ex ep. Orat. 18. Brundusiū Numici melius uia ducat, an Appi. Eū) Cæsarē. Ad urbē) ut ep. 3. l. 6. In Arpinū) sic, ueni ī Arpinū. ep. 1. l. 5. Togā purā) ep. 20. l. 5. Relicturus) ne uiderer fugisse. Romæ) dē de more liberalibus paulò post futuris. ep. 11. h l. et ep. 1 l. 6. Cōueniendus) Cæsar. Hic) in Formiano. Potissimum) conueniatur. Quando) ad Pompeium sit eundum. Domitius) ep. 12. l. 7. Vt audio) & audire cupiebam. ep. 22. l. 8. Cosano) Cossano, ex Liu. l. 30. ab urbe Cossa, qua de Plin. l. 3. cap. 5. & 6. Curtium) tam grauem. ep. sup. al. Curium. Patronus) qui Tribunatū ei à Cæsare petij. ep. 13. l. 2. ad Q. fr. Alios?) Cæsarianos? Interclusi) quum tota Italia præsidijs teneatur. ep. sup. Consules) ep. 13. l. 7. Tribuni pl.) præter eos, qui Cæsarem sunt secuti. epis. 3. l. 7. Conscendisse dicitur) falsò. nam conscendit postea Id. Mart. ep. 17. h. l. Septentriones) Plin. lib. 2. cap. 47. qui contrarij sunt nauigantibus Brundusio in Græciam. Visus non est) Pompeius. Incendisse) ut facultatem insequendi sui adimeret, ut postea ademit. ep. sup. & Cæs. l. 1. de bel. ciu. L. Metello Trib. pl.) qui paulò post reuersus Romam Cæsari aduersatus est. Cæs. l. 1. de bel. ciu. ep. 4. l. 10. Clodia) epist. 11 h. l. Angebar) expectatione. ep. 1. h. l. Explicare nihil possem) quum nescirem, quid actum esset Brundusij. ep. 2. h. l. uel quum deliberarem. ep. sup. & epis. 3. lib. 8. Exierunt) ut scribit Clodia οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι) neque mihi

cor firmum, sed turbatus sum. ἀλαλύκτημαι, al. ἀλύκτημαι ex uetere Homeri libro, & ita legit interpres Iliad. K. Non sum inquam (mihi crede) mentis compos) uideri potest uerba græca, uel potius sensum interpretatus, ut ep. 5. l. 8. Qualicunque) etiam pernicioso, ut ep. 11. l. 8. Vso) etsi ego testificabar meam sententiam. ep. 1. l. 8. Bonus) qui boni dicuntur. ibid. Temere) hanc temeritatem paulò ante dixit: & timide ep. 1. h. l. Instituta?) al. sine interrogatione, ut oratio à superioribus pendeat. Committebam) ne fortunas eorum conturbarem. ep. 16. l. 8. fam. Illuc sequi) esse cum Pompeio. Mallent) præsertim meus, qui fortior est. ep. 9. & 12. l, 10. Hoc) remanere. Me) qui tam multa pignora Reip. dederim. ep. 9. l. 8. Frater) à quo impetrare non possum, ut maneat. ep. 1. h. l. Epistolas) uolumen epistolarum. ep. 12. h. l. Lego) euoluo. ibid. Ne me proijciam) sed me integrum seruem. ep. 24. l. 7. Gaudere) ep. 2. h. l. Et αἰσχροῦ φαντασίᾳ) & turpitudinis imago, al. & αἰσχροῦ φαντασίᾳ, & turpitudinis imagine, ut fortasse legendum sit: ex αἰσχροῦ φαντασίᾳ, ex turpitudinis imagine, sicut ep. 6. l. 6. de Academiæ προπυλαίῳ. al. αἰσχροῦ φαντασίᾳ, sine coniunctione. & ita loquatur ut ad Epicureum scribens ep. 16. l. 15. fam. Tite) Attice. ep. 3. l. 16. Deus) possit. Mones) ep. 2. h. lib. Absim) abesse liceat. ibid. Contra Cneum agatur) aliquid de Cneo detrahatur. ibid. Ab eo) Cæsare. Furnius) ep. 17. l. 7. Q. Titinij) ep. 16. l. 7. & epis. 11. h. l. al. qui Titinij. Illum) Cæsarem. Gratias agere) ep. seq. Quã uellem) ut eos effugiam, qui uolent fingere. epis. 2. h. l. Roget) Cæsar. ἐν δυνάμει) in ui, in potestate, & significatione quadam, qua pauca quidem dicat, sed plura significet. Ipsius) Cæsaris. Epistola) seq. Non ualuisti) propter quartanam. ep. 2. l. 7. Vna fuissemus) si ualuisses. σύντε δύ᾽ ἐρχομένῳ) σύντε δύ᾽ ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν, ὅππως κέρδος ἔῃ: duobus simul euntibus, alter ante alterum cogitasset, ut esset utile. sic enim ferè interpres exponit Iliad. K. Plato in sympos. σύντε δύ᾽ ἐρχομένω πρὸ ὁδοῦ βουλευσόμεθα ὅ, τι ἐροῦμεν. ep. 7. l. 9. fam. Acta ne agamus) prouerb. actum agere. Compositionis) pacis. ep. 13. l. 7. Vt populari, ut ea) existumamus ita commode legi posse: ut popularem ea, hoc sensu: facta pace uolebam me ita gerere, ut senectus mea quasi popularis facta, ea solicitudine, qua semper inter optimates sum affectus, tandem liberarer. Intelligebam) & ita fore uaticinabar. epist. 11. l. 8. sed quod intelligebat, quomodo fefellit? unde igitur, ne legendum sit: non intelligebam, & ita hoc quoque me fefellit: quod ratio sequens etiam requirit: non intelligebam: id enim boni ciuis, & uiri esse non putabam. Illi crudelitati) illi bello tam crudeli. Videtur) al. uidebatur. Cum ijs) qui bellum tam crudele gerant. Dolorem) quo ardeo non esse cum Pompeio, & bonis. paulò ante.

Cæsar Imp. S. D. Ciceroni Imp. 5

CVM Furnium nostrum tantum uidissem, neque loqui, neque audire me commode potuisset properantem, atque essem in itinere præmissis iam legionibus præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasq; agerem. & si hoc officium & feci sæpe, & sæpius mihi facturus uideor: ita de me mereris. in primis à te peto, quoniam confido me celeriter ad Vrbem uenturum, ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. ad propositum reuertar: festinationi meæ, breuitatique literarum ignosces: reliqua ex Furnio cognosces. Vale.

σχόλια

CAESAR Imp.) bello Gallico appellatus, decreta XV. dierum supplicatiõe. Cæs. l. 2. de bel. Gall. Ciceroni Imp.) ep. 12. l. 8. Furnium) ep. 17. l. 7. Nostrum) meum nunc, & tuum iampridem. ep. 2. l. 5. Agerem) quòd remanseris. epis. sup. Hoc officium & feci sæpe) al. hoc effeci sæpe. Et sæpius) al. & sæpe. Mereris) remanens, & mihi satisfaciens. ep. 19. l. 7. Ad urbem) ep. sup. ut Imp. & triumphum petentem. ep. 15. l. 8. Tuo consilio) ep. 11. 12. & 13. h. l. Omnium rerum) in omnibus rebus. ep. 19. h. l.

CICERO ATTICO S. 6

SCRIPSERAM ad te epistolam, quam darem IIII. Id. sed eo die is, cui dare uolueram, non est profectus. uenit autem eo ipso die ille Celeripes, quem Saluius dixerat: attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt: recreatum enim me non queo dicere: sed planè τὸ συνέχον effecisti: ego enim non iam id ago (mihi crede) ut prosperos exitus consequar: sic enim uideo, nec duobus his uiuis, nec hoc uno nos unquam Remp. habituros. ita neque de otio nostro spero iam, nec ullam acerbitatem recuso. unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, uel, dicam, iam effecissem. sic ergo habeto, salutareis te mihi literas misisse, neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius, sed etiam illas breuiores, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium, factumque nostrum ab Sexto probari. pergratumque mihi tu fecisti, à quo diligi me, &

quid

quid rectum sit, intelligi, scio: longior uero tua epistola non me solum, sed meos omneis ægritudine leuauit. itaque utar tuo consilio, & ero in Formiano, ne aut ad Vrbem ἀπάντησις mea animaduertatur, aut, si nec hic, nec illic eum uidero, deuitatum se à me putet. Quod autem suades, ut ab eo petam, ut mihi concedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim: id me iampridem agere intelliges ex literis Balbi, & Oppij, quarum exempla tibi misi, misi etiam Cæsaris ad eos sana mente scriptas: quomodo in tanta insania? sin mihi Cæsar hoc non concedat, uideo tibi illud placere, me πολίτευμα de pace suscipere: in quo non extimesco periculum: cum enim tot impendeant, cur non honestissimo depacisci uelim? sed uereor, ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat: mirandum enim in modum Cneus noster Sullani regni similitudinem concupiuit. εἰδὼς σοι λέγω. nihil inquam ille minus obscure tulit. cum hoc ne igitur, inquies, esse uis? beneficium sequor (mihi crede) non causam, ut in Milone, ut in. sed hactenus. causa igitur non bona est? immo optima: sed agetur (memento) fœdissime. primum, consilium est, suffocare Vrbem, & Italiam fame: deinde, agros uastare, urere, pecunijs locupletum non abstinere. sed cum eadem metuā ab hac parte: si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi perpeti. sed ita meruisse illum de me puto, ut. ἀχαριστίας crimen subire non audeam. quanquam à te eius quoque rei iusta defensio est explicita. De triumpho tibi assentior. quem quidem totum facile, & libenter abiecero. egregie probo fore, ut, dum agamus, ὁ πλοῦς ὡραῖος obrepat: si mō, inquis, satis ille erit firmus. est firmior etiam, quàm putabamus. de isto licet bene speres: promitto tibi, si ualebit, tegulam illum in Italia nullā relicturum. te ne igitur socio? contra mehercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adiuuem, quàm ut hæc ne uideam, cupio discedere: noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore. & si quid te horum fugit, legibus, iudicijs, senatu sublato, libidines, audacias, sumptus, egestates tot egentissimorū hominum nec priuatas posse res, nec Remp. sustinere? abeamus igitur inde qualibet nauigatione: & si id quidem, ut tibi uidebitur: sed certe abeamus: sciemus enim id, quod expectas, quid Brundusij actum sit. Bonis uiris quod ais probari, quæ adhuc fecerimus, scirique ab ijs non profectis, ualde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus. De Lentulo inuestigabo diligentius: id mandaui Philotimo, homini forti, ac nimium optimati. Extremū est, ut tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit: nec enim alia de re nunc ulla scribi potest: & de hac quid iam amplius inueniri potest? sed quoniam & ingenium suppeditat (dico mehercule, ut sentio) & amor, quo & meum ingenium incitatur: perge, ut facis, & scribe, quantum potes. In Epeirum quod me non inuitas, comitem non molestum: subirascor: sed uale: nam, ut tibi ambulandum, unguendum, sic mihi dormiendum: etenim literæ tuæ mihi somnum attulerunt.

σχόλια


VARTO Id) Mart. Celeripes) quidam tabellarius πόδας ὠκὺς Saluius) libertus. ep. 18. l. 10. & ep. 42. lib. 13. Quiddam, quo starem, instillarunt) al. quiddam qua stant muta est illistarunt. uideant docti, an ita legi possit: quiddam quasi ἀκύμαντος instillarunt. τὸ συνέχον) Firmissimam argumentationem, & appositissimam adiudicationem. Quintil. lib. 3. cap. 13. Effecisti) argumentis probans, quid mihi sit faciendum. Conjequar) facilis igitur iudicatio, quid mihi sit faciendum. Duobus) Pompeio, & Cæsare. Vno) Cæsare. Otio) quod impetrari posse sperabas. ep. 2. & 4. h. l. Effecissem) ita, ut turpis uiderer. ep. 4. h. l. Factumque) quòd quierim. ep. 12. h. lib. Sexto) Sext. Peduceo. ibid. & ep. 12. l. 7. Fecisti) quòd cum eo de facto meo es locutus. A quo) Sexto potius, quàm à te. ἀπάντησις) obuiam itio. ep. 25. l. 8. & ep. 10. l. 16. Animaduertatur) ab ijs, qui boni appellantur, ep. 2. h. l. quique cunctationem nostram non probant. ep. 1. h. l. Eum) Cæsarem. Deuitatum) ut ego uitare cogitabam, ep. 23. l. 8. Ab eo) Cæsare. Idem tribuam Pompeio) ne contra Pompeium arma feram. epist. 9. h. l. Ipsi) Cæsari. Tribuerim) quum nullam partem belli contra eum susceperim. ep. 9. h. l. Literis) 10. h. l. Balbi, & Oppij) ibid. Cæsaris) literas. Ad eos) Balbum, & Oppium. ep. 8. h. l. Sana mente) quum in his tantopere pacem cupere uideatur. Insania?) ἀντίθετον. πολίτευμα) Reip. administrationem, curam publicam. Periculum) quod Pompeius denunciauit ijs, qui remansissent. ep. 23. l. 8. hinc, quum paulò post Senatus decreuisset, ut legati de pace ad Pompeiū mitterētur, timoris cā pro se quisq; id munus legationis recusabat. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Tot) pericula. Honestissimo) periculo, ut pro pace suscepto. Depacisci) al. depecisci, ut apud Terent. in Phorm. depecisci morte cupio. Pompeio) conditionem pacis nullam probanti. ep. 8. l. 8. Imponam) hoc πολίτευμα de pace suscipiens. μή-

μοι γοργεῖην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου)ne mihi gorgoneum caput grauis monstri. ὀδυς λ. prouerb. γοργὸν βλέπειν inerat etiam Pompeio honor eximiæ frontis, autore Plin. l. 7. cap. 12. quãuis esset aspectu populari gratiæ accommodato. Plutar. Concupiuit)ep. 11. l. 8. εἰδὼς σοι λέγω)sciens tibi dico: coniectura prospiciens, ep. 11. l. 8. sed et interfui sermonibus. ep. 11. h. l. al, εἰδόσι λέγω, scientibus dico. prouerb. memorem mones. Obscure)ut solet ep. 9. l. 4. Milone)pro quo extat oratio. Vt in)ἀποσιώπησις, ne quem offendat. al. ut in M. ut in mille: uel, ut in Marco, ut M. Cælium fortasse significet, pro quo extat oratio. Optima)ep. 23. l. 7. Fœdiss. me)improbe. ep. 1. h. l. Suffocare)proxima æstate. ep. 11. l. 8. Fame)epist. 11. h. l. Pecunijs)bonis. ep 6. l. 11. Hac parte)Cæsariana. Illinc)à Pompeio. Beneficium)ep. 3. l. 8. Illum)Pompeium. ἀχαριστίας crimen)ingrati animi crimen. ep. 2. h. l. Est explicita)commemoratis, quæ secus à Pompeio sint facta. epist. 11. h. l. Triumpho)meo. ep. 2. h. l. Abiecero)ep. 9. l. 6. Dum agamus)de triumpho. ὁ πλοῦς ὡραῖος)nauigatio bona, & tempestiua. Pollux. l. 1 cap. 9. περὶ εὐπλοίας. Obrepat)hyeme iam finita. epist. 3. h. l. & ita re imperfecta cogar nauigare. Ille) Pompeius. Isto)ista re, quòd firmus est. Valebit)Pompeius. Illum)Pompeium. Redicturum)usque adèo iniquus redibit. ep. 23. l. 8. Meum iudicium)qui urbem retinendam primum, deinde non relinquẽdam Italiam censui. ep. 1. l. 8. Antiquorum) qui mori mallebant, quàm armati ad patriæ mœnia accedere, ut Q. Mutius. ep. 3. l. 8. Illa)Pompeiana. Hæc)Cæsariana. Horum)Cæsarianorum. Nec uniusmodi)οὐδὲ μονοειδεῖς, uarias igitur, & multiformes. λιτότης est. Et si quid te bonum fugit?)ut mibi nunc necesse sit scribere? ἐπανόρθωσις. Egentissimorum)& ære alieno pressorum. ep. 3. lib. 7. Inde) alij, hinc. Quælibet)etiam οὐχ ὡραίῳ. Id quidem)faciendum est ita. Sciemus)ita, ut ex re, & ex tempore consilium capere possimus. ep. 2. h. l. Non profectis)cum Pompeio, sed in urbem reuersis. ep. 1. h. l. Lentulo)ep. 22. l. 8. Philotino)à me proficiscenti. ep. 11. h. l. Optimati)quòd dicat me ab optimatibus cõscindi. ep. 25. l. 8. Desit)sic ep. 17. h. l. Inueniri potest?) Quum omnia contriuerimus? ep. 3 h. l. Non inuitas)profecturus. inuitauit tamen postea. ep. 14. h. l. Comitem non molestũ) sic hospitem non grauem, ep. 10. l. 9. fam. Tibi)quartana laboranti. ep. 2. l. 7. Ambulandum)postero die, quum satis quieueris. Celsus lib. 3. cap. 15. Vngendum)idem ibid. Somnum)quem prius capere non poteram. ep. 1. l. 9. Attulerunt)ut salutares. supra hanc epistolam sequi debebant exempla literarum Balbi & Oppij, & Cæsaris, hoc ordine. 10. 9. 8. 7.

CICERO ATTICO S. 7



OENANTIBVS *prid. Id. nobis, ac noctu quidem, Statius à te epistolam breuem attulit. De L. Torquato quid modo quæris? non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est, alij multi. De Reatinorum corona quod scribis, moleste fero in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. Senatores multos esse Romæ, nos quoque audieramus. ecquid potes dicere, cur exierint? In his locis opinio est coniectura magis, quàm nuntio, aut literis, Cæsarem Formijs ad XI. Cal. Apr. fore. hic ego uellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori, cui dicerem,* Μέντορ πῶς τ᾽ ἄρ ἴω, πῶς τ᾽ ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν; *nullam rem unquam difficiliorem cogitaui, sed cogito tamen, nec ero, ut in malis, imparatus: sed cura, ut ualeas: puto enim diem tuum heri fuisse.*

σχόλια



RID. Id.)Mart. Statius)ep. 18. l. 2. & epist. 1. l. 5. L. Torquato)qui finem in Italia statuebat. ep. 12. lib. 7. Quid modo quæris?)al. quod modo quæris. Lucius)Torquatus. Aulus)A. Torquatus. epist. 1. l. 5. Reatinorum)ep. 14. l. 4. Corona)sub qua captiui uendantur. Gell. l. 7. cap. 4. Agro Sabino)in quo sunt Reatini, qui Sabinorum sunt populi. Plin. l. 3. cap. 12. Senatores multos)quorum refertam esse urbem audio. ep. 1. h. l. al. senatorum nullos, ut uidetur necessariò legendum, nisi uerbum, exierint, aliter, quàm ex urbe exierint, interpreteris. neque enim, si exierant, esse Romæ poterant. dici tamen possit: exierint prius cum Pompeio, & postea redierint. Simulatam) εἰδομένην. ὀδυς. β. Mentori)ὅς ῥ᾽ Ὀδυσσῆος ἀμύμονος ἦεν ἑταῖρος. ibid. Dicerem)ut dicit Telemachus ὀδυς. γ μέντορ, πῶς τ᾽ ἄρ ἴω, πῶς τ᾽ ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν;) Mentor, quomodoque accedam, & quomodo ipsum salutabo? ipsum scilicet Cæsarem. Difficiliorem)quàm quomodo Cæsarem excipiam. ep. 18. h. l. Diem tuum)ep. 2. h. l.

Cæsar Oppio, Cornelio S. 8



AVDEO *mehercule uos significare literis, quàm ualde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. consilio uestro utar libenter, & hoc libentius, quòd mea sponte facere constitueram, ut quamlenissimum me præberem, & Pompeium darem operam ut reconciliarem. tentemus, hoc modo si possumus omnium uoluntates recuperare, & diuturna uictoria uti, quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque uictoriam diutius tenere, præter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. hæc noua sit ratio uincendi, ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem ue-*

niunt,& multa reperiri possunt.de his rebus, rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Cn.Magium Pompeij præfectum deprehendi: scilicet meo instituto usus sum, & eum statim missum feci.iam duo præfecti fabrum Pompeij in meam potestatem uenerunt,& à me missi sunt. si uolent grati esse,debebunt Pompeium hortari,ut malit mihi esse amicus,quàm ijs,qui & illi,& mihi semper fuerunt inimicissimi:quorum artificijs effectum est,ut Resp.in hunc statum perueniret. Vale.

σχόλια


PPIO) ep.10.h.l. Cornelio)ibid.hæc epistola post sequentē poni debuit,et hæc & illa post decimam. Probetis)ep.24.l.8. Sunt gesta)ep.8.&.9.l.8. Reconciliarem)nihil relinquens,quod seruandæ pacis causa tentari posset.Patercul. Reliqui)ut Cinna,& Marius. L.Syllam)Plutarc. Cn.Magium)Cæs.l.1.de bel.ciu. Præfectum)fabrûm. Duo)hic Cn.Magius,& L.Vibullius Rufus.Cæs.lib.3.de bel.ciu. Iis)Marcellis præsertim,& Catoni. Effectum est)ab ijs enim inductus,& deprauatus est Pompeius.Cæs.lib.1.de bel. ciu. & ita distracti sumus.ep.18.l.8. Vale)ualete,scribe,uel omitte.

Balbus Ciceroni Imp. S 9


VBITO posteaquam literas communeis cum Oppio ad te dedi,ab Cæsare epistolam accepi, cuius exemplum tibi misi, ex quibus perspicere poteris, q̃ cupiat concordiam,& Pompeium reconciliare,& q̃ remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire,ut debeo,ualde gaudeo. De te,& tua fide,& pietate idem mehercule mi Cicero sentio,quod tu,non posse tuam famam,& officium sustinere,ut contra eum arma feras,à quo tantum beneficium te accepisse prædices.Cæsarem hoc idem probaturum,exploratum pro singulari eius humanitate habeo:eiq; cumulatissime satisfacturum te certo scio,cum nullam partem belli contra eum suscipias,neq; socius eius aduersarijs fueris.atque hoc non solum in te tali,& tanto uiro satis habebit, sed etiam mihi ipse sua concessit bonitate,ne in ijs castris essem,quæ contra Lentulum,aut Pompeium futura essent,quorum beneficia maxima haberem: sibiq; satis esse dixit, si togatus urbana officia sibi præstitissem,quæ etiam illis, si uellem,præstare possem.itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro,sustineo,meumq; officium, fidem,pietatem ijs præsto. sed mehercule rursus tam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto,quoniam Cæsar est ea mente,qua optare debemus. hac re mihi placet,si tibi uidetur,te ad eum scribere,& ab eo præsidium petere,ut petisti à Pompeio, me quidem approbante,temporibus Milonianis.præstabo(si Cæsarem bene noui)eum prius tuæ dignitatis,q̃ suæ utilitatis rationem habiturum.hæc q̃ prudenter tibi scribam,nescio. sed illud certe scio,me ab singulari amore,ac beneuolentia,quæcunque scribo,tibi scribere,q te(ita incolumi Cæsare moriar)tanti facio,ut paucos æque ac te caros habeam.de hac re cum aliqd constitueris,uelim mihi scribas:nam non mediocriter laboro,ut utrique,ut uis,tuam beneuolentiam præstare possis: quam mehercule te præstaturum confido.Fac,ualeas.

σχόλια


ALBVS) ep.seq. Subito)al.sub,ut,subposteaquàm particula sit,qua ueteres uterentur. Literas)seq. Epistolam)sup. Ex quibus)literis communibus, & epistola Cæsaris. uix enim aliter recte dictum defendas. Cupiat)Cæsar. Reconciliare)ep. sup. Eum sentire)Cæsarem. Contra eum)Pompeium. Prædices)unde fit,ut tantum ei debere uidearis.ep.15.h.l. Hoc idem) ne tu contra Pompeium arma feras, sed idem Pompeio tribuas,quod ipsi tribuisti.ep.6.h.l. Satisfacturum)epis.19.l.7. Contra eum)Cæsarem. Suscipias)ep.24.l.7.& ep.9.l.8.& ep.13.h.l.alij,susceperis. Aduersarijs)Pompeio, & reliquis. Bonitate)al.uoluntate. Iis castris)ipsius Cæsaris. Lentulum)Cos.& amicum meum.epist.9.&.24.lib.8. Pompeium)à quo sum ciuitate donatus. orat.pro Balbo. Illis)Lentulo,& Pompeio. Tam abiectam)iam abiectam, malim legere. Ea mente)ut concordiam cupiat.ep.sup. Ad eum)Cæsarem. Præsidium)id penè significant ipsius orationis pro Milone uerba illa. arma,centuriones, cohortes præsidium denunciant. A Pompeio)qui te armis texit suis.ep.10.l.3.fam. Me quidem)tunc Pompeij amico. Facio)merito,ut à te defensus.orat.pro Balbo. Vt utrique)Pompeio,& Cæsari. Vt uis)ut agis. epist.6.h.l.quum pro altero emori possis,alterius gratiam nolis effundere.ep.15.&.16.l.2.fam.ut amicissimus utrique.epist.13.h.l.

Balbus, & Oppius S. D. M. Ciceroni. 10

NEDVM hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum uirorum consilia ex euentu, non ex uoluntate à plerisque probari solent: tamen freti tua humanitate, quod uerissimum nobis uidebitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consiliũ dabimus: quod si non fuerit prudens, ad certe ab optima fide, & optimo animo proficiscetur. Nos, nisi id, quod nostro iudicio Cæsarem facere oportere existimamus, ut simul Romam uenerit, agat de reconciliatione gratiæ suæ, & Pompeij, id eum facturum ex ipso cognouissemus: te hortari desineremus, ut uelles his rebus interesse, quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui utrique es coniunctus, res tota confieret: aut, si ex cõtrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eum uelle cum Pompeio bellum gerere sciremus, nunq̃ tibi suaderemus, contra hominem optime de te meritum arma ferres, sicuti te semper orauimus, ne contra Cæsarem pugnares. sed cum etiam num, q͏d facturus Cæsar sit, magis opinari, q̃ scire possimus: nõ possumus nisi hoc, non uideri eam tuã esse dignitatem, neq; fidem omnibus cognitam, ut contra alterutrũ, cum utrique sis maxime necessarius, arma feras. & hoc, non dubitamus, quin Cæsar pro sua humanitate maxime sit probaturus. nos tamen (si tibi uidebitur) ad Cæsarem scribemus, ut nos certiores faciat, quid in hac re acturus sit. à quo si erit nobis rescriptum, statim, quæ sentiemus, ad te scribemus, & tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ nobis uidentur tuæ dignitati, non Cæsaris rationi, esse utilissima. & hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus. Vale.

σχόλια

BALBVS) ep. 3. l. 8. Oppius) C. Oppius Cæsaris amicus. Suet. in Cæs. epist. 29. l. 11. fam ubi C. Oppius, non M. Oppius legi debet. hæc epistola post sextam debuit collocari. Scripsisti) & egisti. epis. 6. h. l. Simul) postquàm, ut ep. 20. l. 2 al. simulat. Reconciliatione) ep. 8 h. l. Cognouissemus) nondum tamen accepta ep. 8. h. l. His rebus) quæ Romæ sunt agendæ. Per te) epis. 24. l. 8. Vtrique) Pompeio, & Cæsari. Es coniunctus) episto. 13. h. l. Res tota) reconciliatio. Confieret) sic ep. 24. l. 8. Id) quod credimus de reconciliatione. Hominem) Pompeium. De te meritum) ep. 3. l. 8. Arma ferres) ep. sup. Etiamnum) al. etiam nunc. Non possumus) scribere quicquam. Nisi hoc) quod sequitur. Et hoc) ne contra alterutrum arma feras. Tuæ dignitati) cui te uolumus consulere. epis. 29. l. 11. fam. Rationi) al. actioni. In suos) al. in nos.

CICERO ATTICO S. 11

TREIS epistolas tuas accepi postridie Iduum: erant autem IIII. III. prid. Id. datæ. igitur antiquissimæ cuique primum respondebo. Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer. & iam de supero mari plaboque, ut antea ad te scripsi, & quonam modo possem uoluntate eius nullam Reip. partem attingere: Quod laudas, quia obliuisci me scripsi ante facta, & dicta nostri amici: ego uero ita facio: quin ea ipsa, quæ à te commemorantur, secus ab eo in me ipsum facta esse non memini: tanto plus apud me ualere beneficij gratiam, q̃ iniuriæ dolorem uolo. faciamus igitur, ut censes, colligamusq; nos: festiuo enim similiurus decurro, atque cursu. Θέσεις meas commentari non desino. sed sunt quædam earum perdifficiles ad iudicandum. De optimatibus sit sanè ita, ut uis: sed nosti illud Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Titinij filius apud Cæsarem est. Quod autem quasi uereri uideris, ne mihi tua consilia displiceant: me uero nihil delectat aliud, nisi consilium, & literæ tuæ. quare fac, ut ostendis, ne destiteris ad me, quicquid tibi in mentem uenerit, scribere. mihi nihil potest esse gratius. Venio ad alteram nunc epistolam. recte non credis de numero militum: ipso dimidio plus scripsit Clodia. falsum etiam de corruptis nauibus. Quod Consules laudas, ego quoque animum laudo, consilium reprehendo: discessu enim illorum, actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar. itaque postea Demetrij librum de concordia tibi remisi, & Philotimo dedi. nec uero dubito, quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame. & me tamen doleo non interesse huic bello, in quo tanta uis sceleris futura est, ut, cum parenteis non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam, & sanctissimam parentem patriam fame nec-

candam

tandē putent. atque hoc non opinione timeo, sed interfui sermonibus. omnis hæc classis, Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone, Andro, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo, Smyrna, Myleto, Co, *ad intercludendos commeatus* Italiæ, *& ad occupandas frumentarias prouincias comparatur. at quam ueniet iratus, & ijs quidem maxime, qui eam maxime saluam uolebant, quasi relictus ab ijs, quos reliquit. itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus affert beneuolentia erga illum: qua dempta, perire melius esset in patria, quā patriam seruando euertere.* De Septentrione *planè ita est. metuo, ne uexetur* Epeirus. *sed quem tu locum* Græciæ *non direptum iri putas? prædicat enim palàm, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, quā hunc, fore. Illud me præclare admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter, & ut cum grauitate potius loquar. planè sic faciendum.* Arpinum, *cum eum conuenero, cogito, ne forte aut absim, cum ueniet, aut cursem huc illuc uia deterrima.* Bibulum*(ut scribis) audio uenisse, & rediisse prid. Id.* Philotimum, *ut ais epistola tertia, expectabas. at ille Idibus à me profectus est. eo serius ad tuam illam epistolam, cui ego statim rescripseram, redditæ sunt meæ literæ.* De Domitio *(ut scribis) ita opinor esse, ut & in* Cosano *sit, & consilium eius ignoretur. iste omnium turpissimus, & sordidissimus, qui consularia comitia à* Prætore *ait haberi posse, est idem, qui semper in* Rep. *fuit. itaque nimirum hoc illud est, quod* Cæsar *scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi, se uelle uti* CONSILIO *meo: age esto hoc commune:* GRATIA: *ineptum id quidem, sed puto hoc simulat ad quasdam senatorum sententias:* DIGNITATE, *fortasse sententia consularis: illud extremum est,* OPE *omnium rerum: id ego suspicari cœpi tum ex tuis literis, aut hoc ipsum esse, aut non multo secus: nam permagni eius interest, rem ad interregnum non uenire. id assequitur, si per* Prætores Consules *creātur. nos autem in libris habemus, non modo* Consules *à* Prætoribus, *sed ne* Prætores *quidem creari ius esse, idque factum esse nunquam:* Consules, *eo non esse ius, quod maius imperium à minore rogari non sit ius:* Prætores *aūt, cum ita rogentur, ut collegę* Consulū *sint, quorum est maius imperium. aberit nō longe, qn hoc à me decerni uelit, neq; sit cōtentus* Galba, Scæuola, Cassio, Antonio. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. *sed, quanta tempestas impendeat, uides.* Qui *transierint senatores, scribam ad te, cum certum habebo.* De *re frumentaria rectè intelligis, quæ nullo modo administrari sine uectigalibus potest: nec sine causa & eos, qui circum illum sunt, omnia postulantes, & bellum nefarium times.* Trebatium *nostrum, & si (ut scribis) nihil bene speret, tamen uidere sanè uelim. quem fac horteris, ut properet: opportune enim ad me ante aduentum* Cæsaris *uenerit.* De Lanuuino *statim, ut audiui* Fameam *mortuum, optaui, si modo esset futura* Resp. *ut id aliquis emeret meorum: neque tamen de te, qui maxime meus, cogitaui: sciebam enim de quoto anno, & quantum in solo solere quærere, neque solum* Romæ, *sed etiam delicium digamma uiderem. ueruntamen ego illud, quanquam est bellum, minoris æstimo, quā æstimabatur* Marcellino Cos. *cum ego istos hortulos propter domum,* Antij *quam tum habebam, iucundiores mihi fore putabam, & minore impensa, quā si* Tusculanum *refecissem. uolui* HS Q. *egi per prædem, illi daret,* Antij *cum haberet uenale: noluit. sed nunc omnia ista iacere puto propter numorum caritatem. mihi quidem erit aptissimum, uel nobis potius, si tu emeris: sed eius dementias caue contemnas: ualde est uenustum. quanquam mihi ista omnia iam addicta uastitati uidentur. respondi epistolis tribus. sed expecto tuas: nam me adhuc tuæ literæ sustentarunt.* D. Liberalibus. σχόλιον



DVVM) Mart. IIII.) IIII. Id. Mart. III.) III. Id. Mart. Prid. Id.) Mart. Tibi) consilium danti episto.6.h.lib. Commorer) sim. ibid. Supero mari) ep.25.l.8. Plaboque) al. perlabor. neutrum probamus, nec adhuc quicquam excogitare potuimus, quod placeret, nisi forte legas: peræque labo: atque idipsum ex epis.22 & .23.l.8. ubi se item labare scribit. uel, p. laboque, hoc est, placet, laboque, placet, quod decreuimus, & labo: Scripsi) ep.25.l.8. Possem) possim, malo legere. Voluntate) concessu. ep.6.h.l. Eius) Cæsaris. Attingeret) al. attingere, sine interrogatione, rectè: idque, ne adsim, quum quid de Pompeio detrahatur. ep.2.h.l. Scripsi) ep.4.h.l. Dicta) al. delicta, rectius. nam peccata dixit ibid. Nostri amici) Pompeij Ita facio) obliuiscor. Commemorantur) in meæ mansionis defensio

ne.epist.6.h.l. Secus)ac decebat,malè.ep.16.l.1. Ab eo)Pompeio,à quo meis temporibus sum desertus,ut omnes prædicabant,orat.pro dom.& ego scribebam ep.8.&.9.l.3.certe non sum subleuatus & quidem ad pedes stratus.epis 4.l.10. Festiuo enim similiurus decurro, atque cursu. θέσεις meas commentari non desino)al. festino enim simillimus decurro. atque cursu θέσεις meas commentari non desino,rectè,ut nos putamus,hoc sensu propero sæpe ita,ut mihi uidear similis esse festinanti,sed in ipso tamen cursu θέσεις.quas scripsi ep.3.h.l.commentor,& ita me quasi è cursu reuoco.quare facianus,ut censes. μεταφορά. Earum) θέσεων. Vt tus)ut scribis:assentiendum esse optimatibus, etiamsi tyrannidis dissolutionem, quæ bello fit,non probes.ep.3.h.l.uel potius,quæ adhuc fecerimus,optimatibus probari.ep.6.h.l. Illud) prouerbium. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ)Dionysius Corinthi.est enim turpe uiro semper in Rep.uersato ita quiescere,ut ludū aperuisse, quod fecit Dionysius Corinthi,uideri possit.ep.18.l.9.fam. Titinij filius)epist.4.h.l. De numero militum)de XXX. millibus hominum. ibid. Scripsit)ut fœmina,uel ut rem augeret. Clodia)Socrus L. Metelli.ep.4.h.l. Corruptis)præcisis, aut incensis.ibid. Consules)ep.13.l.7. Animum)in bona causa constantem. Consilium)relinquendæ Italiæ. Discessu)al. dispersione. Sublata est)Pompeio respondente,quòd Coss.abessent,nihil sine illis de compositione agi posse.Cæs.lib.1.de bel.ciu. Meditabar) ep.11.l.8.& hoc πολίτευμα suscipere uolebā.ep.6.h.l. Postea)postquàm discesserunt Coss. Demetrij)epist.11.l.8. De concordia) περὶ ὁμονοίας.ibid. Philotimo)ep.4.l.2. Exitiosum bellum)ep.4.h.l. Fame)qua suffocare urbem, & Italiam cogitant.ep.6.h.l. Doleo)ardeo dolore.epis.4.h.l. Nefarium sit)lege etiam ueteri.liberi parentes alant,aut uinciantur. Principes)Pompeius,& reliqui. Parentem patriam)nam patria communis est omnium parens. orat.1.in Catil. Nō opinione)& coniectura,ut ep.11.l.8. Interfui)& ideo εἰδὼς σοι λέγω. ep.6.h.lib. Sermonibus)hac de re habitis. Hæc classis)Cæs.l.3.de bel.ciu. At quam)al.ad quam. Iratus)Pompeius.episto.23.l.8. Eam maxime saluam)al. eum maxime saluum,ut eundem Pompeium significet. Volebant)cupientes eum in Italia manere,ut ego.epist.1.l 8. Reliquit) relinquens Italiam. Erga illum)Pompeium. In patria)pro qua,& in qua mori præclarum est.ep.2.l.8. Seruando)uelle seruare fingendo.& est quasi ὀξύμωρον. Septentrione)quò profectus est Pompeius. Epeirus)ubi res habes tuas.ep.3.lib.6. Prædicat)Pompeius. Hunc)Cæsarem,cuius tamen liberalitas nauicularijs etiam erat audita.episto.3.h.l. Illum) Cæsarem Brundusio reuertentem. Et ut)sed ut,malit fortasse quis legere. Loquar)ut postea locutus est. ep.21.h.l. Arpinum)ubi togam puram Ciceroni meo dare cupio.ep.4.h.l. Eum)Cæsarem. Conuenero)ne fugisse uidear.ep.4.h.l. Bibulum) ep.16.l.5. Venisse)ex Syria ad Pompeium potius,quàm ad urbem.nam.ut Cicero,interclusus fuisset. Redisse)in Syriam fortasse, & si non multò post à Pompeio toti officio maritimo est propositus.Cæs.l.3.de bel.ciu. Prid.Id.) Mart. Philotimum)epis.4.lib.2. Epistola)al.in epistola. Idibus)Mart. Profectus est) quam librum Demetrij ei dedissem. paulò ante. Epistolam) quam celeripes attulit.ep.6.h.l. Domitio)ep.22.l.8. Cosano)ep.4.h.l. Iste)M.ut puto,Lepidus,non ille consularis.ep.11. lib.7.sed Prætor,qui paucis post mensibus Cæsarem absentem Dictatorem dixit. Cæs.l.2.de bel.ciu. Ait)quum ius non sit. ep.18.h.l. Est idem)leuis,inconstans,uentosus.ep.8.l.12.fam. Semper)eius enim leuitas semper perspecta est. episto.10.ad M.Brut. Epistola)5.h.l. Consilio)ibid. Meo)ut harum rerum periti. Hoc)quòd uelit uti meo consilio Commune)cum alijs ita,ut meo sicut aliorum consilio uti possit. Gratia)ep.5.h.l. Inceptum)uelle uti mea gratia,quæ nunc parua sit, quam ipse Cæsar tantum possit. Dignitate)ep.5.h.l. Sententia Consularis)uti sententia Consularis uiri:uel, sententia Consulari, legas,licet. Ope omnium rerum)ep.5.h.l. Hoc ipsum)quod quærit Cæsar,ut uideat mea ope,an comitia Consularia à Prætore haberi possint. Eius)Cæsaris. Interest)ne alius ab Interrege Consul fiat. Interregnum) quod fieri solet absentibus Coss. Id assequitur)ne res ad interregnum ueniat. Nos autem)Augures. Libris)auguralibus. Creari)à Præt. Ius esse)ep.18.h.l. Non esse ius)creari. Maius imperium)quod habent Coss. Minore) imperio, quod habent Præt. Rogari non sit ius)Gell.l.13.cap.14. Prætores autem)non esse ius creari à Prætoribus. Collegæ Consulum sint) ut igitur Consulum collegæ creari à Prætoribus Prætores non possunt. quod uero Consulum Collegæ dicerentur, Gell.lib.13.cap.14. A me)ut Augure. Decerni) unde Augurum decretum.episto.18.huius libri. Velit) Cæsar. Galba) Ser. Galba ipsius Cæsaris tunc legato. Cæs. lib.3.de bel. Gall.& Suet. in Galba. Scæuola) Quint. Mutio Scæuola. episto. 15.lib.4.ubi legitur Trib.pl.uel Trebatio Scæuola. episto.18.h.l. Cassio) epist.3.lib.7. Antonio) M. Antonio: atque his omnibus, ut ego sentio, Auguribus, Antonio quidem certe, Philip.2.uel certe harum rerum peritis. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών)tunc mihi hiscat lata terra:uel,ut uidetur uertisse poeta,tunc mihi tellus ima dehiscat:tunc mihi magno hiatu terra desideat: hoc est,tunc moriar,quum hoc decernam.prouerb.terra mihi prius dehiscat.Iliad.Δ. Senatores)epis.4.h.l. Qui circum illum sunt)Pompeianos:οἱ ἀμφὶ ἐκεῖνον;uel οἱ περὶ ἐκεῖνον ut οἱ περὶ αὐτὸν,ep.5.l.13. Omnia postulantes)ep.11.l.8. Times)alijs,& tibi,de quo crudelissime cogitatum est ep.6.l.11. Trebatium)ep.1.l.4.fam.& lib.7.fam. Videre) ep.18.h.l. Horteris)quum Romæ sit ep.1.l.4 fam. Lanuino)prædio.al.Lanuuino. Faneam)al.Phameam. ep.15.h.l. Esset futura) ita,ut spes esset fruendi.ibid. Sciebam enim de)sciebam enim te,lego. Quoto anno)fructus percipiatur. Quantum in solo)impendatur. Solere quærere)ut qui utilitatem,nō uoluptatem quæras ita,ut nullos habeas hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumptuosam uillam. Nep.in uita. Delicium)al. Deli tuum. & sanè rectius dicetur:neque solum Romæ, sed etiam Deli.& tam Deli,quàm Ephesi rem habere potuit Atticus:& Delum uenit Cicero in Ciliciam proficiscens. epis.12. lib.5. Digamma)diagramma,si legeris,& quasi codicem fructuum, diagrammati similem fueris interpretatus, totum locum intelliges:ut dicat Cicero se Romæ,& Deli uidisse Attici codices, in quos fructus & impensas iubebat referri. & sanè conficiebat ephemeridem.Nep.in uita, Quum igitur scirem te patremfamiliàs esse tam diligentem, nunquam cogitassem te

prædium uoluptuarium emere uelle. Viderem)*uideram, corrigimus.* Illud)*Lauinium.* Bellum)*pulchrum.* Aestimo)*bis temporibus,quibus omnia iacent.* Marcellino Cos.)*Rep.satis tranquilla,et nondum meis neque prædijs,neque ædibus restitutis.ep.2.l.4.* Hortulos)*Lauinij.* Antij)*ep.8.l.4.* Tum habebam)*stantem,quum reliquæ essent euersæ. nam postea etiã uidetur habuisse.ep.13.l.12.quamuis deinde uendiderit.ep.46.l.13.* Iucundiores)*ut Antio uicinos.Blond.in reg.latin.* Tusculanum)*tunc ita euersum,ut proscripserim.ep.2.l.4.* Volui Hs.Q.egi per prædem,illi daret)*uolui,inquit, emere istud prædium Hs.quingentis:& egi per prædem,ut pres ista Hs.quingenta daret.al. uolui Hs. & cum Q.egi, per prædem illi daret.ut locus totus ita legendus uideatur.uolui.Hs.Q.& cum Q.egi, prædem illi daret : Antij quum haberet uenale, noluit.hoc est,uolui emere Lauinium istud Hs.quingentis,& egi cum Q.fratre,ut illi prædem daret,sed ille noluit accipere, quum tamen prædium uenale Antij proposuisset.posset illud etiam ita legi : prædem illi daret Antij.* Omnia)*alij, omnino.* Ista)*istarum rerum pretia.* Numorum caritatem)*epist.16.l.7.* Eius)*prædij.* Dementias)*substructionum,& sumptuum.* Vastitati)*nam si Pompeius ualebit,tegulam in Italia nullam relinquet.ep.6.h.l.* Liberalibus)*XV.Cal.Apr.epist.1.l.6.*

CICERO ATTICO S. 12

NIHIL *habebam,quod scriberem:neque enim noui quicquam audieram, & ad tuas omneis rescripseram pridie. sed cum me ægritudo non solum somno priuaret,uerum ne uigilare quidem sine summo dolore pateretur: tecum ut quasi loquerer,in quo uno acquiesco,hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui. Amens mihi fuisse uideor à principio, & me una hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium tanquam unus manipularis secutus sim.uidi hominem XIIII. Cal. Febr.plenum formidinis.illo ipso die sensi,quid ageret.nunquam mihi postea placuit,nec unquam aliud in alio peccare destitit.nihil interim ad me scire,nihil nisi fugam cogitare. quid quæris? sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur immundæ,insulsæ,indecoræ: sic me illius fugæ,negligentiæque deformitas auertit ab amore:nihil enim dignum faciebat,quare eius fugæ comitem me adiungerem.nũc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum:nunc mihi nihil libri,nihil literæ, nihil doctrina prodest.itaque dies & noctes,tanquam auis illa,mare prospecto,euolare cupio.do,do pœnas temeritatis meæ. etsi quæ fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? si enim nihil præter fugam quæreretur, fugissem libentissime: sed genus belli crudelissimi,& maximi,quod non dum uident homines quale futurum sit,perhorrui.quæ minæ municipijs? quæ nominatim uiris bonis? quæ denique omnibus,qui remansissent? quàm crebro illud? Sulla potuit,ego non potero? mihi autem hæserunt illa.male Tarquinius,qui Porsenam,qui Octauium Manilium contra patriam:impie Coriolanus, qui auxilium petijt à Volscis:recte Themistocles,qui mori maluit: nefarius Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit,arma cõtra patriã ferẽs.at Sulla,at Marius,at Cinna recte,imo iure fortasse.sed quid eorum uictoria crudelius? quid funestius? huius belli genus fugi,& eo magis,quòd crudeliora etiam cogitari,& parari uidebam.me,quem nonnulli conseruatorem istius urbis,quem parentẽ esse dixerunt,Getarum,& Armeniorum,& Colchorum copias ad eam adducere? me meis ciuibus famem,uastitatem inferre Italiæ? hunc primum mortalem esse,deinde etiam multis modis posse extingui cogitabam: Vrbem autem,& populum nostrum seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset,putabam.& tamen spes quædam me obtentabat, fore,ut aliquid conueniret potius,quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.alia res nunc tota est, alia mea: sol (ut est in tua quadam epistola)excidisse mihi è mundo uidetur.ut ægroto,dum anima est, spes esse dicitur : sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. hæc me fefellerunt, &(ut uerum loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium,domesticarum me rerum delectatione molliuit.nũc siue periculo experiundum erit, experiar certe,ut hinc auolem: ante oportuit fortasse : sed ea, quæ scripsisti,me tardarunt,& auctoritas maxime tua.nam cum ad hunc locum uenissem, euolui uolumẽ epistolarum tuarum,quod ego sub signo habeo, seruoque diligentissime.erat igitur in ea, quam X. Cal.Febr. dederas hoc modo.* SED *uideamus, & Cneus quid agat,& illius rationes quorsum fluant.quòd si iste Italiam relinquet, faciet omnino male,&(ut ego existimo)* ἀλογίστως: *sed tum demum consilia nostra commutanda erunt. hoc scribis post diem quartum, quàm ab Vrbe discessimus.*

deinde VIII. Cal. Febr. TANTVM MODO Cneus noster ne, ut Vrbem ἀλογίστως reliquit, sic Italiam relinquat. eodem die das alteras literas, quibus mihi consulenti planissime respondes: est enim sic. SED uenio ad consultationem tuam. si Cneus Italia cedit, in Vrbem redeundum puto: qui enim finis peregrinationis? hoc mihi plane hæsit. & nunc ita uideo, infinitum bellum iunctum miserrima fuga, quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. sequitur χρησμὸς VI. Cal. Febr. EGO, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem uenit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ἄσπονδον strui existimo. huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor, quod & ἄσπονδον, & cum ciuibus. deinde VI. Id. Febr. cum iam plura audires de Pompeij consilio, concludis epistolam quandam hoc modo. EGO quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. summo enim periculo facies, nec Reip. proderis, cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris. quem φιλόπατριν, ac πολιτικὸν hominis prudentis, & amici tali admonitu non moneret auctoritas? deinceps III. Id. Febr.

* iterum mihi respondes consulenti, sic. QVOD quæris à me, fugam ne fidam, an moram defendam utiliorem putem: ego uero in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem cum tibi, tum ipsi Cneo inutilem, & periculosam puto: & satius esse existimo, uos dispertitos, & in speculis esse. sed medius fidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. hoc turpe Cneus noster biennio ante cogitauit: ita Sullaturit animus eius, & proscripturit iandiu. inde, ut opinor, cum tu ad me quædam γενναιότερον scripsisses, & ego mihi à te quædam significari putassem, ut Italia cederem: detestaris hoc diligenter XI. Cal. Mart. EGO uero nulla epistola significaui, si Cneus Italia cederet, ut tu unà cederes: aut, si significaui, non dico fui inconstans, sed demens. in eadem epistola alio loco. NIHIL relinquitur, nisi fuga: cui te socium neutiquam puto esse oportere, nec unquam putaui. totam autẽ hanc deliberationem euoluis accuratius in literis VIII. Cal. Mart. datis. SI M. Lepidus, & L. Volcatius remanent, manendum puto, ita, ut, si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi, hanc νέκυιαν relinquas, & te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perspicitur, futura colluuie regnare. multa disputas huic sententiæ conuenientia. inde ad extremum. QVID si, inquis, LEPIDVS, & Volcatius discedunt? planè ἀπορῶ. quod euenerit igitur, & quod egeris, id στερκτέον putabo. si tum dubitares, nunc certe non dubitas istis manentibus. deinde in ipsa fuga V. Cal. Mart. INTEREA. non dubito, quin in Formiano mansurus sis: commodissime. enim τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις. ad Cal. Mart. cum ille quintum iam diẽ Brundusij esset. TVM poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta, quàm si una proieceris te. deinde IIII. Non. Mart. ὑπὸ τὴν λῆξιν cum breuiter scriberes, tamen ponis hoc. CRAS scribam plura, & ad omnia. hoc tamen dicam, non pœnitere me consilij de tua mansione: & quanquam magna solicitudine, tamen quia minus mali puto esse, quàm in illa profectione, maneo in sententia, & gaudeo te mansisse. cum uero iam angerer, & timerem, ne quid à me dedecoris esset admissum, . Non. Mart. III TAMEN te non esse unà cum Pompeio, non fero moleste. postea si opus fuerit, non erit difficile: & illi, quoquo tempore fiet, erit ἀσμενιστόν. sed hoc ita dico, si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget, sincere, temperate, prudenter, ualde uidero, & consideratius utilitati nostræ consuluero. VII. Id. Mart. scribis, Peduceo quoque nostro probari, quieirim: cuius auctoritas multum apud me ualet. his ego tuis scriptis me consolor, ut nihil à me adhuc delictum putem. tu modo auctoritatem tuam defendito, aduersus me nihil opus esse, conscius ego

* alijs. ego, si nihil peccaui, reliqua tuebor. ad ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adiuua. hic nihildum de reditu Cæsaris audiebatur. ego his literis hoc tamẽ profeci: perlegi omneis tuas, & in eo acquieui. Lentulum nostrum scis Puteolis esse: quod cum è uiatore quodam esset auditum, qui se diceret, eum in Appia, cum is paulum lecticam aperuisset, cognosse, & si uix uerisimile, misi tamẽ Puteolos pueros, qui peruestigarent, & ad eum literas. inuentus est uix, in hortis suis se occultans,

literasque mihi remisit, mirifice gratias agens Cæsari: de suo autem consilio C. Cæcio mandata ad me dedisse. eum ego hodie expectabam, idest XIIII. Cal. Apr. uenit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi uisus est, temperatus, & prudens: existimatus quidem est semper auctor otij. quàm ille hæc non probare mihi quidem uisus est? & quàm illam νέκυιαν (ut tu appellas) timere? ei ego in multo sermone epistolam ad me Cæsaris ostendi, eam, cuius exemplum ad te antea misi: rogauique, ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti uelle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. respondit, se non dubitare, quin & opem, & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret. utinam aliquod in hac miseria Reip. πολιτικὸν opus efficere, & nauare mihi liceat. Matius quidem & illum in ea sententia esse confidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me Crassippus fuerat, qui se prid. Non. Martij Brundusio profectum, atque ibi Pompeium reliquisse dicebat. quod etiam, qui VIII. Id. illinc profecti erant, nuntiabant: illa uero omnes, in quibus etiam Crassippus, qui prudentia potuit attendere sermones, minaceis inimicos optimatium, municipiorum hosteis, meras proscriptiones, meros Sullas: quæ Lucceium loqui, quæ totam Græciam, quæ uero Theophanem. & tamen omnis spes salutis in illis est: & ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis: & ut has pestes effugiam, cum dissimillimis nostri esse cupio: quid enim tu illuc Scipionem? quid Faustum, quid Libonem prætermissurum sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur. quid eos autem, cum uicerint, in ciues effecturos? quam uero putas μικροψυχίαν Cnei nostri esse? nuntiant Aegyptum, & Arabiam εὐδαίμονα cogitare, Hispaniam abiecisse. monstra narrant: quæ falsa esse possunt. sed certe & hæc perdita sunt, & illa non salutaria. Tuas literas iam desidero. post fugam nostram, nunquam iam nostrum earum interuallum fuit. Misi ad te exemplum literarum mearum ad Cæsarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale. *

σχόλια



D TVAS) epistolas. Omneis) treis. Rescripseram) epis. sup. Aegritudo) animi. Somno priuaret) ep. 1. l. 8. Torquet) ita ut ardeam dolore, ep. 4. h. l. Secutus sim) ibid. Hominem) Pompeium. XIIII. Cal. Feb.) quo die ab urbe discessimus. paulò post. Plenum formidinis) ep. 10. & 19. l. 7. Quid ageret) quid cogitaret. ep. 1. l. 8. nam quid ageret uere, ne ipse quidem sciebat. ep. 11. l. 7. Scire) al. scite, ut sit, nihil ad me scite, scilicet scribere, sed negligenter. ep. 11. l. 8. nisi malimus ita legere: nihil interim ad me scribere. nam Corfinio amisso denique me certiorem sui consilij fecit. ep. 2. h. l. Fugam cogitare) ep. 11. l. 8. ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς) in rebus amatorijs. Alienantur) al. alienant, scilicet formine. rectius. Immunde, insulse, indecore) ἔστι γὰρ τῶν καλῶν ἔρως, καὶ οὐκ αἰσχρῶν, ut disputat Diotima apud Platon. Auertit) sic, ut illi succensuerim. ep. 4. h. l. Desiderium) sequendi Pompeium. ibid. Auis) ὄρνις. Plat. ep. 7. Illa) in cauea inclusa. Euolare cupio) ἀναπτῆναι ποθέω. Do do) παλιλογία. Feci) deliberans. ep. 3. l. 8. θέσεις sumens, ep. 3. h. l. Nondum uident) ut ego προθεσπίζω, ep. 11. l. 8. et εἰδὼς λέγω, ep. 6. h. l. Municipijs) qui Cæsarem colant. ep. 25. l. 8. Nominatim) et postea etiam generatim. ep. 6. l. 11. Qui remansissent) ep. 23. l. 8. Illud) dicebat Pompeius? Sylla potuit) dictari, et regnare. ep. 6. h. l. Ego) Pompeius ille magnus. ἔμφασις. Hæserit) ita, ut non possint è meo pectore euelli. Illa) quæ sequuntur. Male) fecit. Tarquinius) Rex olim Ro. Porsenam) Lartem Porsenam Clusinum Regem. Liu. l. 2. Octauium Mamlium) al. Octauium Mantilium, et ita Liu. l. 2. et Diony. l. 5. uocant. Contra patriam) concitauit. Impie) fecit. Coriolanus) Cn. Martius Coriolanus. Liu. l. 2. & Diony. l. 7. et Plutar. Themistocles) Plutar. Mori maluit) quàm patriæ bellum inferre. paulò alr in Lælio. Nefarius) fuit. Hippias) de quo dissentiunt Plat. in Hipparc. et Thucyd. l. 6. Pisistrati) ep. 15. l. 7. Marathonia pugna) quam describit Herodot. l. 6. Cecidit) quum fuisset autor, et concitator eius belli. Iustin. l. 2. Ferens) ut Persarum auxilio tyrannidem reciperaret. Sylla) ut à Senatu uocatus. Liu. l. 84. Marius) ut per factiones expulsus. Liu. l. 77. Cinna) ut à collega pulsus. Liu. l. 79. Iure fortasse) iure, nisi causam sæuitia corrupisset, ut de Mario scribit Florus lib. 3. cap. 21. Eorum) Syllæ, Marij, & Cinnæ. Crudeliora) Syllanis, Marianis, & Cinnanis. Cogitari) à Pompeio. Videbam) & idcirco εἰδὼς λέγω. Conseruatorem) nam mihi uni conseruatæ Reip. gratulationem Senatus decreuit. orat. 4. in Catil. Parentem) nam me Q. Catulus parentem patriæ nominauit orat. in Pis. Getarum) quos Cotus Thraciæ Rex mittat. Cæs. lib. 3. de bel. ciu. Armeniorum) quos Deiotarus adducat. Cæs. ibid. Colchorum) ep. sup. Fontem) à qua belli ducetur initium. ibid. Vastitatem) cui omnia uidentur addicta. ibid. agros enim uastare consilium est. ep. 6. h. l. Hunc) Cæsarem. Posse extingui) etiam per se. ep. 7. l. 10. Et tamen spes) legi etiam potest, et tum spes. Obtentabat) aliqui, sustentabat. Conueniret) inter Pompeium, & Cæsarem. Hic) Cæsar, quem non arbitrabar tam amentem fore, ut hæc in discrimen adduceret. ep. 4. lib. 7. Tantum sceleris) ut tyrannus esse uellet. Ille) Pompeius. Tantum flagitij) ut Italiam uastare uellet, & Syllani regni similitudinem cuperet. epis. 6. h. lib. Alia res) quum nulla spes sit pacis. Nunc) postquàm bellum est cœptum. Alia mea) al. alia

ment. ante solicitus eram,nunc ardeo dolore non esse cum Pompeio.ep.4.h.l. Excidisse)quam Pompeius quasi sol alter excideri. Mundo)cælo.Plin.l.2.cap.5. Aegroto,dum anima est,spes esse dicitur)prouerb. Deuexa)al. deflexa. Nunc sine) ἀνακόλουθον Grammatici uocant:nisi,nunc sane,ut multi,uel,nunc si in,ut ego sentio,legas. Autoritas) ep.9.l.8. Euolui) legi.ep.4.h.l. Videamus)ego Atticus,& tu Cicero. Cneus)Pompeius. Agat)maneat in Italia,an eam relinquat. Illius) Pompeij. Iste)Pompeius. ἀλογίστως)inconsiderate,sine ratione,temere. Scribis)tu Attice. Discessimus) ep.9.& 10. lib.7. Deinde)scribis Attice. Tantummodo) potest esse Ciceronis uerbum hoc modo: scribis tantummodo, quod sequitur: uel Attici sic,tantummodo uereor,uel tale quid,nisi cum interrogatione legas, quæ sequuntur. Eodem die) VIII. Cal.Feb. Das)tu Attice. Consulenti)ep.11.l.7. Venio)ego Atticus. Redeundum)tibi Cicero. ὑποκορίζῃ) honesto nomine appellas.al. ὑποκορίζων appellas,assentans,uel extenuans appellas. χρησμὸς)oraculum,tuum consilium tanquam oraculum. Ego)Atticus. Ad posterum)in posterum. ἄσπονδον)æternum,inexpiabile, quod nullo fœdere finiri possit. Ego)Cicero Cogor)beneficium sequens.ep.6.h.l.officio,ep.11.l.7.& ep.sup. Cum ciuibus)ciuile.ep.15.l.8. Pompeij consilio)Italia cedendi. Conclusis)tu Attice. Ego quidem)Atticus. Tibi)Cicero. Facies)tu Cicero. Nec Reip. proderis) ep.11.l.7. φιλόπατριν,ac πολιτικόν)studiosum patriæ,ac in Rep. administranda uersatum, ut ego sum, qui tam sum amicus Reip. quàm qui maxime,ep.2.l.5.fam.& in ea multos annos sum uersatus. Prudentis)cuius prudentia sit singularis, epist.1.lib.7. Quæris)tu Cicero. A me) Attico. Fugam ne fidam,an moram deferendā,fugam ne fidam,an moram defendendam,commodissime legi posse censemus:ut fugam fidam uocet,in qua sequatur amicus amicum:moram uero defendēdam, quæ postea sit defendenda,& defendi possit,ut defenditur ep.3.l.8.& ep.2.h.l. In speculis) obseruantes,quemadmodum se gerat Cæsar. Nobis)mihi & Sext.Peduceo,ep.12.& 13.l.7.& omnibus.ego tamen malim legere:uobis,ut paulò ante,uos dispertitos,dixit, Hoc turpe)quod scribis Attice. Biennio ante) in suo tertio consulatu. Syllaturit) genus illud Syllani regni appetit, ep.11.l.8.& illius regni similitudinem cupit.ep.6.h.l. Proscripturit)proscribere cupit.ep.11.l.8. γεννικώτερον) generalius, ut γεννικῶς ep.11.l.5.uel potius,magis generose.nam Suidas γεννικῶς, γενναίως,καὶ ἰσχυρῶς exponit.& Plat.in Theæt. γεννικὸν ἄνδρα uocat.atque Atticus Ciceronem γεννικώτερον hortatus fuerat ad memoriam factorum,dictorum,& scriptorum.ep.2.l.8.quin Cicero ipse εὐγενῆ quædam Attici cōsilia uocat,ep.9.l.8.ut ἀρρενικώτερον,magis uiriliter. Putasse)ep.2. l.8. Ego uero) Atticus. Te socium) ò Cicero. M.Lepidus,et L. Volcatius)ep.1.l.8. Manendū puto)in Italia.νεκυίαν)funus, et quasi stragē à Cæsarianis faciēdā.inde Homeri tota νεκυία.Tuscul.1. Cum illo)Pōpeio. Cum hoc)Cæsare. Futura colluuie) postea fuit,brachatis,& transalpinis nationibus in urbem receptis.ep.15.l.9.fam. Disputas) tu Attice.Ad extremum)addis. Inquis)tu Attice. ἀπορῶ)dubito,more meo.ep.11.l.7. Egeris)tu Cicero. στερκτέον)amādū,probādum. Putabo)ego Atticus. Tum)Lepido,& Volcatio discedētibus. Dubitares)tu Attice. Non dubitas)quin maneant. Istis)Lepido,et Volcatio. Manentibus)ut præsto sint Cæsari,in senatumque ueniant.ep.23.l.8. Ipsa fuga)Pompeij.ep.9.l.8. Non dubito) ego Atticus. τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις) quod futurum est, ibi expectabis. Ille)Pompeius. Poterimus)ego Atticus,& tu Cicero. Proieceris)ep.4.h.l. IIII.Non.Mart.)ep.2.h.l. ὑπὸ λῆψιν)sub comprehensionem.ibid.al. ὑπογραφὴν, subscriptionem.al. ἐν ἀπολογίᾳ τινί, in defensione quadam. Scribam)ego Atticus. Profectione)extra Italiam. Maneo) ego Atticus.ep.1.h.l. Gaudeo te mansisse)ibid. Angerer)ego Cicero.ep.4.h.l. Admissum)quòd non essem cum Pompeio. ibid. Tamen te)ò Cicero. Non fero)ego Atticus. Opus fuerit)esse cum Pompeio. Illi)Pompeio. ἀσμενέστατον)gratissimum.ep.2.h.l. Ita dico)ego Atticus. Hic)Cæsar. Fecit)ut se quàm lenissimum præberet.ep.8.h.l. Temperate)temperatius rescripsit Cicero ep.2.h.l. Scribis)tu Attice. Peduceo)Sext.Peduceo.ep.12.l.7. Probari)epis.6.h.l. Cuius autoritas)ep.1.l.10.& ep.13.l.15. Conscius ego alijs)al.conscijs alijs,hoc sensu: defende tuam apud me autoritatem tantam esse, ut non sit opus alijs conscijs.nisi malis legere: conscijs alijs ego conscius, ut sit sensus: tu defende autoritatem:nam aduersus me nihil opus esse alijs conscijs,sum mihi ipse conscius. Peccaui)quòd non sim cum Pompeio. Reditu)Brundusio. Lentulum)P.Lentulum.ep.22.l.8. Puteolis)ep.15.h.l. Appia)uia.ep.12.l.2. Occultans)ἀδημονῶν.ep.15.h.l. Gratias agēs Cæsari)ut ab eo dimissus.ep.9.l.8.ut ego quoque egi.ep.seq. Consilio)quid acturus esset.ep.22.l.8. C.Cæcio)epi.15.h.lib. Eum)Cæcium. Matius)C.Matius.ep.15.l.7.fam.& ep.27.l.11.fam. Quinquatribus) XV. Cal. Apr. ut hic uidere licet, et si uolunt alij, XIIII.Cal.Apr.fuisse. Otij)non suscipiendi belli ciuilis. ep.27.lib.11.fam. Hæc)quæ fiunt á Cæsarianis. Non probare)quamuis sit Cæsarianus,ut semper postea etiam fuit.epis.3.l.14. νεκυίαν)funus,cædem.paulò ante. Epistolam)5.h.l. πολιτικὸν opus)ciuile opus,opus Reip.utile, πολίτευμα.ep.6.h.l. Crasippus)al.Crassipes,ep.1.l.7.sed nisi Chrysippus ex ep.2.l.7.legatur,nescio quid sit hominis. Omnes)nunciabant. Potuit)ut homo doctus. Inimicos)Pompeianos. Optimatum)qui remanserunt.ep.1.h.l. Municipiorum)quibus minantur.supra. Proscriptiones)ep.11.lib.8.& ep.6. lib.11. Meros Syllas)ut Pompeium,qui Syllaturit.supra. Lucceium)ep.1.h.l. Græciam)homines Græcos,ut Demetrium, ep.10.l.4.& alios,qui cum Pompeio erant. Theophanem)ep.5.l.2. Illis)Pompeianis. Capio)epis.1.l.8. Has pestes)Cæsarianos,hanc νεκυίαν. Dissimillimus)Pompeianis crudelissime cogitantibus.ep.11.l.8.& ep.6.l.11. Cupio) beneficium sequens.ep.6.h.l.& ep.sup. Illuc)alij,illic. Scipionem)ep.4.l.7. Faustum)ep.3.l.8.al.Magum,ep.8.h.l. Libonem)ep.11. lib.7. Conuenire)conueniebant enim sponsores,& creditores,quum debitorum bona ueniebant.orat.pro P.Quintio,ut epistola.16.l.16.qui Buthrotium agrum capiebant,conuenire dicuntur. μακροψυχίαν)animi quasi longitudinem: quum tam longè effundat animum,ut omneis terras,omnia maria mouere cogitet:ep.11.l.8. Cnei nostri)Pompeij. Aegyptum)ep.12.h.l. εὐδαίμονα)felicem.Plin.l.6.cap.27.& 28. Cogitare)Pompeium. Hispaniam)prouinciam suam.epis.9.l.4. Hæc)Cæsar

riana. Illa) Pompeiana. Non salutaria) λιτότης. Nunquàm iam nostrum earum interuallum fuit) uidemus legi posse: nunquàm tam longum earum interuallum fuit: sed iudicamus legendum esse: nunquàm iam nostrarum interuallum fuit: ut dicat, tuas literas desidero, quod tu facere non potes: nam literarum nostrarum nunquàm fuit interuallum, quum illæ quotidianæ fuerint. epist. 22. l. 8. Literarum) seq. Profecturum) in eo, quod peto.

Cicero Imp. S. D. Cæsari Imp. 13



T LEGI *tuas literas, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad Vrbem essem, te uelle uti consilio, & dignitate mea: minus sum admiratus: de gratia, & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili, ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi uelle arbitrarer: & ad eam rationem existimabam satis aptam esse & naturam, & personam meam. quod si ita est, & siqua de Pompeio nostro tuendo, & tibi, ac Reip. reconciliando cura te attingit: magis idoneum, quàm ego sum, ad eam causam profectò reperies neminem, qui & illi semper, & senatui, cum primum potui, pacis auctor fui, nec sumptis armis belli ullam partem attigi, iudicauiq; te eo bello uiolari, contra cuius honorem populi R. beneficio concessum inimici, atque inuidi niterentur. sed, ut eo tempore non modo ipse auctor dignitatis tuæ fui, uerum etiam cæteris auctor ad te adiuuandum: sic me nunc Pompeij dignitas uehementer mouet: aliquot enim sunt anni, cum uos duos delegi, quos præcipue colerem, & quibus essem, sicut sum, amicissimus. quam ob rem à te peto, uel potius precibus omnibus oro, & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus uir, gratus, pius denique esse in maximi beneficij memoria possim. quæ si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me à te tamen impetraturum: sed, ut arbitror, & ad tuam fidem, & ad Remp. pertinet, me & pacis utriusque uestrum, & ad ciuium concordiam, per te, quamaccommodatissimum conseruari. Ego, cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses: tamen eius literis lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficioq; misit, eandem me salutem à te accepisse putaui, quam ille. in quem si me intelligis esse gratum, cura obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim.* Vale.

σχόλια



ITERAS) 5. h. l. Furnio) ibid. Ad urbem) ep. 1. lib. 7. Personam meam) qui semper otij fui studiosus. Pompeio nostro) meo quidem amico, sed tuo olim & amico, & genero. Illi) Pompeio. Quum primum potui) ex Cilicia ad urbem reuersus. ep. 11. l. 16. fam. Pacis autor fui) non enim destiti sentire, dicere, & facere omnia, quæ ad concordiam pertinebant. ibid. Attigi) suscepi. ep. 9. h. l. Iudicauique) quum putaui utilius esse tibi concedi, quod postulares, quàm signa conferri. ep. 5. l. 7. Honorem) ut absentis ratio haberetur. ep. 7. l. 7. Concessum) decem Tribunis pl. ferentibus. epis. 3. l. 8. Inimici) ut Marcelli, L. Domitius, & M. Cato. Eo tempore) quum actum est de ratione absentis habenda. Auctor) fautor, amplificator. Cæteris) ut M. Cælio. ep. 1. l. 7. Autor) suasor. Aliquot) sex minimum. nam paulò post meum reditum institui πολιτευέσθαι. ep. 5 l. 4. Vos duos) al. uos duo. Amicissimus) maxime necessarius. ep. 10. h. l. & ep. 1. l. 7. Aliquid impertias temporis) eadem ferè etiam antea scripserat. epi sto. 9. l. 8. Tuo beneficio) ut mihi abesse liceat. ep. 2. & 4. h. l. Bonus uir) idem petit à Rep. ep. longa ad Lentul. Beneficij) restitutionis. ep. 10. l. 3. fam. quod sequor. ep. 6. h. lib. Possim) quod assequar, si abfuero, quum in senatu aliquid contra Pompeium agetur. ep. 4. h. l. Pacis) alij, paci, fortasse rectius. Lentulo) à te dimisso. epist. 9. l. 8. Fuerat) me restituens. orat. post reditum. Fuisses) illum Corfinij captum dimittens. Misit) remisit. ep. sup.

CICERO ATTICO S. 14



EGEBAM *tuas literas XIII. Cal. cum mihi epistola affertur à Lepta, circum uallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. non mediusfidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. misi ad te exemplum. miseros nos, cur non omnes fatum illius unà executi sumus? ecce eadem à Matio, & Trebatio: quibus Minturnis obuij Cæsaris tabellarij. torqueor infelix, ut iam illum Mutianum exitum exoptem. at quàm honesta, at quàm expedita tua consilia? quàm euigilata tuis cogitationibus? quà itineris, quà nauigationis, quà congressus, sermonisq; cum Cæsare, omnia tum honesta, tum cauta. in Epei-*

rum uero inuitatio quàm suauis, quàm liberalis, quàm fraterna? De Dionysio sum admiratus: qui apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panetius: a quo impurissime hæc, hæc nostra fortuna despecta est. odi hominem, & odero: utinam ulcisci possem: sed illum ulciscentur mores sui. Tu quæso nunc uel maxime, quid agendum nobis sit, cogita. populi R. exercitus Cn. Pompeium circunsidet: fossa & uallo septum tenet: fuga prohibet. nos uiuimus, & stat urbs ista? Prætores ius dicunt? Aediles ludos parant? uiri boni usuras perscribunt? ego ipse sedeo? coner illuc ire, ut insanus? implorare fidem municipiorum? boni non sequentur, leues irridebunt, rerum nouarum cupidi, uictores præsertim, & armati, uim, & manus afferent. quid censes igitur? & quidnam est tui consilij adfinis huius * *miserrimæ uitæ? nunc doleo, nunc torqueor, cum quibusdam aut sapiens uideor, quòd unà non ierim, aut felix fuisse: mihi contra: nunquam enim illius uictoriæ socius esse uolui, calamitatis mallem fuisse. quid ego nunc tuas literas, quid tuam prudentiam, aut beneuolentiam implorem? actum est. nulla re iam possum iuuari, qui ne quid optem quidem iam habeo, nisi ut aliqua inimici misericordia liberetur. οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος (ut opinor) ille de ratibus: quid enim est, quod Dolabella ijs literis, quas III. Id. Mart. à Brundusio dedit, hanc εὐημερίαν quasi Cæsaris scriberet, Pompeium in fuga esse? eumq; primo uento nauigaturum? quod ualde discrepat ab ijs epistolis, quarum exempla antea ad te misi. hic quidem mera scelera loquuntur: sed non erat nec recentior auctor, nec huius rei quidem melior Dolabella. Vale.*

σχόλια


III. Cal.) Apr. Lepta) ep. 17. l. 5. is tunc Capuæ uidetur fuisse. ep. 17. h. l. Circumuallatum) circumsessum. ep. 15. l. 8 fam. Ratibus) Cæs. l. 1. de bel. ciu. & ep. 17. h. l. Exemplum) epistolæ Leptæ. Illius) Pompeij. Executi sumus?) et nostra corpora opposuimus? ep. 21. l. 7. Matio) ep. 12. h. l. Trebatio) ep. 11. h. l. qui Matij familiaris erat. ep. 15. l. 7. fam. Obuij) fuerunt. Mutianum) crudelem. qualem habuit Q. Mutius Scæuola. ep. 3. l. 8. Tua consilia?) ep. 21. h. l. Sermonisque) quo nihil ego difficilius cogitabam. ep. 5. 7. h. l. Inuitatio) contrà ep. 6. h. l. Dionysio) ep. 4. l. 7. Honoratior) ep. 4. l. 8. Scipionem) Africanum, cum quo, & Lælio uixit Panætius. l. 4. de finib. & Tusc. 1. Nostra fortuna) ep. 4. l. 8. Illum ulciscentur mores sui) mores enim fortunam fingunt, ut est in prouerb. Ius dicunt?) ep. 1. h. l. & non edicitur iustitium? Viri boni) εὐπορικοῦς. Perscribunt?) etiam conuenientes? ep. 12. h. l. Et quidnam) al. & quidem. Est) interest, res est, dicere quid censeas. Adfinis) affinis, conscij, & quasi partem capientis. Huius) meæ præsertim. Vitæ?) al. uitæ. Doleo) ardeo dolore. ep. 4. h. l. Quibusdam aut sapiens) al. quidem & sapiens. Videor) quum probant, quæ adhuc fecimus. ep. 6. h. l. Non ierim) sed quierim. ep. 12. h. l. Mihi contrà) uideor. Illius uictoriæ) Pompeianæ ut crudelis futuræ. ep. 11. l. 8. Calamitatis) quam nunc circumuallatus patitur. Fuisse) socius. Inimici) Cæsaris. Liberetur) Pompeius. al. liberer. οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος) non est uerus sermo. Ille) à Lepta scriptus. De ratibus) quibus Pompeius sit circumuallatus, & exitus portus teneantur. Dolabella) epis. 19. lib. 7. εὐημερίαν) prosperum diei factum, εὐημέρημα. ep. 21. l. 5. atque hæc uerba: hanc εὐημερίαν quasi Cæsaris: κατὰ παρένθεσιν uidentur legenda; ut sit hic sensus: si Pompeius est circumuallatus, quid est, quòd Dolabella scribit (nam si uerum esset, scriberet hanc Cæsaris felicitatem) Pompeium in fuga esse? certe si in fuga est, breui nauigaturus, non est circumuallatus. Huius rei) cui ipse interfuit. Melior) certior, ut præsens, & Cæsarianus. nam alioqui bonus autor esse non potest, quum male audiat. ep. 6. l. 6.

CICERO ATTICO S. 15


VAS XI. Cal. accepi literas, quibus omnia consilia differs in id tempus, cum scierimus, quid actum sit. & certe ita est: nec interim potest quicquam statui, ne cogitari quidem. quanquam hæ mihi literæ Dolabellæ iubent ad pristinas cogitationes reuerti: fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas, qua ego illum usum puto. συναγωγὴ consiliorum tuorū non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationē meā: nec enim me tam hæc mala angebāt, quàm suspicio culpæ, ac temeritatis meæ. eam nullam puto esse, quoniam cum consilijs tuis mea et facta, et consilia consentiunt. Quod mea prædicatione factum esse scribis magis, quàm illius merito, ut tantum ei debere uiderer: est ita. ego illa extuli semper, et eo quidem magis, ne quid ille superiorum meminisse me putaret. quæ si maxime meminissem, tamen illius temporis similitudinem iam sequi deberem. nihil me adiuuit, cum posset: & postea fuit amicus, & tam ualde, & quam ob causam, planè scio. ergo ego quoque illi, quin etiam illud par in utroque nostrûm, quòd

ab eisdem

ab eisdem illecti sumus. sed utinam tantum ego ei prodesse potuissem, quantum ille mihi potuit. mihi *
tamen, quod fecit, est gratissimum. nec ego, cum nunc iuuare qua re possim, scio: nec, si possem, cum tam pestiferum bellum pararet, adiuuandum putarem. tantum offendere animum eius hic manens nolo. nec mehercule ista uidere, quæ tu potes iam animo prouidere, nec interesse istis malis possem. sed eo tardior ad discedendum fui, quod difficile est de discessu uoluntario sine ulla spe reditus cogitare: nam ego hunc ita paratum uideo peditatu, equitatu, classibus, auxilijs Gallorum, *quos* Matius *ἰσάλπιζεν (ut puto) sed certe dicebat, peditum, equitum se polliceri sumptu suo annos decem. sed sit hoc λάπισμα. magnas habet certe copias, et habebit non ille uectigal, sed ciuiũ bona. adde confidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum uirorum, qui quidem, quod illum sibi merito iratum putãt, oderunt. ut tu scribis ludum. ac uellem, scribis, quisnam hæc significasset. sed et iste, quia plus osten* *
derat, quàm fecit, et uulgo illum, qui amarunt, non amant. municipia uero, et rustici Romani *illum metuunt, hunc adhuc diligunt, quare ita paratus est, ut, etiam si uincere non possit, quomodo tamen ipse uinci possit, non uideam. ego autem non tam γοητείαν huius timeo, quàm πειθανάγκην: αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις. illa ἀλίμενα uideo tibi non probari: quæ ne mihi quidẽ placebant: sed habebam in illis et occultationem, et ὑπηρεσίαν fidelem. quæ si mihi* Brundusij *suppetant, mallem. sed ibi occultatio nulla est. uerum (ut scribis) cum scimus. uiris bonis me non nimis excuso: quas eos enim cœnas et facere, et obire scripsit ad me* Sextus? *quàm lautas, quàm tempestiuas? sed sint quamuis boni: non sunt meliores, quàm nos: mouerent me, si essent fortiores.* De Lanuino Phamea *errani:* Troianum *somniaueram. id ego uolui* Q. *sed pluris est istuc, tamen cuperem emeres, si ullam spem fruendi uiderem.* Nos *quæ monstra quotidie intelligamus, ex illo libello, qui in epistolam coniectus est.* Lentulus *noster* Puteolis *est, ἀδημονῶν, ut* Cæcius *narrat. quid agat? διεργοπὴν* Corfiniensem *reformidat:* Pompeio *nunc putat satisfactum: beneficio* Cæsa- *
ris mouetur: sed tamen mouetur magis prospecta re, nec hæc posse ferre. omnia misera: sed hoc nihil miserius. Pompeius Cn. Magium *de pace misit, et tamen oppugnatur, quod ego non credebam. sed habeo à* Balbo *literas, quarum ad te exemplum misi. lege, quæso, et illud infimum caput ipsius* Balbi *optimi, cui* Cneus *noster locum, ubi hortos ædificaret, dedit: quem cui nostrum non sæpe prætulit? itaque miser torquetur. sed, ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reijcio. spem autem pacis habeo nullam.* Dolabella *suis literis* Idib. Martij *datis merum bellum loquitur. maneamus ergo in illa eadem sententia misera, et desperata, quando hoc miserius esse nihil potest.*

σχόλια



VNDECIMO Cal.) Apr. Actum sit) Brundusij. epist. 2. h. l. Quicquam statui, nec cogitari quidem) al. quicquam non modo statui, sed nec cogitari quidem. Hæ) à Brundusio datæ. ep. sup. Mihi) scriptæ: nisi malis iungere cum uerbo iubent: quod ita rarum est, ut uerear, ne, me sit legendum. Iubent) quasi iubent. Cogitationes) de Rep. uel potius de Pompeij discessu. Pridie quinquatrus) XVI. Cal. Apr. ep. 11. h. l. sic peridie Compitalia. ep. 3. l. 2. Illum) Pompeium. Puto) quia scripserat Dolabella illum primo uento nauigaturum. ep. sup. συναγωγὴ) collectio, ut ep. 6. l. 16. Collecta) ep. 11. h. l. Temeritatis) quàm temeritatem putabam. ibid. Mea prædicatione) ep. 9. h. l. orationib. sæpe, et ep. 10. l. 3. fam. Illius) Pompeij. Illa) illas res, illa merita. al. illum. Superiorum) quæ secus ab eo in me ipsum facta essent. ep. 11. h. l. Meminisse) quum tamẽ ego non meminissem. ibid. et ep. 4. h. l. Illius temporis) mei. Deberem) sperans fore, ut ipse quoque Pompeius reuocaretur: uel potius ueritus, ne, si ipsi reconciliarentur, eisdem prælijs ego subijcerer. ep. 15. l. 8. Nihil me adiuuit) Pompeius. ep. 4. l. 10. et ep. 15. l. 3. Quum posset) sed diceret, se nihil contra Cæsaris uoluntatem facere posse. ep. 4. l. 10. Et postea) at postea, magis fortasse probari posset. Quam ob causam) quod cõtra aduersarios mea indigeret opera. et à me esset ornatus. orat. pro dom. et ep. 1. l. 4. Illi) amicus fui. Eisdem) Catone, Domitio, et reliquis. Illecti) inducti, ego, qui inductus, et relictus fui, ep. 5. l. 4. et Pompeius, qui et inductus, et deprauatus est. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. al. dilecti. alij, eiecti. Ei) Pompeio. Ille) Pompeius. Potuit) quum primus populum Ro. ad me reuocandum hortatus est. orat. post reditum. Pestiferum bellum) ep. 11. l. 8. et ep. 4. h. l. Offendere) ep. 2. h. l. Ista) quæ impendent à Cæsarianis. Hunc) Cæsarem. Paratum) ep. 3. l. 7. Matius) ep. 11. h. l. ἐσάλπιζεν) quasi buccina prædicabat. Se) existimamus, 3. hoc est, septuaginta millia, scriptum fuisse, et librarios male descripsisse. certe numerus uidetur desiderari. λάπισμα) ostentatio. al. σάλπισμα, prædicatio quasi buccina facta. et sanè uel hic, σάλπισμα, uel paulò ante, ἐσάλπιζεν legendum uidetur. Ille) Cæsar. Vectigal) præsertim agri Campani, quod olim abstulit. ep. 16. l. 2. Ciuium bona) quæ conﾭ

cupiuit,ep.11.l.7.queque prolata erant.ep.11.l.7. Confidentiam)& audaciam.ep.3.l.7. Hominis)Cæsaris. Bonorum)qui sunt imperati.ep.18.&.19.l.7. Illum)Cæsarem. Putant)ut Marcelli.ep.1.b.l. Oderunt. Vt tu scribis ludum)oderunt(ut tu scribis ludum,nunc legimus,ut hic sensus eliciatur:boni,qui Cæsarem uictorem iratum sibi putant,& timent, oderunt bellum,quod tu ὑποκοριστικῶς,& quasi παροιμιακῶς ludum uocas.sic prope.ep.38.l.12. Ac uellem,scribis,quisnam hæc significasset)ac uellem.scribas,quisnam hæc significasset,si legas,hic erit sensus:ac uellem, me certiorem facias Attice, quisnam Brundusio Romam literas dedisset,bonos odisse bellum,quòd putent Cæsarem sibi merito iratum. Iste)qui significauit hæc,non amat Pompeium. Illum)Pompeium. Amarunt)olim. Non amant)ut bellum tam crudele cogitantem.ep.13.l.8. Municipia)ep.21.l.8. Rustici Romani)ibid. Illum)Pompeium. Metuunt)ut minantem.ep.12.b.l. Hunc)Cæsarem. Diligunt ep.25.l.8. Non tam γοητείαν huius timeo,quàm πειθανάγκην: αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit πλάτων, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις)nam tam captionem huius timeo,quàm suasionem uiolentam.tyrannorum enim preces, inquit Plato, nosti quòd mistæ sunt necessitatibus. Platonis uerba ex epistola.7.hæc sunt. τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν.prouerb.preces armatæ. ἀλίμενα)sine portu loca,& solitudines,in quas discederem.ep.16.l.2 fam. Occultationem)ne laurus hæc nostra in oculos,& in uoculas maleuolorum incurreret.ibid. ὑπηρεσίαν)comitatum:ministrorum obseruantiam. Quæ)occultatio,& ὑπηρεσία. Ibi)Brundusij. Nulla est) propter portus, & ciuitatis celebritatem. Scimus)scierimus,lege ex huius epistolæ principio. Viris bonis)cunctationem nostram non probantibus.ep.1.b.l. Sextus)Sext.Peduceus.ep.12.l.7. Quàm nos)nos enim ab hac laude non absumus.ep.15.l.8. Fortiores)sequentes Pompeium ita,ut eo crimine carerent,in quo nos accusant. Lanuino Phaneæ) ep.11.b.l. Troianum)prope Troiam in agro Laurenti ab Aenea ædificatam situm. Id)Lanuinum, quod ego Troianum putaueram. Volui Q...) nolui quingentis.epist.11.b l. Pluris est istuc)pluris est istuc Lanuinum,de quo tu scribis,quàm illud, quod ego emere uolueram. Cuperem emeres)sic ep.11.b.l.optaui,ut aliquis emeret meorum. Si ullam spem fruendi uiderem)si Resp.esset.ibid. Ex illo libello)intelliges. Lentulus)ep.11.l.8. Puteolis)ep.12.b.l. ἀδημονῶν)solitarius,populum fugiens,occultans.ibid. Cæcius)ibid. διατροπὴν) dedecus, infamiam,cuius pudeat. Corfiniensem)qualem Corfinij captus sibi uidetur subijsse. Pompeio)cuius culpa captus est,quamuis Pompeius eam in Domitium conferat.ep.16.l.8. Beneficio)dimissione.ep.12.b.l. Prospectare)al.prospectare, ut prospectare exilium, atque explorare fugam. Verr.7.& sanè Lentulus ut Cæsaris beneficio moueretur,magis tamen mouebatur,ut prospectaret aliquò,& discederet,atque ea,quæ ferre non poterat,fugeret: nec locutio hæc,quamuis sit Græca, est prorsus Latinis ignota. Miserius)quàm hæc ferre. Cn.Magium)epist.seq.al.Numatium Magium: Minatij Magij meminit Patercul.ut dic Minatium siue Munatium Magium,uel ibi Numatium Magium,possis legere,præsertim quum nomina hæc sæpe commutentur. Oppugnatur)nisi egregia illa tempestate est usus.supra.quòd si Magium de pace misit,& oppugnatur,quo pacto tempestate est usus?uel igitur epistola est diuidenda,uel dicendum,hæc extrema post scriptam illam partem intellexisse Ciceronem. Non credebam)putans fore,ut potius per Pompeium,quàm per Cæsarem staret,ne pax fieret.ep.23.l.8.nunc Cæsar Pompeium,qui nuncios de pace mittit,oppugnat. Balbo)epist.3.l.7. Literas)seq. Caput)quomodo me nunc putas &c.ibid. Optimi) qui nunc tandem ita torquetur.ibid.εἰρωνικῶς. Hortos)episto.7.l.7. Quem)quamuis Gaditanum.orat.pro Balbo. Miser) εἰρωνικῶς. Torquetur)ut ipse scribit ep.seq. Idib.Martij) al. III. Id. Mart.epis.sup. Sententia)discedendi. Hoc)hac mansione.

Balbus Ciceroni Imp. S. 16

CAESAR nobis literas perbreues misit,quarum exemplum subscripsi. breuit a te epistolę scire poteris eum ualde esse distentum,qui tanta de re tam breuiter scripserit. si quid prӕterea noui fuerit, statim tibi scribam. Cӕsar Oppio, Cornelio S. Ad VII.Id Mart.Brundusium ueni:ad murum castra posui.Pompeius est Brundusij:misit ad me Cn.Magium de pace.quæ uisa sunt,respondi.hoc uos statim scire uolui.cum in spē uenero,de compositione aliquid me conficere,statim uos certiores faciam. Valete. Quomodo me nunc putas mi Cicero torqueri,postquam rursus in spem pacis ueni,ne qua res compositionem eorum impediat: nanque, quod absens facere possum,opto.quòd si unà essem,aliquid fortasse proficere possem.nunc expectatione crucior. Vale.

σχόλια

BALBVS)ep.3.l.7. Nobis)mihi,& Oppio. VII.Id.Mart.)fortasse legendum,VII.Cal. Mart.ut colligi dies possint ep.23.l.8.& uerum sit, propemodum Cæsarem profectum Corfinio eodem die, quo Pompeius Canusio est profectus.ep.22.l.8. VII.Id. Mart. profectus dicitur etiam ep.3.b.l. Misit) scribit tamen idem Cæsar lib.1.de bel.ciu.à se missum,& à Pompeio non remissum. Cn.Magium) episto. superio.& episto.8. huius libri. Quomodo me)Balbum. Torqueri)episto.superio. Opto) ut compositio fiat. Proficere possem) ut amicus utriusque.episto.8.b.l.

CICERO ATTICO S. 17



ISERAM adte VIII.Cal.exemplum epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum.ecce tibi eodem die Capua literas accepi ab Q.Pedio, Cæsarem ad se prid.Id. Mart.misisse literas hoc exemplo. Pompeius se oppido tenet.nos ad portas castra habemus:conamur opus magnum, & multorum dierum propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus.ab utroque portus cornu moleis iacimus, ut aut illum quamprimum traijcere quod habet Brundusij copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus. ubi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? ecquid acerbius? ecquid crudelius? atque eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrant, Cn.Carbonis, M.Bruti se pœnas persequi, omniumq; eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset:nihil Curionem se duce facere, quod non hic Sulla duce fecisset:ad ambitionem, quibus exilij pœna superioribus legibus non fuisset, ab illo patriæ proditores de exilio reductos esse:queri de Milone per vim expulso:neminem tamen se uiolaturum, nisi qui arma hæc contra. Bebius quidam a Curione III.Id.profectus, homo non infans, sed quis ulli non dicat? plane nescio, quid agam.illinc quidem Cneum profectum puto. quicquid est biduo sciemus. A te nihil ne ante prorsus quidem quid literarum:nec mirum:quid enim est, quod scribamus? ego tamen nullum diem prætermitto. Scripta epistola, literæ mihi ante lucem a Lepta Capua redditæ sunt Idib.Mart. Pompeium a Brundusio conscendisse, ac Cæsarem ad VII.Cal.Apr.Capuæ fore. Vale.

σχόλια



III.)si VIII.Cal.miserat epistolæ Balbi exemplum, hæc epistola minimum fuerit scripta VII.Cal.quo pacto igitur credit Cæsarem VII. Cal.Capuæ fore?præterea qui poterit legi ep. seq.quum dedissem iam literas ad VIII.Cal.uidendum igitur, an hic XI.& illic X.sit legendum. Cal.)Apr. Epistolæ)sup. Q. Pedio)Cæsaris legato.Cæs.l.2.de bel.Gall. Oppido)Brundusio. Opus)quo Pompeius circumuallitur.ep.14.h.l. Cornu)nam Brundusium, Strabone autore, cerui caput uocatur, quod portum habeat ita positum, ut hinc, atq; hinc uastæ rupes, geminique minentur in cœlum scopuli, uelati cerui cornua, ut poeta uidetur uoluisse describere. Illum) Pompeium. Prohibeamus.ubi)al.prohibeamus uale.Vbi. Scripserat)ep. sup. Eum)Cæsarem. αὐθεντικῶς)cum autoritate, certo autore, pcerto, ἐκ ἀδεσπότως.ep.9.l.10. Narrant)mihi, & alij. Cn.Carbonis)Lilybæi a Pompeio interfecti. ep.21.l.9.fam. Liu.l.89. M.Bruti)apud Regium patriam nostram a Pompeio interfecti, Oros.l.5.cap.22.Liu.l.90.hic fuit pater M.Bruti, qui postea Cæsarem interfecit.Plutarc.in Brut. Persequi)a Pompeio. Hoc socio)Pompeio Plutar. Curionem)breui in Siciliam Proprat.profecturum.ep.4.l.10. Facere)nunc, & conari facere in Sicilia contra M.Catonem, in Africa contra P.Actium Varrum, & Iubam Numidiæ Regem. Hic)Pompeius. Fecisset)in Sicilia contra Cn.Carbonem, in Africa contra Cn.Domitium, & Hieram, siue Hiarbam Numidiæ Regem.Liu.l.89. Ad ambitionem)narrant quidā de exilio reductos a Cæsare exules ambitionis caussa, quod moliebatur, ep.10.l.7.& postea fecit, quum lege Pompeia damnatos in integrum restituit.Cæs.l.3.de bel.ciu. Superioribus)quæ fuerunt ante tertium Pompeij Consulatum. Ab illo)Cæsare. Proditores)quicunque ij fuerint, etsi M. Antonium, & Q. Cassium uidetur significare.ep.10.l.16.fam. quos pulsos scribit Liu.l.109.& Cicero ob eam rem hostem Reip.uocat Philip.2. Reductos esse)in Italiam sane quidem, sed Romam fortasse nondum. Queri) narrant Cæsarem queri, ut queritur apud Lucanum lib.1. Pompeiana reum clauserunt signa Milonem. Milone) etiam sibi inimico.orat.pro Mil.& Cæs.l.3.de bel.ciu.hinc exules postea reuocauit, excepto Milone. Appian.l.2. Expulso) Massiliam. Ascon.& Dion. Arma hæc)ciuilia. Contra)contra se tulerit. nam eius, qui fugerit, esto: inquit ipse Cæsar apud Lucan.l.7. Bebius)in ueterum monimentis, Bæbius, scribitur. Profectus)ex Albano.epis.seq. Non infans) qui fatur hæc, & dicit. Sed quis ulli non dicat?)sed quis hæc etiam infans non possit alicui dicere, quum sint manifesta? Illinc)Brundusio. Cneum)Pompeium. Quidem quid literarum)alij, quidem literarum. Quid enim est)sic epist.6.h.l. Prætermitto) quin dem ad te literas.ep.16.l.8. Lepta)ep.14.h.l.& ep.17.l.5. Idib. Mart.)ad XVI. Cal. Apr.ep.seq.

CICERO ATTICO S. 18



VM dedissem ad te literas, ut scires Cæsarem Capuæ VII.Cal.fore, allatæ mihi sunt literæ, eum in Albano apud Curionem V.Cal. fore.eum cum uidero, Arpinum pergam. si mihi ueniam, quam peto, dederit, utar conditione:sin minus, impetrabo aliquid a me ipso.ille, ut ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundusij, Tarenti, Siponti.claudere mihi uidetur maritimos exitus, & tamen ipse Græciam spectare potius, quam Hispanias.sed hæc longius absunt.me nunc & congressus huius stimulat(is uero adest)& primas eius

actiones horreo:uolet enim(credo)S.C. facere:uolet Augurum decretum:rapiemur, aut absentes uexabimur, uel ut Consules roget Prætor, uel Dictatorem dicat, quorum neutrum ius est. at si Sulla potuit efficere, ab interrege ut Dictator diceretur, & magister equitum:cur hic non possit? nihil expedio, nisi ut aut ab hoc tanquam Q. Mutius, aut ab illo tanquam L. Scipio. cum tu hæc leges, ego illum fortasse cõuenero. τέτλα κύντερον, *ne illud quidem nostrum proprium:erat enim spes propinqui reditus, erat hominum querela:nunc exire cupimus, qua spe reditus, mihi quidem nunquam in mentem uenit. non modo autem nulla querela est municipalium hominum, ac rusticorum, sed contra metuunt ut crudelem, iratum. nec tamen mihi quicquam est miserius, quàm remansisse, nec optatius, quàm euolare, non tam ad belli, quàm ad fugæ societatem. sed tu omnia consilia differebas in id tempus, cum sciremus, quæ Brundusij acta essent. scimus nempe:hæremus nihilo minus:uix enim spero mihi hunc ueniam daturum:& si multa affero iusta ad impetrandum. sed tibi omnem illius, meumque sermonem omnibus uerbis expressum statim mittam. tu nunc omni amore enitere, ut nos cura tua, & prouidentia iuues. ita subito accurit, ut ne Trebatium quidem, ut constitueram, possim uidere. omnia nobis imparatis agẽda, sed tamẽ* ἄλλα μὲν αὐτὸς, *ut ait, ille.* ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. *quicquid egero, cõtinuo scies. Mandata Cæsaris ad Consules, & ad Pompeium, quæ rogas, nulla habeo:quæ descripta attulit, illa è uia misi ad te:è quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis. de Domitio, ut facis, sciscitare, ubi sit, quid cogitet. Quod scribis asperius me, quàm mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse:uide, quàm sim antiquorum hominum. te mediusfidius hanc rem grauius putaui laturum esse, quàm me:nam præterquam quod te moueri arbitror oportere iniuria, quæ mihi à quoquam facta sit, præterea te ipsum quodam modo hic uiolauit, cum in me tam improbus fuit. sed tu id quanti æstimes, tuum iudicium est:nec tamen in hoc tibi quicquam oneris impono:ego autem illum male sanum semper putaui, nunc etiam impurum, & sceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorem, quàm sibi. Philargyro bene:causam certe habuisti & ueram, & bonam:relictum esse me potius, quàm reliquisse. Cum dedissem iam literas ad VIII. Cal. quos cum Matio pueros, & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt hoc exemplo. Matius, & Trebatius Ciceroni imperatori S. Cum Capua exissemus, in itinere audiuimus Pompeium Brundusio ad XVI. Cal. Apr. cum omnibus copijs, quas habuerat, profectum esse: Cæsarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse, inde Romam contendisse: uelle ante Cal. esse ad Vrbem, & paucos dies ibi commorari, deinde in Hispanias pficisci. nobis non alienum uisum est, quoniam de aduentu Cæsaris pro certo habebamus, pueros tuos ad te remittere, ut id tu quamprimum scires. Mandata tua nobis curæ sunt, eaque, ut tempus postularit, agemus. Trebatius Scæuola facit, ut antecedat. Epistola conscripta nuntiatum est nobis, Cæsarem ad VIII. Cal. Capuæ, ad VII. Sinuessæ. hoc pro certo putamus. Vale.*

σχόλια

LITERAS)sup. VII. Cal.) Apr. ibid. Eum)Cæsarẽ. Curionem)ibid. Pergam)ut togam puram dem Ciceroni. ep.20.h.l. Veniam)ut absim. ep.4. & .6.h.l. Vtar conditione)al. utar illius conditione. Ille)Cæsar. Claudere)ne Pompeius reuerti possit, uel potius ne, qui in Italia sunt, possint exire. Spectare)spe negotij citius conficiendi. Hispanias) in quas tamen pauló post proficisci constituit, ne, se absente, Gallia, Italiaque tentarentur. Cæs. l.1. de bel. ciu. Hæc)quæ dico. al. hæ. Huius)Cæsaris. Stimulat)ep.7.h.l. Is)Cæsar, uel ipsius congressus. Primas eius actiones)quas primo is instituet. al. prima eius actionis, Idest, prima quasi capita eius actionis. S.C.) aliquod, ut illud ep.3. l.10. Augurum decretum)ut de habendis comitijs. ep.11.h.l. Rapiemur)ut id decernamus. ibid. Roget)creet. ibid. Dictatorem dicat)ut postea M. Lepidus Præt. dixit. Cæs. lib.2. de bel. ciu. Neutrum ius est) facere, & numquàm est factum. ep.11.h.l. Ab interrege)L. Valerio Flacco. orat.3. contra Rull. Hic)Cæsar. Non possit?)efficere, ut Dictator dicatur? Ab hoc)Cæsare tãquàm altero Mario interficiar, quod dicere noluit, ut more suo uitaret omen. Q. Mutius)ut Syllanus. epis.3. lib.8. Ab illo)Pompeio, tanquàm altero Sylla. L. Scipio)L. Scipio Asiaticus ut Marianus à Sylla proscriptus. Oros. l.5. cap.21. Illum)Cæsarem. τέτλα κύντερον)inciso sic distingue: τέτλα, κύντερον: perfer, grauius, scilicet ἔτλης, tulisti: ut cor suum alloquatur Vlysses apud Homer. τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης: perfer iam cor, & grauius aliud olim tulisti. Illud)grauius aliqd tulisse. Proprium)ita, ut possimus dicere, perfer: nam grauius tulisti: quoniam grauius id non fuit, ut ratio sequens ostendit. Erat enim spes propinqui reditus)exilij nostri tempore.

Querela)


Querela)de nostro exilio:nisi hoc totum ad fugam ex urbe malis referre.ep.10.l.7 ut uerba, quæ sequuntur uidentur postulare. Exire)ex Italia. Cupimus)beneficium sequentes.epis.6.h.l. Nulla querela est)quòd Pompeius exierit,& nos exeamus. Metuunt)ep.21.l.8.& ep.15.h.l. Crudelem)Pompeium.ep.11.l.8. Iratum)ep.23.&.15.l.8. Euolare)epis.12.h.l. Differebas)ep.15.h.l. Scimus nempe)præsertim ex literis Lepte.ep's.sup. Hunc)Cæsarem. Veniam)quam peto. supra. Affero)ep.13.h.l. Statim)ut habuerimus. Prouidentia)al.prudentia. Accurrit)Cæsar. Trebatium)epist.11.h.l.al.Trabilium.& sanè quum hic nondum Trebatum uiderit,& paulò post dicat, se pueros cum eo misisse, non uideo, qui defendi posset,nisi diuidatur epistola.uideo tamen legi commode posse:Rebilium,qui temporibus hisce Cæsaris mandata de pace pertulit.Cæs.l.1.de bel.ciu. Constitueram)uolebam.ep.11.h.l. Videre)ante Cæsaris aduētum.ibid.ut ex eius nuncio meditarer, quomodo eum Cæsare loquerer.ep.20.h.l. ἄλλα μὲν αὐτὸς)ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,alia quidem ipse per te excogitabis:hoc est,ego in congressu Cæsaris alia excogitabo. Vt ait) ὀδυσ.γ. Ille) Mentor.epis.7.h.l. ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται) alia uero & Deus suggeret. prouerb. Dij facientes adiuuant. Mandata)de pace. Attulit) Rebilius,uel Cæsar ipse. Illa)illas res. Misi)si noua,ep.16.&.17.h.l.si uetera,ep.11.13.&.15.l.7. Philippus)ep.4.l.10. Lentulus)ep.22.l.8. Puteolis)ep.15.h.l. Domitio)ep.21.l.8. Sciscitare)quære.episto.3.h l. Cogitet) de discedendo.ibid. Asperius)ep.16.l.10. Scripsisse)ep.14.h.l. Mei)qui non consueui homines appellare asperius,orat.1.contra Rull. sed lenitate dulcis esse.ep.11.l.5. Dionysio)ep.4.l.7. Sim antiquorum hominum)sim bonus,& simplex,quales erant antiqui.al.sit antiquorum hominum,scilicet id æquo ferre animo,ut tu scribis:uel Dionysius sit antiquorum hominum,bonus,& cum antiquis conferendus,quum tam grauiter peccarit, ut putem te grauius id ferre debuisse. Hanc rem) fortunam nostram ab eo despectam.ep.14.h.l. Te moueri)ut amicum. Teipsum)alterum me. Male sanum)furiosum epis.1.l.6. Putaui)quòd eius mores cognoscem.ep.4.l.8. Inimiciorem)quippe quem mores ulciscantur sui.ep.14.h.l. Philargyro bene) scilicet respondisti.al.de Philargyro bene curasti. Bonam)ad probandum. Relictum)ab ipso Dionysio, uel potius ab ipso Philargyro, ut sit liberti nomen,quod.tacet ep.2.l.7.& si ep.1.l.6.fam.ita scribit:Philargyrus tuus omnia mihi narrauit.Regij certe Lepidi in Diui Prosperi extra muros,Decimus Philargyrus,legitur. VIII.Cal.)episto.sup.mutandus omnino uidetur numerus, quum paulò post scriptum sit,Cæsarem ad VIII.Cal. Matio,& Trebatio)ep.14.h.l. Ad XV .Cal.Apr.)Idib.Mart.ep. sup. Romam)Romam uersus. Ad urbem)ep.5.h.lib. Commorari)ut Senatui se purget, eumque oret,ac postulet,Remp. suscipiant,atque unà secum administrent.Cæs.l.1.de bel.ciu. Proficisci)ne,se absente,Italia,Galliaque tententur.idem ibid.et si supra scripsi,illum Græciam spectare. Mandata tua)de impetranda uenia à Cæsare. ep.2.h.l. Trebatius Scæuola)Trebatius iurisc̄osultus,qualis fuit Scæuola:uel certe ita cognomēto dictus, ep.13.l.7.fam.ut fortasse idem significetur ep.11.h.l. al.Trebatius sedulo. Cæsarem ad VIII. Cal. Capuæ, ad VII. Sinuesse)al. Cæsarem ad VIII. Cal. Apr. Beneuenti mansurum,Capuæ ad VII.ad III.Sinuesse.

CICERO ATTICO S. 19



VM, quid scriberem ad te,nihil haberem , tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi literas. Ad VII. Cal. Cæsarem Sinuessæ mansurum nuntiabant.ab eo mihi literæ redditæ sunt ad VII.Cal.quibus iam opes meas,non,ut in superioribus literis,opem expectat.cum eius clementiā Corfinēsem illam per literas collaudauissem,rescripsit hoc exemplo. Cæsar imp.Ciceroni imp. S. Recte augurarís de me(bene enim tibi cognitus sum)nihil à me abesse longius crudelitate.atque ego cum ex ipsa re magnam capio uoluptatem:tum meum factum probari abs te,triumpho,& gaudeo. neque illud me mouet, ꝙ ij, qui à me dimissi sunt,discessisse dicuntur,ut mihi rursus bellum inferrent:nihil enim malo,q̃ & me mei similem esse,& illos sui. Tu uelim mihi ad Vrbem præsto sis,ut tuis consilijs, atq; opibus(ut consueui) in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius . hanc adeo habebo gratiam illi:neq; enī aliter facere poterit:tanta eius humanitas,is sensus,ea in me est beneuolentia. Vale

σχόλια



NTERMITTEREM)*quin darem ad te literas.ep.16.l.8. Ad VII.)al.ad VI. Sinuessæ)ep.sup. Ab eo)Cæsare. Redditæ sunt ad VII. Cal.)ep.seq. Opes meas)ex ambiguo,perinde ac si dicat, res meas. Superioribus literis)5.h.l. Clemētiam)ep.9.l.8. Corfiniensem)qua Corfinij in captos usus fuerat. Gaudeo) sic ep.8.h.l. Ii)ut Domitius, Vibullius,& reliqui. Dimissi sunt)quum Corfinij fuissent capti.ep.8.l.8. Inferrent)ut Domitius Massiliæ,& Vibullius in Hispania.Cæs.l.1.de bel.ciu. Mei similem)clementem. Illos sui) similes,pertinaces. Vtar)uti possim.ep.5.h.l. Tuo)genero.ep.6.l.6. Habebo)quòd tu mihi ad urbem præsto fueris:uel,quòd ille mihi sit iucundus.al.habeo. Aliter)quin te,ut præsto sis,moneat,& moueat:uel,quin mihi sit iucundus.*

CICERO ATTICO S. 20



REBATIVM VI.Cal.quo die has literas dedi, expectabam ex eius nuntio, Matijq; literis meditabor, quomodo cum illo loquar. ò tempus miserum. nec dubito, quin à me contendat, ad Vrbem ueniam: senatum enim Cal. uelle se frequentem adesse, etiam Formijs proscribi iussit. ergo ei negandum est? sed quid præripi? statim ad te perscribam omnia. ex illius sermone statuam, Arpinum ne mihi eundum sit, an quò aliò. Volo Ciceroni meo togam puram dare, istic puto. tu quæso cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiæ reddiderunt. A' Curio, uelim scire, ecquid ad te scriptum sit de Tirone: ad me enim ipse Tiro ita scripsit, ut uerear, quid agat. qui autẽ ueniunt inde, id modo nuntiãt. sanè in magnis curis etiã hæc me solicitant: in hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.

σχόλια



REBATIVM) ep.11.h.l. VI.Cal.) al. XI. Cal. quod si probes, reddite sunt ad XII. Cal. necesse est legas ep. sup. Eius) Trebatij, qui Cæsaris est amicus. l.7. fam. Matijque literis) ep.27. l.11. fam. Cum illo) Cæsare. Loquar) quo nihil unquàm difficilius cogitaui. ep.7. h.l. Contendat) Cæsar, ut contendit ep. sup. Ad urbem ueniam) ep.5. h.l. Cal.) Apr. Adesse) Romæ. Sed quid μετανοίας, ne disputare incipiat, negandum sit necne, antequàm planè sciat, quid sit petiturus. Præripi?) necesse? quid oportet hanc rem præripere, & anticipare? epist.1. l.10. sed uidetur ἀπροσιώπησις inusitata. Quare uel ut prius, sed quid præcipiat, sentiam? & statim ad te perscribam omnia: uel, sed quid præripiam? sentiam, & statim ad te perscribam omnia: legendum putauerim. Illius) Cæsaris. Togam puram) ep.4. h.l. Istic) Romæ. Puto) uolet Cæsar, dem togam puram. ep.4. h.l. Quid deinde) faciendum sit. Hebetem) ad cogitandum. Curio) epistο.2. l.7. Tirone) ægro relicto. ibid. Inde) Patris. ibid. Id modo nunciant. Sanè) putamus ita legi posse: id modo nunciant, sanum: hoc est, nunciant illi quidem sanum, sed mihi addunt, unde probent, id uerum esse. Opera, & fidelitas) episto.21. l.16. fam.

CICERO ATTICO S. 21



TRVNQVE ex tuo consilio: nam & oratio fuit ea nostra, ut bene potius ille de nobis existimaret, quàm gratias ageret: & in eo mansimus, ne ad Vrbem. illa fefellerunt, facilem quòd putaramus: nihil uidi minus. damnari se nostro iudicio: tardiores fore reliquos, si in his non ueniremus, dicere. ego, dissimilem illorum esse causam. cum multa: ueni igitur, & age de pace. meo ne, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam? sic, inquam, agam, senatui non placere in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari: multaque inquam de Cneo deplorabo. tum ille, ego uero ista dici nolo. ita putabam, inquam. sed ego eo nolo adesse, quòd aut sic mihi dicendum est, multaque, quæ nullo modo possem silere, si adessem: aut non ueniendum. summa fuit, ut ille quasi exitum quærens, ut deliberarem. non fuit negandum. ita discessimus. credo igitur hunc me non amare. at ego me amaui, quod mihi iam pridem usu non uenit. reliqua ò Dij, qui comitatus, quæ, ut tu soles dicere, νεκυία? in quà erat Eros Celeri. ò rem perditam, ò copias desperatas. quid? Seruij filius. quot in his castris fuerunt, quibus Pompeius circumsideretur? sex legiones. multum uigilat, audet. nullum uideo finem mali. nunc certe promenda tibi sunt consilia. hoc fuerat extremum. illa tamen κατακλεὶς illius est odiosa, quam penè præterij: si sibi consilijs nostris uti non liceret, usurum quorum posset, ad omniaque esse descensurum. uidisti igitur uirum, ut scripseras? ingemuisti? certe. cedo reliqua. quid? continuo ipse in Puteolanum, ego Arpinum. inde expecto quidem ἀλλὰ τέλσαν illam tuam. tu (malum) inquies, actum ne agas. etiam illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt. sed ego tuas literas expecto: nihil est enim iam, ut antea, VIDEAMVS HOC QVORSVM EVADAT. extremum fuit de congressu nostro. quo quidem nõ dubito quin istum offenderim. eo maturius agendum est. amabo te epistolã, & πολιτείαν. ualde tuas literas nunc expecto. Vale.

σχόλια



TRVNQVE) fecimus, & locuti sumus cum dignitate, & in proposito mansimus. ep. seq. Tuo cõsilio) honesto, & cauto. ep.14. h.l. tuis consilijs. ep. seq. nam me admonueras, ut cum grauitate loquerer. epist.11. h.l. Fuit) cum Cæsare. Existimaret) quòd grati in maximi beneficij memoria esse uolumus. epist.3. h.l. Ageret) s.

ſibi morem geſſerimus.non enim ad urbem uenimus,ut cupiebat.ep.19.h.l. Ne ad urbem)ueniremus. Feſellerunt)nos. Fa cilem)Cæſarem. Putaramus)ſperantes fieri facile poſſe,ut mihi concederet,ut abeſſem.epiſt.4.h.l. Mnus)facile. Noſtro iudicio)qui uellemus abeſſe:qua re uidebamur ea,quæ faceret,non probare. Tardiores)ad ueniẽdum in urbem. Reliquos) ſenatores,& ciues. Si in his non ueniremus) al.cum ijs Sinueſſam non uenerimus.uide,ne perturbatæ olim fuerint ſyllabæ, & ita ſit legendum: ſi cum ijs non ueniſſemus. Dicere) Cæſar. Ego)dicere. Diſſimilem) quum nec Pompeio tantum debeant,nec Reip.tot pignora dederint.ep.9.&.22.l.8. Quum multa)dixiſſemus. Veni igitur) inquit Cæſar. Age)quando adeſſe non uis,quum de Pompeio detrahatur.ep.3.h.l. De pace)ad quam te ſatis aptum ſcripſiſti.epiſto.13.h.l. Arbitratu?) agam? Sic)μίμησις. Iri)ut tu ire conſtituiſti.epiſt.18.h.l. Tranſportari)poſt reditum ex Hiſpanijs,ut cupiebas iam nunc. ibid. De Cneo)Pompeio.al.digna eo. Eo nolo adeſſe)ob id nolo Romæ eſſe, & in ſenatu. Vt ille)ut illæ Cæſar peteret. Exitum)ſermonis. Deliberarem)ad urbem uellem uenire nec ne. Non fuit negandũ)hoc,quod petijt,ut deliberarem.al.non fuit rogandum:à me non fuit petendum,quoniam id libenter faciebã.al.non fuit rogandus:Cæſar non fuit præterea rogandus, ut mihi ueniam daret,quoniam iraſci potuiſſet,quum iam ille petijſſet, ut deliberarem alij. non fui rogandus. Credo igitur hunc me non amare)ἀμφιβολογίᾳ loco facta. Amaui)al.amabo,ut impetrabo aliquid à me ipſo. ep.18.h.l. Comitatus) Cæſaris.ep.ſeq. Vt tu ſoles dicere)ut tu appellas.epiſt.22.h.l. νεκυία)funus.ibid. homines pernicioſi,& faciendis cædibus apti. Eros Celeri) Eros Celeris,placet quidem legere,ſed Q. Celerem uiuum,& Attici amicum, ep.3.l.6.& ep.1.l.10. non autem Q. Metellum Celerem iampridem mortuum credimus ſignificari:et hic dicitur,Eros Celeris,ut Eros Philotimi, ep.15.l.10. ſiue libertus,ſiue filius,ſiue etiam eſſet amicus aliquis ita Charus,ut eros,hoc eſt, ἔρως,amor diceretur. Seruij filius)erat.ep.ſeq. Quot)Senatorum filij. Caſtris)Cæſaris. Pompeius)uir tantus,& de Rep.tam bene meritus. Circũſi deretur?)ep.16.&.17.h.l. Sex legiones)erant.nam Cæſar Brundiſium cum legionibus ſex peruenerat,ut ſcribit ipſe lib.1.de bel.ciu. Vigilat)Cæſar.ep.9.l.5. Audet)Cæſar,qui ſit audaciſſimus.ep.3.l.7. Conſilia)quæ differebas.ep.15 &.18.h.l. Extremum) quod ſcriberem. καταιγὶς)al.καταιγίς,procella, animi perturbatio, qua Cæſar incitatus ea,quæ ſequuntur, dixit.alij,κατάκρισις,ep.3.l.2. Illius) Cæſaris. Noſtris) qui ad urbem uenire nollemus. Deſcenſurum) ſic deſcendere ad extrema ep.33.l.10.fam. Vidiſti)tu Cicero.atque hic niſi diuidatur epiſtola,eadem bis dicere uidetur, pene neceſſe eſt. Virum)Cæſarẽ. Ingemuiſti?)Cicero? Certe)ingemui ego Cicero. Cedò)tu Cicero. Ipſe)Cæſar. In Puteolanũ)iuit Arpinum)epiſto.ſeq. Expecto)quoniam in hoc tempus diſtuliſti.ep.15.h.l. ἀλλὰ τέλειαν) al. ALLATENCAN. al. ἀλλα τελέαν,ſed perfectam,fortaſſe recte,ut hic,μαντεῖαν,uel ſuppleas,uel deſideres, ſitque hic ſenſus. expecto iam nunc conſilium quidem illud tuum,ſed perfectum ita,ut nihil addi amplius poſſit,quid mihi deinde ſit faciendum.epiſt ſup.quod ego μαντεῖαν uoco,quoniam de rebus futuris eſt.μάντις γὰρ ἄριστος,ὅστις εἰκάζει καλῶς. ep.12.l.7.ſic χρησμὸς ep.12.h. lib.ſic fortaſſe etiam μάντευμα,ep.2.l.10. Actum ne agas)epiſ.4.h.l.prouerb. Illum)Pompeium. Nihil eſt)cur dicas. Vt antea)dicebas, quod ſequitur. Videamus hoc quorſum euadat)expectemus Cicero, donec ſciamus, quid Brundiſij agatur.ep.15.h.l.atqui nunc iam actum eſt,quod agendum fuit,quum Pompeius diſceſſerit.ep.18.h.l.hic uerbis Atticus ſua conſilia differebat.ibid. ſic ferè ep.14.lib.16. Extremum)quod ſupra ſcripſi. De congreſſu)de rebus in congreſſu dictis. Noſtro)meo & Cæſaris. Iſtum)Cæſarem. Offenderim)quum ad urbem uenire noluerim. Agendum eſt)de meo diſceſſu,conſilium dandum. Epiſtolam)mitte.πολιτικὴν)ciuilem,& de Rep.ſcriptam.

CICERO ATTICO S. 22

GO *meo Ciceroni,quoniam Roma caremus,Arpini potiſſimum togam puram dedi,idq́; municipibus noſtris fuit gratum.& ſi omneis,& illos,& quà iter feci, mœſtos,afflictosq́; uidi:tam triſtis,& tã atrox eſt ἀναθεώρησις huius ingentis mali.delectus habetur.in hiberna deducuntur.ea,quæ, etiam cum à bonis uiris, cum iuſto in bello,cum modeſte fiunt,tamen ipſa per ſe moleſta ſunt:q̃ cenſes acerba nunc eſſe,cum à perditis, in ciuili nefario bello,petulantiſſime fiant? caue autem putes quenquam hominem in Italia turpem eſſe, qui hinc abſit.uidi ipſe Formijs uniuerſos:neque mehercule unquam homines putaui: & noram omneis,ſed nunquam uno loco uideram.pergamus igitur quò placet, & noſtra omnia relinquamus: proficiſcamur ad eum,cui gratior noſter aduentus erit,q̃ ſi unà fuiſſemus:tum enim eramus in maxima ſpe,nunc,ego quidem,in nulla: nec præter me quiſquam Italia ceſſit, niſi qui hunc inimicum ſibi putaret.nec mehercule hoc facio Reip.cauſa,quam funditus deletam puto, ſed nequis me putet ingratum in eum,qui me leuauit ijs incommodis,quibus idem affecerat:& ſimul quòd ea,quæ fiunt,aut quæ certe futura ſunt,uidere non potero.etiam equidem S.C. facta.quædam iam puto, utinam in Volcatij ſententiam.ſed quid refert? eſt enim una ſententia omnium. ſed erit immitiſſimus Seruius,qui filium miſit ad affligendum Cn.Pompeium,aut certe capiendum,cum Pontio Titiniano.& ſi hic quidem timoris cauſa,ille uero.ſed ſtomachari deſinamus,& aliquando ſententiam terminemus,ut nihil*

noui, nisi id, quod minimum uellem, spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus: & , si Puteolis erit difficile, Crotonē petemus, aut Thurios, & boni ciues amantes patriæ mare infestum habebimus. aliam rationem huius belli gerēdi nullam uideo. in Aegyptum nos abdimus. exercitu pares esse non possumus. pacis fides nulla est. sed hæc satis deplorata sunt. Tu uelim literas Cephalioni des de omnibus rebus actis, denique etiam de sermonibus hominum, nisi planè obmutuerunt. ego tuis consilijs usus sum, maxime quòd & grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui, & ad Vrbem ut non accederem, perseueraui. quod superest, scribe quæso quamaccuratissime (iam enim extrema sunt) quid placeat, quid censeas: & si iam nulla dubitatio est: tamen, siquid, uel potius quicquid ueniet in mentem, scribas uelim. Vale.

σχόλια



ARE M V S) quia in eo mansimus, ne ad urbem. ep. sup. Togam puram) epist. 20. l. 5. Dedi) ut uolebam, ep. 4. & 10. h. l. Municipibus) Arpinatibus. ἀναθεώρησις) contemplatio, consideratio. ep. 17. lib. 14. Habetur) à Cæsare in Hispanias profecturo. ep. 18. h. l. Deducuntur) in proxima municipia. Cæs. lib. 1. de bel. ciu. Turpem) ep. 3. l. 7. Hinc) à Cæsaris exercitu. Vidi) in congressu. epis. sup. Vniuersos) Cæsarianos, qui erant in comitatu. ibid. Ad eum) Pompeium. Gratior) ἀσμενέστερος ep. 2. h. l. Spe) pacis, uel etiam uictoriæ Italia cessit) sic, Cneus Italia cedit, ep. 12. h. l. Hunc) Cæsarem. Putaret) ut Scipio, & Marcelli. ep. 1. h. l. uel igitur spe, uel metu reliqui Pompeium sunt secuti: ego neque spe, neque metu id faciam: gratior igitur meus erit aduentus. Hoc facio) paulò secus, epist. 25. lib. 8. In eum) Pompeium. Leuauit) quum mei restituendi, quàm retinendi fuit studiosior. epist. 3. l. 8. incommodis) exilij. Affecerat) quum in adoptando Clodio fuit Augur. ep. 3. l. 8. & traductor ad plebem. ep. 9. l. 2. Fiunt) à Cæsarianis. Non potero) præ dolore. Volcatij) in urbem reuersi. ep. 1. l. 8. Sententiam) ut legati sic enim putamus) de pace ad Pompeium mittantur, ut postea decretum fuit. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Vna) ut legati de pace mittantur. Immitissimus) timens, ne Pompeius meminerit, si Romam, facta pace, reuertatur. al. iniustissimus. Seruius) Ser. Sulpitius. Filium) Seruium. ep. 2. 3. & 4. l. 4. fam. Misit) ep. 3. l. 10. Titiniano) fortasse Titinij filio. ep. 4. h. l. uel ab alio adoptato, ut Pontius Titinianus diceretur, sicut Cæcilius Pomponianus. ep. 20. lib. 3. Hic) Titinianus. Timoris causa) est cum Cæsare, quòd rebus timeat suis. Ille uero) ἀποσιώπησις, quasi dicat, Seruius uero cupiditatis, certe mali alicuius causa. Stomachari) Serui factum. Aliquādo) post eam longas consultationes. Sententiam terminemus) al. sententiam: ut sit ἔλλειψις, quasi dicamus. Vt nihil noui) decernatur à nobis. loquitur enim tanquàm sententiam dicat in senatu, ubi frequenter hæc uerba usurpari solebant: ut nihil noui: ne quid noui decernatur. ep. 9. l. 5. Nisi id, quod minimum uellem, spiritum reliquum esse) al. nisi id, quod uellem, minimum spiritum reliquum esse: hoc est, nisi hoc ipsum, minimum spiritum mihi annum iam quinquagesimum septimum agenti superesse, quod equidem uellem uerum esse, ut liberarer his molestijs, præsertim quum mors mihi sit optāda perfuncto rebus eis, quas sum adeptus. Superum mare) ep. 25. l. 8. Obsidetur) quum Cæsar maritimos exitus clauserit. ep. 18. h. l. Infero) epis. 3. h. l. Crotonem) Plin. l. 3. cap. 11. Thurios) Plin. ibid. Boni ciues) ep. 2. h. l. εἰρωνικῶς. Amantes patriæ) εἰρωνικῶς, quam eam fame necandam putemus. ep. 11. h. l. Mare infestum habebimus) mare infestum reddemus classe ad id parata. ibid. et omnia maria mouebimus ep. 11. l. 8. mare infestum habere ep. 1. l. 16. Nullam) nisi, ut commeatus intercludantur. ep. 11. h. l. Aegyptum) epist. 12. h. l. Abdimus) alij, abdemus. Pares) Cæsari. Fides) alij, spes. Cephalioni) epist. 23. l. 7. Obmutuerunt) Cæsaris aduentu. Tuis consilijs) tuo consilio. epist. superio. Nostro) meo, & Cæsaris. ibid. Tenui) ut monueras. episto. 12. huius libri. Non accederem) ut uolebat Cæsar. ep. superi. Extrema) ante meum discessum. Nulla dubitatio est) quin discedam.

M.Tulli



M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER DECIMVS



CICERO ATTICO S. 1



ERTIO Non. cum in Laterium fratris uenissem, accepi literas, & paulum respiraui, quod post has ruinas mihi non acciderat: per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari: Sexto enim nostro ꝙ scribis probari, ita lætor, ut me quasi patris eius, cui semper uni tribui plurimum, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim Nonis illis, illis Decembribus, cum ego, Sexte, quidnā ergo? Μὴ μὰν, inquit ille, ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξας, τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. eius igitur mihi uiuit auctoritas, & simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem saluere uelim iubeas plurimum, tu tuum consilium etsi non in longum tempus differs (iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse in consessu senatorum) tamen suspensum me detines, sed eo minus, ꝙ non dubito, quid nobis agendum putes: quid enim Flauio legionem, & Siciliam dari scribis? & id iam fieri? quæ tu scelera partim parari, & iam cogitari, partim ex tempore futura censes? ego uero Solonis popularis tui, &, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterutrius partis fuisset (nisi tu aliter censes) & hinc abero, & filijs sed alterū mihi est certius: nec præripiam tamen, expectabo tuum consilium, & eas literas, nisi alias iam dedisti, quas, scripsi, ut Cephaloni dares. Quod scribis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur. mihi omnino non uenit in mentem, quæ possit actio esse de pace, cum illi certissimum sit, si possit, expoliare exercitu, & prouincia Pompeium: nisi forte iste summarius ei potest persuadere, ut dum oratores eant, & redeant, quiescat. nihil uideo, quod sperem, aut quod iam putem fieri posse. sed tamē hominis hoc ipsum probi est, & magnum sit τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, ueniendum ne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. quare, si quid eiusmodi euenerit, ut accersamur: quod equidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, dixi: ipse ualde repudiauit: sed tamen si quid acciderit, quid censeas mihi faciendum, utique scribito: nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. Trebatij boni uiri, & ciuis uerbis te gaudeo delectatum: tuaque ista crebra ἐκφώνησις ὑπέρευ me sola adhuc delectauit. Literas tuas uehementer expecto, quas quidem credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Celer tuus disertus magis est, quàm sapiens. De iuuenibus, quæ ex Tullia audisti, uera sunt. M. Antonij istud, quod scribis, non mihi uidetur tam re esse triste, q̃ uerbo. hæc est ἄλη, in qua nunc sumus, mortis instar: aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit, aut uel periculose cum bonis, aut nos temeritatem bonorum sequamur, aut audaciam improborum insectemur. utrunque periculosum est. at hoc, quod agimus, & turpe, nec tamen tutū. istum, qui filium Brundusium de pace misit (de pace idem sentio, quod tu: simulationem esse apertam: parari autem bellum

acerrime)me legatum iri non arbitror, cuius adhuc (ut optaui) mentio facta nulla sit. eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus, si acciderit, ut legarer. Vale.

σχόλια



ERTIO Non.)Apr. & ita sex dies summum possunt intercedere. Laterium)ep.7.l.4. Paulum respiraui)al. paulum lectus respiraui. Firmitudinem)de sequendo Pompeio. epis.22.l.9. uel potius quòd firmus, constansque fuerim in congressu Cæsaris. ep.21.l.9. Sexto)Sext. Peduceo. ep.12.l.7. ep.1.l.13. & episto.10.l.16. Probari)sic ep.6. et.12.l.9. Patris)Sext. Peducei.l.2. de finib. Qui)Sext. Peduceus pater. Olim)in consulatu meo. Illis illis)παλιλογία. Decembribus)ep.1.l.2. & ep.17. ad M. Brut. Quum ego)dixissem. Sexte)Sexte Peducei pater. Quidnam ergo?)faciam, coniuratis iam comprehensis, & condemnatis? μὴ μὰν, inquit ille, ἀσπουδί γε, καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξαντι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι)ne, inquit ille, sine studio, & sine gloria peream, sed magnum aliquid faciens, & posteris audiendum. Iliad.χ. ep.15.l.13. fam. Eius)Sext. Peducei patris. Filius eodem est apud me pondere)epis.1.l.13. Tuum consilium)de meo discessu. Non in longum tempus) sed donec sciatur, quid in senatu sit de pace decretum. Emptum)à Cæsare corruptum. Pacificatorem)agentẽ de pace Volcatium, ep.22.l.9 uel potius Ser. Sulpitium. ep.1.l.4. fam. & ep.6.l.16. Perorasse)& si cunctator est, ep.10.l.8. fam. & tardus in expediendis, conficiendisque rebus. in Brut. In consessu senatorum) ταπεινώσει usus est, ne diceret in Senatu, quum tot senatores, & consulares abessent. sic conuentum senatorum uocat ep.1.l.4. fam. Agendum)de discessu. Flauio)si uerum est, quod scribit Appianus, Asinium Pollionem in Siciliam à Cæsare ante Curionem missum fuisse, Asinio, legendum uidetur. de L. tamen Flauio ep.15.l.1. & de C. Flauio, Nep. in Att. uit.a. Solonis)Plutar. & Laertius. Popularis tui) Atheniensis. ep.10.l.5. Mei)quoniam me Athenas fortasse conferam. Legem)Gell.l.2. cap.12. Negligam)neutram partem sequens. Capite sanxit)is domo, patria, fortunisque omnibus careto, exul, extorrisque esto. Gell. Hinc)ex Italia. Filij)Cicerones. epi sto.12.l.7. Alterum)ut ego hinc absim. Nec præripiam)antequam scribas. sic ep.20.l.9. Scripsi)ep.22.l.9. Cephalioni) ibid. Attractum iri)ad urbem. Si de pace agatur)al. si de ea re agatur, ut notas, quibus in S.C. utebantur, quasi interpretetur, D. E. R. Illi)Cæsari. Prouincia)Hispania. Summarius)Ser. Sulpitius, qui didicit artem, quæ doceat rem uniuersam tribuere in partes, unde summa fiat: in Brut. uel qui bella ciuilia summatim, quum hortatur ad pacem, colligere solet. episto.3. lib.4 fam. alij ummarius, quasi numos in Consulatu accepisset, ut Cæsari faueret, quod tamẽ negat Dion. Ei)Cæsari. Oratores)legati de pace. ep.3.h.l. Eant)ad Pompeium. Et redeant)Romam. Quiescat)Cæsar. Magnum)uel, maximũ scripsit, uel Græce locutus est τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων)maxime ciuilium consiliorum, maxime ciuilium considerationum. ep.8.l.7. De re bona)ut de pace. Dixi)ep.21 lib.9. Repudiaui) Cæsar: quum respondit illa, quæ me dicturum ostendebam, nolle dici. ibid. Sed tamen si quid acciderit) ἐπανάληψις. Adhuc)adhuc enim Pompeij beneficium excusaui: nunc, si de pace agetur, uti hac excusatione non potero, quum nihil de Pompeio detrahatur, ep.2.l.9. & ideo maioris erit consilij. Trebatij)ep.11.l.9. Boni uiri, & ciuis)ep.12.h.l. Verbis)quæ tecum Romæ facit, & libere loquitur. ἐκφώνησις) exclamatio. ὑπέρευ)nos legimus, ὑπέρευ, quàm optime, quàm maxime, quo ἐπιῤῥήματι usus est Demost. ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ. Tu cum Sexto seruasti)tu & Sextus Peduceus seruastis. Grauitatem) in cõgressu Cæsaris. Præcipis)ep.22.l.9. Celer)Q. Celer. ep.3.l.6. & ep.4.l.11. Iuuenibus)Ciceronibus. Vera sunt)eos, & præsertim Q. filium difficile regi. ep.4.5. & .11.h.l. M. Antonij)qui nunc omnia perficit, quæ Senatus salua Rep. ne fieri possent, perfecerat. Philip.2 & Senatum dat Cæsari. Dion.l.41. Istud)fortasse de restituendis exulibus. Phil.p.2. ἄλη) error, anxietas. Sumus) δυσφοροῦμεν, ut ægroti. Libere)si malis ipsis assensus fuissem. Malos) ut M. Antonium, Q. Cassium, & reliquos. πολιτευτέον)in Rep. uersandum. Fuit)si Romam à Cæsare uocatus uenissem. Periculose)si Cæsari aduersatus fuissem. Aut nos)conclusio quædam, qua seipse quasi hortatur. Temeritatem) præsertim in urbe, & Italia relinquenda. Insectemur)uel, sequamur, exponas: uel, sectemur, legas licet, ut disiunctio postulat. Agimus)neutros adhuc sequentes. Et turpe) ep.4 l.9. al. nec turpe: quippe quum probetur etiam Sexto. ep.6. lib.9. Istum)Ser. Sulpitium. sed & σολοικισμὸς extabit, nec res commode intelligi poterit, nisi totum locum ita legeris. istum, qui filium Brundusium misit, de pace (de pace idem sentio, quod tu, simulationem esse apertam, parari autem bellum acerrime) & me legatum iri non arbitror. nam Ser. Sulpitius ad capiendum Pompeium Brundusium, non de pace miserat. epist.22.l.9. Cuius)pacis. Vt optaui)eo modo, quo ego optaui, ne uideatur dicere, se optasse, ne mẽtio fieret pacis, cuius autor ipse semper fuit ep.13 l.9. uel lege, ut putaui, quum scripsi nullam fidem pacis esse. ep.22 l.9. Si acciderit, ut legarer)uel, si acciderit, ut leger: uel si accideret, ut legarer, latina locutio uidetur postulare. de legatis uero epist.3.h.l.

CICERO ATTICO S. 2



GO *cum accepissem tuas literas* Non. Apr. *quas* Cephalio *attulerat, essemq́; Minturnis postridie mansurus, & inde protinus: sustinui me in Arcano fratris, ut, dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco essemus, agerenturq́; nihilo minus quæ sine nobis agi possunt.* MMTEYCA *iam adest, & animus ardet: nec est quicquam*

quam, quò, & quà. sed hæc nostra erit cura, & peritorum. tu tamen, quoad poteris, ut adhuc fecisti nos consilijs iuuabis. res sunt inexplicabiles. fortunæ sunt cõmittenda omnia. sine spe conamur ulla. melius siquid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum: de quo ad me Tullia mea scripsit. sed & tempus alienum est, & homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nolem: cui te meo nomine inimicum esse nolo. Vale.

σχόλια

CEPHALIO) ep.23.lib.7. Et inde protinus) discessurus. al. protinus sustinui. Arcano) ep.1.l.5. Aliquid) de rebus urbanis. ep. sup. & seq. Agerenturque) quæ ad nauigationem pertinent. ΜΑΝΤΕΥΜΑ) al. μάντευμα, diuinatio, responsum, consilium tuum, quod mihi instar est μαντεύματος: ut hic μάντευμα uocet, quam fortasse μαντείαν uocarat epis.21.l.9. Adest) tuis proximis literis allatũ. Ardet) cupit discedere. Quò, & quà) discedamus, quum clausi sint maritimi exitus. ep.18.l.9. Cura) inueniẽdi, quò, & quà discedamus. ep.5.h.l. Peritorum) ut nautarũ, qui portus, stationes, & loca maritima norunt. Sine spe) ep.18.l.9. Dionysiũ) ep.4.l.7. Nõ amico) ep.18.l.9.

CICERO ATTICO S. 3

CVM, quid scriberem, planè nihil haberem, hæc autem reliqua essent, quæ scire cuperem, profectus ne esset, quo in statu Vrbem reliquisset, in ipsa Italia quem cuiq; regioni, aut negotio præfecisset, & qui essent ad Pompeium, & ad Consules ex S.C. de pace legati: ut igitur hæc scirem, dedita opera has ad te literas misi. feceris igitur commode, mihiq; gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. ego in Arcano operior, dum ista cognosco. Ad VII. Id. alteram tibi eodem die hanc epistolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem. Visum te aiunt in regia. nec reprehendo, quippe cùm ipse istam reprehensionem non fugerim. sed expecto tuas literas: neque iam sanè uideo, quid expectem: sed tamen, etiam si nihil erit, id ipsum ad me uelim scribas. Cæsar mihi ignoscit per literas, quod non uenerim, seseq; in optimam partem id accipere dicit. facile patior, quod scribis, secum Tullium & Seruium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi, remisisset. homines ridiculos, qui cum filios misissent ad Cn. Pompeium circumsidendum, ipsi in senatum uenire dubitarent. sed tamen exemplum misi ad te Cæsaris literarum. Vale.

σχόλια

PROPECTVSNE esset) Cæsar in Hispanias, ut constituerat. ep.18.l.9. Consules) ep.13.l.7. S.C.) senatus enim rem probarat de mittendis legatis. Cæs. l.1. de bel ciu. Vt igitur) quasi ἐπανάληψις. Ego) nisi diuidatur hic epistola, nõ uideo, qui possit dicere, se eodem die alteram dictauisse, & pridie longiorem dedisse, quum hæc superiore sit longior. Arcano) ep.1.l.5. & ep. sup. VII. Id.) Apr. Alteram) duas igitur scripsit. Pridie) VIII. Id. Apr. Longiorem) epistolam superiorem longiorem parte superiore huius epistolæ, quam nos finiri censemus ibi: certiorem. Regia) Cæsaris domo, quam regiam inuidiose uocat. Non fugerim) & ipse cum Cæsare congressus. ep.21.lib 9. Non uenerim) ad urbem, ut uolebat. ibid. Quod scribis) al. quod scribit: rectè, ne uerbum, secum, Grammaticis male positum uideatur. Tullium) lege, Tullum. ep.9.l.8. Seruium) Ser. Sulpitium. ep.22.l.9. Quòd mihi) remisit, ut deliberarẽ. ep.21.l.9. Homines) συνεκδοχὴ, ut ἀνέγκλητον faciat, & alterum minus offendat, si ambos complectatur, quum tamen de altero tantum constet. Misissent) Seruius certe quidem epist.21. & 22. lib.9. Circumsedendum) Brundusij. Dubitarent) quasi uero plus in ea re Pompeium offenderent.

CICERO ATTICO S. 4

MVLTAS à te accepi epistolas eodem die, omneis diligenter scriptas. ea uero, quæ uoluminis instar erat, sæpe legenda, sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepisti: mihi quidem pergratum fecisti. quare, ut id, quoad licebit, id est quoad scies ubi simus, quam sæpissime facias, te uehementer rogo. at deplorandi quidem, quod quotidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quædam, quod profecto potest: non enim, quam dignitatem, quos honores, quem uitæ statum amiserim, cogito, sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in laude uixerim, his denique in malis quid intersit inter me, & istos, quos propter omnia amisimus. hi sunt, qui, nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarunt licen

tiam cupiditatum suarum: quorum societas, & sceleratę consensionis fides quò eruperit, uides. alter ardet furore, & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit: modo Italia expulit: nunc alia ex parte persequi, ex alia provincia spoliare conatur: nec iam recusat, sed quodammodo postulat, ut, quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. alter, is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuabat quidem, qui se nihil contra huius uoluntatem aiebat facere posse, elapsus è soceri manibus, ac ferro, bellum terra, & mari comparat, non iniustum ille quidem, sed tum pium, tum etiam necessarium, suis tamen ciuibus exitiabile, nisi uicerit, calamitosum etiam, si uicerit. horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunā quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati uidemur: quis enim potest aut deserta per se patria, aut oppressa beatus esse? & si (ut nos à te admonemur) recte in illis libris diximus, nihil esse bonum, nisi quod honestum nihil malum, nisi quod turpe sit: certe uterque istorum est miserrimus, quorū utrique semper patriæ salus, & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. præclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de Rep. aut meruisse optime, cum potuerim, aut certe nunquam, nisi diuine, cogitasse, eaq; ipsa tempestate euersam esse Remp. quam ego XIIII. annis ante prospexerim. hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum iam acta ætas, quàm propter pueros, quibus interdum uidemur præstare etiam Remp. debuisse: quorum quidem alter non tam, quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat, alter (ò rem miseram, nihil enim mihi accidit in omni uita acerbius) indulgentia uidelicet nostra deprauatus, eò progressus est, quò nō audeo dicere: & expecto tuas literas: scripsisti enim te scripturum esse plurima, cum ipsum uidisses. omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate: neque unum eius, nec paruum, sed multa magna delicta compressi. patris autem lenitas amanda potius ab illo, q̃ tam crudeliter negligenda. nam literas eius ad Cæsarem missas ita grauiter tulimus, ut te quidem celaremus. sed ipsius uidemus uitā insuauem reddidisse. hoc uero eius iter, simulatioq; pietatis qualis fuerit, non audeo dicere. tantum scio post Hircium conuentum, accersitum ab Cæsare: cum eo de meo animo ab suis rationibus alienissimo, & consilio relinquendi Italiam. & hæc ipsa timide: sed nulla nostra culpa est: natura metuenda est. hæc Curionem, hæc Hortensij filium, non patrum culpa, corrupit. iacet in mœrore meus frater, neque tam de sua uita, q̃ de mea metuit. huic tu, huic tu malo affer consolationes, si ullas potes, maxime quidem illam uelim, ea, quæ ad nos delata sint, aut falsa esse, aut minora: quæ si uera sint, quid futurum sit in hac fuga, nescio: nam si haberemus Remp. consilium mihi non deesset nec ad seueritatem, nec ad indulgentiam. hæc siue iracundia, siue dolore, siue metu permotus, grauius scripsi, q̃ aut tuus in illum amor, aut meus postulabat. si uera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. quoquo modo uero se res habeat, nihil assignabis nec patruo, nec patri. Cum hæc scripsissem, à Curione mihi nuntiatum est, eum ad me uenire: uenerat enim is in Cumanum uesperi pridie, id est Idibus. siquid eius igitur sermo eiusmodi attulerit, quod ad te scribendum sit, id in literis adiungam. Præterijt uillam meam Curio, iussitq; mihi nuntiari mox se uenturum: cucurritq; Puteolos, ut ibi concionaretur. concionatus est: redijt: fuit ad me sanè diu. o rem fœdam. nosti hominem: nihil occultauit, in primis nihil esse certius, quàm ut omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur: itaque se in Sicilia eorum opera usurum. de Hispanijs, non dubitabat, quin Cæsaris essent. inde ipsum cum exercitu, ubicunque Pompeius esset: eius interitu finem belli fore: propius factum esse nihil, eum planè iracundia elatum, uoluisse occidi Metellum Trib. pl. quod si esset factum, cædem magnam futuram esse: per multos hortatores esse cædis, ipsum autem non uoluntate, aut natura non esse crudelem, sed q putaret popularem esse clementiam: q si populi studium amisisset, crudelem fore: eumq; perturbatum, q intelligeret, se apud ipsam plebem offendisse de ærario: itaque ei cum certissimum fuisset, ante q̃ proficisceretur, concionem habere, ausum non esse, uehementerq; animo perturbato profectum. cum autem ex eo

quærerem, quid uideret, quod exemplum, quam Remp. planè fatebatur nullam spem reliquam: Pompeij classem timebat: quæ si esset, se de Sicilia abiturum. quid isti, inquam, sex tui fasces? si ab senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? cupiui, inquit, ex S.C. surrepto: nam aliter non poterat. at ille impendio nunc magis odit senatum. à me, inquit, omnia proficiscentur. sex autem, quia duodecim nolui: nam licebat. tum ego, quàm uellem, inquam, petiisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse: sed ueritus sum, quia ille à me nihil impetrabat. libenter, inquit, tibi concessisset. uerum puta te impetrasse: ego enim ad eum scribam, ut tu ipse uoles, de ea re nos inter nos locutos. quid autem illius interest, quoniam in senatum non uenis, ubi sis? quin nunc ipsum minime offendisses, eius causa si in Italia non fuisses. atque ego me recessum, & solitudinem quærere, maxime quòd lictores haberem. laudabat consilium. quid ergo, inquam? nam mihi cursus in Græciam per tuam prouinciam est, quoniã ad mare superum milites sunt. quid mihi, inquit, optatius? hoc loco multa perliberaliter. ergo hoc quidem est uerum profectò, ut non modo tuto, uerum etiam palàm nauigaremus. reliqua in posterum diem distulit: ex quibus scribam ad te, siquid erit epistola dignum. sunt autem, quæ præterij, interregnum ne esset expectaturus, an quomodo dixerim. ad se ille quidem deferri Consulatum, sed se nolle in proximum annum. & alia sunt, quæ exquiram. iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem: esse debet: quid enim, inquam, scripsit ad me Dolabella? dico quid? affirmabat, cum scripsisset, quod me cuperet ad Vrbem uenire, illum quidem gratias agere maximas, & non modo probare, sed etiam gaudere. quid, quæris? atque iubebat: est enim suspicio illa domestici mali, & sermonis Hirciani. quàm cupio illum dignum esse nobis, & quàm ipse me inuito, quæ pro illo sit suspicandum, sed opus fuit Hircio conuento. est profectò nescio quid. sed uelim quàm minimo. & tamen eum nondum redisse miramur. sed hæc uidebimus. Tu Oppios Terentiæ dabis: iam enim Vrbis unum periculum est. me tamen consilio iuua, pedibus ne Rhegyum, an hinc statim in nauem. cæterum, quoniam commoror, ego ad te statim habebo, quod scribam, simul ut uidero Curionem. De Tiro ne cura quæso, quod facis, ut sciam, quid is agat. De tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, ut mihi uisus sum, diligenter. de die nihil sanè potest scribi certi præter hoc, nũ ante lunam nouam. *

Curionis sermo postridie eandem habuit ferè summam, nisi quòd apertius significauit, se earum rerum exitum non uidere. Quod mihi mandas de quodam regẽdo, ἀγνοεῖν: tamen nihil prætermittam: atque utinam tu: sed modestior non ero. epistolam ad Vestorium statim de Tullia: ac ualde requirere solebat. commodius tecum Vectenus est locutus, quàm ad me scripserat. sed mirari satis hominis negligentiam non queo: cum enim mihi Philotimus dixisset, HS L. emere de Canuleio diuersorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vectenum rogassem, rogaui, ut, siquid posset, ex ea summa detraheret: promisit: ad me nuper, se HS. XXX emisse, ut scriberem cui uellem addicit diem pecuniæ Idib. Nou. esse. rescripsi ei stomachosius, cum ioco tamen familiari. nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem, scripsiq; ad eum, me à te certiorem esse factum. Tu de tuo itinere quid, & quando cogites, uelim me certiorem facias. ad XV. Cal. Maij. Vale.

σχόλια

EA uero) epistola. Amiserim) urbe relicta. epist. 10. lib. 7. Consecutus) olim. Præstiterim) præsertim Cos. Istos) Pompeium & Cæsarem potissimum. Quos propter) ἀντιστροφή. Hi sunt) Pompeius, & Cæsar. Expulissent) nam dico eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuerant, & me coegerunt. ep. longa ad Lentul. Quorum societas) al. quorum societatis. al. quæ societas. Cõsensionis) ep. 16. & 17. l. 2. Quò) ad quod bellum. Alter) Cæsar. Expulit) Pompeium. ep. 13. l. 9. Persequi) in Græciam. ibid. Prouincia) Hispania. Spoliare) expellere. ep. 1. h. l. Alteris) Pompeius Quondam) meis temporibus, quando sum proditus, ep. 8. l. 3. & tot incommodis affectus: ep. 22. l. 9. Ne subleuabat quidem) quum tamen posset. epis. 15. l. 9. Huius) Cæsaris, qui mihi iratus meum inimicum traduxit ad plebem. orat. de prouinc. Cons. Aiebat) responsum minus liberale. ep. 15. l. 3. Soceri) Cæsaris. ep. 3. l. 8. Comparat) ep. 11. lib. 8. Non iniustum) ut pro libertate susceptum. Exitiabile) exitiosum. epis. 4. l. 9. Nisi uicerit) quia Cæsar erit tyrannus. Si uicerit) quia & ipse Syllam immitabitur. ep. seq. & epis. 11. l. 8. Horum) Pompeij, & Cæsaris. Res gestas) à Pompeio in tribus orbis partibus, à Cæsare in Hispania, & in Gallijs. Non antepono) nunc. nam res ea me solebat pungere. ep. 17. l. 2.

Florentissima)de Pompeio orat.pro lege Manil.de Cæsare Plin.l.7.cap.25. Duriore)præsertim exilij tempore.l.3. Deserta)ut à Pompeio. Oppressa)ut à Cæsare. Admonemur)nunc,& aliàs.ep.2.l.8. Libris)de Rep. Nihil esse bonum)lib.1. de off. Quod turpe sit)ep.8.l.8. Vterque)Cæsar,& Pompeius. Posterior)libro.2.penè toto,sed episto.16.potissimum. Conscientia sustentor)sic ep.1.& 4.l.6.fam. XIIII.annis)quot inter meum, & præsentem consulatum numerantur. Prospexerim)ep.3.l.4.fam. Acta ætas)ita,ut non multum spiritus sit reliquum.ep.22.l.9. Pueros)Cicerones. ep.4.l.9. Quorum quidem alter)meus. Excruciat)ne in ipsum existam crudelior.ep.12.h.l. Alter)Q.filius. Indulgentia)molli educatione.Quintil.l.1.cap.3. Nostra)se miscet Cicero,ne fratrem,cuius interfuerat filium instituere, grauius accusare uideatur, quem tamen nimis indulgentem uocat ep.seq. Deprauatus)ibid & ep.12.h.l. Ipsum)Q.filium. Illum)Q.filium. Eius)Q.filij. Patris)Q.fratris. Lenitas)indulgentia. Eius)Q.filij. Missas)de nostro consilio discedendi. Ipsius)Q.fratris. Videmus)cum eo nunc uiuentes. Reddidisse)Q.filium. Eius)Q.filij. Iter)ad Cæsarem. Simulatioque pietatis)dum uult uideri id facere,ut patri aliquid à Cæsare impetret, quum id faciat,ut cum Cæsarianis, & præsertim cum Hircio esse possit. Hircium)corruptorem,ut postea merito à Q.Cicerone patre libidinum, & langoris, effœminatissimi animi plenus sit appellatus ep.27.l.16.fam. Cum eo)Cæsare locutum. De meo animo)discedendi. Suis)qui cupit esse cum Cæsarianis:uel suis,ipsius Cæsaris. Timide)scribo,ut cupiã celare:uel potius timide locutus est Q.n.filius,quo fortior est meus. ep.9.h.l. Nostra)qui educauimus. Hæc)natura. Curionem)ep.11.l.1. Hortensij filium)ep.3.l.6. Huic tu,huic tu) παιλλογία. Delata)de Q.filio. Seueritatem)in illum. Indulgentiam)al.diligentiam. In illum)Q.filium. Amor)ep.2. lib.2. Habeat)al.habebit. Patruo)mihi.ep.2.l.2. Patri)Q.fratri. A Curione mihi nunciatum est)ab ijs,qui à Curione ueniebant,mihi nunciatum est. Eum)Curionem. Idibus)Apr. Prætereit)hæc adiungit. Fuit ad me)fuit apud me. sic epis. 26.l.2.& ep.16.h.l. Hominem)Curionem rimarum,ut inquit ille,plenum. Lege Pompeia)lege à Pompeio in tertio Consulatu de ambitu præsertim lata. Ascon.in orat.pro Mil. Condemnati)ut C.Memmius,P.Plautius Hipseus,& alij. Restituerentur)iudicio populi.Cæs.l.3.de bel.ciu. In Sicilia)quò mittitur ipse Propræt.cum tribus legionibus.Cæs.l.1.de bel.ciu. Eorum)condemnatorum. Cæsaris essent)quum primum eò uenisset. Ipsum)Cæsarem profecturum. Eius)Pompeij. Interitu)ep.9.l.8.nihil enim aliud agitur.ep.4.l.9. Propius factum esse nihil)quàm ut cædes fieret,ut sit ἀποσιώπησις. Eum)Cæsarem. Iracundia elatum)iratum,& intercessionibus incitatum.ep.10.h.lib. Voluisse occidi)uoluisse quidem occidi, sed non mandasse tamen. Metellum)L.Metellum.ep.4.l.9. Futuram esse)al futuram fuisse:rectius. Ipsum) Cæsarem. Putaret)nisi frequenter Cicero tempora mutaret,libentius legerẽ uel,putet,uel putarit. Popularem)igitur insidiosam.ep.25.l.8. Crudelem)Cæsarem. Apud ipsam plebem offendisse)ep.seq.& ep.6.h.l. Aerario)quod ipse Cæsar aperuit.Lucan.l.3.protinus abducto patuerunt templa Metello.ep.11.l.7. Ei)Cæsari. Profectum)in Hispaniam infectis ijs, quæ agere destinauerat.Cæs.l.1.de bel.ciu. Ex eo)Curione. Pompeij classem)ep.11.l.9. Abiturum)Siciliæ diffidentem.ep.seq. Sex tu fasces)ut Propræt. Cur laureatos)quum ab ipso senatu nondum sis Imperator appellatus,nondum decreta sit supplicatio,& si Tignium receperas? Ab ipso)Cæsare. Cur sex?)quum quo iure sex dedit, eodem duodecim dare potuerit? Cupiui)haberẽ fasces. Inquit)Curio. Surrepto)falsa narratione impetrato,ac clàm,& dolose facto,& ablato,ut ep.17.l.4.alij, ferre ad Po. Aliter)quàm ex S.C.surrepto. Non poterat)hoc fieri,quum legitimo iure non essem Propræt. factus. Ille)Cæsar. Magis)quàm antea odit ut popularis.ep.16.l.16. Odit senatum)ep.10.h.l.ideo minus auferre S.C.posset huiusmodi. Omnia)quibus merere S.C.possim. Sex autem)al.cur autem sex? Nam licebat)per Cæsarem. Ab eo)Cæsare. Philippum)L.Martium Philippum uirum Consularem,ep.21.l.5 & pueri Octauij uitricum.epis.12.l.15. Impetrasse)ut liceret abesse. Nihil impetrabat)quũ peteret,ut ad urbem uenirem.ep.21.l.9. Concessisset)Cæsar,ut abesses. Ad eum)Cæsarem. Quoniam in senatum)quando in senatum,fortassè melius. Nunc ipsum)ipso tempore hoc,ut ep.10.l.12.alij, ipsum Cæsarem exponunt. Offendisses)tu Cicero. Eius)Cæsaris. Atque ego)dixi. Recessum)qui mihi quasi prouincia sit,ut ep.21.lib.12. Solitudinem)quòd oculi insolenteis homines ferre non possint.ep.16.l.2 fam. Lictores)ep.9.l.7. Laudabat)Curio. Consilium)quærendi recessum. Quid ergo?)fiet? Tuam prouinciam)Siciliam. Mare superum)epis.25.l.8. Milites sunt)ep.18. lib.9. Optatius?)quàm ut cursus sit tibi per meam prouinciam? Perliberaliter)pollicitus est. Est uerum profectò)alij, est profectum. Nauigaremus)nauigare possemus. Interregnum)quòd Coss.absint.episto.11.l.9. Expectaturus)Cæsar. An quomodo dixerim)an Dictaturam,siue Dictatorem,qui dici solebat,& fortasse hisce uerbis:uel potius ita legamus:an, quo modo dixerim:ut sit ἀπορία. Ille)Curio inquit. Deferri)à Cæsare,ut sit collega. Nolle)Cos. designari. In proximum annum)qui suus nõ sit. Exquirã)à Curione. Iurabat)Curio. Esse debet)amicissimus mihi Cæsar. Inquam)al.unquàm. Scripsit)nisi me ualde illi satisfacere.ep.19.l.7. Dolabella?)epis.6.lib.6. Dico quid?) ἐπανόρθωσις,quasi dicat,nihil ferè unquàm aliud scripsit. Affirmabat)Curio. Scripsisset)Cæsar,ut ep.5.l.9. Cuperet)Cæsar. ibid. Illum)Cæsarem. Agere)nunc,ut ante.ep.4.& 5.l.9. Probare)meũ factum. Gaudere)quòd non uenerim:quippe quum in optimam accipiat partem.ep.sup. Atque iubebat)à Q.iubebat:uel,de Q.iubebat:hoc est, quod ad Q.filium attinet, Curio nos esse sine cura iubebat:legi,& interpretari posse iudicamus. Domestici)ut à Q.filio profecti. Hirciani)ab Hircio cum Q.filio habenti.supra. Illum)Q.filium. Nobis)me,te,& Q.fratre. Quàm ipse me inuito)profectus est: uel, quàm ego me ipse inuito,& quasi prouoco ad suspicandum,quod suspicandum sit,ut illum defendam. Fuit)ipsi Q.filio ἀντιπεριφορά. Sed uelim)al.quod uelim. Quàm minimo) quã minimo sit malo. Eum)Q.filium. Redijsse)ad nos. Oppios)ep.seq. Dabis) ut soluant. Vnum periculum est)tam in creditoribus,& nominibus,quàm in rebus.nam Cæsar mollebatur χρεῶν ἀποκο-

πτὰς.ep.10.l.7. Pedibus ne)sit eundum. Rhegium)epist.6.l.16. In nauem)conscendendum. Videro)postero die,in quem reliqua distulit.supra. Tirone)ægro Patris relicto.ep.2.l.7. Sciam)ut uelim.ep.20 l.9. Cogitatione)ea, ut conscientia comite proficiscar. Antea)supra,ut epistola uideatur diuidenda,nisi tot quasi conatibus sit scripta,ut mirum non sit, si Cicero hoc loco idem,quasi iam oblitus,repetat:etsi intelligi pōt,in alijs etiam epistolis scripsisse,ut ep.1.h.l. De die)discessus. Lunam nouam)quia sæpe tempestates commouentur. Postridie)postero die,in quem reliqua distulerat. Summam)al. sententiam. Earum rerum)al.harum rerum. Quodam)Q. filio:& quendam per notam uocat,ne offendat, & quia prænomen ab eadem litera incipit. Regendo)ep.seq. ἀρκαδίαν, ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. Arcadiam me postulas,hoc est,magna,uel inutilia à me petis.prouerb. Prætermittam)in eo regendo. Atque utinam tu)nihil prætermitteres, sed regēdum susciperes. ep.seq. Sed modestior non ero)in eo regendo,quàm tu,& patrui esse soleant. Epistolam)dedi. Vestorium)ep.2.l.6. De Tullia)fortasse ut illi nummos daret;quos postea Cicero reddidit ep.14.h.l. Vectenus)ibid.& ep.12.h.l. Philotimus)epist 4. lib.2. Dixisset Hs.L.)al.dixisset Sese Hs.L. Canuleio)cuiusdam L.Canuleij,qui in portu Syracusis operas daret, fit mentio Verr.4.qui fortasse postea fuit Cæsaris legatus.Cæs.l.3.de bel.ciu. Addici)diuersorium. Idib.)quibus ueteres numerabant.ep.24.l.14. Ei)Vectenio. Stomachosius)θυμικώτερον,ep.12.h.l.al.stomachose si uis:stomachose,si tu ita existimas. Cum ioco)quòd ascripsi,monetali.ep.12.h.l. Certiorem esse factum)eum liberaliter agere. Itinere)in Epeirum.ep.14.l.9. XV.Cal.Maij)Curio Idib. Apr.uenit in Cumanum: XVII. Cal. Maij ad Ciceronem: XVI.Cal.Maij absoluit sermonem, & ita epistola. XV. Cal. Maij est data,diebus ueteri more collectis.

CICERO ATTICO S. 5.

ME ADHVC nihil præter tempestatem moratur. astute nihil sum acturus. fiat in Hispania quidlibet;& tamen retice.meas cogitationes omneis explicaui tibi superioribus literis.quocirca hæ sunt breues:& tamen quia festinabā, eramq; occupatior de Quinto fratre,ita me quidem sedulo,sed nosti reliqua.quod dein me mones,& amice,& prudenter mones: sed erunt omnia facilia,si ab uno illo cauero.magnum opus est.mirabilia multa.nihil simplex,nihil syncerum.uellem,suscepisses iuuenem regendum:pater enim nimis indulgens,quicquid ego astrinxi, relaxat.si sine illo possem,regerem,quod tu potes:sed ignosco.magnum inquam opus est. Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam.ego nunc,quà,& quò,uidebo.ego uero Apuliam,& Sipontum,& tergiuersationem istam probo,nec tuam rationem eandem esse duco,q̄ meam:non quin in Rep.rectum idem sit utrique nostrum:sed ea non agitur:regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior Rex,& probior,& integrior,& is,qui nisi uincit,nomen populi R.deleatur necesse est:sin autem uincit,Sullano more,exemploq; uincet.ergo hac in contentione neutrum tibi palàm sentiendum,& tempori seruiendum est.mea causa autem alia est, q̄ beneficio uinctus,ingratus esse non possum,nec tamen in acie,sed Melitæ,aut alio in loco,siue in oppidulo futurum puto.nihil,inquies,iuuas eum,in quem ingratus esse non uis?immo minus fortasse uoluisset. sed de hoc uidebimus.exeamus modo;quod ut meliore tempore possimus,facit Adriatico mari Dolabella,freto Siciliensi Curio.iniecta autem mihi spes quædam est,uelle mecum Ser. Sulpitiū colloqui.ad eum misi Philotimum cum literis. si uir esse uolet, præclara συνοδία: sin autem,erimus nos, qui solemus.Curio mecum uixit,iacere Cæsarem putans offensione populari,Siciliæq; diffidens,si Pompeius nauigare cœpisset. Quintum puerum accepi uehementer. auaritiam uideo fuisse, & spem magni congiarij.magnum hoc malum est:sed scelus illud,quod timueramus,spero nullum fuisse.hoc autem uitium puto te existimare non nostra indulgentia,sed à natura profectum. quem tamen nos disciplina regimus. De Oppijs Veliensibus quid placeat,cum Philotimo uidebis. Epeirum nostram putabimus:sed alios cursus uidebamur habituri. Vale.

σχόλια

MORATVR) quin discedam. Astute)sic ep.16.l.2. fam. Sum acturus)expectans,quid in Hispania geratur.ut me Tullia monet ep. seq. & Cælius ep.10.h.l. Quidlibet)uel uincat,uel uincatur Cæsar. Retice) ne, si meum consilium diuulgetur,impediar. Meas cogitationes omneis)meam totam cogitationem.ep. sup. Quinto fratre)qui iacet in mœrore.ep. sup. ego tamen libentius legerem:Q. F. idest, Q. filio,ut ep.8 l.16. fam. Ita me quidem sedulo)cura afficit,aut tale quid:& sunt poetæ alicuius uerba. Reliqua)quæ sequuntur in illo carmine. Quòd dein)al.quòd dem. Illo)Q. filio. Magnum opus)regere Q. filium. Nihil simplex)est enim uarium ingenium.ep.

11.h.l. Suscepisses)ut auunculus. Iuuenem)Q. filium. Pater,Q. frater. Indulgens)qua indulgentia deprauatus est.ep. sup.& ep.12.h.l. Sine illo)Q. fratre. Potes)regere sine illo,quam præsens non sit. Pro certo habemus)quia δεύτεροις nunciatur.ep.9.h.l. Quà,& quo)discedam.ep.2.h.l. Apuliam,& Sipontum)quò tu cogitas,in Epeirum profecturus ep. sup. Istam)quam tu meditaris. Probo)in te. Sed ea)Resp.uel recti ratio. Regnandi) dominandi.ep.11.l.8. Modestior)Pompeius. Nisi uincit)ep. sup. Syllano more)ep.11.l.8. Tibi)qui neutri es beneficio deuinctus. Beneficio uinctus) ep.3.l.8.quod sequor ep.6.l.9. Ingratus)in Pompeium ἀχάριστος.ibid. Non possum)quasi non debeo,ut epist.15 l.3. In acie)nec fuit.ep.18.l.9.fam. Melitæ)ep.seq.& ep.4.l.3.insula est.Plin.l.3.cap.8.et oppidũ,ubi nunc habitant equites Hierosolymarij. Iuuas eum)Pompeium. Adriatico)supero.al.Adriano. Dolabella)gener.ep.6.l.6. Freto)ep.1.l.2. Siciliensi) ubi Curio Propræt.erit.ep.sup.al.Cretensi.nam mare,quod est inter Siciliam,& Cretã, partim Siculũ,ptim Creticum uocari nemo nescit. sed hic, quum fretum,non mare dicit,siculum significat. Inuecta) ex literis Trebatij.ep.1.l.4.fam. Colloqui) de officio utriusque nostrum.ibid. Philotimum)al.Philotimum libertum.ep.4.l.2.& episto.2 l.4.fam. Literis)primis l.4. fam. Esse uolet)Ser.Sulpitius. Præclara συνοδία)præclarum concilium, siue colloquium. Sin autem)nolet uir esse. Vixit)ep. sup. Offensione)de ærario ibid. Diffidens)ita, ut diceret, si Pompeij classis esset, se de Sicilia abiturum. Quintũ puerum)iam nunc reuersum. Accepi uehementer)uehementer accusaui,et obiurgaui,quòd Cæsarem esset profectus.ep.sup. Fuisse)causam itineris. Congiarij)quod à Cæsare se sperabat accepturum. Scelus)libidinem,uel simulationem pietatis.ep. sup. Vitium)auaritiam. Indulgentia)ibid.& ep.12.h.l. Oppijs)ep.7.l.8. Veliensibus)ex uelia.epist.12.l.7. Philotimo), τῆς δαμαρτό: μου ἀπελευθέρῳ.ep.4.l.6.& ep.4.l.2. Videbis)an dandi sint Terentiæ.ep.sup. Epeirum)quò me inuitas,ep.14.l.9. Putabimus)si eo nauigabimus.

CICERO ATTICO S. 6

ET RES ipsa monebat,& tu ostenderas,& ego uidebam,de his rebus,quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. sed cum ad me sæpe mea Tullia scribat, orans,ut, quid in Hispania geratur, expectem,& semper ascribat idem uideri tibi, idque ipse etiam ex tuis literis intellexerim:non puto esse alienum, me ad te, quid de ea re sentiã, scribere. Consilium istud tunc esset prudens,ut mihi uidetur, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus:quod fieri dicitis oportere: necesse est enim aut, id quod maxime uelim,pelli istum ab Hispania,aut trahi id bellum, aut istum, ut confidere uidetur, apprehendere Hispanias. si pelletur:quàm gratus, aut quàm honestus tum erit ad Pompeium noster aduentus, cum ipsum Curionem ad eum transiturum putem? si trahitur bellum:quid expectem? aut quãdiu? relinquitur,ut,si uincimur in Hispania,quiescamus:id ego contra puto: istum enim uictorem magis relinquendum puto,quàm uictum,& dubitantem magis, quàm fidentem suis rebus. nam cædem uideo, si uicerit,& impetum in priuatorum pecunias,& exulum reditum,& tabulas nouas,& turpissimorum honores,& regnum non modo Romano homini,sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. tacita esse poterit in id dignitas nostra? pati poterunt oculi me cum Gabino sententiam dicere? & quidem illum rogari prius? præsto esse clientem tuum Chlœlium, Catuli Plaguleium, cæteros? sed cur inimicos colligo? qui meos necessarios à me defensos nec uidere in curia sine dolore, nec uersari inter eos sine dedecore potero.quòd si ne id quidem est exploratum, fore,ut mihi liceat(scribunt enim ad me amici eius,me illi nullo modo satisfecisse,quòd in senatum non uenerim)tamen ne dubitemus,an ei nos etiam cum periculo uenditemus,quicum coniuncti ne cum præmio quidem uolumus esse? deinde hoc uide, non esse iudicium de tota contentione in Hispanijs: nisi forte his amissis arma Pompeium abiecturum putas, cuius omne consilium Themistocleum est:existimat enim qui mare teneat,eum necesse rerum potiri.itaque qui nunquam egit,ut Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit.nauigabit igitur,cum erit tempus,maximis classibus,& ad Italiã accedet:in qua nos sedentes quid erimus? nam medios esse iam non licebit.classibus aduersabimur igitur? quod malum maius scilicet tantum? denique quid turpius? Annibal hic in absentis solus tuli scelus:eiusdem cum Pompeio,& cum reliquis principibus non feram? quòd si iam misso officio periculi ratio habenda est:ab illis est periculum,si peccaro,ab hoc, si recte fecero:nec ullum in his malis consilium periculo uacuum inueniri potest,ut non sit dubium,quin cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiam cum salute.non simul cum Pompeio mare transierimus:omnino non potuimus.extat

ratio

ratio dierum. sed tamen (fateamur enim, quod est) ne condamus quidem, ut possumus: fefellit ea res, quæ fortasse non debuit, sed fefellit: pacem putaui fore: quæ si esset, iratum mihi Cæsarem esse, cum idem amicus esset Pompeio, nolui: senseram enim, quã ÿdem essent. hoc ueritus in hanc tarditatem incidi: sed assequar omnia, si propero, si cunctor, amitto. & tamen mi Attice auguria quoq; me incitant quadam spe non dubia, non hæc collegÿ nostri ab Appio, sed illa Platonis de tyrannis: nullo enim modo posse uideo stare istum diutius, quin ipse per se, etiam languentibus nobis, concidat, quippe qui florenteis, ac nouos, ut uti diebus ipsi illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbissimum uenerit, qui duarum rerum simulationem tam cito amiserit, mansuetudinis in Metello, diuitiarum in ærario. iam quibus utatur uel socÿs, uel ministris. si ÿ prouincias, si Remp. regent, quorum nemo duos menses potuit patrimonium suum gubernare: non sunt omnia colligenda: quæ tu acutissime prospicis. sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges id regnum uix semestre esse posse. quod si me fefellerit, feram, sicut multi præclarissimi homines in Rep. excellentes tulerunt: nisi forte me Sardanapali uice in suo lectulo mori malle censueris, quã exilio Themistocleo: qui cum fuisset, ut ait Thucydides τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, tamen incidit in eos casus, quos uitasset, si eum nihil fefellisset. & si is erat (ut ait idem) qui τό, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα: tamen non uidit, nec quomodo Lacedæmoniorum, nec quomodo suorum ciuium inuidiam effugeret, nec quid Artaxerxi polliceretur. non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo uiro, non tam dirus ille dies Sullanus callidissimo uiro C. Mario, si nihil utrunque eorum fefellisset. nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quod diximus: nec fallit, nec aliter accidet. corruat iste, necesse est, aut per aduersarios, aut ipse per se, qui quidem sibi est aduersarius unus acerrimus. id spero uiuis nobis fore. quanquam tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua uita cogitare. sin quid acciderit maturius, haud sane mea multum interfuerit, utrum factum uideam, an futurum esse multo ante uiderim. quæ cum ita sint, non est committendum, ut ÿs paream, quos contra me senatus, nequid Resp. detrimenti acciperet, armauit. Tibi sunt omnia commendata: quæ commendationis meæ pro tuo in nos amore non indigent. ne hercule quidem reperio, quid scribam: sedeo enim πλουδοκῶν: etsi nihil unquam tam fuit scribendum, quã nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quã quod meam Tulliam suauissime, diligentissimeq; coluisti. ualde eo ipsa delectata est, ego autem non minus. cuius quidem uirtus mirifica. quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? quãtus autem animus in discessu nostro? στοργῆς sit summa σύντηξις: tamen nos recte facere, & bene audire uult. sed hac super re nimis, ne meam ipse συμπάθειαν euocem. tu, siquid de Hispanÿs certius, & siquid aliud, dum adsumus, scribes: & ego fortasse discedens dabo ad te aliquid, eo etiam magis, quod Tullia te non putabat ex Italia hoc tempore. cum Antonio item est agendum, ut cum Curione Melitæ me uelit esse, huic bello nolle interesse. eo uelim tam facili uti possem, & tam bono in me, quã Curio. is ad Missenum VI. Non. uenturus dicebatur, id est hodie. sed præmisit mihi odiosas literas hoc exemplo.

σχόλια



FIERI) faciendi, fortasse dixisset Laurëtius Vallensis. In Hispania) quò profectus est Cæsar. ep.3. & .4. h.l. Consilium istud) expectandi. Hispaniensem casum) quem neque expecto, nec quicquam astute cogito. ep.16.l.2. fam. Fieri) rationes nostras ad Hispaniensem casum accommodari. Dicitis) tu, Tullia, & Celius. Necesse est) complexio. Istum) Cæsarem. Tum) post Cæsarem uictum. Curionem) inimicum, nedum amicos. Ad eum) Pompeium. Vincimur in Hispania) Petreo, & Afranio ducibus. Istum) Cæsarem. Cædem) ep.11. h.lib. Si uicerit) Cæsar. Exulum reditum) φυγάδων κάθοδον. ep.10.l.7. & ep.4 h.l. Tabulas nouas) Χρεῶν ἀποκοπάς epist.10.lib.7. Romano homini) qui Regis nomen oderat & in ferrum pro libertate ruebat, ut inquit Poeta. Persæ) τοὺς γὰρ μονάρχας τὸ περσῶν γένος ἄκρον ἔχει: & ob id ἀνευρίσκομεν αὐτούς χείρους γεγονότας, ὡς τὸ ἐλεύθερον λίαν ἀφελομένους τοῦ δήμου, τὸ δεσποτικὸν δ' ἐπαγαγόντας. Plat.l.3. de legib. Gabinio) ep.15.l.4. illum) Gabinium, ut Cæsaris amicum, & ab eo restitutum. Diony.lib.39. Rogari) sententiam, ut ep.10.l.1. Chlodium, Catuli Plaguleium, ceterosq;) al.

Chloelium Catelli, Plaguleium, cæteros? etsi nomina sunt ipso penè timenda sono, & indigna, de quibus aliquis laboret, uidendum tamen fortasse sit, an legere possimus: Clodium, Cotylam, Patulcium, Cæteios? præsertim quum & exules, & suos inimicos uocet, ut erat Sext. Clodius, epist. 13. & 14. lib. 14. nisi quis magis probet, Cælum, ut Q. Cælium significet. Philip. 13. ubi Cotylæ Varij etiam fit mentio. de Q. uero Patulcio, ut C. Cæteio, qui Milonem accusarunt, scribit Ascon. in orat. pro Mil. Defensos) ut M. Cælium, Dolabellam, Cornelium Balbum, Rabirium Posthumum, & alios. Quòd si) al. quid si. Liceat) in curia, & inter eos uersari. Scribunt) contrà atque ipse scripsit. ep. 3. h. l. Eius) Cæsaris. Nō uenerim) rogatus. ep. 22. l. 9. Ne dubitemus) εἰρωνικῶς, imo dubitemus. Ei) Cæsari. Periculo) à Pompeianis, si postea uicerint, uel etiam Cæsare uictore crudeli futuro. Venditemus) tradamus. Quicum) cum quo Cæsare. Coniuncti) hoc belli tempore, uel olim in Consulatu. Ne cum præmio quidem) ne cum nummis quidem, quos ipsi Cæsari debebam, ep. 3. l. 7. uel potius quinqueuiratu. ep. 2. lib. 9. Voluimus esse?) al. sine interrogatione. rectius. Amissis) à Pompeio. Putas) ut putare non debes. Themistocleum) epis. 10. lib. 7. Existimat) cogitat. ep. 11. l. 8. Per se) sed per legatos. Ei) Pompeio. Classibus) ep 11. l. 9. Ad Italiam accedet) famę necandam. ibid. Medios) inter Pompeium, & Cæsarem. sic medium ep. 11. h. l. Non licebit) nam Pompeius omnibus, qui remanserint, erit iniquus. ep. 23. l. 8. Maius) hoc ipso. Tantum?) tantummodo? Turpius?) quàm Pompeij classibus aduersari, quum turpe sit non esse adhuc illum secutum. ep. 4. l. 9. Annibal hic in absentis solus tuli scelus: eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram?) al. Annibal hic in absenteis: solus tuli scelus eiusdem, cum Pompeio &c. hoc est, Cæsar in Italia erit alter Annibal contra absenteis, epist. 10. l. 7. atqui, inquit Cicero, olim scelus eiusdem Cæsaris solus tuli, & nunc cum Pompeio, & reliquis non feram? al. an, in ualde in absentia solus &c. uideant eruditi, an totus locus ita legi possit, ἀντιβραχυλογικῶν absentis solus tuli, scelus eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram? ut quasi subiiciat Atticus: Annibal uero, hoc est, Cæsar, quid faciet? deinde respondeat Cicero: an, quum potentiam eius absentis idest in Galliam profecti, uel proficiscentis, quam suam potentiam esse dicebat Clodius, solus tulerim, cum Pompeio, & reliquis principibus eiusdē scelus non feram? ex orat. pro Mil. Officio) ep. 11. l. 7. Ab illis) Pompeianis. Si peccaro) si remansero, epist. 23. l. 8. si, quæ probāda non sint, probaro. ep. 2. l. 4. fam. Ab hoc) Cæsare. Recte fecero) & recte sensero. ep. 21. l. 9. Cum periculo) quum periculum insit. Quod) quod turpe. Cum salute) etiam si salus inesset. Non simul) ἀνυποφορά. Non potuimus) transire. Extat) ep. 15. l. 8. & ep. 2. l. 9. Dierum) quibus simul cum Pompeio transire non potuimus. Ne condamus quidem) al. ne condimus quidem. Vt possimus) al. ut possumus, hoc est, quamuis possumus condere. Fefellit) epis. 2. l. 4. fam. Iratum) ut antea. orat. de prouinc. consul. Amicus) facta pace. Senseram) supplicia miserrima passus. ep. 15. l. 8. quum me ciuitate expulerunt. ep. 4. h. l. Iidem) eadem mente: in eadem opinione constantes. Essent) Pompeius, & Cæsar. Veritus) ep. 24. l. 7. Incitant) ad discedendum, & properandum. Collegij) Auguratus. Ab Appio) ab App. Claudij libris auguralibus. epis. 4. & 9. lib. 3. fam. & l. 2. de legib. Sed illa) auguria. Platonis) ex lib. 8. de Rep. Istum) Cæsarem. Florentes, ac nouos, ut uti diebus) quicquid dicant alij, nos ita legimus: Florens, an nouus VII. diebus. nam circiter dies VII. Romæ fuisse tum Cæsarem intelliget, qui colligere uoluerit, eum formijs proscribi iussisse, senatum Cal. Apr. uelle se frequentem adesse, ep. 20. l. 9. & eundem ante Id. Apr. ex urbe profectum, ep. 4. h. l. quin ipse quoque lib. 1. de bel. ciu. scribit, diebus aliquot frustra consumptis profectum. Illi ipsi) quæ illum semper ut popularem extulit. Odium) offensionem de ærario. Venerit) ταῦτα γὰρ ποιοῦντα, ἕτοιμον μᾶλλον ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολίταις, inquit Plato lib. 8. de Rep. &, μετὰ τῶν χρημάτων αἰτίαν μισόδημος ἐστὶ. ibid. Simulationem) προσποίησιν. sic enim loquitur Plato ibid. πᾶσιν ἵλεώς τε, καὶ πατρῷος εἶναι προσποιεῖται. Mansuetudinis) & clementiæ. ep. 9. l. 8. Metello) quem occidi uoluit. ep. 4. h. l. Aerario) ex quo protulit laterum aureorum XV. argenteorum XXXV. & in numero Hs. CCCC. ut legunt eruditi apud Plin. lib. 33. cap. 3. Si ij) ut M. Antonius, Curio, & reliqui. Feram) uel præsens, ut Socrates, ep. 2. l. 8. uel absens, ut Q. Metellus Numidicus, ep. longa ad Lentul. ut Thucydides, ut alij, quos refert Plutar. in libro de exilio. Sardanapali uice in suo lectulo) effœminate, ut Sardanapalus uixit, quamuis postea sit mortuus in lectulo suo, sibi accommodato, hoc est, pyra, ut scribit Iustin. l. 1. Diodor. lib. 3. & Ouid. in Ibide. sed quoniam locutio hæc minus Tulliana uideri potest, & debet, libenter ego legerem, in meo lectulo, quum uerborum constructio id postulet, & mutationes huiusmodi alibi quoque fiant, ut ep. 6. l. 8. tua sponte, quum prius mea sponte legeretur: nisi forte sint uerba ex aliquo poeta sumpta, quum toties usurpet, ut ep. 14. h. l. Vt ait) συγγραφῆς α. τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής) præsentiumque, quæ repente acciderent, minima cum deliberatione peritissimus cognitor, & futurorum in eo, quod plerunque contingit, optimus coniector: uel, ut uertit Laurentius Vallensis: ad subitos casus præsentissimi consilij, futurorum optimus plerunque coniector. Eos casus) accusationis, & exilij. Plutar. in uita. Ait idem) Thucydid. ibid. τό, τε ἄμεινον, ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα) quid melius, quidue peius esset, quamuis adhuc esset in obscuro, prouidebat maxime. Lacedemoniorum) qui illum cum Pausania proditionis accusandum curarunt. Suorum ciuium) qui illum ex urbe eiecerunt. Artaxerxi) Xerxis filio, ut scribit Thucyd. & si Ephorus, & Clitarchus Xerxi patri hæc pollicitum scripserunt. Polliceretur) τὴν Ἑλλάδα δουλώσειν: quod postea ne præstaret, mori uoluit. ep. 12. l. 9. Nox) qua necatus est. Liu. l. 59. Africano) inferiori. Ille dies) quo pulsus est urbe, & hostis iudicatus. Liu. l. 77. nam quod ad mortem attinet, feliciter septies Cos. domi suæ senex est mortuus. l. 3. de natur. Deor. Syllanus) nam Sylla Cos. expulit. Iste) Cæsar. Sibi est aduersarius) sceleribus, quorum συνειδήσεις πλήττει τὴν ψυχὴν. sic ep. 13. h. l. nihil inimicius, quàm sibi ipse. Fore) ut corruat iste. Sin quid) pernicies Cæsaris. Acciderit) ut accidit. ep. 1. l. 14. Maturius) ante mortem nostram. Fa-

ctum uideam)corruisse Cæsarem uideam. Vt ijs)Cæsarianis. Paream)quum potius imperare debeam. Quos contra)contra quos. ἀναστροφὴ. Me)ut Procos.ep.10.l.16.fam. Acciperet)caperet.ibid. πλουδοκιῶν)nauigationem expectans dum ὁ πλοῦς ὡραῖος obreperet.ep.6.l.9. Domesticas)propter Dolabellam bello ciuili implicatum. Tricas)prouerb. tricæ,apinæ. Animus)Tulliæ. Discessu)ad quem etiam hortetur.ep.4.l.9. στοργῆς)pietatis, amoris erga parentes hoc loco:erga filios ep.2.l.7. Sit summa)sit quamuis summa. σύντηξις)conglutinatio. Bene audire)Pompeium, & officium sequentes.ep.6.l.9.nam alioqui male audiremus,quum ne cunctatio quidem hæc probetur.epis 1.l.9. Vult)Tullia. Nimis)nimis multa scribo. συμπάθειαν)condolentiam.epis.14.l.4. Ex Italia)discessurum. Hoc tempore)antequàm scirem, quid in Hispania gestum esset.supra. Antonio)ep.seq. Curione)sibi charissimo.Philip.2. Melitæ)ep.sup.& epis.9.h.l. Nolle) al.nolo. Eo)Antonio. Curio)est.alij,Curione,scilicet usus sum. ep.4.h.lib. Is)Antonius. Misenum)quod unum prædium M.Antonius habebat.Philip.2.& ep.24.l.14. VI.Non.)Maij. Venturus)postquam Cæsar in Hispaniam proficiscens,huic conculcandam Italiam tradidit.Philip.2. Odiosas)quòd me bis retinere conatur.

Antonius Trib. pl. Propr. Ciceroni Imp. S. 7



ISI te ualde amarem, & multo quidem plus.quàm putas , non extimuissem rumorem,qui de te prolatus est,cum præsertim falsum esse existimarem: sed quia te nimio plus diligo,non possum dissimulare,mihi famam quoque,quamuis sit falsa,magni esse: te iturum trans mare,credere non possum,cum tanti facias Dolabellam, *& Tulliam fœminam lectissimam,tantiq; ab omnibus nobis fias,quibus mehercule dignitas,amplitudoq; tua penè carior est,q̃ tibi ipsi. sed tamen non sum arbitratus esse amici , non commoueri etiam improborum sermone,atque eo feci studiosius , q̃ iudicabam duriores parteis mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis à* ζηλοτυπίᾳ *mea,quàm ab iniuria tua nata est: sic enim uolo te tibi persuadere,mihi neminem esse cariorem te , excepto* Cæsare, *meq; illud unà iudicare,* Cæsarem *maxime in suis* M. Ciceronem *reponere. quare mi* Cicero *te rogo,ut tibi omnia integra serues,eius fidem improbes,qui tibi,ut beneficium daret,prius iniuriam fecit:contrà,ne profugias,qui te,etsi non amabit(quod accidere non potest)tamen saluum,amplissimumq; esse cupiet.dedita opera ad te* Calpurmum *familiarissimum meum misi,ut mihi magnæ curæ tuam uitam,ac dignitatem esse scires.* Eodem die à Cæsare Philotimus *literas attulit hoc exemplo.*

σχόλια



NTONIVS)M.Antonius. Trib.pl.)Philip.2. Propr.et.) ut Curio.ep.4.h.l. Quàm putas) propter offensionem.Philip.2. Rumorem)te iturum trans mare. Mihi famam) al.infamiam. Magni esse) magnæ curæ esse. Dolabellam) generum tuum, qui Cæsarianus est. Amici) qualis ego nunc tibi sum.ep.10.l.16.fam. Offensione nostra)non multo ante deposita.Philip.2. ζηλοτυπίᾳ)suspicione amoris, zelotypia,qua tunc afficiebar,quum causa fueras,ut Curionis familiaritate prohiberer. Philip.2. Cæsare) al.Cæsare meo. Eius)Pompeij. Iniuriam)ep.4.h.l. Contra) al.contra eum, scilicet Cæsarem. Qui)Cæsar. Quod accidere non potest)ut te Cæsar non amet. Calpurnium)fortasse L.Calphurnium Pisonem,qui post Cæsaris mortem, legatus fuit Antonij.Philip.10. Eodem die) VI.Non.ep. sup. Philotimus)ep.4 l.2.

Cæsar Imp. M. Ciceroni Imp. S. 8



TSI te nihil temere,nihil imprudenter facturum iudicaram:tamen permotus hominum fama , scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, nequò progredereris inclinata iam re,qua integra etiam progrediendum tibi nõ existimasses:namque & amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, & tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus uidebere:omnia enim secundissima nobis,aduersissima illis accidisse uidentur:nec causam secutus,eadem enim tum fuit,cum ab eorum consilijs abesse iudicasti: sed meum aliquod factum condemnasse: quo mihi grauius abs te nil accidere potest.quod ne facias,pro iure nostræ amicitiæ à te peto.postremo quid uiro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit , q̃ abesse à ciuilibus controuersijs ? quod nonnulli cum probarent,periculi causa sequi non potuerunt. tu explorato & uitæ meo testimonio,& amicitiæ iudicio,neque tutius,neque honestius reperies quicquam, q̃ ab omni contentione abesse. X V.Cal.Mai.ex itinere. Vale.

σχόλια


AMA)te uelle discedere. Inclinata iam re) expulso Præsertim Pompeio. inclinatam fortunam uocat Cicero ep.16.l.2.fam. Non existimasses) quum nullam belli partem susceperis.ep.9.l.9. Feceris) ad meos minicos profugiens. Consuleris) me discessu quasi prouocans. Videbere) remanens. Secundissima nobis) qui Pompeium expulimus, & urbem, atque Italiam totam tenemus. Illis) Pompeianis ita pulsis. Causam) quam iudicant optimam.ep.23.l.7. Eorum) Pompeianorum. Abesse) nullo maiore negotio sumpto.ep.12.l.16. fam. Iudicasti) ita, ut amisso Corfinio uix tandem certior sis factus.ep.2.l.9. Condemnasse) uidebere. sic ep.21.lib.9. Nostræ amicitiæ) episto.13. lib.9. Periculi) à Pompeio ijs, qui remansissent, denūciati.ep.23.l.8. Vitæ meo testimonio) al. uitæ meæ testimonio. Ex itinere) Hispaniensi.

CICERO ATTICO S. 9


ADVENTVS Philotimi (at cuius hominis, quàm insulsi, & quàm sæpe pro Pompeio mentientis) exanimauit omneis, qui mecum erant: nam ipse obdurui. dubitauit nostrum nemo, quin Cæsar itinera repressisset, (uolare dicitur) Petreius cum Afranio coniunxisset. nihil affert eiusmodi. quid quæris? etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶς nuntiabatur. Melitam igitur opinor capessemus, dum, quod in Hispania: quod quidem propemodum uideor ex Cæsaris literis ipsius uoluntate facere posse, qui negat neque honestius, neque tutius mihi quicquam esse, quàm ab omni contentione abesse. dices, ubi ille ergo tuus animus, quem proximis literis? adest, & idem est: sed utinam meo solum capite decernerem: lacrymæ meorum me interdum molliunt precantium, ut de Hispanijs expectemus. M. Celij quidem epistolam scriptam miserabiliter, quæ hoc idem obsecraret, ut expectarem, ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omneis tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri. etsi meus quidem est fortior, eoque ipso uehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Melitam igitur, deinde quod uidebitur. tu tamen etiam nunc mihi aliquid literarum, & maxime si quid ab Afranio. ego, si cum Antonio locutus, ero, scribam ad te, quid actum sit. ero tamen in credendo, ut mones, cautus: nam occultandi ratio tum difficilis, tum etiam periculosa est. Seruium expecto ad Nonas, & adijcit à Posthumia. sed & Seruij filij quartanam leuiorem esse gaudeo. misi ad te Cælij etiam literarum exemplum. Vale.

σχόλια


PHILOTIMI) ep.4.l.2. Mentiētis) ut nimium optimatis.ep.6.l.9. Exanimauit) quòd Cæsar in urbem reuersurus uidebatur ex eius uerbis, & mali aliquid facturus. Omneis) præter me. Dubitauit) ex uerbis Philotimi. Itinera) in Hispaniam. Repressisset) ueritus aduersarios nimium, ut referebat Philotimus, potenteis. Volare) tantum abest, ut represserit. Dicitur) Cæsar, sed ab alijs, non à Philotimo: neque κατὰ παρένθεσιν legendum est. Petreius) epist.2.l.8. Afranio) ibid. Coniunxisset) al. coniunxisse, omnino melius, ut sit: Petreius dicitur cum Afranio copias coniunxisse, quod est signum eos, non autem Cæsarem timere. & præterea uerum dicebatur. coniunxit enim Cæs.l.1 de bel.ciu. Affert) Philotimus. Eiusmodi) quòd sit contra Pompeium, pro quo libenter mentitur. In Germaniam) ut inde eat in Galliam. alij tamen legunt, in Galliam, ex ep.5.h.l. Fecisse) ibid. αὐθεντικῶς) pro certo. ibid. & 17.l.9. Melitam) ep.6.h.l. Dum, quod in Hispania) ἀποσιώπησις. dum, quod in Hispania agatur, sciamus, ut epist. seq. &, quid, non quod legimus. Quod qdem) Melitam capescere. Literis) sup. Quē) animū scripseras esse, ut omnino ad Pompeium discederes. Proximis literis?) 6.h.l. Expectemus) ibid. Epistolā) seq. Vnicā filiā) unicū filiū, ex ep. seq. poteris legere. Pueri) Cicerones. Fortior) Q. filio, q timide locutus dicitur ep.4.h.l. Cōmouet) sic excruciat. ibid. Laborat) ut q turpe, & indignum putet me manere.ep.4.l.9 Melitam igitur) capescemus.ep.5.h.l. Quod uidebitur) faciemus, & considerabimus, an ad Pompeium uelimus ire. Aliquid literarum) mitte, etsi finem faciendum scripsi ep.6.h.l. Siquid) habes. Ab Afranio) ex Hispania. Cum Antonio) ad Misenum uenturo.ep.6.h.l. Difficilis) quum fama sit, me trans mare iturum ep.7.h.l. Periculosa) ne, si occultem, ipso facili, & bono uti non possim, ut cupio.ep.6.h.l. Seruium) Ser. Sulpitium. Expecto) ut mecum colloquatur.ep.5.& 11.h.l. Nonas) Maias. Adijcit) Sulpitius in suis literis. A Posthumia) à Posthumia uxore mea, qua te conueniet Cicero, rem melius intelliges.ep.2.l.4. fam. Filij) ipsius Ser. Sulpitij. ibid.

Cælius M. Ciceroni Imp. S. 10


EXANIMATVS tuis literis, quibus te nihil, nisi triste, cogitare ostendisti, neque, id quod esset, perscripsisti, neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti: has ad te illico literas scripsi. per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro, & obsecro, ne quid

gratius de salute, & incolumitate tua consulas:nam Deos,hominesq;,amicitiamq; nostram testificor, me tibi prædixisse,neque temere monuisse: sed postquam Cæsarem conuenerim, sententiamq; eius, qualis futura esset parta uictoria,cognorim,te certiorem fecisse. si existimas eandem rationem fore Cæsaris in dimittendis aduersarijs, & conditionibus ferendis, erras.nihil nisi atrox & sæuum cogitat,atque etiam loquitur.iratus senatui exijt.his intercessionibus plane incitatus est.non mehercule erit deprecationi locus.quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt,si aliquid apud te nos, si uir optimus gener tuus,ualet:eorum fortunam non debes uelle conturbare,ut eam causam,in cuius uictoria salus nostra est, odisse,aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus.denique illud cogita,quod offensæ fuerit,in ista cunctatione te subijsse.nunc te contra uictorem facere,quem dubijs rebus lædere noluisti, & ad eos fugatos accedere,quos resistenteis sequi nolueris, summæ stultitiæ est.unde,ne,dum pudet te parum optimatem esse,parum diligenter,quod optimum sit, eligas.q; si totum tibi persuadere non possum, saltem, dum,quid de Hispanijs agamus, scitur,expecta,quas tibi nuntio aduentu Cæsaris fore nostras.quam isti spem habeant amissis Hispanijs, nescio.quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non mediusfidius reperio.hoc,quod tu non dicendo mihi significasti, Cæsar audierat:ac simul atque, aue,mihi dixit,statim,quid de te audisset,exposuit.negaui me scire:tamen ab eo petiui,ut ad te literas mitteret,quibus maxime ad remanendum commoueri posses.me secum in Hispaniam ducit:nam, nisi ita faceret,ego prius, q̃ ad Vrbem accederem,ubicunque esses,ad te percurrissem,& hoc à te præsens contendissem,atque omni ui te retinuissem.etiam atque etiam Cicero cogita,ne te,tuosq; omneis funditus euertas,ne te sciens,prudensq; eò demittas,unde exitum uides nullum esse. q; si te aut uoces optimatium commouent,aut nonnullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre non potes: eligas censeo aliquod oppidum uacuum à bello,dum hæc decernuntur,quæ iam erunt confecta.id si feceris, ego te sapienter fecisse iudicabo,& Cæsarem non offendes. Vale.

σχόλια

CAELIVS)ep.16.l.8.fam.cui respondit Cicero ep.16.l.2 fam. Exanimatus)ego Cælius.& regitur à uerbo scripsi.al.exanimatus sum. Quod esset)al.quid esset. Me tibi prædixisse)al. me neque temere tibi prædixisse. Monuisse)initio belli ciuilis.ep.3.l.7. Conuenerim)Ariminum ad eum profectus.epis.17.l.8 fam. Dimittendis)suo instituto.epist.8.l.9. Ferendis)post uictoriam. Nihil nisi atrox;hæc scribit,ut Ciceronem terreat. Iratus senatui exijt)al.iratus,senatu exijt.al.iratus, senatu exiuit. Intercessionibus)L.Metelli Trib. pl.qui res, quascunque agere Cæsar instituerat,impedire uoluit.ep.4.h.l.et Cæs.l.1.de bel.ciu. Caræ sunt)al.curæ sunt. Optimus)ep.13.l.8. fam. Gener tuus)Dolabella. Conturbare,ut eam causam)conturbare.sequere eam causam. Odisse)al. ne aut odisse te. Contra salutem tuam habeamus)tanquàm aduersarij. Offensæ)apud Pompeium.ep.2.l.9. Cunctatione)ep.1.l.9. Victorem)Cæsarem penè uictorem,cui omnia sint secundissima.ep.7.h.l. Noluisti)nullam belli partem contra eum suscipiens.episto.9.l.9. Eos)Pompeianos. Nolueris)nullo maiore negotio suscepto.epis.11.l.16.fam. Agamus)nos Cæsariani.al.agatur. Expecta)ep.6.h.l. Isti)Pompeiani. Amissis)ep.6.h.l. Hispanijs)ubi exercitus sit legionum septem & amplius. Cæs. lib.1.de bel.ciu. Hoc)triste. Audierat)ex hominum fama.ep.8.h.l. Aue)salue.al.haue.al.hæc. Literas)8.h.l. Ad urbẽ accederẽ)al.ad urbem. Nullũ esse)al.nullũ. Quòd si te aut uoces)al.q; si te uerba,aut uoces. Ferre nõ potes)pp̃ter stomachi,atq; etiam oculorũ fastidium.ep.16.l.2.fam. Oppidum)ut Melitã.ep.5.h.l. Erunt confecta)aduentu Cæsaris.

CICERO ATTICO S. 11

ME CAECVM, qui hæc ante non uiderim. misi ad te epistolam Antonij. & cum ego sæpissime scripsissem,nihil me contra Cæsaris rationes cogitare, meminisse me generi mei,meminisse amicitiæ,potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio,me autem, quia cum lictoribus inuitus cursarem, abesse uelle, nec id ipsum certum etiam nunc habere:uide, q̃ ad hæc τυραννικῶς. Tuum consilium q̃ uerum est:nam qui se medium esse uult, in patria manet: qui proficiscitur,aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. sed ego is non sum,qui statuere debeã, iure quis proficiscatur, nec ne. parteis mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer.quare parui refert me probare cogitationem tuam,si nihil tamen tibi remittere possum.ad Cæsarem mittas,censeo, & ab eo hoc petas.non dubito,quin impetraturus sis,cum præser-

tim te amicitiæ nostræ rationem habiturum esse pollicearis. habes σκυτάλην λακωνικήν. omnino exempiam hominem. erat autem V. Non. uenturus uesperi, id est hodie. cras igitur ad me fortasse ueniet. tentabo, audeam nihil properare. missurum ad Cæsarem clamabam. cum paucissimis alicubi occulabor. certe hinc istis inuitissimis euolabo, atque utinam ad Curionem. σὺν θεῷ τοι λέγω. magnus dolor accessit. efficietur aliquid dignum nobis. Δυσουρία tua mihi ualde molesta. medere amabo, dum est ἀρχή. De Massiliensibus gratæ tuæ mihi literæ. quæso, ut sciam quicquid audieris. Siciliam cuperem, si possem palàm, quod à Curione effeceram. hic ego Seruium expecto: rogor enim ab eius uxore, & filio: & puto opus esse. hic tamen Cyteridem secum lectica aperta portat, altera uxorem. septem præterea coniunctæ lecticæ amicarum. hæ sunt amicorum. uide, quàm turpi leto pereamus. & dubita, si potes, quin ille, seu uictus, seu uictor redierit, cædem facturus sit. ego uero uel lintriculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. sed plura scribam, cum illum conuenero. Iuuenem nostrum non possum non amare: sed ab eo nos non amari plane intelligo. nihil ego uidi tam ἀνηθοποίητον, tam auersum à suis, tam nescio quid cogitans. uim incredibilem molestiarum. sed erit curæ, & est, ut regatur: mirum est enim ingenium: ἠθους ἐπιμελητέον.

σχόλια

HAEC) quæ deinceps dicuntur de Antonio. Epistolam) 7. h. lib. Scripsissem) ad Antonium. Generi mei) Dolabellæ, de quo scripserat etiam ipse ep. 7. h. l. Amicitiæ) cum Cæsare. ep. 8. h. l. & cum ipso Antonio ep. 7. h. l. Potuisse) iam inde à principio, quum nullum maius negotium suscipere uolebam. epist. 11. l. 16. fam. & ob id nunc timendum non esse, me nunc ad eum accessurum esse, re iam inclinata ep. 8. h. l. Lictoribus) ep. 9. l. 7. quorum pompa molesta est. ep. 16. lib. 2 fam. Abesse uelle) ut Melitæ. ep. 5. h. l. Habere) scripsissem, atque id ipsum, ut occultarem, quam tamen rationem difficilem sciebam. ep. 9. h. l. τυραννικῶς) tyrannice, tyranni more, rescribat Antonius in his uerbis, quæ sequuntur. Tuum consilium) ò Cicero. hæc enim est Antonij epistola. Quàm uerum est) εἰρωνικῶς, uel ἐρωτηματικῶς legendum est. Medium) inter duas partes. sic medios epist. 6. h. l. Cogitationem tuam) de discessu. Nostræ) meæ, & Cæsaris. Pollicearis) finis epistolæ Antonij. Habes) tu Attice. σκυτάλην λακωνικήν) Scytalen Laconicam. Gell. lib. 17. cap. 9. hoc est, epistolā, in qua M. Antonius παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως dicat, ut de Menelao scribit Homer. Iliad. γ. Hominem) Antonium. V. Non.) Maij. Venturus) ad Misenum. ep. 6. h. l. Ad me) in Cumanum. epis. 2. l. 4. fam. Tentabo) ut abesse liceat. Audeam nihil properare) dicet Antonius, & quasi imperabit, ut nihil audeam properare. Missurum) me, ut ipse scripsit Antonius. Clamabam) clamabo, legendum esse, quiuis uidere potest, hoc est, ut ostendam, & quasi simulem, me nihil uelle properare, clamabo ita, ut omnes audiant, me ad Cæsarem esse missurum, & ab eo petiturum, ut mihi abesse liceat: & interea tamen nihilo minus properabo. Istis) Antonio, et reliquis Cæsarianis. Atque utinam) euolare possim. Ad Curionem) in Siciliam. ep. 4. h. l. σὺν θεῷ τοι λέγω) cum Deo tibi dico. uidetur respicere ad prouerb. σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ, κ᾽ ὀδύρεται. al. σύνες ὅ, τι λέγω, intellige, quod dico. alij, συνετῷ σοι λέγω, intelligenti tibi dico. Accessit) ex Antonij epistola. δυσουρία) urinæ difficultas, uesicæ morbus. ep. 27. l. 7. fam. ἀρχή) principium. ἀρχὴν γὰρ ἰᾶσθαι πολὺ λῷόν ἐστι, ἢ τελευτήν. Prouerb. Ouid. principijs obsta, sero medicina paratur, quum mala per longas conualuere moras. Massiliensibus) ausis Cæsari portas claudere. Cæs. l. 2. de bel. ciu. Siciliam cuperem, si possem palàm, quod à Curione effeceram) Siciliam cuperem adire, si possem id palàm facere, quod tamen à Curione impetraram. epist. 4 h. l. al. Ocellam cuperem, si possem palàm, quod à Curione effeceram: Ocellam cuperem habere mecum, si possem palàm per Siciliam discedere, quod à Curione fueram consecutus. episto. 14 & 17. huius libri. Hic) in Cumano. Seruium expecto) episto. 9. huius libri. Vxore) Posthumia. ibid. Filio) Seruio. episto. 2. lib. 4. fam. Opus esse) expectare, ut de officio utriusque nostrum possimus communicare. Hic tamen) Antonius. Cytheridem) mimam. Plin. lib. 8. cap. 15. quam tamen Volumniam salutabant. Philip. 2. hinc Cytherius uocatur Antonius episto. 23. l. 15. Portat) inter lictores laureatos. Philip. 2. & ep. 16. h. l. Vxorem) Fuluiam. Et dubita, si potes) al. & dubitari potest? Ille) Cæsar. Redierit) ex Hispania. Cædem) episto. 6. h. l. Vel lintriculo) discedens. al. uehiculo: & sanè Pollux ita l. 1. scribit: λέγοις ἂν τὰς ναῦς καὶ πορεῖα θαλάττια, καὶ ὀχήματα θαλάττια, καὶ πελάγια. al. uellunt ridiculo. Istorum) Cæsarianorum. Illum) M. Antonium. Iuuenem) Q. filium. sic ep. 5. h. l. Nos non amari) ep. seq. Intelligo) præsertim ex eius literis, & itinere ad Cæsarem. ep. 4. h. l. ἀνηθοποίητον) moribus deformatum. Vim) ἐπιφώνημα. Regatur) ut tu mandas. ep. 4. h. l. Mirum) multiplex, ep. 2. l. 6. nihil simplex. ep. 5. h. l. ἤθους ἐπιμελητέον) de moribus curandum est: mores curandi sunt.

CICERO ATTICO S. 12

BSIGNATA iam epistola superiore, non placuit ei dare, cui constitueram, quod erat alienus: itaque eo die data non est. interim uenit Philotimus, & mihi à te literas reddidit: quibus quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil

ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quò uelis, uno sermone possis perducere. ne multa, omneis suos etiam, quibus irascitur crebrius, tamē caros habet, me quidem se ipso cariorem. quod de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo. de itinere, & de sorore, quæ scribis, molesta sunt, eoque magis, quòd ea tempora nostra sunt, ut ego his mederi non possim: nam certe mederer: sed quibus in malis, & qua in desperatione rerum simus, uides. illa de ratione numaria non sunt eiusmodi (sæpe enim audio ex ipso) ut non cupiat tibi præstare, & in eo laboret. sed si mihi Q. Axius in hac mea fuga, HS XIII. non reddit, quæ dedi eius filio mutua, & utitur excusatione temporis: si Lepta, si cæteri: soleo mirari de nescio queis HS XX. cum audio ex illo se urgeri: uides enim profecto angustias: curari tamen ea tibi utique iubet. an existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum? nemo est minus. de fratre satis. de eius filio, indulsit illi quidem suus pater semper, sed non fa it indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorū, ferocem fortasse, et arrogantem, & infestum facit. itaq; habet hæc quoque, quę nascuntur ex indulgētia: sed ea sunt tolerabilia: quid enim dicam hac iuuentute? ea uero, quæ mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in queis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro: nam suas radices habent, quas tamen euellerem profecto, si liceret. sed ea omnia mihi sunt patienda: ego meum facile teneo: nihil est enim eo tractabilius. cuius quidem misericordia languidiora adhuc consilia cepi: & quo ille me fortiorem uult esse, eo magis timeo, ne in eum existam crudelior. sed Antonius uenit heri uesperi. iam fortasse ad me ueniet, aut ne id quidem, quoniam scripsit, quid fieri uellet: sed scies continuo, quid actum sit. nos iam nihil, nisi occulte. de pueris quid agam? paruo ne nauigio committam? quid mihi animi in nauigando censes fore? recordor enim, æstate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans quàm fuerim solicitus. quid duro tempore anni actuariolo fore censes? o rem undique miseram. Trebatius erat mecum uir planè, & ciuis bonus. quæ ille monstra, Dy immortales? etiam ne Balbus in senatum uenire cogitet? sed ei ipsi cras ad te literas dabo. Vectenum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse. cum eo (quod ἀποτόμως ad me scripserat de numis curandis) θυμικώτερον erat. id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies. Monetali autem ascripsi, quòd ille ad me, Proconsuli. sed quoniam est homo, & nos diligit, ipse quoque à nobis diligatur. Vale.

σχόλια

NON placuit ei dare) ne forte resignaret. Philotimus) ep. 4. l. 2. Sunt ea) quæ facit, aut dicit frater. ὕπουλον) fictum, simulatum. Nihil non flexibile) usque adeo mollis est eius animus. ep. 14. l. 1. Ne multa) dicamus. Irascitur) quum sit iracundus. quòd si absit iracundia, nihil eo fieri potest incōdius. ep. 1. l. 1. ad Q. fr. Puero) Q. filio, quem iuuenem dixit ep. sup. Aliter) atque ego, uel atque ipse scripsit ad Pomponiā. Ad te) ut auunculum. Matrem) Pomponiam. Filio) Q. filio. et est ἐμφατικώτερον dictum: ad matrem de filio. Non reprehendo) quod uidetur fecisse, ne uos, certe illam tristitiam afficeret. Itinere) Q. filij. ep. 4. h. l. uel ipsius Attici. ibid. ad quod se fortasse scripserat indigere pecunijs, quas Q. fratri commodasset. Sorore) sumptu sororis Pomponiæ, ut ego puto, uel certe dissentione, ep. 1. l. 5. Ex ipso) Q. fratre. Non cupiat) Q. frater. Præstare) quod promisit, & debet. ep. 16. l. 7. Q. Axius) epsto. 14. l. 4. & Gell. l. 7. cap. 3. Eius filio) fortasse Gallio. ep. 15. h. l. Si Lepta) non reddit. epis. 17. l. 5. Si cæteri) qui mihi debent, non reddunt. Ex illo) Q. fratre. Se urgeri) abs te, qui non habes rationem huius publicæ difficultatis. epist. 16. l. 7. Angustias) numorum. ep. 11. l. 9. Tamen ea) HS. XX. Vtique) al. ubique. Iubet) quippe quum non mediocriter laboret de usura. ep. 15. h. l. Illum) Q. fratrem. Lentulum) pigrum ad soluendum, ut lentum negotium epis. 9. lib. 1. uel talem, qualis est L. Lentulus Cos. qui multis debet, & nemini soluit. Cæs. & Patercul. alij, lentum. Filio) Q. filio. Indulsit) ep. 5. h. l. Indulgentia) ep. 4. h. l. Auarum) qualis est Q. filius. ep. 5. h. l. Non amantem suorum) ut ille nos non amat. epist. sup. Ferocem) ita, ut frenis egeat. ep. 1. l. 6. Quid enim) αἰτιολογία, quare tolerabilia sint ea: quòd iuuentus omnis ita sit corrupta, ut ea uideri possint tolerabilia. Hac iuuentute?) al. de hac iuuentute? Ea uero) mendacium, auaritia, odium suorum, & libido. Non sunt ab obsequio nostro) sed à natura profecta. ep. 5. h. l. Si liceret) si Remp. haberemus. ep. 4. h. l. Sunt patienda) ne, si forte uelim corrigere, fugiat ad Cæsarem. Meum) filium. Cepi) ne eius fortunam conturbem, ut monet Cælius. epist. 10. h. l. Fortiorem) al. certiorem. Vult esse) ad discessum. ep. 4. l. 9. ut & ipse fortior. ep. 9. h. l. Timeo) & excrucior. ep. 4. h. l. Venit) in Misenum. ep. 6. h. l. Ad me) in Cumanum. sic ep. sup. Ne id quidem) faciet: ne ueniet quidem. Scripsit) epist. sup. & ep. 7. h. l. Actum sit) inter me, & Antonium. Iam nihil) faciemus. Nisi occulte) ne Antonius consilia nostra intelligat, & si occultandi ratio est difficilis. ep. 9. h. l. Pueris) Ciceronibus, ut ep. 12. l. 7. Aestate) ex minore l. 2. de orat. ἀφράκτῳ) epi.

8.lib.6. Nauigans) ex Cilicia in Italiam. Solicitus) de pueris potissimum. Quid) solicitudinis. Duro tempore anni) mense Maio, tēpestate nondum ad nauigandū satis idonea praesertim freto Siculo. Actuariolo) nauiganti: quū uel lenticulo nauigare cōstituerim. ep.sup. sic actuariolis ep.3.l.16. Ciuis bonus) ep.1.h.lib. Ille) Trebatius. Monstra) refert. Balbus) ep.3.l.7. Cogitet) quū sit Gaditanus: ibid. Ei) Trebatio Romā reuersuro. Vectenū) ep.4.h.l. ἀποτόμως) praecise, dure, & quasi summo iure. al. ἀπροθύμως. aīo abiecto. Numis) quos illi debeo. θυμικώτερον) stomachosius, iracūdius. Erat) hoc ipsum. al. erat iocatus: nos legimus: eram iocatus: ut rescripsi ei stomachosius, cum ioco tñ familiari. ep.4 h.l. Monetali) quòd cudēdae pecuniae praeesset & IIIuir A.A.A.F.F. esset: uel nimis acerbe numos repeteret. Ascripsi) in literis hoc fortasse modo. M.T. Cicero imp. Vecteno Monetali S.D. & haec fuit ioci materia. Ille) Vectenus. Ad me) scribēs ascripsit. Pro consul.) quū debuisset, ascribere, imperato i. epist.12 l.9. Est homo) humani à se nihil alienū putans. Diligatur) epist.14.h.l.

CICERO ATTICO S. 13

QVIDNAM *mihi futurum est? aut quis me non solum infelicior, sed iam etiam turpior? nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius: nec me tamen ipse adhuc uiderat, sed hoc Trebatio narrauit. quid agam nunc, cui nihil procedit, caduntq; ea, quae diligentissime sunt cogitata, teterrime? ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putaui. is de me ad Hortensium scripserat. Reginus erat totus noster. huic nihil suspicabamur cū hoc mare negotij fore. quò me nunc uertā? undiq; custodior. sed satis lacrymis.* παραπλευστέον *igitur, & occulte in aliquam onerariam corrependum: non committendū, ut etiam compacto prohibiti uideamur. Sicilia petenda: quam si erimus nacti, maiora quaedam consequemur. sit modo recte in Hispanijs. quanquam de ipsa Sicilia utinam sit uerum, sed adhuc nihil secundi. concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus, orasse, ut resisteret, omnia pollicitus: commotum illum, delectum habere coepisse. non credo, ut est luculentus auctor. potuisse certe tenere illam prouinciam scio. ab Hispanijs autem iam audietur. hic nos C. Marcellum habemus eadem de re cogitantem, aut bene simulantem. quanquam ipsum non uideram, sed ex familiarissimo eius audiebam. tu quaeso, siquid habebis noui. ego, siquid moliti erimus, ad te statim scribam. Quintum filium seuerius adhibebo. utinam proficere possem. tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas. Seruium expecto, nec ab eo quicquam* ὑγιές. *scies, quid erit. sine dubio errasse nos, confitendum est. ad semel? at una in re? immo omnia quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius.* ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. *in reliquis modo ne ruamus: iubes enim profectionem meam prouidere. quid prouideam? ita patent omnia, quae accidere possunt, ut, ea si uitem, sedendum sit cum dedecore, & dolore, si negligam, periculum est, ne in manus incidam perditorum. sed uide, quantis in miserijs simus. optandum interdum uidetur, ut aliquam accipiamus ab istis quamuis acerbam iniuriam, ut tyranno in odio fuisse uideamur. quod si nobis is cursus, quem speraram, pateret: effecissem aliquid profecto, ut tu optas, & hortaris, dignum nostra mora: sed mirificae sunt custodiae. & quidem ille ipse Curio suspectus. quare ui, aut clàm agendum est: & si ui, forte ne cum tempestate: clàm autem cum istis. in quo si quod* σφάλμα, *uides quàm turpe est. trahimur, nec fugiendum, siquid uiolentius. De Celio saepe mecum agito, nec, siquid habuero tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse. Massiliensium factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispanijs: minus enim auderent, si aliter esset: & scirent: nam & uicini, & diligentes sunt. Odium autem recte animaduertis significatum theatro. Legiones etiam has, quas in Italia assumpsit, alienissimas esse uideo: sed tamen nihil inimicius, quàm sibi ipse. illud recte times, ne ruat. si desperarit, certe ruet. quo magis efficiendum aliquid est, fortuna uelim meliori, animo Celiano, sed primum quidque, quod, qualecunque erit, continuo scies. Nos iuueni, ut rogas, suppeditabimus, & Peloponnesū ipsam sustinebimus: est enim indoles, modo aliquid hoc sit ἦθος ΑΚΙΜΟΔΟΝ: quod si adhuc nullū est, esse tamē potest, aut ἀρετὴ nō est διδακτόν, quod mihi persuaderi nō potest. Vale.*

σχόλια

TVRPIOR) ut ep.4.l.9. De me) ne me discedere ex Italia pateretur. Imperatū) à Caesare. ep.seq. partes impositas. ep.11.h.l. Dicit) alijs, non mihi. Ipse) Antonius. Viderat) quia nondum ad me uenerat. ep sup. Trebatio) qui mecum erat. ibid. Cogitata) de discessu. Nactus) ep.4.h.l. Putaui) quum mihi concederet cursum in

ſum in Græciam per ſuam prouinciam. ibid. atque hoc putaui antequàm ueniret Antonius. alij, putabam. Is) Curio. Hortenſium) Q. fr. infero mari à Cæſare præfectum, Oros. & Appian. Scripſerat) ut ad æqualem, & iiſdem moribus præditum. epiſto. 4. h. lib. Reginus) L. Minutius Baſilus, qui nunc, niſi fallor, latinæ Reginus uocatur. is enim & ipſe ad inferum mare militibus præfuit. Oros. lib. 6. cap. 15. Noſter) nobis amicus. Huic) M. Antonio potius, quàm Regino. Cum hoc mare) infero. Negotij fore) ita, ut nos poſſet impedire. nunc aliter uideo. Cuſtodior) à Cæſarianis. Satis lachrymis) datum. παραπλευτέον) iuxta. & quaſi obliquè nauigandum. al. παραβλευτέον, uel potius, παραβλευτέον, tolerandum, fortiter agendum: fortaſſe rectius, ne dictum ſit ὕστερον πρότερον, nauigandum, & in onerariam corrependum. Occulte) epiſto. ſup. Onerariam) nauem. Compacto) conuento, pactione. ſic Plaut. in capt. omnes compacto rem agunt. Prohibiti) à Cæſarianis. Videamur) optimatibus. Conſequentur) per Curionem. Sit uerum) quod de concurſu Siculorum ad Catonem dicitur. Catonem) in Siciliam profectum. epiſto. 14. lib. 7. Pollicitus) concurſus ille. alij, pollicitos. Commotum) hac Siculorum egregia uoluntate. Illum) Catonem. Cœpiſſe) ut Cæſarianis reſiſteret. Non credo) illū cœpiſſe delectum habere. Luculentus) ἱερωνικῶς. Autor) qui nunciauit, uel potius ipſe Cato, qui conſtantia magis, & integritate, quàm conſilio, aut ingenio Remp. gerit. ep. 15. l. 1. et animo optimo utens, et ſumma fide, nocet interdum Reip. ep. 1. l. 2. Potuiſſe certe tenere) ep. 16. h. l. Illam prouinciam) Siciliā. Audietur) quid actum ſit. Hic) in Literno. ep. ſeq. C. Marcellum) ep. 15. h. lib. Eadem de re) de diſceſſu. Tu queſo) ſcribito. Molliti erimus) de diſceſſu. Quintum filium) al. Quintum fratrem, ut uerbum, adhibebo, requirit: niſi uelis legere, habebo, ut ſit, quale illud Terent. non piām ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet. Poſſem) poſſim, fortaſſe rectius. Epiſtolas) 4. 5. 11. & 12. h. l. Scripſi, aliquādo concerpito) potes etiam ſic diſtinguere: ſcripſi aliquando, concerpito. Tuas) epiſtolas concerpam. Seruium expecto) ep. 9. h. l. Nec) nec expecto. Ab eo) Seruio ſummario, & Cæſaris ſtudioſo. ep. 1. h. l. Quicquam ὑγιὲς) quicquam ſani. ep. 25. l. 2. Quid erit) al. quicquid erit. Erraſſe) ep. 2. l. 4. fam. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ) ſed hæc quidem prius facta fuiſſe ſinemus, quamuis dolentes. ep. 1. l. 7. Iubes enim profectionem meam prouidere) al. iubes de profectione mea prouidere. Patent) Cæſarianis omnia pene loca tenentibus. Omnia) pericula. Vitem) uitare uelim. Sedendum) manendum. nam uix aliter uitare poſſim. Cum dedecore, & dolore) quòd cum Pompeio non ſim. ep. 4. l. 9. Negligam) uolens omnino diſcedere. Perditorum) Antonij, & reliquorum, à quibus cuſtodior. Ab iſtis) Cæſarianis. Tyranno) Cæſari. Videamur) optimatibus. Is curſus) in Græciam per Siciliam. ep. 4. h. l. Curio) qui multa liberaliter fuerat pollicitus. ibid. Suſpectus) ut Cæſarianis, & Antonij amicus. Forte ne) forte uerendum eſt, ne. al. forte et. Cum tempeſtate) agendum, duro anni tempore. ep. ſup. Cum iſtis) Cæſarianis agendum. σφάλμα) peccatum. Turpe) σφάλμα, quum turpe ſit bis ad eundem lapidem offendere. Trahimur) ad diſceſſum. & eſt deliberationis concluſio. Nec fugiendum) ſed ui agendum. Siquid uiolentius) fiet à Cæſarianis. Cælio) C. Cælio Caldo Conſulari, qui, ut Syllæ tyrannidem impediret, olim in Italia bellum excitauit. & hæc quidem ſit coniectura, quam tamen ſperarem probare, niſi uererer, ne longus eſſem. ep. 14. 51. & 16. h. l. Agito) ut illum imiter. Tale) talem occaſionem, qualem habuit ille. Firmas) contra Cæſarē. Factum) in claudendis Cæſari portis. ep. 11. h. l. Auderent) Maſſilienſes. Si aliter eſſet) ſi in Hiſpanijs recte non eſſet. Scirent) recte non eſſe. Iuncti) iuncti prope Hiſpanijs, montibus certe Pyreneis. Strab. Diligentes) ut uiri ſapientiſſimi, quales ab omnibus deſcribuntur. Odium) iis quod uenit Cæſar. ep. 4. h. l. Significatum theatro) ut fieri ſolet. ep. 19. l. 2. Legiones) ep. ſeq. neque ſeditio eſt ea, quam ſcribunt hiſtorici poſt bellum Hiſpanienſe factam. Sibi ipſe) qui ſibi eſt aduerſarius acerrimus. ep. 6. h. l. Ne ruat) Cæſar in cædem. ep. 11. h. l. Deſperarit) de uictoria. Efficiendum) nobis. Fortuna uelim meliori) quàm fuit fortuna Cælij, qui cum Bruto, & Carinate à Pompeio fuit oppreſſus: ſi modo is eſt, de quo ſcribit Plutar. in Pomp. Animo Cæliano) bono, & libertatis cauſa ſuſcepto. Primum) al. primo. Quicque) efficiendum: quiduis prius tentandum. Iuueni) Q. filio. epiſ. 5. h. l. Vt rogas) ut Auunculus. Suppeditabimus) al. ſuppeditabimur, ut ep. 22. l. 14. Peloponneſum ipſam) Peloponneſum totam, nedum Arcadiā Peloponneſi partem, ut petis. ep. 4. h. l. id eſt totum onus iuuenis regendi. Arcadia uero in media Pelopōneſo ſita eſt. Strab. lib. 8. & Ptolom. l. 3. ἦθος ἀκίμοδον) al. ἦθος ἀκίμωλον, mos non fucatus, ingenium ſine fuco, ut indoles ipſa quaſi definiatur. uel certe circumſcribatur. qd porrò ſit ἦθος, Quintil. l. 6. cap. 3. quid κιμωλία, Ariſtoph. interpres in Ran. alij, ἦθος ἀκκαμπτον. Nullum) ἦθος. Eſt) ut Q. filio, & ob id ἤθους ἐπιμελητέον epiſt. 11. h. lib. Eſſe tamen poteſt) per diſciplinam. ἀρετὴ) Virtus. Non eſt διδακτὸν) non eſt id, quod tradi doctrina poſſit: qua de re dialogus eſt inter Platonicos, περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτὸν, inſcriptus, quem nos ſuperioribus annis latinum fecimus. locutio uero hæc eſt Græcis uſitata, ut epiſto. 36. l. 12. Demoſt. ὅλως δ᾽ ἄπιστον ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς. & poeta. triſte lupus ſtabulis. Perſuaderi nō poteſt) & ſi ſcriptor ille & alij philoſophi nō eſſe διδακτὸν diſputant. Antiſtenes quoque eſſe διδακτὸν credidit. Laert. in uita.

CICERO ATTICO S. 14

EPISTOLA *tua gratiſſima fuit, meæ Tulliæ, & mehercule mihi. ſemper ſecum aliquid afferunt tuæ literæ. ſcribes igitur: ac ſiquid ad ſpem poteris, ne dimiſeris. tu Antonij leones pertimeſcas caue. nihil eſt illo homine iucūdius. attēde* πρᾶξιν πολιτικοῦ. *euocauit literis è municipijs denos: & quatuor uiri uenerunt ad uillam eius mane. primum dormijt ad horas treis, deinde, cū eſſet nuntiatum ueniſſe Neapolitanos, & Cumanos (bis enim*

est Cæsar iratus) postridie redire iussit, lauari se uelle, & περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. hoc heri effecit. hodie autem in Aenariam transire constituit. exulibus reditum pollicetur. sed hæc omittamus, de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi literas. de Tirone gratum. Vectenum diligo. Vestorio reddidi. Seruius prid. Non. Maij Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus apud C. Marcellum. *cras igitur nos mature uidebit, mihique dabit argumentum ad te epistolæ: iam enim non reperio, quid tibi scribam. illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cum præsertim me ualde obseruarit. uidelicet (aut aliquid atrocius de me imperatum est) coràm negare mihi non uult. quod ego nec rogaturus eram, nec, si impetrassem, crediturus. nos tamen aliquid excogitabimus. tu quæso, siquid in Hispanijs: iam enim poterit audiri: & omnes ita expectant, ut, si recte fuerit, nihil negotij futurum putent. ego autem nec, retentis his, confectam rem puto, neque, amissis, desperatam.* Siluium, & Ocellam, & cæteros credo retardatos. *te quoque à* Curtio *impediri uideo. & si, ut opinor, habes Scytha ὄνον: uitam miseram, maiusque malum, tandiu timere, quàm est illud ipsum, quod timetur.* Seruius, *ut antea scripsi, cum uenisset* Non. Maij, *postridie ad me uenit. ne diutius te teneam, nullius consilij exitum inuenimus. nunquam uidi hominem perturbatiorem metu. neque hercule quicquam timebat, quod non esset timendum: illum sibi iratum, hunc non amicum: horribilem utriusque uictoriam, cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniariam, qua frui nusquam, nisi expriuatorum bonis, posset. atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse. mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse ad te scribo, sine ulla lacryma est, sed sæpius odiosa est propter uigilias. quam ob rem quicquid habes ad consolandum, collige, & illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris: nam id quidem domi est, sed nescio quomodo imbecillior est medicina, quàm morbus: hæc potius conquire de* Hispanijs, *de* Massilia: *quæ quidem satis bella* Seruius *affert: qui etiam de duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. hæc igitur si habebis, & talia. & quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est. sed redeo ad* Seruium. *distulimus omnino sermonem in posterum, sed tardus ad exeundum: multo se in suo lectulo malle, quicquid foret. odiosus scrupulus de filij militia* Brundusina. *unum illud firmissime asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum. nos autem ad hæc, & ipsum certo fore, &, quæ iam fiebant, non esse leuiora: multaque colligebamus. uerum ea non animum eius augebant, sed timorem, ut iam celandus magis de nostro consilio, quàm ad idem uideretur. quare in hoc non multum est.* Nos à te admoniti de Celio cogitabimus. Vale.

σχόλια



VLLIAE) ad me profectæ, nam nõ multo ante Romæ erat. ep. 1. 6. h. l. Ac si quid ad spem poteris) scribere. Ne dimiseris) quin scribas. Leones) ad currum iunctos. Philip. 2. et Plin. l. 8. cap. 15. Pertimescas) tanquàm sit signum crudelitatis in Antonio. Illo homine) Antonio. Iucundus) tantum abest, ut sit crudelis: quod εἰρωνικῶς dictum uidetur. πρᾶξιν) factum. ep. 12. l. 14. al. ἀρχὴν, principium. πολιτικῶν) ciuilis, uiri administrandæ Reip. periti. εἰρωνικῶς. Euocauit) M. Antonius. Quatuor uiri) quos municipia facere solent. ep. 2. l. 5. epist. 76. l. 13. fam. & orat. pro Cluent. Ad uillam eius) ad Misenum. ep. 6. h. l. Ad horas treis) al. ad H. III. ad horam tertiam. His enim) ut Pompeianis, qui primi de Pompeio ægroto uota fecissent. ep. 25. l. 8. Et περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι) & circa uentris solutionem esse. al. ὡς κοιλιολυσίαν γίνωνται, ut uentris solutio fieret. Aenariam) Plin. l. 3. cap. 6. Pollicetur) Antonius, & postea confecit ut Tribunus pl. Philip. 2. Ab Axio) ep. 12. h. l. Tirone) ep. 2. l. 7. Gratum) quòd curas. ut sciam, quid is agat, ep. 4. h. l. Vectenum diligo) ep. 12. h. l. Vestorio) ep. 2. l. 6. Reddidi) nummos. ep. 4. h. l. Seruius) epist. 5. h. l. Liternino) Liu. l. 38. & Plin. l. 16. cap. 44. de Scipione. al. Linternino. Pomp. Mel. l. 2. cap. 4. C. Marcellum) epist. seq. Ne nuncium quidem.) misit. Obseruarit) ita, ut neminem, excepto Cæsare, chariorem haberet. epis. 7. h. l. atque id ipsum post Quæsturæ petitionem Philip. 2. etsi hoc loco ex ambiguo dictum uideri potest. Videlicet (aut aliquid atrocius de me imperatum est) coràm negare mihi non uult) uidelicet coràm negare non uult, aut aliquid atrocius de me imperatum est. coràm negare non uult. Posset etiã ita legi: uidelicet, aut aliquid atrocius etc. ut post uidelicet sit ἀποσιώπησις, uidelicet indignũ putat Antonius, ut ad me ueniat. Aliquid atrocius) ne me patiatur discedere, sed capiat, aut etiã occidat, si coner. De me) nominatim. Imperatũ est) à Cæsare. epist. sup. Negare) iter in Græciam. Non uult) quòd erubescat. ut beneficijs affectus à me præsertim in petitione Quæsturæ. Philip. 2. Nec rogaturus eram) cognoscens me nõ impetraturum ab eo, qui τυραννικῶς scriberet. epist. 11. h. l. Crediturus) ut infidelissimo. ep. 2. l. 11. fam. & ob id ero cautus in credendo. ep. 9. h. l. Excogitabimus) ut hinc uel istis inuitissi-

mis euolemus.ep.11.h.l. tu queso)scribe. Siquid in Hispaniis)actum est. Poterit audiri) audietur. ep. sup. Recte fuerit) in Hispaniis. Nihil negotij)in superando Cæsare. Confectam) nam Cæsar seu uictus, seu uictor redierit, cædem facturus uidetur.ep.11.h.l. Puto)nam uideo non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis.ep.6.h.l. Desperatā)non enim Pompeius arma abijciet.ibid. Syluium)ep.1.l.6.M.Syluius Otho his temporibus uidetur fuisse.Suet.in Othon. Ocellam)ep.17 h.l.& ep.11.l.16.Seruius Ocella.epist.7.l.8.fam. Cæteros)qui Roma cupiunt discedere. Retardatos)à Cæsarianis,& his custodijs. Te quoque)in Epeirum ire cupientem.ep.4.h.l. Curtio)ep 2.lib.9.al.Curio. Impediri)ne exeas. Opinor)hinc ep.17.h.l.habes causam opinionis meæ. Habes Scytha ὄνον)habes Scytha asinum:habes tanquàm Scytha asinum. prouerb. Scytha asinum dissimulans.alij,ἐκ τῶν πλειόνων.al. ἐκ τῶν ἀγώνων,ut omiserit,σχολὴν,siue δίπλωμα,uel potius, habes δίπλωμα, legendum est ex ep.17.h.l. Vitam miseram)al.ò uitam miseram. Maiusque malum tandiu timere)ut uerum sit illud:morsque minus poene,quàm mora mortis habet. Illud ipsum)mors. Seruius)hic diuidēda fuit epistola,nisi quis accessionem esse uelit. Antea)supra: atque hoc magis ostendit, epistolam esse diuersam. Venisset)in Literninum.supra. Non.Maij)quum pridie Minturnis mansisset.sup. Perturbatiorem)Ser.Sulpitio. Illum)Pompeium. Iratum) & quòd remanserat contrà,atque ipse edixisset,ep.23.l.8.& filium Brundusium miserat.ep.21.&.22.l.9. Hunc)Cæsarem. Non amicum)quem defendenda pace offendisset.ep.1.&.2.l.4.fam. Alterius)Pompeij. Crudelitatem)epist 6 &.11.l.9. Alterius) Cæsaris. Audaciam)ep.3.l.7. Pecuniariam)al.pecuniarum. utrunque rectè dicitur. Priuatorum)quorum pecunijs uictor Pompeius non abstinebit.ep.6.l.9.& in easdem Cæsar impetum faciet.ep.6.h.l. Eas)lachrymas. Lippitudo)epis.11.l.7. Non ipse)non mea manu. Sine ulla lachryma est)ὑπερβολὴ,quum ex lippitudine lachrymæ procedant,ut loquitur Celsus. Vigilias)nam sæpe tantum est mali,ut somnum diu prohibeat.Celsus lib.6.uel quia somnum ego capere non possum. ep.1.l.8. quum nocturna quies in lippitudine maxime requiratur.Cels.ibid. Consolandum)me. Domi est)mihi,qui Philosophus sum & libros habeo.prouerb.domi habet. Massilia)ep.11.h.l. Legionibus)à Cæsare alienissimis.epis.sup. Autores)alienissimas esse legiones:uel autores,ut alienarentur. Hæc igitur)scribito. Tardus)Seruius natura cunctator. epist.10.l.8.fam. Ad exeundum)ex urbe,& Italia:uel ex sermone,quoniam tarde perorabat.ep.1.h.l. In suo lectulo malle)mori malle dicebat.sic ep.6.h.l. Quicquid foret)quicquid accideret. Scrupulus)prouerb.scrupulum inijcere. Militia Brundusina)epis 21. &.22.l.9. Damnati)præsertim lege Pompeia.ep.4.h.l. Restituerentur)ut pollicebatur Antonius.supra. Ipsum certo forè)ut damnati restituerētur,ut multi postea sunt restituti etiam ab Antonio.Philip.2. Fiebant)à Cæsarianis. Leuiora)damnatorum restitutione. Augebant)addebant. Celandus)Seruius, ne timore enunciet.al.celandum. Quàm ad idem uideretur)uocandus.al.quem ad diem uideretur.rectè:celandus fuit Seruius quem ad diem uideretur discedendum. In hoc)Seruio. Non multum est)non multum est spei,quum sit ita timidus. A te)qui id optas.ep.seq. Cælio)ep.sup.

CICERO ATTICO S. 15

SERVIVS cum esset apud me.Cephalio cum tuis literis VI.Id.uenit, quæ nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus:etenim hæ quoque, quę in his locis sunt,labare dicuntur.eodem die Funisulanus à te attulit literas,in quibus erat confirmatius idem illud.ei de suo negotio respondi cumulate, cum omni tua gratia.adhuc non satisfaciebat:debet autem mihi multos numos,nec habetur locuples. nunc ait se daturum:cui expensum tulerit,morari:tabellarijs, si apud te esset,quà satisfecisses,dares:quantum sit, Eros Philotimi tibi dicet. sed ad maiora redeamus. Quod optas,Cęlianum illud maturescit.itaque torqueor, utrum uentum expectem. uexillo opus est:conuolabunt. Quod suades,ut palàm: prorsus assentior. itaque me profecturum puto. tuas tamen interim literas expecto. Seruij consilio nihil expeditur. omnes captiones in omni sententia occurrūt.unum C. Marcello cognoui timidiorem, quem Consulem fuisse pœnitet. ὦ πολλῆς ἀγωνίας, qui etiam Antonium confirmasse dicitur,ut me impediret, quo ipse credo honestius. Antonius autem VI. Id.Capuam profectus est.ad me misit, se pudore deterritum ad me non uenisse,quòd me sibi succensere putaret.ibitur igitur, & ita quidem,ut censes,nisi cuius grauioris personæ suscipiendæ spes erit ante oblata.sed uix erit tam cito.Halienus autem Præt.putabat aliquem, si ego non,ex collegis suis.quiuis licet,dūmodo aliquis. De sorore laudo. De Quinto puero,datur opera: spero esse meliora. De Quinto fratre, scito eum non mediocriter laborare de usura: sed adhuc nihil à L.Egnatio expressit.Axius de XII.millibus pudens: sæpe enim ascripsit,ut Gallio, quantum is uellet,darem. quod si non scripsisset,possem ne aliter? & quidem sæpe sum pollicitus. sed tantum uoluit cito.me uero adiuuarent ijs in angustijs. sed tu istos, uerum alias. Te à quartana liberatum gaudeo, itemq; Piliam. Ego,dum panes,& cætera in na-

uem parentur, excurro in Pompeianum. Vecteno uelim gratias, quod studiosus. si quenquam nactus fueris, qui perferat, literas des ante, quam discedimus. Vale.

σχόλια



ERVIVS)epis.5.h.l. Esset apud me)ep.sup. Cephalio)ep.23.l.7. VI.Id.)Maij. Cohortibus)alienatis, ut de legionibus, ep.sup. Hæ quoque)cohortes. His locis)Campaniæ. Labare)ita, ut cupiant se tradere.ep.seq. Funisulanus)nescioquis. Illud idem)de octo cohortibus. Ei)Funisulano. Non satisfaciebar)mihi. At)Funisulanus. Cui expensum tulerit)al.quum ex P.sustulerit, quum ex publico, uel ex Publio acceperit. Morari)illum, cui expensum tulit, non soluere, sed morari.al.moram. Tabellarij)qui ad id missi sunt, uel qui in tabulas publicas referunt. Si apud te esset)al.si apud te esse. Quá satisfecisses)al. quas satisfecisses. Quantum sit)quod debet Funisulanus. Eros Philotimi)Eros seruus, uel filius Philotimi.libertum uidetur habuisse Philotimus ep.5.l.6.τὸν ἀπελεύθερον: qui fortasse ita gratus fuit, ut ἔρως, hoc est, amor diceretur, sicut contrà ille Anteros dicitur ep.1.l.12.al.hæres Philotimi. & sané in eius locum uidetur successisse, ut rationes pecuniæ tractaret.ep.15.l.15. Optas)ita, ut me admoneas.epist.sup. Cælianum illud)tale quid, quale fecit Cælius.ep.13.h.l. Maturescit)ut faciendum sit. Vexillo opus est)oportet tantummodũ signum tollere. Conuelabunt)milites. Vt palàm)discedam, ne si clàm, cum istis sit agendum.ep.13.h.l. Occurrunt)in utramque partem ita, ut nullus consilij exitum inueniamus.epis.sup. Vnum)Ser.Sulpitium. C.Marcello)M.Marcelli fratre patruele.Suet.in Cæs. Quem)C.Marcellum. Consulem fuisse)cum L.Aemylio Paulo. Pœnitet)quum personam cõsularem sustinere non possit. ὢ πολλῆς ἀγενείας) ò multam ignobilitatem, ò magnam humilitatem. Qui etiam)C.Marcellus. Seruius enim nondum discesserat. Antonium)ep.7.h.l. Impediret)ne possem discedere. Quo)ut. Ipse)C.Marcellus. Honestius)remanere uideatur, si me socium habeat. VI.Id.)Maij. Non uenisse)ut putabam.epist.11.h.lib. Succensere) quòd τυραννικῶς scripsisset.ibid. Ibitur)in Græciam. Vt censes)palàm, & animo Cæliano.ep.13.h.l. Grauioris)persona Cæliana. Vix erit)oblata. Hactenus autem Præt.)qui postea Siciliam obtinuit. Hirc. de bel. Afr. Aliquem)huic rei præfici oportere. Si ego nõ)si ego nõ præficerer. Ex collegis suis)Prætoribus. Quiuis)præficiatur. Aliquis)præficiatur. Sorore)Pomponia. Datur opera)ut corrigatur, & ei suppeditetur.ep.13.h.l. Laborare de usura)ut tibi Hs.XX.curet.episto.12.h.l. Expressit)exegit.ep.16.l.7. Axius)epist.12.h.l. Pudens) εἰρωνικῶς quum non reddat.ibid. Ascripsit)quum mox dicat, scripsisset, multi putant legẽdum: ad me.scripsit. Gallio)M.Gallio, nisi fallor.ep.20.l.11.hic mihi ipsius Q.Axij filius fuisse uidetur, cui Cicero Hs.mutua dederat.ep.12.h.l. Possem ne aliter?)facere? Cito)dari. Me uero) εἰρωνικῶς. Adiuuarent)de suo, quum numos etiam petant à me, cui debent. Angustijs)ep.12.h.l. Sed tu istos)urge, ut soluãt. Aliás) plura scribam. Quartana)ep.2.l.7. Gaudeo)perinde ac si id mihi accidisset.epist.6.lib.8. Piliam)ibid. Panes)μάζας. Cætera)quæ ad nauigandum opus sunt.ep.seq. Excurro)ut minuam suspicionẽ profectionis.ibid. Pompeianum)ep.17.l.1. Vecteno)ep.12.h.l. Gratias)agas. Studiosus)est mei. Discedimus) alij, discedamus.

CICERO ATTICO S. 16



OMMODVM *ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit. cui quidem ego non modo placabilem me præbuissem, sed totum remisissem, si uenisset qua mente tu ad me scripseras: erat enim sic in tuis literis, quas Arpini acceperam, eum uenturum, facturumque, quod ego uellem. ego uolebã autem, uel cupiebam potius, esse eum nobiscum. quod quia planè, cum in Formianum uenisset, præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. at ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem, se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. pauca respondi: magnum accepi dolorem: intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. quid quæris? fortasse miraberis: in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. uelim, ut tibi amicus sit. hoc cum tibi opto, ut beatus sis: erit enim tandiu. Consilium nostrum spero uacuum periculo fore: nam & dissimulauimus, &, ut opinor, acerrime obseruabimus. nauigatio modo sit, qualem opto. cætera, quæ quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur. tu, dum adsumus, non modo quæ scieris, audierisue, sed etiam quæ futura prouidebis, scribas uelim. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent: Syracusis profectus est ante diem:* VIII. *Cal. Maij, ut ad me Curio scripsit. utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat: est enim rumor. o, si id fuerit, turpem Catonem. Ego, ut minuerem suspicionem profectionis, aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum ad* IIII. *Id. ut ibi essem, dum, quæ ad nauigandum opus essent, pararentur. cum ad uillam uenissem, uentum est ad me:*

centuriones trium cohortium, quæ Pompeijs sunt, me uelle postridie (hæc mecum Ninnius *noster) uelle eos mihi se, & oppidum tradere. at ego tibi postridie à uilla ante lucem, ut me omnino illi ne ui derent: quid enim erat in tribus cohortibus? quid si plures, quo apparatu? cogitaui eadem illa* Celiana*, quæ legi in epistola tua, quam accepi simul in* Cumanum *ueni eodem die. & simul fieri poterat, ut tentaremur. omnem igitur suspicionem sustuli. sed cum redeo,* Hortensius *uenerat, ad* Terentiam *salutatum diuerterat, sermone erat usus honorifico erga me. tamen eum (ut puto) uidebo: misit enim puerum, se ad me uenire. hoc quidem melius, quàm collega noster* Antonius*, cuius inter lictores lectica mima portatur. tu, quoniam quartana cares, & non modo morbum remouisti, sed etiã grauedinem, te uegetum nobis in* Græcia *siste, & literarum aliquid interea.* Vale.

σχόλια

LITERAS) sup. Dionysius) ep.4.l.7. Fuit) fuit ad me, ut epist.4.h.l. Cui quidem) homini etiam non amico. ep.2.h.l. Arpini) ubi filio togam puram dedi. ep.22.l.9. Esse eum nobiscum) ut pueros doceret. ep.24.l.7. & ep.12.l.8. Præciderat) ep.4.l.8. Asperius) epist.18.l.9. Rebus suis) ut ep.10.l.8. Ire) trans mare. Despectam esse) ep.14.l.9. Scito esse) scito hunc dolorem esse mihi in maximis horum temporum doloribus. Amicus sit) Dionysius. Erit enim tandiu) εὐτυχία γὰρ πολύφιλος ἐστὶ. Consilium) de discedendo. Dissimulauimus) adhuc, & occulte egimus. ep.12.h.l. Obseruabimus) posthac. Nauigatio modo sit) ὁ πλοῦς modo sit ὡραῖος. ep.6.l.9. Ad simus) in Italia. Futura) ut epist.14.l.5. Cato) M. Cato. Siciliam) in quam fuerat missus. ep.14.l.7. Potuit) orantibus Siculis, ut resisteret, & omnia pollicentibus. ep.13.h.l. Profectus est) questus in concione, sese proiectum, ac proditum à Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatissimus non necessarium bellum suscepisset. Cæs.l.1. de bel. ciu. Curio) eo profectus. ep.4.h.l. Cotta) M. Cotta. Cæs.l.1. de bel. ciu. Teneat) ut nunc obtinet. Rumor) fore, ut teneat. Si id fuerit) si Cotta Sardiniam tenuerit. Turpem Catonem) qui fugerit ex prouincia, quam tenere poterat multo etiam facilius, quàm Cotta Sardiniam. Profectus sum) excurri. ep. sup. IIII. Id.) Maij. Pararentur) panes, & cætera. ep. sup. Villam) Pompeianum. Ventum est) al. uenerunt. Pompeijs) Plin. lib.3. cap 5. Me uelle postridie) al. me uelle postridie conueni re. Ninnius) ep.23.l.3. al. Minnius, unde legi possit, Minutius, ut sit L. Minutius Basilius, Reginus uocatus epist.13.h.l. Noster) nam totus erat noster. ibid. Eos) ut iam labantes. epis. sup. Oppidum) Pompeios. Ego tibi) ut, hic tibi Cato aduolat. ep.11.l.1. al. ego inde. A uilla ante lucem) discessi. Illi) centuriones. Quid enim) spei, & præsidij. Plures) cohortes. Illa Celiana) ep.13.h.l. Simul) postquàm, ut ep.10.l.9. al. simul et, ut, simulac, legas. Tentaremur) à centurionibus. Sustuli) discedens ante lucem. Hortensius) mari infero præfectus. ep.13.h.l. Venerat) in Cumanum. Diuerterat) me absentes. Hoc quidem) uenire ad me. Melius) facit. Collega) in Auguratu. Philip.2. Antonius) qui ad me non uenit. epist. sup. Lictores) & quidem laureatos. Philip.2. Mima) Cytheris. ep.11.h.l. al. una. Cares) liberatus. ep. sup. sic epis.13.l.16. fam. lege Tuscul.1. Non modo) al. nedum. al. nouum, ut nouas tentationes intelligat, ep. seq. nam nouum morbum uocare non potest, quem ueterem uocat ibid. uel nouum cum grauedine collatum. Morbum) quartanam, uel tentationem Grauedinem) κορύζαν. Celsus lib.4. cap.2. Siste) ut ego me tibi sistam. uerbum iuris. Plaut. in Curc. sisto ego tibi me, & mihi contrà itidem ut sistas, suadeo. sic epis.25. lib.3. Interea) scribe.

CICERO ATTICO S. 17

PRID. Id. Hortensius *ad me uenit scripta epistola. uellem cætera eius. quàm in me incredibilem* ἐκτένειαν*: qua quidem cogito uti. deinde* Serapion *cum epistola tua, quam priusquam aperuissem, dixi ei, te ad me de eo scripsisse antea, ut feceras. deinde epistola lecta, cumulatissime cætera. & hercule hominem probo: nam & doctum, & probum existimo. quin etiam naui eius me, & ipso conuectore usurum puto.* Crebro *refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.* Valetudinem *tuam iam confirmatam esse & à uetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo.* Ocellam *uellem haberemus: uidentur enim esse hæc paulo faciliora. nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. id s. cras erit. utinam idem maneat* Hortensius*, siquidem adhuc erat. liberalius esse nihil potest.* De *diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitij insimulare: negas enim te reperire, qui mihi id in mentem uenerit. ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere censebam, & quia pueris diploma sumpseras. habes causam opinionis meæ. & tamen uelim scire, quid cogites, in primisque, si quid etiam nunc noui est.* XVII. Cal. Iun.

σχόλια


RID. Id.) Maij. Ad me uenit) ut fuerat pollicitus. epist. sup. Epistola) sup. Cætera eius) similia essent his, quæ nunc facit, quum in cæteris male audiat. ep. 4. h. l. uel essent firma, & non infantia. ep. seq. ἐκτένειαν) propensionem, propensam uoluntatem, liberalitatem: & uerbum deest, declarauit, uel aliud nõ dissimile. Serapion) tenet. Ei) Serapioni. Cætera) fecimus. Vsuram) in discessu. Refricat) refricatur, libentius legerem, ut fortasse etiam scripsit Cicero. Lippitudo) ep. 12. l. 7. Perodiosa) ep. 14. h. l. Meam) mea manu. ibid. Vetere morbo) uel grauedine, ep. sup. uel quartana iam uetere, in quam incidit minimum XII. Cal. Oct. ep. 9. l. 6. & liberatus est ad VI. Id. Maij. epistolo. 15. h. l. Tentationibus) unde tentari ep. 23. l. 11. Gaudeo) ep. 15. h. l. Ocellam) ep. 14. h. l. Haberemus) nobiscũ ut discederet. Hæc) à Cæsarianis proposita. Faciliora) ad discedendum. Aequinoctium) M. Antonius, ut ego nunc puto, qui, ut æquinoctium, noctes dormiendo cum diebus æquat. ep. 14. h. l. sic Liu. loquitur. per somnum, uinumque noctibus æquabant. an uero æquinoctium, quod ad VIII. Cal. Apr. peragitur, ut inquit Plin. esse posit XVI. Cal. Iun. quo die scripta est hæc epistola, uiderint Astrologi. nauigaturi certe uidentur æquinoctium expectare cõsueuisse. ep. 23. l. 12. Perturbatum erat) perturbatus erat Antonius ita, ut me sibi etiam succensere putaret. ep. 15. h. l. & perturbatus erat, ut esse solet æquinoctium, in quo tempestates sæpe commouentur. Id s. cras erit) al. id si cras erit: si cras erit perturbatus Antonius, utinam saltem maneat Hortensius in sententia. illius enim utar ἐκτενείᾳ. Idem) firmus, constans. Adhuc erat) idem. Liberalius) Hortensio. Diplomate) syngraphum uidetur uocare Plaut. in capt. à Prætore sumat syngraphum, quem ferat secum ad legionẽ, hinc ire ut liceat. Insimularem) insimularim, magis placeret. insimularim uero epist. 14. h. l. quando scripsi: & si, ut opinor, habes δίπλωμα. Proficisci) in Epirum. epist. 4. h. l. Aliter) sine diplomate, ut in Quæst. diximus. Licere) proficisci. Habere diploma. Pueris) Ciceronibus, ut his liceret proficisci. Sumpseras) à magistratibus isti rei præfectis. Opinionis) scripsi enim, ut opinor, ep. 14. h. l. Cogites) de tuo itinere. ep. 4. h. lib. In primisque) scire uelim. Etiam nunc) antequàm discedam.

CICERO ATTICO S. 18

TVLLIA mea peperit XIIII. Cal. Iun. puerum ἑπταμηνιαῖον. quòd εὐτόκησεν, gaudebam. quod quidem est natum, perimbecillum est. Me mirificæ tranquillitates adhuc tenuerunt, atque maiore impedimento fuerunt, q̃ custodiæ, quibus asseruor: nam illa Hortensiana omnia fuere infantia. ita fiet homo nequissimus: a Saluio liberto deprauatus est. itaque posthac nõ scribã ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim: omnes enim Κωρυκαῖοι uidentur subauscultare, quæ loquor. tu tamen, siquid de Hispanijs, siue quid aliud, perge quæso scribere, nec meas literas expectaris, nisi cum, quò opto, peruenerimus, aut siquis ex cursu. sed hoc quoque timide scribo: ita omnia adhuc tarda, & spissa, ut male posuimus initia, sic cætera sequentur. furias nunc sequimur. eædem nos fortasse furiæ persequentur. ex Balbi autem sermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. dubitas igitur, quin nos in hostium numero habeat? scripsi equidem Balbo, te ad me de beneuolentia scripsisse, & de suspicione. de altero egi gratias: de altero ei me purgaui. ecquem tu hominem infeliciorem? non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior uenisse tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim. Vale.

σχόλια

TVLLIA mea peperit) ex quo partu conualuit. nam tempore Hispaniensis belli postea etiam peperit, ep. 18. l. 6. fam. ex quo partu decessit. Ascon. orat. in Pis. XIIII. Cal. Iun.) nam superior epistola data fuit XVII. Cal. Iun. ἑπταμηνιαῖον) septimestrem, septimo mense κατὰ διάμετρον. Censor de die natal. et Plin. l. 7. cap. 5. εὐτόκησεν) salua peperit, ut ep. 2. l. 1. al. εὐτόκησεν, ἀττικῶς. Gaudebam) ut pater filiæ salute. Tranquillitates) quum nobis contra uento sit opus, ut uelis, & remis, quod aiunt, fugere possimus: uel quòd si ui sit agendum, forte cum tempestate. epist. 13. h. l. Custodiæ) ibid. Asseruor) ne discedam. Hortensiana) promissa. ep. sup. Infantia) uana, qualia sunt infantium, & puerorum promissa. Fiet) Hortẽsius. Nequissimus) ut iampridem corruptus. ep. 4. h. l. Saluio) ep. 6. l. 9. κωρυκαῖοι) Corycæi, curiosi, & insidiosi, quales fuere Corycæi. Prouerb. Corycæus auscultauit. Siquid) noui est ep. sup. Siquis ex cursu) redierit, cui literas dare possim. Posuimus) ego, qui cum Pompeio nõ fui. ep. 4. l. 9. & Pompeius, qui urbem primum, deinde Italiam reliquit, & reliqui omnes, qui illum sunt secuti. Furias) Pompeianos furiosos, & crudeles. ep. 6. l. 11. Eædem) eædem quidem furiæ, sed non ijdem tamen Pompeiani: ut uox, nõ significatio referatur: nisi uaticinetur, quod dicetur ep. 5. l. 11. Nos) Pompeianos. sanctissimam parentem patriam fame necãdam putantes. ep. 11. l. 9. Persequentur) ut Alcmæonem, & Orestem matricidas. Balbi) ep. 3. l. 7. De Melita) capessenda. ep. 9. h. l. Habeat?) Balbus uel potius Cæsar? Beneuolentia) ipsius Balbi erga me. Suspicione) ne ad Pompeium accederem. De altero) de beneuolentia. Egi gratias) Balbo. De altero) de suspicione. Infeliciorem?) me uidisti? Possim) utriusque amicitia implicatus. epistolo. 13. lib. 9.



M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER XI.

CICERO ATTICO S. 1



ACCEPI à te signatum libellum, quem Anteros attulerat, ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflictor, quod qui eas dispensauit, neque adest istic, neque, ubi terrarum sit, scio. omnem autem spem habeo existimationis, priuatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia: quam si his temporibus miseris, & extremis præstiteris, hæc pericula, quę mihi communia sunt cum cæteris, fortius feram. idque ut facias, te obtestor, atque obsecro: ego in cistophoro in Asia habeo ad HS bis, & uicies. huius pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. quam quidem ego nisi expeditam relinquere putassem, credens ei, cui tu scis iam pridem minime credere: commoratus essem paulisper, nec domesticas res impeditas reliquissem: ob eamque causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. te etiam, atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias, ut, si ij salui erunt, quibuscum sum, una cum ijs possim incolumis esse, salutemque meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre. Vale.

σχόλια



ACCEPI) postquàm ego silui circiter octo meses, idest ex XIIII. Cal. Iun. Lentulo, & Marcellò Coss. ep. 18. l. 10. & ep. 13. l. 7. ferè usque ad mensem Feb. Cæsare iterum, & P. Seruilio Coss. ep. seq. Anteros) seruus ἀντίος ἔρωτι, ut ἔρως alter dicitur ep. 15. l. 10. Anteros uero Deus Marte, & Venere tertia natus est lib. 3. de nat. Deor. Qui) Philotimus. ep. 4. l. 2. Existimationis) ut famæ, ep. seq. & ep. 2. l. 16. Cistophoro) nummo Asiatico, ep. 6. l. 2. etsi nomen loci potius, quàm nummi, hic, & orat. pro dom. uideri potest. Habeo) apud publicanos. ep. seq. Ad Hs. bis, & uicies) ad quinquaginta quinque aureorum millia, ut recentes scriptores colligunt. Quàm quidem) fidem. Ei) Terentiæ, uel Philotimo. Commoratus essem) in Italia, nec tam cito ad Pompeium essem profectus. Ii) Pompeiani. Sum) ex Italia profectus.

CICERO ATTICO S. 2



LITERAS tuas accepi prid. Non. Febr. eoque ipso die ex testamento creui hæreditatem. ex multis meis, & miserrimis curis est una enata, si, ut scribis, ista hæreditas fidem, & famam meam tueri potest: quam quidem te intelligo etiam sine hæreditate tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis, per omneis Deos te obtestor, ut totam rem suscipias, & illam miseram mea culpa, & negligentia, tueare meis opibus, si quæ sunt, tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus. cui quidem deesse omnia, quod scribis, obsecro te noli pati. in quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? etiam illas HS LX. quæ scribis, nemo mihi unquam dixit ex dote esse detracta: nunquam enim essem passus. sed hęc minima est ex ijs iniurijs, quas accepi, de quibus ad te dolore, & lacrymis scribere prohibeor. ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partem dimidiam ferè exegi. tutius uidebatur fore ibi, ubi est, quam apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo sim animo, uellem posses aliquid afferre, quam ob rem id facere possem. sed si ad cæteras miserias accessit etiam id, quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti) de domo,

quis me miserior uno iam fuit? oro, obsecro, ignosce. non possum plura scribere. quanto mœrore urgear, profectò uides. quod si mihi commune cum cæteris esset, qui uidentur in eadem causa esse, minor mea culpa uideretur, & eo tollerabilior esset: nunc nihil est, quod consoletur, nisi quod tu efficis, si modo etiam nunc effici potest, ut nequa singulari afficiar calamitate, & iniuria. Tardius *ad te remisi tabellarium, quòd potestas mittendi non fuit.* A tuis *& numorum accepi HS LXX. & uestimentorum quod opus fuit.* Quibus *tibi uidebitur, uelim des literas nomine meo. nosti meos familiares, signum requirent, aut manum: dices ijs, me propter custodias ea uitasse.* Vale.

σχόλια



R I D. Non. Feb.) anni secundi belli ciuilis, iam Cæsare iterum, & P. Seruilio Coss. Cæsar lib. 3. de bel. ciu. Creui hereditatem) ut ep. 12. h. l. Ex multis meis, & miserrimus curis) al. ex multis meis miserrimis curis. Enata) enecta, si legatur, & res intelligetur, nec à dicendi consuetudine abhorrebit. meo tamen periculo, sedata, uel potius, leuata, legatur. Famam) ut ep. 2. l. 10. Fidem) epi. sup. Dote) Tulliæ. Illam miseram) Tulliam. Mea culpa) qui domesticas res impeditas reliqui. ep. sup. & de tum dedi Dolabellæ. ep. 17. h. l. Negligentia) ibid. In quos enim sumptus) ut in eos, qui in rem nauticam, & in lictores fiant. uel ita est exponendum: in quos sumptus abeunt fructus prædiorum, ut prædia ipsa uenire non debeant? ep. 4. h. l. nisi forte dolet, fructus prædiorum, in quibus Tulliæ fuisset collocata, ita nunc à Dolabella consumi, ut ipsa egeat, quum responderi potuissent. ep. 17. h. l. ut dolet ep. 23. h. l. Prædiorum?) uel illorum, in quibus diu necessario fui cum lictoribus. ep. 16. lib. 2 fam. uel illorũ, in quibus dos Tulliæ est collocata? Fuit in Asia) in Cistophoro. ep. sup. Publicanos) à quibus Pompeius, & Coss. cum publica potuissent auferre. Chrysippus) epi. 2. lib. 7. uel ep. 29. l. 13. Parari) à Terentia iam tum maritum, ut scribit Plutar. neglegẽte. De domo) de rebus domesticis, quas postea Cicero è bello rediens, nihilo meliores, quàm Remp. offendit. epis. 14. lib. 4. fam. Nisi quod) al. nisi quid. Afficiar) ab uxore præsertim desertus. A tuis) procuratoribus Epeiroticis, ut à Villico, ep. 13. h. l. sic tuorum præsidio, ep. 1. lib. 3. & tuis omnibus. ep. 13. l. 5. Des literas) ep. seq. Custodias) Pompeianas hic potius, quàm Cæsarianas. nam tabellarij difficile poterant reuerti. ep. 9. l. 9. fam. Ea) signa, & manum. Vitasse) ne agnoscerentur.

CICERO ATTICO S. 3



VID *hic agatur, scire poteris ex eo, qui literas attullit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid noui expectabamus. neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit, præter eam, de qua tibi rescribi uoluisti.* Quod *ad Cal. Quint. pertinet, quid uellem, utrunque graue est, & tam graui tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu, ista, quam scribis, abruptio. quare ut alia, sic hoc uel maxime tuæ fidei, beneuolentiæq; permitto, & illius consilio, & uoluntati, cui miseræ consuluissem melius, si tecum olim coràm potius, quàm per literas de salute nostra fortunisq; deliberauissem.* Quod *negas præcipuum mihi ullum incommodum impendere, & si ista res nihil habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt, quæ tu profectò uides grauissima esse, & me facillime uitare potuisse: ea tamen erant minora, si (ut adhuc factum est) administratione, diligentiaq; tua leuabuntur.* Pecunia *apud Egnatium est. sit à me, ut est: neque enim hoc, quod agitur, uidetur diuturnum esse posse, ut scire iam possim, quid maxime opus sit. & si egeo rebus omnibus, qui is quoque in angustijs est, quicum sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinãtes nobis constitutis rebus eam rem etiam honori fore.* Tu, *ut antea fecisti, uelim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum à me existimes, ipse conficias.* Tuis *salutem dic.* Cura, *ut ualeas. in primis id, quod scribis, omnibus rebus cura, & prouide, ne quid ei desit, de qua scis me miserrimum esse.* Idib. Iun. ex castris.

σχόλια



I C) in castris Pompeij. Ex eo) fortasse Pollice. ep. seq. Eam) causam dotis, ut opinor. ep. sup. Cal. Quin.) quibus locationes sæpe fieri solebant. ep. 2. l. 13. fam. & ep. 3. l. 2. ad Q. fratrem: unde pensio fortasse tunc erat exigenda. epist. seq. Quid uellem) al. quod uellem. Tam graui) propter bellum ciuile. Abruptio) detractio Hs. LX. epist. sup. Illius) Tulliæ. Cui miseræ) Tulliæ. Olim) antequàm ex Italia discederem. Salute nostra) al. salute nostram. Deliberassem) ut deliberaui ep. 3. l. 8. Nihil habet) alij, non nihil habet. Factum est) à te, ne singulari calamitate sim affectus. ep. sup. Egnatium) tanquàm mensarium, & argentarium. epist. 15. l. 10. Sit) relinquatur. A me) meo nomine, & quasi meo periculo, ut ep. 7. l. 4. Quod agitur) inter Pompeium, & Cæsarem. Is quoque) Pompeius. Angustijs

gustijs)sic ep.12.l.10. Delinus)ep.13.h.l. Ipse conficias)ipse des literas.epis.sup.& ep.5.h.l. Ei)Tulliæ. Castris)Pompeianis ad Dyrrhachium positis.Cæs.lib.3.de bel.ciu.

CICERO ATTICO S. 4


CCEPI ab Isidoro literas, & postea datas binas.ex proximis cognoui, prædia non uenisse.uidebis ergo,ut sustentetur per te.de Frusinati,si modo futuri sumus,erit mihi res opportuna. Meas literas quod requiris,impedior inopia rerum,quas nullas habeo literis dignas,quippe cui nec,quæ accidunt,nec,quæ aguntur,ullo modo probentur.utinnam coràm tecum olim potius,quàm per epistolas. Hic tua,ut possum,tueor apud hos.cætera Celer.ipse fugi adhuc omne munus,eo magis, quòd ita nihil poterat agi, ut mihi, & meis rebus aptum esset. Quid sit gestum noui,quæris:ex Isidoro scire poteris:reliqua non uidentur esse difficiliora.tu id uelim,quod scis me maxime uelle,cures,ut scribis,ut facis. Me conficit solicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis.qua leuata,ero unà cum eo,qui negotium gerit,estq; in spe magna. Brutus amicus in causa uersatur acriter.hactenus fuit,quod caute à me scribi posset. De pensione altera,oro te,omni cura considera,quid sit faciendum,ut scripsi ijs literis, quas Pollex tulit. Vale.

σχόλια


SIDORO) nescioquo. Non uenisse)ut uolebam,quo Tulliæ nihil deesset.ep.2.h.l. Sustentetur)Tullia. Per te)tuis facultatibus.ep.2.h.l. De frusinati)redimendo.ep.13.h.l. Futuri)salui.ep.1.h.l. Probentur)episto.3.l.7.fam. Vtinam)colloqui posim. Hic)in castris. Tua)res tuas Epeiroticas. Apud hos)Pompeianos crudeleis,& rapaceis. Cætera)referet. Celer)tuus. ep.1.l.10. & ep.7.l.12. Ipse fugi)pacem suadens. episto.3.l.7.fam. Omne munus)sic antea negotium,ep.11.l.16.fam.omnem belli partem.epis 9.l.9. Mihi)ut pacis autori. ep.13.l.9.& ep.3.l.7.fam. Gestum)inter Pompeium,& Cæsarem. Non uidentur esse difficiliora)propter uictoriam,quam sumus ad Dyrrhachium consecuti.Cæs.l.3.de bel.ciu. Cures)ne qua singulari afficiar calamitate.ep.2.h.l. Solicitudo)cura, & dolor.ep.9.h.l. Infirmitas)consecuta est.hinc in acie postea non fuit Cicero.ep.18.l.9 fam. Cum eo)Pompeio. Negotium)hoc bellum. Gerit)cum Cæsare. Estque in spe magna) ex quadam pugna suis militibus confidens. ep.3.lib.7.fam. Brutus)M.Brutus. Amicus)noster.ep.2.l.6. In causa)in causa hac optima.epis.23.l.7. Versatur)& si Pompeium odit ut patris interfectorem.Plutar.in Brut. Pensione)exigenda.ep.sup. Pollex)epis.5.l.8.

CICERO ATTICO S. 5


VAE me causæ mouerint,quàm acerbæ, quàm graues,quàm nouæ,coegerintq; impetu magis quodam animi uti,quàm cogitatione,non possum ad te sine maximo dolore scribere: fuerunt quidem tantæ,ut id,quod uides, effecerint. itaque nec quid ad te scribam de meis rebus,nec quid à te petam,reperio.rem,& summam negotij uides.equidem ex tuis literis intellexi, & ijs,quas communiter cum alijs scripsisti,& ijs,quas tuo nomine, quod etiam mea sponte uidebã, te subdebilitatum nouas rationes tuendi mei quærere. Quod scribis placere, ut propius accedam, iterque per oppida noctu faciam:non sanè uideo,quemadmodum id fieri possit:neque enim ita apta habeo diuersoria,ut tota tempora diurna in his possim consumere: neque ad id,quod quæris,multum interest,utrum me homines in oppido uideant,an in uia. sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo quemadmodum commodissime fieri posse uideatur. ego propter incredibilem & animi, & corporis molestiam conficere plureis literas non potui: ijs tantum rescripsi,à quibus acceperam.tu uelim & Basilio,& quibus præterea uidebitur,etiam Seruilio conscribas,ut tibi uidebitur, meo nomine. Quòd tanto interuallo nihil omnino ad uos:profectò intelligis rem mihi deesse,de qua scribam,non uoluntatẽ. Quod de Vatinio quæris: neq; illius neq; cuiusquam mihi propterea officium deest, si reperire possent, qua in re me iuuarent. Quintus auersissimo à me animo Patris fuit: eodem Corcyra filius uenit: inde profectos eos unà cum cæteris arbitror. Vale.

σχόλια


OVERINT) ut ab armis discederem.epist.seq. Nouæ)quum Pompeij filius me uirum Consularem, & tunc etiam Imperatorem interficere cogitauit. Plutar. in Cic. ut merito quasi uaticinans Pompeianos furias appellarit ep.18.l.10.hinc in orat.pro M.Marcello,se pacem suasisse cum capitis periculo, scribit. Non possum)recordatus iniuriam mihi à Pompeianis factam. Vt id,quod uides, effecerint)ut ab armis discederem.

Reperio)quam neutros adhuc amicos habeam; Et subdebilitatum)al.te subita re quasi debilitatum. Propius)te. ep.seq.& ep.13.h.l. Basilio)L.Minutio Basilio.ep.13.l.10. Seruilio)P.Seruilio Isaurico Cos.ep.2.h.l. Conscribas)sic epist.3.h.l.& ep.15.l.3. Ad uos) scripsi. Profecto intelligis)al.scriptis literis, profecto intelligis:hoc est, quum hasce inanes scripserim, profectò intelligis. Vatinio)P.Vatinio,qui nunc est Brundusij.Cæs.lib.3.de bel.ciu.& Hirc.de bel.Alex. Illius)Vatinij, ut olim reconciliati,defensi,& laudati.ep.longa ad Lentul. Cuiusquam)ut M.Antonij.Philip.2. Deest)deesset, sermo latinus magis requirit. Quintus)Q.frater. Patris)in longissimo promontorio Peloponnesi conditis. Plin.l.4.cap.4.epis.2.l.7. Fuit)epist.10.&.16.h.l. Eodem)eodem animo,uel potius ad eundem locum. Corcyra)epist.9.lib.5. Inde) Patris. Eos) Q.fratrem,& Q.filium. Cæteris)Pompeianis.

CICERO ATTICO S. 6



OLICITVM esse te cum de tuis, communibusq; fortunis,tum maxime de me, ac de dolore meo,sentio.qui quidem dolor meus non modo non minuitur cum socium sibi adiungit dolorem tuum,sed etiam augetur.omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maxime possim:probas enim meum consilium, negasq; mihi quicquam tali tempore potius faciendum fuisse.addis etiam(quod etsi mihi leuius est, q̃ tuum iudicium, tamen non est leue)cæteris quoque,idest qui pondus habeant,factum nostrum probari.id si ita puta rem,leuius dolerem.crede,inquis, mihi.credo equidem:sed scio, q̃ cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab armis nunquam pœnituit.tanta erat in illis crudelitas,tanta cum barbaris gentibus coniunctio,ut non nominatim,sed generatim proscriptio esset informata,ut iam omnium iudicio con stitutum esset,omnium uestrum bona prædam esse illius uictoriæ,uestrum planè dico:nunquam enim de te ipso, nisi crudelissime, cogitatum est.quare uoluntatis me meæ nunquam pœnitebit: consilij pœnitet.in oppido aliquo mallem resedisse,quoad accerserer:minus sermonis subissem:minus accepissem doloris: ipsum hoc me non angeret. Brundusij iacere, in omneis parteis est molestum.propius accedere(ut suades)quomodo sine lictoribus,quos populus dedit, possum? qui mihi incolumi adimi non possunt:quos ego modo paulisper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum accedens,nequis impe tus militum fieret.recipio tempore me domo.te nunc ad Oppium,quoniam ijs placeret modo propius accedere,ut hac de re considerarent.credo fore auctores:sic enim recipiunt, Cæsari non modo de conseruanda,sed etiam de augenda mea dignitate curæ fore:meq; hortantur,ut magno animo sim,ut omnia summa sperem:ea spondent,confirmant.quæ quidem mihi exploratiora essent,si remansissem. sed ingero præterita.uide quæso igitur ea,quæ restant,& explora cum istis: & si putabis opus esse, & si istis placebit, quo magis factum nostrum Cæsar probet, quasi de suorum sententia factum, adhibeantur Trebonius,Pansa,si qui alij,scribātq; ad Cæsarem,me,quicquid fecerim,de sua senten tia fecisse. Tulliæ meæ morbus,& imbecillitas corporis me exanimat: quam tibi intelligo magnæ curæ esse,quod est mihi gratissimum. De Pompeij exitu mihi dubium nunquam fuit:tanta enim desperatio rerum eius omnium Regum,& populorum animos occuparat, ut, quocunque uenisset, hoc putarem futurum.non possum eius casum non dolere:hominem enim integrum,& castum,& grauem cognoui. De Fannio consoler te? perniciosa loquebatur de mansione tua. Lucius uero Lentulus Hortensij domum sibi,& Cæsaris hortos, & Baias desponderat. omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt: nisi illud erat infinitum.omnes enim,qui in Italia remanserant,hostium numero habebantur.sed uelim hæc aliquando solutiore animo. Quintum fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur.de filio nihil audiui. sed quære ex Diocare Cæsaris liberto, quem ego non uidi, qui istas Alexandrinas literas attulit.is dicitur uidisse an euntem,an iam in Asia. Tuas literas, prout res postulat,expecto,quas uelim cures quāprimū ad me perferendas.Vale.IIII.Cal.Dec.

σχόλια



EVM consilium)Brundusium ueniendi. Potius faciendum fuisse)quàm ab armis discedēdum,& in Italiam ueniendum. Pondus habeant)& boni sint.epist.seq. Factum nostrum)discessum nostrum ab armis. Cupias) unde multa potes scribere,quæ credi non debeant. Discessisse)Corcyra. Plutar.in Caton. In illis)armis, uel Pompeianis. Crudelitas)ep.6.l.9.& ep.3.l.7.fam. Barbaris gentibus)ep.11.l.8.& ep.11.l.9. Nominatim)

ep.12.

ep.12.l.9. Proscriptio)ibid.& ep.11.l.8. Omnium)Pompeianorum. Constitutum esset)nam inter se palàm de præmijs,ac sacerdotijs contendebant,in annosque Consulatum definiebant:alij domos,bonaque eorum, qui in castris erant Cæsaris, petebant.Cæs.l.3.de bel.ciu. Omnium uestrum)qui remansistis. Illius uictoriæ)Pompeianæ. Nunquàm enim de te ipso,nisi crudelissime,cogitatum est)ut timebas.ep.11.l.9. Voluntatis)ab armis discedendi,spe pacis.epist.16.h.l. Consilij)statim in Italiam ueniendi. Pœnitet)ep.seq. & ep.9.h.l. Resedisse)extra Italiam. Accerseret)à Cæsare. Propius)ep.sup. Quomodo)al.quò. Sine lictoribus)sine lictoribus accedere non licet,& cum lictoribus est molestum.ep.16.l.2.fam.de his epist.seq. Populus)Po.Ro.ad quem nisi lex curiata sit lata, nemini attingere rem militarem licet.orat.2.contra Rull. Dedit) ut redderem.Imperium enim ita dari à Populo solet,ut reddatur.epist.1.l.1.ad Q..fr. Adimi non possunt)nec adēpti sunt.orat.p Q..Ligar. Non possunt)iure,uel quia nō patiar. Quos ego modo)al.quos ego uero. Bacillis)cum bacillis extra urbē,& cum fascibus in urbe uidentur lictores anteire consueuisse ex orat.2.cōtra Rull.& si fasces etiam uocat orat.pro Q..Ligar. Oppidum)Brundusium. Militum)Cæsarianorum. Fieret)in meos. Recipio me tempore domo.te nunc ad Oppium,quoniam ijs placeret modo propius accedere,ut hac de re considerarent)nos ita legimus:recipio me tempore. modo te nunc ad Oppium,quonam ijs placeret modo,propius accedere,ut hac de re considerarent:hoc sensu.& si uix possim,ut dixi, propius accedere,recipio tamen me tempore propius accessurum.tantummodo te nunc uelim ad Oppium ire,uel mittere,ut ipse,& Balbus considerarent hac de re,quonam modo ijs placeret me propius accedere. Credo)quòd amici sunt. ep.10.l.9. Fore)Oppium,& Balbum. Autores)ut propius accedam. Recipiunt)Oppius,& Balbus,ut Cæsaris amici. ep.8.l.9. Curæ fore)ut fuit.orat.pro Q..Ligar. Remansissem)in Italia. Cum istis)Oppio, & Balbo. Trebonius)C.Trebonius. Prat. urb.Cæs.l.3.de bel.ciu.Cæsarianus,ep.3.l.8.& mihi amicus,ep.20.& 21.lib.15.fam. Pansa)C.Vibius Pansa, qui paulò post nuncium pertulit, fasces laureatos Ciceroni à Cæsare concessos.orat.pro Q..Ligar. Siqui alij)Romæ sunt Cæsariani, & amici mihi. Ad Cæsarem) Alexādriam. De sua sententia)omnium,& præsertim Oppij. ep.29.l.11.fam. Morbus)ualetudo. ep.19.l.14.fam. Exitu)morte iussu Ptolomei Regis illata. Hoc putarem futurum)ut Pōpeius interficeretur. Fannio) ep.14.l.7. Lucius uero Lentulus)qui superiore anno fuit Cos.ep.13.l.7.quique salua Rep.saluus esse non poterat.ep.9.l.8. Paterc. Hortensij)ut Cæsariani.ep.13.l.10. Cæsaris hortos)circa Tyberim.Suet.& Philip.2. Baias)Senec.ep.52.hinc accedit Cæsar.ep.51.l.13. Ex hac parte)Cæsariana. Fiunt)nam multi Cæsariani multa sibi despondent,ut Antonius.Philip.2. ubi dicitur hasta pro æde Iouis statoris posita fuisse. Illud)quod Pompeiani cogitabant. Habebātur)ut Pompeius ab urbe discedens dixerat.ep.23.l.8. Velim)tecum loqui,uel ad te scribere. Deprecaretur) pro se & filio Cæsarem contra Pharnacem ex Aegypto uenturum.episto.seq.& Hirc.de bel.Alex. De filio)de Q..filio. Diochare)epist.43.lib.13. Is) Diochares. Vidisse an)al. uidisse Q..an.recte. is dicitur uidisse Quintum. tu igitur quære,an uiderit euntem, an iam in Asia. Ad me) Brundusium.

CICERO ATTICO S. 7



RATAE mihi tuæ literæ sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es. factum igitur,ut scribis istis placere, iisdem istis lictoribus me uti,quod concessum Sestio sit:cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos: audio enim eum ea S.C.improbare,quę post discessum Tribunorum facta sunt. quare poterit, si uolet sibi constare,nostros lictores comprobare.quanquam quid ego de lictoribus, qui pene ex Italia decedere sim iussus? nam ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se literarum,in quibus erat, se audiuisse Catonem,& L.Metellum in Italiam uenisse,Romæ,ut essent palàm:id sibi non placere,ne qui motus ex eo fierent:prohiberiq; omneis Italia, nisi quorum ipse caussam cognouisset.deque eo uehementius erat scriptum. itaque Antonius petebat à me per literas,ut sibi ignoscerem: facere se non posse,quin his literis pareret.tum ad eum misi L.Lamiam,qui demonstraret illum Dolabellæ dixisse,ut ad me scriberet,ut in Italiam quamprimum uenirem:eius me literis uenisse. tum ille edixit ita,ut me exciperet,& Lælium nominatim. quod sane nollem: poterat enim sine nomine re ipsa excipi.o multas,& graueis offensiones: quas quidem,tu das operam,ut lenias:nec tamen nihil proficis:quin hoc ipso minuis dolorem meum,quod,ut minuas,tam ualde laboras: idque uelim ne grauere quam sæpissime facere.maxime autem assequere quod uis, si me adduxeris, ut existimem me bonorum iudicium non funditus perdidisse.quanquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. sed siquid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit. quod nunc quidem uideo non esse. sed siquid ex euentis:ut hoc nunc accidit. dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. exitus illius minuit eius officij prætermissi reprehensionem. sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur,quam quod in Africam non ierim. iudicio hoc sum usus,non esse barbaris auxilijs fallacissimæ gentis

Remp. defendendam, præsertim contra exercitum sæpe uictorem, non probant fortasse: multos enim uiros bonos in Africam uenisse audio, & scio fuisse antea. ualde hoc loco urgeor. hic quoque opus est casu aliqui sint ex eis, aut, si potest, omnes, qui salutem anteponant: nam si perseuerant, & obtinent, quid nobis futurum sit, uides. dices, quid illis, si uicti erunt? honestior est plaga. hæc me excruciant. Sulpitij autem consilium, non scripsisti, cur meo non anteponeres. quod etsi non tam gloriosum est, q̃ Catonis, tamen & periculo uacuum est, & dolore. extremum est eorum, qui in Achaia sunt. ij tñ ipsi se hoc melius hñt, q̃ nos, q̊ & multi sunt uno in loco, & cum in Italiã uenerint, domũ statim uenerint. hæc tu pge, ut facis, mitigare, & pbare quãplurimis. Quod te excusas: ego uero & tuas causas nosco, & mea interesse puto, te istic esse, uel ut cum ijs, quibus oportebit, agas, quæ erunt agenda de nobis, ut ea, quæ egisti. in primisq; hoc uelim animaduertas. multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerint, delaturiue sint, me aut pœnitere consilij mei, aut non probare, quæ fiant. quorũ etsi utrũq; uerum est, tamen ab illis dicitur animo, à me alienato, non quo ita perspexerint. sed totum ut hoc Balbus sustineat, & Oppius, & eorum crebris literis illius uoluntas erga me confirmetur, & hoc planè ut fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere, quod scribis Terentiam flagitare. ò rem miseram. quid scribam? aut quid uelim? breue faciam: lacrymæ enim se subito profuderunt. tibi permitto: tu consule. tantum uide, ne hoc temporis Terentiæ obesse aliquid possit. ignosce, obsecro te: non possum præ fletu, & dolore diutius in hoc loco commorari. tãtum dicam, nihil mihi gratius esse, q̃ q̊ eam diligis. Quòd literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. Quintum filium, uidi, qui Sami uidisset, patrem Sicyone: quorum deprecatio est facilis. utinam illi, qui prius illum uiderunt, me apud eum uelint adiutum tantum, quãtum ego illos uellem, siquid possem. Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis, quæ me mordeant. ego uero in optimam, te que rogo, ut aperte, quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idque facias quam sæpissime. Vale. XIIII. Cal. Ian.

σχόλια

ISTIS) Oppio, & Balbo. ep sup. *Iisdem istis lictoribus*) quos populus dedit, ibid. *Concessum*) ut lictoribus. *Sestio*) P. Sestio. qui erat cum imperio, ep. 23 l. 8. & cuius opera Domitius Caluinus post uictum Pompeium utebatur. Hirc. de bel. Alex. *Suos*) lictores, quos cum alijs Prætoribus habuerat in urbe ex capitolio priuatim contra oĩa uetustatis exempla. Cæs. l. 1 de bel. ciu. *Ab ipso*) Cæsare. *Eum*) Cæsarẽ. *Ea S.C.*) quæ de rel. quis rebus pscripta sunt: quibusque prouinciæ priuatis decretæ. Cæs. l. 1. de bel. ciu. *Tribunorũ*) M. Antonij, et Q. Cassij. ep. 3. l. 7. & ep. 10. l. 16. fam. *Constare*) in eo, ut improbet. quæ facta sunt post discessum Tribunorũ, & contra probet, quæ ante sunt facta. *Nostros lictores*) ut multo ante Tribunorũ discessum, & à populo datos. *Quid ego*) loquor. *Iussus?*) ab Antonio? tantum abest, ut de lictoribus retinendis cogitare debeam. *Antonius*) M. Antonius magister equitum. Philip. 2. *In quibus erat*) scriptum. *Catonem*) M. Catonem suum inimicum. *L. Metellum*) suum item inimicum, quem Trib. pl. superiore anno Cæsar occidi uoluit. ep. 4. l. 10. *Omneis*) Pompeianos. *Ad eum*) M. Antonium. *L. Lamiam*) ep. 16. & 17. l. 11. fam. *Illũ*) Cæsarem. *Dolabellæ*) genero meo. *Eius*) Dolabellæ. *Ille*) Antonius. *Edixit*) omneis prohiberi Italia. *Exciperet*) ep. 9. h. l. *Lælium*) D. Lælium Pompeianum, qui nauibus Asiaticis præfuerat. Cæs. l. 3. de bel. ciu. & epist. 14. h. l. *Nollem*) ne qua fiat offensio, unde culpam uocat ibid. *Re ipsa*) al. res ipsa. *Adduxeris*) nam si putarem factum nostrũ bonis probari, leuius dolerem, ep. sup. *Nihil scilicet*) potes, neque enim me potes adducere, ut id ita esse putem, nisi clarius appareat. *Res*) quasi euentus, unde recte fecisse iudicet. *Siquid*) probabitur. *Vt hoc*) quod sequitur. *Dicebat*) ab optimatibus. ep. 25. l. 8. & ep. 2. l. 9. *Exitus*) ep. sup. *Illius*) Pompeij. *Minuit*) quòd ille & imprudenter se gessit, et mortuus officium non requirit. *Officij*) ep. 11. l. 7. *Prætermissi*) tunc, ut uidebatur. *In Africam*) quò ierunt reliqui ferè omnes Pompeiani, ut bellum renouarent. ep. 7. l. 4. fam. *Non ierim*) & Imperator, ut uolebat Cato. Plutar. *Barbaris*) Africanis. *Fallacissimæ gentis*) homines enim sunt fraudulenti, & mendaces. orat. 2. contra Rull. prouerb. punica fides. *Contra exercitum*) Cæsaris, cui quam integri pares non fuissemus, non putaui fractos superiores fore. ep. 3. l. 7. fam. *Non probant*) boni hoc ipsum, quòd in Africam non ierim. *Multos*) ut Scipionem, Catonem, Labienum, & reliquos. *Venisse*) uicto in Thessalia Pompeio. *Fuisse*) ut C. Considium, P. Actium Varrum, Q. Ligarium, & alios. orat. pro Q. Ligar. *Hic*) in hac reprehensione. *Quoque*) ut in illo officij erga Pompeium prætermissi. *Casu*) euentu eo, qui sequitur, ut aliqui sint, uel omnes, qui, quemadmodum ego, bello salutem anteponant: quod si acciderit, tunc omnes factum meum probabunt. *Obtinent*) uincunt in Africa Pompeiani. *Nobis*) quibus Pompeiani ipsi sunt perirati. ep. 6. l. 9. fam. *Quid illis*) quid illis Põpeianis futurum est? *Honestior est plaga*) ab hostibus, quàm ab amicis. *Sulpitij*) qui remansit in Italia, quòd eius consilio nihil sit expeditum. epist. 15. l. 10. *Meo*) consilio

meo,

meo, qui uerecundior fui, quàm qui se domo non commouerunt. ep.5.l.9.fam. Quod) Ser. Sulpitij consilium. Catonis) qui se in Africam contulit, ut bellum renouet, & libertatem tueatur, quod est maxime gloriosum. Periculo uacuum est) quòd ille tutus domi remansit. Et dolore) quum ego ita doleam, ut consilij pœniteat. ep. sup. Extremum) consilium. Achaia) quæ & ipsa paulò post cognouit Cæsaris clementiam. ep.15.l.15.fam. Domum) non Brundisium, ut ego. ep. sup. Excusas) tibi Roma discedendum esse. Pœnitere consilij mei) ep. sup. Fiant) à Cæsarianis. Balbus) ep.3.l.7. Sustineat) al. sustentet. Oppius) ep.10.l.9. Illius) Cæsaris. Terentiam flagitare) al. te flagitare, ut dolore impeditus omiserit Tulliam, quæ aliquid Atticum flagitaret, ut cui eo tempore multa deessent. ep.2.h.l. Terentiæ obesse) al. tibi obesse. sic ep.2.h.l. tueare illam miseram tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus. Eam) Terentiã, uel potius Tulliam. Curas dandas) à me rogatus. ep.3.h.l. Vidi) hominem. Patrem) Q. fratrem. Sicyone) ep. seq. Deprecatio) epist. sup. Est facilis) quòd Cæsar sit clemens: quòd Q. frater illius fuerit amicus, & legatus: quòd illi nullum maius negotium in hoc bello susceperint: quòd mecum fuerint, cui concessum est iam in Italiam uenire. Vtinam illi; Q. fr. & Q. filius. Illum) Cæsarem. Viderunt) uiderint, malim legere. nõdum enim Cæsarẽ uiderant. Apud eum) Cæsarem. Velint) quãuis auersissimo sint animo. ep.5.h.l. Ego uero) accipio.

CICERO ATTICO S. 8



VANTIS curis afficiar, etsi profecto uides, tamen cognosces ex Lepta, & Trebatio. maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi uideri uis, neque te deterreo, quo minus id disputes, scribasq; ad me quàm sæpissime: non nihil enim me leuant tuæ literæ hoc tempore. per eos, qui nostra causa uolunt, ualentq; apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum, & Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime: oppugnamur enim, ut audio, & à præsentibus quibusdam. & per literas. ijs ita occurrendum, ut rei magnitudo postulat. Furnius est illic mihi inimicissimus. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. dictitat, se à me apud Cæsarem oppugnari. quod refellit Cæsar ipse, omnesq; eius amici. neque uero desistit, ubicũque est, omnia in me maledicta conferre. nihil mihi unquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. qui ex ipso audissent, cum Sicyone palã multis audientibus loqueretur nefaria quædam, ad me pertulerunt. nosti genus, etiam expertus ès fortasse: in me id est omne conuersum. sed augeo commemorando dolorem, et facio etiam tibi. quare ad illud redeo. cura, ut huius rei causa dedita opera mittat aliquem Balbus. ad quos uidebitur, uelim cures literas meo nomine. Vale. XV. Cal. Ian.

σχόλια



FFICIAR) al. cõficiar. Cognosces) poteris cognoscere. ep.17.l.14.fam. Lepta) ep.17.lib.5. et ep.3.l.8. Trebatio) ep.11.l.9. Temeritatis meæ) qui statim in Italiam uenerim. ep.6.h.lib. stultitiæ. epis.11.h.l. Videri uis) quum scribis factum nostrũ probari. ep.6.h.l. & ep. sup. Apud illum) Cæsarem. Balbum, & Oppium) ep.10.l.9. Scribant) ad Cæsarem. Oppugnamur) apud Cæsarem. Furnius) C. Furnius. Illic) apud Cæsarem. Inimicissimus) nunc partium causa. nam prius erat amicus, ep.4. & 5.l.9. & post mortem Cæsaris item. l.10.fam. sæpe nisi uel, amicissimus, legatur, uel ita distinguatur: Furnius est illic. Mihi inimicissimus Quintus misit filium, ut epist.10.h.l. Q. filius inimicissimus dicitur, & paulò post eadem ep. uterque. & auersissimo animo ep.5.h.. Quintus) Q. frater. Misit) ad Cæsarem. Filium) Q. filium. Deprecatorem) ut gratiosum præsertim apud Hircium. ep.4.l.10. Accusatorem) epist.10.h.l. Dictitat) Q. frater. Oppugnari) literis, quod est falsum. ep.12.h.l. Sicyone) episto. sup. Genus) maledictorum eius. Expertus es) ep.14.l.1. Mittat) ad Cæsarem. Cures) dandas. ep. sup.

CICERO ATTICO S. 9



GO uero & incaute, ut scribis, & celerius, quàm oportuit, feci, nec in ulla sum spe; quippe qui exceptionibus edictorum retinear. quæ si non essent sedulitate effectæ, & beneuolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. nunc ne id quidem licet. quid autem me iuuat, quòd ante initum Tribunatum ueni, si ipsum, quod ueni, nihil iuuat? iam quid sperem ab eo, qui mihi amicus nunquam fuit, cum iam lege etiam sim cõfectus, & oppressus? quotidie Balbi ad me literæ languidiores, multæq; multorum ad illum fortasse contra me. meo uitio pereo. nihil mihi mali causa attulit. omnia culpa contracta sunt. ego enim, cum genus belli uiderem, imparata, & infirma omnia contra paratissimos, iueram (quid facerem?) ceperamq; consilium non tam forte, quàm mihi præter cæteros concedendum. cessimus, uel potius parui. ex quibus unus qua mente fuerit

is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius literis, quas ad te, et ad alios misit. quas ego nunquam aperuissem, nisi res acta sic esset. delatus est ad me fasciculus: solui, siquid esset ad me literarum: nihil erat. epistola Vatinio, & Ligurio altera: iussi ad eos deferri. illi ad me statim ardentes dolore uenerunt, scelus hominis clamantes. epistolas mihi legerunt, plenas omnium in me probrorum. hic Ligurius furere: se enim scire summo illum in odio fuisse Caesari: illum tamen non modo fouisse, sed & tantam pecuniam illi dedisse honoris mei causa. hoc ego dolore accepto, uolui scire, quid scripsisset ad caeteros: ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebruisset. cognoui eiusdem generis literas: ad te misi. quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes. nil me laedet: nam quod resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. hac ille acerbitate initio nauigationis cum usus esset, tanto me dolore affecit, ut postea iacuerim. neque nunc tam pro se, q̃ contra me laborare dicitur. ita omnibus rebus urgeor, quas sustinere uix possum, uel planè nullo modo possum. quibus in miserijs una est pro omnibus, q; istam miseram, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. quare te, ut polliceris, uidere planè uelim: alium enim, cui illam commendem, habeo neminem, quoniam matri quoque eadem intellexi esse parata, quae mihi. sed si me non offendes, satis tamen habeto commendatam, patruumq; in ea, quantum poteris, mitigato. haec ad te die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset. plura scribere fletu prohibeor. Vale.

σχόλια



INeaute) temere, unde temeritatis poenas pendo. ep. sup. Scribis) nunc. nã prius prudentiã mihi uideri uo: l as, ibid. Feci) ueni in Italiam: unde consilij poenitet. ep. 6. h. l. Exceptionibus) quibus M. Antonius me, & Laelium nominatim excepit. epis. 7. h. l. Licet) ne se repudiari totum Caesar existimet. epist. 2. l. 9. Initium Tribunatum) Non. Decemb. ep. 13. l. 16. à nouis Tribunis pl. qui solent intercedere: quod ne fieret, properaui, sperans fore, ut me iuuaret Dolabella gener, qui nunc est Tribunus pl. Dion. l. 42. Veni) & quidem ante IIII. Cal. Decemb. epist. 6. h. l. Ab eo) Caesare. Amicus) nisi ficte, ut ep. 14. & 16. l. 4. Lege) curiata de Clodio lata. ep. 7. l. 2. Balbi) ep. 3. l. 7. Languidiores) quod signum est me non amari. Ad illum) Caesarem. Fortasse) scribũtur. Contra me) oppugnor per literas, ut audio. epistolo. sup. Belli) ciuilis, & crudelis. ep. 11. l. 8. Viderem) ut Amphiaraus. ep. 6. l. 6. fam. Infirma omnia) Pompeiana. ep. 7. l. 4. fam. Paratissimos) Caesarianos ibid. Consilium) ut Pompeium sequerer. Concedẽdum) propter beneficia. ep. 13. l. 9. Cessimus) Italia. Parui) optimatibus, & meis etiam, remanere turpe esse, putãtibus. ep. 4. l. 9. Vnus) Q. frater. Commendas) ut meum fratrem, & tuae sororis maritum. Solui) al. solus solui. Vatinio) ep. 5. h. l. Ligurio) epis 6. l. 3. ad Q. fr. Hominis) Q. fratris. Furere) ut bonus homo, & nobis amicus. ep. 18. l. 16. fam. Se enim) ut Caesaris amicũ. ibid. Illum) Q. fratrem. Fuisse) in Gallia, uel paulò ante. ep. 12. h. l. Illum tamen) Q. fratrem, qui Caesari erat odio. Fouisse) se fouisse apud Caesarem. Tantam) quantam dedit. Illi) Q. fratri. Volui scire) & ita literas aperui. Ipsi) Q. fratri. Perniciosum) omnes enim hoc genus hominum solemus odisse. Tantum scelus) quantum est fratri maledicere. Cognoui eiusdem generis literas) uidi literas, quas aperui, eiusdem generis esse, cuius erant literae ad Vatinium, & Ligurium scriptae. al. cognoui eiusdem generis. Illi ipsi) Q. fratri. Nil me laedet) etiamsi sciatur, quod de me scribit. Eius) Q. fratris. Pomponia) tua soror, & eius uxor, à qua signum ipsum poteris accipere, & literas obsignare. Ille) Q. frater. Nauigationis) ad Pompeium. Iacuerim) & quidem infirmus. ep. 4. h. l. Pro se) ut ueniam à Caesare impetret. Contra me) cuius accusatorem misit filium. ep. sup. Vna est) miseria. Istam miseram) Tulliam. Spoliatam) mea culpa, & negligentia. epis. 2. h. l. Videre) ut per te sustentetur. ep. 4. h. l. & uidere penè ut ep. 1. l. 5. Illam) Tulliam. Matri) Terentiae. Eadem) nulla. Quae mihi) parata: hoc est, neque mater, neque ego quicquam habemus, quod illi demus: uel potius, à Terentia neque illi, neque mihi paratum est quicquam. Plutar. in Cic. ut matri sit ἀντίπτωσις. Si me non offendes, satis tamen habeto commendatam) atqui me non offendes, imò mihi rem gratam feceris, igitur habeto commendatam: ut sit συλλογισμός. alij tamen ex ueteribus libris dicunt legendum esse: si te, hoc est, me non offendes. nam dicunt τὸν φίλον ἕτερον αὐτόν. offendes uero te, epis. 2. & 7. h. l. posset etiã exponi, offendes, inuenies. Patruum) Q. fratrem. In ea) al. in eam. Mitigato) literis. Die natali meo) III. Non. Ian. ep. 5. l. 7. Nequid) ne Q. frater. Matre) nostra. Postea) nam Q. frater erat minor natu. ep. 4. l. 1.

CICERO ATTICO S. 10



AD MEAS *incredibileis aegritudines aliquid noui accedit ex ijs, quae de Q. Q. ad me afferuntur. P. Terentius meus necessarius operas in portu, & scriptura Asiae pro magistro dedit. is Quintum filiũ Ephesi uidit VI. Id. Dec. eumq; studiose propter amicitiam nostram inuitauit. cumq; ex eo de me contaretur, cum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimi-*

cissimum, uolumenq́; sibi ostendisse orationis, quam apud Cæsarem contra me esset habiturus: multa à se dicta contra eius amentiam: multa postea Patris consimili scelere secum Quintum patrem locutum: cuius furorem ex his epistolis, quas ad te misi, perspicere potuisti. hæc tibi dolori esse certo scio: me quidem excruciant, & eo magis, quòd mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto. De Africanis rebus longe alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur: nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius. accedit Hispania, & alienata Gallia, legionum nec uis eadem, nec uoluntas, urbanæ res perditæ. quid est, ubi acquiescam? nisi quandiu tuas literas lego. quæ essent profecto crebrio res, si quid haberes, quo putares meam molestiā minui posse. sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me, quicquid erit, eosq́; qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuses tamen, non ut aliquid proficias, sed ut tibi me carum esse sentiant. plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripseris. Vale. XII. Cal. Febr.

σχόλια

Q.) Quintis, Q. fratre, & Q. filio. P. Terentius) P. Terentius Hispo. ep. 7. l. 4. & ep. 65. l. 13. fam. Promagistro) ep. 15. l. 5. Quintum filium) à patre missum. ep 8. h. l. Contaretur) al. percontaretur. Habiturus) ut accusator. ep. 8. h. l. Eius) Q. filij. Postea) postquam ipse Terentius in Achaiam uenit. Patris) ep. 5. h. l. Consimili scelere) atque filius locutus fuerat. Quintum patrem) Q. fratrem Q. filij patrem. Cuius) Q. fratris. Epistolis) & quidem apertis. ep. sup. Cum illis) ut frater, & fratris filio. Africanis) ep. 7. h. l. Nihil paratius) uerum fuit. ep. 4. l. 6. fam. Accedit) adiungitur. ep. 12. h. l. Hispania) à Q. Cassio Longino uexata. Hirc. de bel. Alex. Gallia) ut tot clades à Cæsare passa. al. Italia, in qua iampridem Cicero municipes omneis mœstos, afflictosque uiderat: ep. 22. l. 9. quin multi cupiebant deficere: ep. 15. & 16. l. 10. atque adeo defecissent, nisi Milo, & Cælius fuissent interfecti. Cæs. l. 3. de bel. ciu. nec mirum sanè, si Italia erat à Cæsare aliena, quum tam turpiter à Cæsarianis, & præsertim ab Antonio conculcaretur, Philip. 2. atque Italia, legendum uidetur ex ep. 16. h. l. Legionum) ut legionis XII. ep. 21. h. l. Nec uis eadem) indulgentia Tribunorum mil. Hirc. de bel. Alex. Nec uoluntas) atque id ipsum iampridem. ep. 13. l. 10. Vrbanæ res perditæ) tribunitijs contentionibus. Hirc. de bel. Alex. nam Dolabella, & Trebellius Tribuni pl. inter se, & cum Antonio contendebant. Dion. l. 42. Plutar in Ant. & Liu. lib. 113. Ne intermittas) sic omnino legendum. epist. 12. huius libri. Eosque) Q. fratrem, & Q. filium. Inimici) epist. 8. huius lib. Odisse non potes) ut affines, alterum Sororis maritum, alterum filium. Accuses) per literas. ep. seq. Literas) sup. XII. Cal.) al. VII. Cal.

CICERO ATTICO S. 11

CONFECTVS *iam cruciatu maximorum dolorum, ne si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exequi possem, hoc minus, quòd res nulla est, quæ scribenda sit, cum præsertim ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. ita iam ne tuas quidem literas expecto. quanquam semper aliquid afferunt, quod uelim. quare tu quidem scribito, cum erit, cui des. ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo, quod rescribam: longo enim interuallo uideo immutata esse omnia, illa esse firma, quæ debeant, nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas pendere.* P. Sallustio *curanda sunt* HS. XXX. *quæ accepi à* Cn. Sallustio. *uelim uideas, ut sine mora curentur. de ea re scripsi ad* Terentiam. *atque hoc ipsum iam propè consumptum est. quare id quoque uelim, cum illa uideas, ut sit, qui utamur. hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore: sed prius, quàm id scirem, nihil sum ausus sumere. qui sit omnium rerum status noster, uides. nihil est mali, quod non & sustineam & expectem. quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior. ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. nihil uidelicet tuæ literæ profecerunt.* Vale. VIII. Id. Martij.

σχόλια

CONFECTVS) ep. 8. h. l. Illa) Pompeiana, uel Africana. Firma) ep. sup. Quæ debeāt) ut quæ Remp. & libertatem tueri uideantur. Stultitiæ) temeritatis. ep. 8. h. l. Pendere) ibid. P. Sallustio) in ueterum monimentis modo Sallustius, modo Salustius reperitur: græce tamen apud Aristoph. interpretem in Plut. σαλλούστιος scribitur. Cn. Sallustio) ep. 17. h. l. Vt sine mora curentur) al. ut, quæ pertinent ad me, sine mora curentur. Hoc ipsum) hoc argentum, hæc HS. XXX. Cum illa) Terentia. Vt sit) ep. 13. h. l. Qui utamur) sic ep. 23. l. 13. Hic) Brundusij. Sumere) fœnore, mutuari, permutare. Istic) Romæ. Paratū fore) qđ reddatur. Culpa) ep. 9. h. l. Ille) Q. fr. In Achaia) præsertim patris. ep. sup. Tuæ literæ) quibus illos accusasti à me admonitus. ep. sup. & ep. 13. h. l.

CICERO ATTICO S. 12

CEPHALIO mihi à te literas reddidit ad VIII. Id. Martij uesperè, eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam literas. tuis tamen lectis literis, putaui aliquid rescribendum esse, maxime, quòd ostendis te pendere animi, quãnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis meæ tum cum ex Italia discesserim. nihil opus est mihi noua ratione: sæpe enim ad eum scripsi, multisq; mandaui, non potuisse, cum cupissem, sermones hominum sustinere: multaq; in eam sententiam: nihil enim erat, quod minus eum uellem existimare, quàm me tanta de re non meo consilio usum esse. posteaq; quàm mihi literæ à Balbo Cornelio minore missæ essent, illum existimare Quintum fratrem lituum meæ profectionis fuisse (ita enim scripsit) qui nõdum cognosset quæ de me Quintus scripsisset ad multos: etsi multa præsens in præsentem acerbe dixerat, & fecerat, tamẽ L. in eo his uerbis ad Cæsarem scripsi. de Quinto fratre meo non minus laboro, quàm de me ipso. sed eum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. illud duntaxat tamen audebo petere abs te, quod te oro, nequid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, minusùe te diligerem, potiusq; illum semper auctorem nostræ coniunctionis fuisse, meique itineris comitem, non ducem. quare cæteris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua, amicitiaque uestra postulat. ego ei nequid apud te obsim, id te uehementer etiam, atque etiam rogo. Quare, si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare (etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit, idque tam declarauerit) ego tamen is ero, qui semper fui. sed, ut uideo, multo magis est nobis laborandũ de Africa. quam quidem tu scribis confirmari, quotidie magis ad conditionis spem, quàm uictoriæ. quod utinam ita esset. sed longe aliter esse intelligo, teque ipsum ita existimare arbitror, aliter autem scribere non fallendi, sed confirmandi mei causa, præsertim cum adiungatur ad Africam etiã Hispania. Quod me admones, ut scribam ad Antonium, & ad cæteros: siquid uidebitur tibi opus esse, uelim facias id, quod sæpe fecisti: nihil enim uenit mihi in mentem, quod scribendum putem. Quod me audis fractiorem esse animo, quid putas, cum uideas accessisse ad superiores ægritudines præclaras generi actiones? tu tamen uelim, ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, etiam si rem, de qua scribas, non habebis: semper enim afferunt aliquid mihi literæ tuæ. Galeonis hæreditatem creui: puto enim cretionem simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. Vale. VIII. Id. Mart.

σχόλια

CEPHALIO) ep. 23. l. 7. Dederam literas) sup. Profectionis) ad Pompeium. Ad eum) Cæsarem. Mandaui) ut ei dicerent. Sermones) ep. 1. l. 9. Hominum) præsertim optimatium. ep. 25. l. 3. Multaque) scripsi, & mandaui. Eum) Cæsarem. Tanta de re) de profectione ad Pompeium. Non meo) sed alterius) ut Q. fratris. Vsum esse. Posteaque quàm) al. usum esse. postea quam, nos ita interpungimus: usum esse, postea, quàm, hoc ordine: nihil erat postea, quàm literæ missæ essent, quod minus uellem etc. uix enim secus constet locutio, & uerborum cõstructio. Minore) ep. 9. l. 8. Illum) Cæsarem. Lituum) ut tubam belli ciuilis Ampium appellabant. ep. 12. l. 6. fam. al. illiciũ, quo uerbo usus est Varro l. 3. cap. 16. de re rust. et Plaut. in Peonul. illices malæ rei dixit. Scripsit) Balbus minor. Qui) Cæsar. Nondum cognosset) nam si cognouisset, quæ de me scripsisset Quintus, non ita existimasset. al. cognossem. Quintus scripsisset) ep. 9. h. l. Dixerat) initio nauigationis. ibid. Et fecerat) al. effecerat. L. in eo) liber in eo, interpretari placuit, donec melius inueniatur: hoc est, quum in ea re essem solutus, & à commendando fratre, qui mihi malediceret, liber. alij, literas de eo. His uerbis) quæ post sequuntur. Scripsi) al. rescripsi, ad ea scilicet, quæ scripserat Balbus. Non audeo) quum et ipse commendatione egeam. Itineris) ad Pompeium. Vestra) ep. longa ad Lentul. al. nostra. ibid. et ep. 13. l. 9. Obsim) quòd ego ad Pompeium sim profectus. Quin is) Cæsar. In illum) Q. fratrem. Is ero) bonus in fratrem. De Africa) de Africanis rebus, ep. 10. h. l. Conditionis) pacis. Intelligo) ex ijs, qui nunciant. epist. 10. h. l. Confirmandi mei causa) uides enim, quid nobis futurum sit, si uincant illi. ep. 7. h. l. Adiungatur) accedat. ep. 10. h. l. Antonium) magistrum equitum. Philip. 2. Cæteros) Cæsarianos. Facias) conscribas. ep. 5. h. l. Fecisti) ep. 7. h. l. Fractiorem) al. erectiorem, ut ita esse audiuerit Atticus, et Cicero εἰρωνικῶς respondeat. Aegritudines) dolores. ep. sup. Præclaras) εἰρωνικῶς, imo sediciosas. ep. 10. h. l. Generi) Dolabellæ Tribuni pl. ibid. Actiones) de nouis tabulis. Liu. l. 113. Ne itermittas) sic ep. 10. h. l. Galeonis) Plin. l. 31. cap. 6. meminit cuiusdam Gallionis, qui fortasse huius fuit filius, uel nepos. Hæreditatem creui) ut ep. 2. h. l. Cretionem) hæreditatis. Simplicem) cum nullo coniunctam, uel liberam, ut ep. 44. l. 13. uel sine solẽnitate, quam uocant Iurisconsulti L. cretionũ. C. de iur. delib. Missa est) ab his, qui meo nomine creuerunt.

CICERO ATTICO S. 13



MVRENAE *liberto nihil adhuc acceperam literarum. P. Siser reddiderat eas, quibus rescribo. De Seruij patris literis quod scribis, item, Quintum in Syriam uenisse, quod ais esse qui nuntient: ne id quidem uerum est. Quod certiorem te uis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorum, qui huc uenerunt: neminem alienum intellexi: sed quantum id mea intersit, existimare te posse certo scio. mihi cum omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maxime, q in eam causam uenisse me uideo, ut sola utilia mihi esse uideantur, quæ semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse aiunt, Alexandriæ filium: Rhodoq; Alexandriam C. Cassium profectum esse constat. Quintus mihi per literas satisfacit, multo asperioribus uerbis, q̃ cum grauissime accusabat: ait enim se ex literis tuis intelligere, tibi non placere, q ad multos de me asperius scripsit: itaque se pœnitere, q animum tuum offenderit. sed se iure fecisse. deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit. sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum uideret. atque utinam uel nocturnis, quemadmodum tu scripseras, itineribus propius te accessissem. nũc nec ubi, nec quando te sim uisurus, possum suspicari. De cohæredibus Fufidianis nihil fuit, quod ad me scriberes: nam & æquum postulant, &, quicquid egisses, recte esse actum putarem. De fundo Frusinati redimendo iam pridem intellexisti uoluntatem meam. & si tum meliore loco res erant nostræ, neque tam mihi desperaturi uidebamur: tamen in eadem sum uoluntate. id quemadmodum fiat, uidebis. & uelim, quoad poteris, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarij. siquas habuimus facultates, eas Pompeio tum, cum id uidebamur sapienter facere, detulimus. itaque tum & à tuo uillico sumpsimus, & aliunde mutuati sumus, cum Quintus quereretur per literas, sibi nos nihil dedisse, qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi eam pecuniam aspeximus. sed uelim uideas, quid sit, quod confici possit, quidq; mihi de omnibus des consilij. & causam nosti. plura ne scribã, dolore impedior. siquid erit, quod ad quos scribendũ meo nomine putes, uelim, ut soles, facias: quotiesq; habebis, cui des ad me literas, nolim prætermittas* Vale.

σχόλια



VRAENAE) ep. 50. l. 13. al. Muræna. P. Siser) al. P. Seruilio. Seruij) Ser. Sulpitij. Patris) nam & filius Seruius dicebatur. ep. 2. l. 4. fam. Quintum) Q. filium à patre missum. ep. 8. h. l. In Syriam) obuiam Cæsari. Venisse) Epheso profectum. ep. 10. h. l. Eam causam) Pompeianam. Venisse) quòd nisi uenissem, potuissem me uel Athenas, uel in quamuis quietam ciuitatem recipere. ep. 9. l. 9. fam. quod nunc facere per neutros licet. Sola) bellum, et reliqua id genus. Vtilia) si dux esse uellim, ut cupiunt Pompeiani. Plutar. Nolui) ut pacis autor. ep. 13. l. 9. P. Lentulum) lib. 1. fam. Patrem) ne filium credas. episto. 15. lib. 12. fam. Rhodi esse aiunt) falso. nam receptus non est. episto. 14 lib. 12. fam. & Cæs. lib. 3. de bel. ciu. Filium) P. Lentulum. episto. 15. lib. 12. fam. Alexandriam) ad Cæsarem. C. Cassium) episto. 21. lib. 7. qui nauibus Syriacis præerat. Cæs. lib. 3. de bel. ciu. Profectum) ad deprecandum. Constat) mutauit tamen consilium. epist. 15. h. l. Quintus) Q. frater. Literis tuis) ep. 11. h. l. Asperius scripsit) ep. 9. h. l. Propius te) ep. 5. h. l. Accessissem) nam coràm essem locutus, quæ scribere non audeo. Fufidianis) ep. 15. h. l. Postulant) partem minorem licitatione expleri. ibid. Fundo Frusinati) ep. 4 h. l. Intellexisti) quum scripsi: erit mihi res opportuna. ibid. Neque tam) al. neque tamen. Id) al. in ijs. Fiat, uidebis) al. fiat, tu uidebis. Vt sit) sic ep. 11. h. l. Sapienter) quòd eam rem nobis honori fore putabamus. ep. 3. h. l. Detulimus) & dedimus. ibid. Sumpsimus) HS. L. XX. ep. 2. h l. Quintus) Q. frater. Aspeximus) nã pompeio statim dari iussimus. Confici possit) de sumptibus. Causam) harum angustiarũ. Nosti) à Terentia natam. Plutar. Facias) ep. sup.

CICERO ATTICO S. 14



ON *me offendit ueritas literarum tuarum, q me tum communibus, tum præcipuis malis oppressum ne incipis quidem, ut solebas, consolari, faterisq; id fieri iam non posse: nec enim ea sunt, quæ erant antea, cum, ut nihil aliud, comites me, & socios haberc putabam: omnes enim Achaici deprecatores, item qui in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur nauigaturi. ita, præter Lælium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quòd iam est receptus. de me autem, non dubito, quin ad*

Balbum, & ad Oppium scripserit: a quibus, si quid esset lætius, certior factus essem, tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare uelim, & ad me, quid tibi responderint, scribas: non quòd ab isto salus data quicquam habitura sit firmitudinis: sed tamen aliquid consuli, & prospici poterit. & si omnium conspectum horreo, præsertim hoc genero: tamen, in tantis malis quid aliud uelim, non reperio. Quintus pergit, ut ad me & Pansa scripsit, & Hircius: isq; item Africam petere cum cæteris dicitur. Ad Minutium parentem scribam, & tuas literas mittam. ad te scribam, num quid egerit. HS XXX. potuisse mirarer, nisi multa de Fufidianis prædijs. & id uideo tamen. te expecto, quem uidere, si ullo modo potes uenire, peruellem. iam extremum concluditur. ibi facile est, quid, quale sit, graueis existimare. Vale.

σχόλια

SOCIOS) malorum. Achaici) qui postea omnes Cæsaris clementiam sunt experti. epis. 15. l. 15. fam. Qui in Asia) sunt. ep. 16. h. l. Quibus erat) ignotum. Nauigaturi) ut bellum & ipsi gerant. ep. 10. h. l. Lælium) ep. 7. h. l. In causa est) al. in casu est. Est receptus) à Cæsare. Ad Balbū, & ad Oppium) ep. 10. lib. 9. Scripserit) Cæsar. Siquid esset lætius) in literis Cæsaris. Ab isto) Cæsare. Firmitudinis) quum necesse sit, ut ipse quoque concidat. ep. 6. l. 10. Præsertim hoc) tam seditioso. ep. 10. & 12. h. l. Genero) Dolabella. Quintus pergit) de nobis detrahere. ep. 11. h. l. Pansa) ep. 6. h. l. Hircius) ep. 4. l. 9. Minutium) ep. seq. Parentem scribam, & tuas) al. parentum scribam, quam tuas: alij, patrem tum scribam, quā tuas. XXX) quum eadem de re hic, & ep. seq. scribere uideatur, uidendum, ut summe quadrent. Potuisse) curare. Nisi multà) exigeret. Fufidianis) ep. sup. & ep. 1. lib. 3. ad Q. fratrem. Video tamen. te expecto) alij, uideo. tamen te expecto. Quem) te. Videre) ep. seq. Potes uenire) al. potest res nostra. al. potest enim res. al. potest enim non potest res. Tu uide, an totus locus ita legi possit. quem uidere, si ullo modo (potes enim rus uenire) potest, peruellem. uel, quem uidere (si ullo modo potes ad nos uenire) peruellem. epis. 17. h. l. Ibi) ruri, uel ubicunque conuenerimus. Facile est) existimare. Quid, quale sit) ut fit, quando ex deliberatione causa constat. l. 2. de orat. Graueis) uiros, quales nos erimus. al. hic grauius, idest, Brundusij grauius est existimare in turba, quàm ruri remotis arbitris.

CICERO ATTICO S. 15

QVONIAM iustas causas affers, quòd te hoc tempore uidere non possim: quæso, quid sit mihi faciendum: ille enim ita uidetur Alexandriam tenere, ut eum scribere etiam pudeat de illis rebus. ij autem ex Africa iam affuturi uidentur. Achæi item ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. quid mihi igitur putas agendum? uideo difficile esse consilium: sum enim solus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit, neque ab ijs ipsis quicquam ad spem ostendatur: sed tamen scire uelim, quid censeas: idq; erat cum alijs, cur te, si fieri posset, cuperem uidere. Minutium XII. sola curasse scripsi ad te antea. quod superest, uelim uideas, ut curetur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit. filius uero mirifico odio. nihil fingi potest mali, quo non urgear. omnia tamen sunt faciliora, quàm peccati dolor, qui & maximus est, & æternus. cuius peccati si socios essem habiturus ego, quos putaui, tamen esset ea consolatio tenuis: sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. alij capti, alij interclusi non ueniunt in dubium de uoluntate, eo minus scilicet, cum se expedierint, & unà esse cœperint. ij autem ipsi, qui sua uoluntate ad Fusium uenerunt, nihil possunt, nisi timidi existimari. multi autem sunt, qui, quicunque sunt, modo ad illos se recipere uolent, recipientur. quo minus debes mirari, non posse me tanto dolori resistere: solius enim meum peccatum corrigi non potest, & fortasse Lælij: sed quid me id leuat? nam C. quidem Cassium aiunt consilium Alexandriam eundi mutauisse. hæc ad te scribo, non ut queas tu demere solicitudinem, sed ut cognoscam, ecquid tu ad ea afferas, quæ me conficiunt. ad quæ gener accedit, & cætera, quæ fletu reprimor, ne scribam. quin etiam Aesopi F. me excruciat. prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. sed ad primum reuertor: quid putes faciendum, occulte ne aliquò propius ueniendum, an mare transeundum: nam hic maneri diutius non potest. De Fufidianis quare nihil potuit confici? genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controuersia, cū ea pars, quæ uidetur esse minor, licitatiōe expleri posset. hæc ego nō sine causa quæro: suspicor enim cohæredes dubiam nostrā causā putare, & eo rem in integro esse. Vale. prid. Id. Maij.

Non

σχόλια

NON posim)ut uolebam epist.sup. Ille)Cæsar. Ita)male. Alexandriam)Alexandriæ partem.Hirc.de bel. Alex. Eum)Cæsarem. Pudeat) ut in magnis periculis uersantem.Hirc. de bel.Alex. Ii autem)Pompeiani. Affuturi)in Italiam uenturi. Videntur)ut firmi,& parati.ep.10.h.l. Achæi)al.Achaici.ep.sup. Redituri)Achæi quidem ex Achaia,sed alij ex Asia.ibid.nisi uelit Achæos significare, qui erant in Asia, ut scribit Strab.l.11.&.17. Ad eos)Pompeianos in Africam.epis.sup. Altero)Lælio.ibid. Cui)mihi. Ad illos)Pompeianos, quibus inuitis ab armis discessi.ep.5.&.6.h.l. Ab ijs ipsis)Cæsarianis. Cum alijs)cum alijs rebus. Cuperem)peruellem.epis. sup. Minutium)ibid.fortasse L.Minutium Basilum.ep.5.h.l.& epis.13.l.10. XII.) XXX.ibid. Quintus)Q.frater. Acerbissime)& spurcissime.ep.13.h.l. Filius)Q.filius. Mirifico odio)scripsit.ep.seq. Peccati)uitij,& culpæ.ep.9.h.l. Habiturus ego)habiturus eos,si legatur,mihi magis placeat.eos uero,Marcellos,Lentulos,& alios huiusmodi interpretor. Non ueniunt)ut ego. Voluntate)Cæsaris,uel potius sua erga Pompeianos. Eo minus scilicet)uenient in dubiũ. Vnà)cum Pompeianis. Ad Fusium)ad Q.Fusium Calenum Achaiæ à Cæsare præfectum. Hirc.de bel.Alex.& Dion.l.42. Venerunt)deprecandi causa.ep.seq. Quicunque sunt)al.quocunque sunt.ubicunque sint,placeret. Ad illos)Pompeianos. Corrigi non potest)fortasse enim non reciperer. Lælij)ep.sup. Id)peccatum Lælij. C.quidem Cassium) ep.13.h.l. Mutauisse) ut mutauit.non enim profectus est Alexandriam,sed paulò post Cæsari contra Pharnacem properanti classem tradidit. Appian.l.2.& ita odio ciuilis sanguinis abesse à belli pertinacia uoluit.ep.15.l.15.fam. Gener) Dolabella.epist.11.&.14.h.l. Accedit)ita,ut omnium conspectum horream.ep.sup. Reprimor,ne scribam)prohibeor scribere.ep.2.h.l. Aesopi)familiaris mei.epis.2.l.1.ad Q.fr.qui filio ducenteis Hs.reliquit. Macrob.l.3.saturn. F.)filius luxuria perditus.Orat.Saty.3.l.2.& Plin.l.9.cap.35. Fufidianis)epis.sup. Ea pars)hæreditatis. Minor)in diuisione. Posset)possit, libentius fortasse legas. Cohæredes)Fufidianos. Nostram causam)causam nostri reditus à Cæsare impetrandi. Esse.uale)al.esse malle.Vale. ego legerem:esse uelle. Vale.

CICERO ATTICO S. 16

NON meo uitio fit hoc quidem tempore(ante enim est pecatum)ut me ista epistola nihil consoletur: nam & exigue scripta est, & suspiciones magnas habet, non esse ab illo, quas animaduertisse te existimo. De obuiam itione ita faciam,ut suades:neque enim ualde aduentus eius opinio est:neque,siqui ex Asia ueniunt,quicquam auditum esse dicunt de pace: cuius ego spe in hanc fraudem incidi. nihil uideo, quod sperandum putem, nunc præsertim, cum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico,in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria,in Vrbe,in Italia.ego uero,etiam si rediturus ille est,qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto. Quod autem scribis quandam lætitiam bonorum esse cõmotam,ut sit auditum de literis:tu quidem nihil prætermittis,in quo putes aliquid solatij esse: sed ego non adducor,quẽquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse,ut eam peterem ab ullo, & eo minus,quòd huius consilij iam ne socium quidem habeo quenquam.qui in Asia sunt,rerum exitum expectant. Achaici etiam Fusio spem derpecationis afferunt.horum & timor idem fuit primo, qui meus, & constitutum. mora Alexandrina causa illorum correxit, meam euertit. quam ob rem idem à te nunc peto,quod superioribus literis,ut,siquid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum,me moneres. si recipior ab ijs, quod uides non fieri,tamen, quoad bellum erit, quid agam,aut ubi sim,non reperio. sin iactor,eo minus. itaque tuas literas expecto,easque ut ad me sine dubitatione scribas, rogo. Quod suades,ut ad Quintum scribam de his literis: facerem, si me quicquam istæ literæ delectarent.etsi quidam scripsit ad me his uerbis. Ego,ut in his malis, Patris sum non inuitus:essem libentius, si frater tuus ea de te loqueretur,quæ ego audire uellẽ. Quod ais illũ ad te scribere,me sibi nullas literas remittere: semel ab ipso accepi:ad eas Cephalioni dedi,qui multos mẽses tẽpestatibus retentus est. Quintũ filiũ ad me acerbissime scripsisse,iam ante ad te scripsi. Extremum est,quod te orem, si putas rectum esse,& à te suscipi posse,cum Camillo communices,ut Terentiam moneatis de testamento.tempora monent,ut uideat,ut satisfaciat,quibus debeat.auditum ex Philotimo est,eam scelerate quædam facere.credibile uix est.sed certe,siquid est,quod fieri possit,prouidendum est.de omnibus rebus uelim ad me scribas,& maxime quid scribas de ea,in quo tuo consilio egeo,etiam si nihil excogitas:id enim mihi erit pro desperato. Vale.III.Non.Iun.

σχόλια



ST peccatum)temeritate.ep.8.h.l. Ista epistola)à Cæsare,ut dicunt,ex Aegypto missa.orat.pro Q. Ligar. Exigue scripta est)iubet enim tantummodo bene sperare,& bono esse animo.orat.pro Deiotaro. Nõ esse) sperandum,uel,non esse missam. Ab illo)Cæsare. Quas)suspiciones. Animaduertisse) dum illam legeres. Obuiam itione)Cæsari. Faciam)non ibo. Valde)ualida,commodius fortasse legi posit. Aduentus)al.de aduentu. Eius)Cæsaris. Pace)inter Cæsarem,& Pompeianos. Incidi)ab armis discedens.epist.6.h.l. Sperandum)de pace. In Asia)quò se recepit Domitius Caluinus à Pharnace fugatus. Hirc.de bel.Alex. Sit accepta)à Cæsarianis ita,ut sperandum non sit,Pompeianos pacem facturos,quam hasce uictorias sint consecuti,uel certe aduersarij sint uicti. In Illirico)ubi A.Gabinius à M.Octauio uictus,paulò post Salonæ mortuus.Hirc.de bel.Alex. Cassiano)Q.Cassij Longini.episto.10.h.l. Negotio)uexatæ Hispaniæ. Hirc.de bel.Alex. Alexandria)ubi Cæsar in magno periculo uersatus est. Hirc.ibid.& ep.sup. Vrbe)rebus urbanis perturbatis.ep.10.h.l. Italia)alienata.ibid. Ille)Cæsar. Gerere)in Aegypto. Negotium)hoc bellum ciuile. Literis)epistola Cæsaris ista,quæ me nihil consolatur. Peterem)ego uir tantus. Ab illo)& ob id ne à Cæsare quidem.al.ab illo. Huius consilij)petendæ salutis. Socium)cuius exemplo recte fecisse uideri possim. Habeo)ut prius Lælium.ep.14.h.l. Qui in Asia sunt)ibid. Achaici)ibid. Fusio)ep.sup. Timor)nihil enim possunt,nisi timidi existimari.ibid. Constitutum)ut & ipsi in Italiam uenirent. Mora)Cæsaris. Alexandrina)Alexandriæ facta.ep.sup. Correxit)quasi in integrum restituit ita,ut adhuc posint utrum uelint facere. Meam)qui nimis properaui:unde nunc consilij pœnitet.ep.6.h.l. Euertit)ita,ut neque ad Pompeianos sit reditus,neque à Cæsarianis quicquam ad spem ostendatur. ep.sup. Superioribus literis)in quibus quæro à te,quid putes faciendum. Faciendum) propius ne ueniendum,an mare transeundum. Recipior)ut receptus est Lælius.epist.14.h.l. Ab ijs)Cæsarianis. Sin iactor, eò minus)al.sin iactor,aut reijcior, eò minus. Sine dubitatione)uel,omnino,uel potius,sine dubitatione,quin in bonam partem accipiam.epist.7.h.lib. & me ueritas offendat.ep.14.h.l. Quintum)Q.fratrem. Scribam)ut frater ad fratrem. De his literis) Cæsaris. Delectarent)& cõsolarentur.supra. Quidam)fortasse P.Terentius. ep.10.h.l.quem nominare nolit, ne noceat. Verbis)quæ sequuntur. Patris)ubi est etiam Quintus.ep.5.h.l. Loqueretur)& non in te omnia maledicta conferret.ep.8.h.l. Ais)tu Attice. Illum) Q.fratrem. Ab ipso)Q.fratre. Accepi)literas.ep.sup. Cephalioni)ep.23.l.7. Acerbissime)mirifico odio.epist.sup. Camillo)ep.5.l.6. Testamento)suo,uel meo.ep.13.l.12. Philotimo)ep.4.l.2.ipsius Terentiæ liberto.epis.4.&.5.l.6. Facere)ut faciebat.ep.14.l.4.fam.& Plutar. Quid scribas)quid scias,quiuis doctus,nisi fallor,legendum iudicabit. De ea)Terentia. Id)quod scribes. Desperato)al.explorato:recte,mea quidem sententia.

CICERO ATTICO S. 17



ROPERANTIBVS *tabellarijs alienis hanc epistolam dedi,eo breuiorem,quod eram missurus meos. Tullia mea uenit ad me prid.Id.Iun. deque tua erga se obseruantia, beneuolentiaq; mihi plurima exposuit, literasq; reddidit trinas.ego autem ex ipsius uirtute,humanitate,pietate non modo eam uoluptatem non cepi, quã capere ex singulari filia debui,sed etiam incredibili sum dolore affectus,tale ingenium in tam misera fortuna uersari,idque accidere nullo ipsius delicto,summa culpa mea.itaque à te neque consolationem iam,qua cupere te uti uideo,neque consilium,quod capi nullum potest,expecto,teque omnia cum superioribus sæpe literis, tum proximis tentasse intelligo. Ego cum Sallustio Ciceronem ad Cæsarem mittere cogitabam.Tulliam autem,non uidebam esse causam,cur diutius mecum tanto in communi mœrore retinerem.itaque eram tibi eam,cum primum per ipsam liceret,remissurus: pro ea,quemadmodum consolandis scripsisti, P. tanta eo me scripsisse, quæ tu ipse intelligis responderi potuisse. Quod Oppium tecum scribis locutum:non abhorret à mea suspicione eius oratio;sed nõ dubito,quin istis persuaderi nullo modo possit,ea,quæ faciant,mihi probari posse,quoquo modo loquar.ego tamen utar moderatione,qua potero.quãquam quid mea intersit,ut eorum odium subeam, non intelligo. Te iusta causa impediri,quo minus ad nos uenias,uideo, idque mihi ualde molestum est. Illum ab Alexandria discessisse nemo nuntiat,constatque ne profectum quidem illo quenquam post Id.Mart. nec post Id.Dec.ab illo datas ullas literas. ex quo illud intelligis, illud de literis ad V.Id.Febr.datis(quod inane esset,etiam si uerum esset)non uerum esse. L.Terentium discessisse ex Africa scimus,Pæstumque uenisse.quid is afferat,aut quomodo exierit,aut quid in Africa fiat, scire uelim:dicitur enim per Nasidium emissus esse.id quale sit,uelim, si inueneris,ad me scribas. De HS X.ut scribis,faciam. Vale. XVIII.Cal.Quint.*

Meis

σχόλια


EOS)tabellarios.al.nostros. Venit)ep.11.l.14.fam. Ad me)Brundusium. Reddidit)à te. Trinas)ut episto.6.l.4.alij,ternas. Culpa mea)ep.1.h.l. Sallustio)Cn.Sallustio.ep.11.h.l.& ep.11.l.14.fam.et l.1.de Diuinat. Ciceronem)filium. Cogitabam)mihi erat in animo.ep.11.l.14.fam. Itaque eram tibi eam)ita Aemathiam,prius male legebatur. Pro ea)Tullia. Consolandis scripsisti) uel, consolandi scripsisti,ut causa, sicut apud Græcos ἕνεκα sæpe,desideretur:uel,consolans descripsisti,legi cõmode posset,præsertim quum describo sæpe ἐπιγράφειν significet. P.tanta eo me scripsisse)al.pudet tanta eo me scripsisse. Tu legere poteris:uel, P.hoc est, CCCC. tanta eò me scripsisse:uel,pudet tanta eì me scripsisse.uel,pudet tanta eo modo scripsisse,idest, pudet me tantam dotem tam negligenter Dolabellæ numerasse:ut hæc sit negligentia scripta ep.2.h.l.& ep.11.l.14.fam. Respõderi)quasi ad tempus solui, ut episto.2.&.7.l.16. Potuisse)al.posse. Oppium)ep.10.l.9. Locutum)de me.epis.seq. Istis)Cæsarianis. Faciant)ipsi Cæsariani. Subeam)subire debeam. Non intelligo)quam nihil sim profecturus. Venias)ut cupio. ep.14.&.15.h.l. Illum)Cæsarem. Illò)Alexandriam. Quenquam)ex nostris,ut Cassium.ep.15.h.l.& Q.filium.ep.10.h.l. Post Id.Mart.) igitur ante aliqui erant profecti,ut P.Lentulus P.F.ep.13.h.l. Ab illo)Cæsare,quem pudeat scribere.ep.15.h.l. Quod inane esset)ut exigue scriptum.ep.sup. Non uerum esse)ut suspicabar.ibid. L.Terentium)nescioquem. Ex Africa)quò cum reliquis uenerat. Pæstumque)Plin.l.3.cap.5. Nasidium)L.Nasidium Pompeianũ.Cæs.l.2.de bel.ciu. Emissus)ex Africa aliquo fingrapho.al.ad me missus. De HS.X.ut scribis,faciam) al.de his rebus,quas mihi notas esse uoluisti,ut scribis,faciã.

CICERO ATTICO S. 18


EILLIVS ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris,contraq́; opinio,ualde esse impeditum. itaque nec mitto,ut constitueram, Ciceronem,& te rogo,ut me hinc expedias:q̃duis.n.suppliciũ leuius est hac p̃mãsione.hac de re & ad Antoniũ scripsi, et ad Balbum,& ad Oppium: siue.n.bellum in Italia futurũ est, siue classibus utetur, hic esse me minime conuenit:quorum fortasse utrũque erit:alterum certe.intellexi omnino ex Oppij sermone,quem tu mihi scripsisti,quæ istorum uia esset. sed,ut eam flectas,te rogo.nihil omnino iam expecto,nisi miserum. sed hoc perditius,in quo nunc sum, fieri nihil potest.quare,cum Antonio loquare,uelim,& cum istis,& rem,ut poteris,expedias,& mihi quamprimum de omnibus rebus rescribas. Vale. XII. Cal. Quint.

σχόλια


LLIVS) Cæsaris. Nihil adhuc rumoris)nemo nunciat.ep.sup. Impeditum)ita,ut pudeat scribere de illis rebus.ep.15.h.l. Nec mitto)obuiam Cæsari.ep.15.l.14.fam. Cõstitueram)ep.sup. Ciceronem)filiũ.ibid. Hinc)Brundusio,ubi iacere in omneis partes est molestum.ep.a.h.l. Expedias)per amicos Cæsaris, ut Balbum,& Oppium.ep.8.h.l. Antonium)ut magistrum equitum.Philip.2. Ad Balbum,& ad Oppium) ut Cæsaris amicos.epis.10.l.9. Vtetur)Cæsar. Minime conuenit)quòd Brundusium in Italia sit,& portum habeat. Vtrunque) bellum & in Italia,& in mari. Alterum certe)erit. Scripsisti)ep.sup. Istorum)Cæsarianorum. Via esset)de me. Antonio)ut magistro equitum,& apud Cæsarem multum ualente. Istis)alijs Cæsarianis.

CICERO ATTICO S. 19


CVM tuis dare possem literas,non prætermisi:& si,quid scriberem,non habebam. tu ad nos & rarius scribis,q̃ solebas,& breuius,credo quia nihil habes,quod me putes libenter legere,aut audire posse.ueruntamen uelim,quid erit,qualecũq; erit, scribas. est autem unum, quod mihi sit optandum , si quid agi de pace possit : quod nulla equidem habeo in spe:sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare,q̃ optandũ uix est. Philotimus dicitur Idib.Sext. nihil habeo de illo amplius.tu uelim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea scripsi. mihi tantum temporis satis est , dum, ut in pessimis rebus, aliquid caueam , qui nihil unquam caui. Vale. XI. Cal. Sext.

σχόλια


SI quis paulò accuratius dies ascriptos,& res ipsas considerabit,is facile cognoscet, epistolas sequẽteis ita collocandas esse deinceps. 25.13.19.14.20.21.12. Tuis) tabellarijs. Non prætermisi) quin dederim. De pace) inter Cæsarem,& Pompeianos. Quod nulla equidem habeo in spe)quòd nihil uideam, quod sperandum putẽ. ep.16.h.l. Significas)& quidem longe aliter,atque ego intelligo.ep.12.h.l. Philotimus)ep.4.lib.2. Dicitur

Idib. Sext.) uenturus ex Asia. epist. 23. & 24. h. l. al. dicitur secedere Idib. Sext. ut hic secedat, uel potius Roma recedat, ibi iam sit in Asia. De illo) Philotimo. Scripsi) ep. sup. Qui nihil unquàm casu) ita temere nunc egisse uideor. ep. 5. h. l.

CICERO ATTICO S. 20



VII. Cal. Sept. uenerat die XXVIII. Seleuces Peria C. Trebonij, is, q se Antiochiæ diceret apud Cæsarem uidisse Quintum filium cum Hircio: eos de Quinto, quæ uoluissent, impetrasse nullo quidem negotio. quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quicquam ad spem explorati haberent. sed & alia timenda sunt, ab alijsq; & ab hoc ipso quæ dantur, ut à domino, rursus in eiusdem sunt potestate. etiam Sallustio ignouit. omnino dicitur nemini negare. quod ipsum est suspectum, notionem eius differri. M. Gallius Q. F. mancipia Sallustio reddidit. is uenit, ut legiones in Siciliam traduceret, & protinus iturum Cæsarē Patris. quod si faciet, ego, quod ante mallem, aliquò propius accedam. tuas literas ad eas, quibus à te proxime consilium petiui, uehementer expecto. Vale. XVI. Cal. Sept.

σχόλια



SELEVCEA Peria) al. Seleucia Pieria, recte, ut disces ex Plin. lib. 5. cap. 12. & 21. C. Trebonij, is) & si fortasse hæc locutio defendi posit. is C. Trebonij, scilicet seruus, uel libertus, meo tamen iudicio legatur: C. Trebonius, ut Trebonius ipse sit, qui Seleucia Pieria die XXVIII. uenerat, quum esset Cæsarianus. ep. 6. h. l. quāuis dicatur esse ep. 6. h. Antiochiæ) quò Cæsar Alexandria uenerat, ut rumor erat, nec firmus. ep. 25. h. l. Quintum filium) iampridem in Syriam, ut multi nunciabant, ep. 13. h. l. in Asiam certe profectum. epist. 10. h. l. Cum Hircio) amico. ep. 4. l. 10. Eos) Q. filium, & Hircium. De Quinto) de Q. fratre. Quæ uoluissent) omnia. ep. seq. Impetrasse) à Cæsare, ad quem deprecator erat missus. ep. 8. h. l. Et alia) Pompeiana, uel Africana. Ab alijsque) Pompeianis, cum quibus in Africā ire nolumus. ep. 7. h. l. Ab hoc ipso) Cæsare. Sallustio) ep. 17. h. l. Notionem) causæ. ibid. Eius) Cæsaris. Differri) dum enim notionem differt, suspicionem mouet. M. Gallius) ep. 15. l. 10. Q. F.) & Q. etiam frater. Appian. l. 3. Sallustio) C. Crispo Sallustio historico. Dion. l. 42. Is) Sallustius. ibid. Legiones) à quibus, parum abfuit, quin interficeretur. ibid. In Siciliam traduceret) & inde in Africam. Et protinus) al. eò protinus, ut ep. seq. illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. Iturum) nunciat Sallustius, uel arbitrantur homines. Patris) epist. 5. h. l. Mallem) fecisse. Accedam) ut scripsisti tibi placere. ep. 5. & 13. h. l. Petiui) ep. 18. & 19. h. l.

CICERO ATTICO S. 21



ACCEPI VI. Cal. Sept. literas à te, datas XII. Cal. doloremq;, quem ex Quinti scelere iampridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistola grauissimum cepi. tu & si non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres, tamen mallē non esse missam. Ad ea autem, quæ scribis de testamento, uidebis, quid, & quomodo. de numis, & illa sic scripsit, ut ego ad te antea, & nos, si quid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis. Ille ad Cal. Sept. Athenis non uidetur fore. multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. legio XII. ad quam primum Sulla uenit, lapidibus egisse hominem dicitur. nullam putant se commoturam. illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. sed, si hoc ita est, huc ueniat necesse est: ac mallem illum: aliquo enim modo hinc euasissem. nunc metuo, ne sit expectandum: & cum reliquis etiā loci grauitas hic miserrime perferenda. Quod me mones, ut ea uideam, quæ ad tempus accommodem: facerem, si res pateretur, & si ullo modo fieri posset: sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrorum iniurijs nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Sullana confers, in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt, moderatione paulo minus temperata: hæc autem eiusmodi sunt, ut obliuiscar, multoque malim quod omnibus sit melius, quorum utilitati meam iunxi. tu ad me tamen uelim quā sæpissime scribas, eoque magis, q præterea nemo scribit. ac si omnes, tuas tamen maxime expectarem. Quod scribis, illum per me Quinto fore placatiorem: scripsi ad te antea, eum statim Q. F. omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

σχόλια



QVINTI scelere) ep. 9. & 10. h. l. Eius) Q. fratris. Epistola) ad te missa. Testamento) ep. 16. h. l. De numis) HS. XII. & 24. h. l. ex ordine uero, quē nos sequimur, ep. 19. h. l. Illa) Terentia. ep. 24. h. l. Sic scripsit) ascripsit. ibid. Vt ego) scripsi. ibid. Ille) Cæsar. Pharnaces) morari dicitur, moram afferre. ep. seq. Legio XII.) ut alienata. ep. 10. h. l. Sylla) P. Sylla, pro quo extat Ciceronis oratio, quique postea, Cæsaris hastæ præ

fuit.ep.10.l.9.fam. Egisse)pepulisse,ep.seq. Hominem)P.Syllam. Nullam) legionem. Commoturam)usquam.ep.seq. Illum)Cæsarem. Patris)ep.5.h.l. In Siciliam)iturum.ep.sup. Hoc ita est)Sillam lapidibus actum esse. Huc)Brundusiū, unde traiectio est in Græciam. Veniat)Sylla,ut ad Cæsarem currat.ep.seq.uel Cæsar.ibid. Mallem illum)mallem illum Cæsarem prius uenisse. Euasissem)si uenisset Cæsar. Reliquis)incommodis. Loci)cœli ep.seq. Ad tempus) ep.25.h.l. Peccatis)culpa, negligentia, temeritate,& stultitia.ep.2.11.& 8.h.l. Nostrorum) Q. fratris, & Q. filij,& fortasse etiam Terentiæ. Syllana)tempora,& mala. Confers)cum his malis. Genere ipso)quippe quum nobilitas omnis ad Syllam se contulisset.Liu.85. Minus temperata) nam Cæsar est Clemens,& Sylla crudelis fuit. Hæc autē) Cæsariana. Obliuiscar)quasi κατὰ ἀμνηστίαν. Malim)illud, hoc est,pacem. Ac si omnes) scriberent. Tuas tamen) literas. Illum) Cæsarem. Per me)qui ad illum scripsi.ep.12.h.l. Quinto)Q.fratri. Scripsi)ep.sup. Eum)Cæsarē. Q.F.)Q.filio pro se,& pro patre deprecanti. Tribuisse)ita,ut se ne rogari quidem sit passus.ep.seq. Mentionem)factam.

CICERO ATTICO S. 22

DILIGENTER *mihi fasciculum reddidit* Balbi *tabellarius:accepi enim à te literas,quibus uideris uereri,ut epistolas illas acceperim:quas quidem uellem mihi nunquam redditas:auxerunt enim mihi dolorem:nec si in aliquem incidissent, quicquam noui attulissent:quid.n.tam peruulgatum,quàm illius in me odium? & genus hoc literarum,quod ne* Cæsar *quidem ad istos uidetur misisse, quasi quo illius : improbitate offenderetur, sed, credo,uti notiora nostra mala essent.nam quod te uereri scribis,ne illi obsint,eiq; rei mederi:ne rogari quidem se passus est de illo.quod quidem mihi molestum non est:illud molestius,istas impetrationes nostras nihil ualere.* Sulla,*ut opinor,cras erit hic cum* Messala.*currunt ad illum pulsi à militibus, qui se negant usquam,nisi acceperint.ergo ille huc ueniet:quod non putabant : tarde quidem: itinera enim ita facit,ut multos dies in oppidum ponat.* Pharnaces *autem,quomodo agit,afferet moram.quid mihi igitur censes? iam enim corpore uix sustineo grauitatem huius cœli,qui mihi laborem affert in dolore.an his illuc euntibus mandem,ut me excusent? ipse accedam propius? quæso attende,& me, quod adhuc sæpe rogatus non fecisti,consilio iuua. scio rem difficilem esse, sed ut in malis.etiam illud mea magni interest,te ut uideam.profecto aliquid profecero, si id acciderit.* De testamento,*ut scribis, animaduertes.* Vale.

σχόλια

BALBI) ep.3.l.7. Epistolas)Q.fratris,ut ep.sup. Redditas)missas.ibid. Nec si in aliquem) al.si in aliquem.sed uel hæc negatio retinenda,uel interrogatio apponenda est. Peruulgatum)uel ex ipsius literis,ep.9.h.l.& sermone.ep.10.& 16.h.l. Illius)Q.fratris. Istos)Cæsarianos,qui Romæ sunt. Illius)Q.fratris, Improbitate)scelere.ep.sup. Notiora)ex illis literis. Illi)Q.fratri. Obsint)huiusmodi literæ tam scelerate scriptæ,quòd eius scelus ex his percrebescat,ut epis.9.h.l. Mederi)te cupere. Ne rogari quidem se passus est)sed statim omnia tribuit.ep.sup. De illo)Q.fratre. Nihil ualere)quum iactemur,ep.16.h.l.& notio differatur.ep.20.h.lib. Sylla) ep.sup. Hic)Brundusij,quò ueniat,necesse est.ibid. Messala)M.Valerio Messala Consulari,qui Cæsarianus fuit ep.16.l.16. & Hirc.de bel.Afr.Consul uero fuit cum Cn.Domitio Caluino. Ad illum)Cæsarem. Pulsi)lapidibus.epis.sup. Vsquàm) commoturos.ibid. & Dion.l.42. Acceperint)stipendia,& alia præmia. Ille)Cæsar. Huc)Brundusium, & in Italiam, & non in Siciliam,ut putabant.ep.sup. Veniet)ut tribunitias seditiones sedet,&,quæ contra morem, consuetudinemque militarem fiunt, corrigat.Hirc.de bel.Alex. Non putabant)sed arbitrabantur protinus iturum Patris in Siciliam.epis.sup,al.non putabam. Tarde quidem)ueniet Cæsar. Facit)Cæsar. In oppidum) in unumquodque oppidum. Pharnaces) Hirc.de bel. Alex. Quomodo agit)al.quoquo modo aget. Moram afferet)morabitur.ep.sup. Censes?)faciendum? Huius)Brundusini. Cœli)loci,ep.sup.ut hic quoque legendum est,uel cœli quod. Laborem)al. langorem. An his)Syllæ, & Messalæ. Illuc)ad Cæsarem. Accedam)epist.20.h.l. Vt in malis)iuua.al.ut malis,hoc est,ut potius uelis,id facies.uide, an legi possit, ut in alijs.idest,iuua in hac re & si difficili,ut in alijs iuuisti:quamuis scribas te nullum habere consilium.ep.25.h.l. Videam) ut cupio.ep.14.& 15.h.l. Testamento)ep.16.h.l.

CICERO ATTICO S. 23

QVOD *ad te scripseram,ut cum* Camillo *communicares,de eo* Camillus *mihi scripsit,te cum eo locutum.tuas literas expectabam:nisi illud quidem mutari, si aliter est, ac oportet,non uideo posse : sed cum à nullo accepissem literas, desideraui tuas(& si putabam te fortiorem factum non esse)modo ualeres: scripseras enim te quodam uale*

tudinis genere tentari. Augustus quidem Rhodo uenerat VIII.Id.Quint.is nuntiabat, Quintum F.ad Cæsarem profectum IIII.Cal.Iun.Philotimum Rhodum pridie eius diei uenisse, habere ad me literas.ipsum Augustum audies. sed tardius iter faciebat.eo feci, ut celeriter eunti darem. quid sit in his literis, nescio. sed mihi ualde Quintus frater gratulatur. equidem in meo tanto peccato nihil ne cogitatione quidem assequi possum, quod mihi tolerabile possit esse. te oro, ut de hac misera cogites, & illud, de quo ad te proxime scripsi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, & etiam de ipso testamento, illud quoque uellem antea. sed omnia timuimus. melius quidem in pessimis nihil fuit dissidio. aliquid fecissemus, ut uiri uel tabularum nouarum nomine, uel nocturnarum expugnationũ, uel Metellæ, uel omnium maiorum, nec res perijsset, & uideremur aliquid doloris uirilis habuisse. ne mini omnino tuas literas. sed & tẽpus illud, et si quid uis præstitit, nunc qdem ipsa uidetur denuntiare: audimus enim de statu Reip. ὦ Dij, generum ne nostrum potissimum ut hoc uel tabulas nouas? placet mihi igitur, & idem tibi, nuntium remitti. petet fortasse tertiam pensionẽ. considera igitur tum, ne uim abuso nascetur, an prius ego. stullo modo potuero, uel nocturnis itineribus experiar, ut te uideam. tu & hæc, & si quid erit, quod intersit me scire, scribas uelim. Vale.

σχόλια



SCRIPSERAM) epis.16.h l. Camillo) ibid. Cum eo) secum, dixisset Laurentius Vallensis, nisi cum eo Philotimo exponas: ego tamen, cum ea, legerem, ut Terentiam significet, quam ab Attico, & Camillo moneri uolebat.ep.16.h.l.ut hinc dixerit, in sermone uenisti, ep.seq. Tuas literas) ea de re. Illud) testamentum. Aliter est) scriptum. Ae oportet) ae opus est. Non uideo posse) quum tu nihil scribas. Sed quum) ἐπαναλήψις. A nullo) al. à nullo: unde nemo non uidet, legendum esse, ab illo. quum literas, inquit, à Camillo accepissem, desideraui tuas. Fortiorem) al. certiorem, hoc sensu: desideraui tuas literas, quamuis putarem te à Terentia de testamento non esse factum certiorem. Modo ualeres) desideraui tuas, inquam, literas, modo ualeres ita, ut posses scribere. Tentari) tentationibus affici.ep.17.l.10.πυρέζεσθαι.ep.7.l.16. Augustus quidem) al. Augustus quidã, ut Ciceroni ipsi uix esset notus, tantum abest, ut nos, quis fuerit, scire possimus. Is) Augustus. Profectum) atqui iam impetrarat.ep.20.21.& 22.h.l. sed hæc epistola collocanda est, ut diximus ep.19.h.l. Philotimum) ep.4.l.2.qui secesserat.ep.19.h.l. Habere) à Cæsare, ut colligitur epis.seq. Eunti) alteri. Darem) hasce literas. In his literis) quas habet Philotimus. Gratulatur) de his literis, quasi Cæsar ueniam dederit. Peccato) ep.21.h.l. De hac misera) Tullia.ep.1.h.l.al.de hac miseria. Proxime) epis.25.h.l.quæ proxima esse debuit, ut dictum est ep.19.h.l. Conficiatur) ex argento.ep.15.h.l. Testamento) ibid.& ep.16.h.l. Illud quoque) de testamento, uel potius de dissidio inter Dolabellam, & Tulliam. Vellem) curasse. Dissidio) diuortio nihil melius fuit. Viui) mea uiuentis res.prouerb.uiuus, uidensque pereo: tabularum nouarum) de quibus legem ferre uolebat Dolabella. Liu.lib.113. Expugnationum) quibus Dolabella inimicorum, ut L.Trebellij, uel potius mulierum ædes expugnabat. Metellæ) quæ temporibus illis uidetur male audiuisse.ep.6.l.13.& Orat.Saty.3.l 1. Maiorum) malorum, placet legere. Nec res) nec res mea iaui, hoc est, dos Tulliæ. Perijsset) in huiusmodi sumptus abijsset.ep.2.h.lib. Videremur) repudiantes Dolabellam uel multum potentem. Tuas literas) quibus ἐξηκάνθιζες.ep.6.l.6. Ipsa) al. ipse scilicet Dolabella. Denunciare) sibi dissidium. si tunc, inquit, tempus, & uis effecerunt, ne diuortium fieret, nunc certe ea facit Dolabella, ut sibi ipse hoc ipsum quasi denunciet. De statu Reip.) Ab ipso Dolabella perturbato. O Dij) ἐπιφώνημα. Generum) Dolabellã ep.6.l.6. Nostrum) qui Reip.sumus, ut qui maxime, studiosi. Potissimum) hanc ferre legem. Hoc) Dolabella autore. Tabulas nouas?) uideamus. Liu.lib.113. Idem tibi) item tibi, magis placeret. Nuncium remitti) Dolabellæ, & ita diuortium fieri. sic epis 10.l.1. Petet) Dolabella. Tertiam) quum secundam exegerit.ep.25.h.l. Pensionem) ex prædijs, in quibus dos Tulliæ est collocata.ep.2.h.l. Considera igitur tum ne uim abuso nascetur, an prius ego) in his uerbis formula quædam uidetur latere, quia tamen eam neque integram inuenire, neque explicare potuimus, quod in alijs libris scriptum est, sequemur: considera igitur tu, ne uidelicet ab ipso nascatur, an prius ego: hoc est, expectem ne, donec Dolabella incipiat, an ego prius incipiam de diuortio agere. Nocturnis itineribus) ut tu scripseras.ep.13.h.l.

CICERO ATTICO S. 24



VAE *dudum ad me, & quæ etiam ad me bis, ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse uera. eo sum miserior. & si nihil uidebatur addi posse, quod mihi non modo irasci grauissima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impune liceat. quare istud feramus. quod cum tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quæ tu, ne accidant, ut caueamus, mones. ea enim est à nobis contracta culpa, ut omni statu, omniq; populo eundem exitum habitu-*

ra uideatur

ra uideatur. sed ad meam manum reddiderint enim hæc occultius agenda. uide quæso etiam nunc de testamento, quod tum factum, cum illa quærere cœperat. non credo, & commoti: neque. n. rogari, ne me quidem, sed quasi ita sit, quoniam in sermone iam uenisti, poteris eam monere, ut alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna sit. equidem tibi potissimum uelim, si idem illa uellet, quam quidem cælo. miseram, in hoc timere de illo altero. scio equidem, uenire nūc nil posse, sed seponi, & occultari possunt, ut extra ruinam sint eam, quæ impendet. nam quod scribis nobis, nostra, & tua Terentiæ *fore parata, tua credo: nostra quæ poterunt esse? de* Terentia *autem (mitto cætera, quæ sunt innumerabilia) quid ad hoc addi potest? scripseras, ut* HS XII. *permutaret, tantum esse reliquum de argento. misit illa* CCLↃↃ. *mihi, & ascripsit tantum esse reliquum. cum hoc tam paruū de paruo detraxerit, perspicis quid in maxima re fecerit?* Philotimus *non modo nullus uenit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit.* Ephes*o qui ueniunt, ibi se eum de suis controuersijs in ius adeuntem uidisse nuntiant, quæ quidem (ita. n. uerisimile est) in aduentum* Cæsaris *fortasse reijciuntur. ita aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celerius perferendum, & eo me magis esse despectum: aut, etiam si quid habet, id nisi omnibus suis negotijs confectis ad me referre non curet. ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non tantum, quantum uideor debere: nihil enim mea minus interesse puto, quàm quid illinc afferatur. id quam ob rem, te intelligere certo scio.* Quod *me mones de uultu, & oratione ad tempus accommodanda, etsi difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quicquam interesse putarem.* Quod *scribis literis putare* Africanum *negotium cōfici posse: uelim scriberes, cur ita putares. mihi quidem nihil in mentem uenit, quare id putem fieri posse. tu tamen uelim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me: sin, ut perspicio nihil erit, scribas id ipsum. ego ad te, si quid audiero, citius scribam.* Vale. VIII. Id. Sext.

σχόλια



V AE etiam ad me bis, ad Tulliam) al. quæ etiam ante bis ad Tulliam recte. Tulliam) quæ uenit ad me. ep. 17. h. l. Iniuria) fortasse Terentiæ, uel Dolabellæ. Culpa) ep. 9. h. l. Videatur) hæc culpa. Sed ad meam manum reddiderint, enim hæc occultius agenda) uidetur ita legendum: sed ad meā manū redierint. hæc enim occultius agenda. sed hæc, inquit, mea manu scribant. sunt enim hæc occultius agenda. Testamēto) ep. 16. h. l. Illa) Terentia. Quærere cœperat) an esset factum. Et commoti) & commotus, si legatur, hic erit sensus: testamentum non fuisse tum factum, quum illa quærere cœperat, non credo, & quidem commotus ob eam rem, quòd me ne rogauit quidem: ut uerba, quæ sequuntur cum interrogatione, & stomacho legantur hoc modo: neque enim rogari ne me quidem! Ita sit) tum fuerit factum. In sermone uenisti) cum ea locutus es. ep. sup. in sermonem uenisti, fortasse scripsit Cicero. Eam) Terentiam. Committat) testamentum. Cuius extra periculum huius belli fortuna sit) quòd neutram partem sit secutus. Equidem tibi) cuius fortuna est extra periculum huius belli, quia neutros es secutus. Velim) committat. Illa) Terentia. Quam quidem cælo. miseram in hoc timere de illo altero. Scio equidem) rem intelliges, si ita distinxeris: quam quidem cælo miseram in hoc timore. De illo altero, scio equidem, de illo altero autem, ut, nisi fallor, satisfaciat, quibus debeat. ep. 16. h. l. & aliquid conficiatur ad propulsandam inopiam. ep. sup. sic loquitur ep. 4. l. 5. Venire) ep. 4. h. l. De Terentia autem) disiungit ne de eadē supra per notam locutus uideatur. HS. XII.) aureos 300. Permutaret) si & nobis mutare licet, hic libenter legamus: permutarem, hoc est Brundisij sumerem ep. 11. h. l. Argento) ep. seq. CCLↃↃ.) decem millia æris, aureos. 100. Paruum) aureos. 100. De paruo) de aureis. 300. atque hæc, ut colligunt recentes. Fecerit?) Terentia: Plutar. Philotimus) epist. 4. l. 2. Venit) Rhodo. ep. sup. Quid egerit) de me apud Cæsarem. Eum) Philotimum. Quæ quidem) controuersiæ. Habere) in literis Cæsaris. ep. sup. Despectum) à Cæsare. Illinc) ubi est Cæsar. Ad tempus) ep. 21. h. l. Scribis) ut ep. 10. & 12. h. l.

CICERO ATTICO S. 25



ACILE *assentior tuis literis, quibus exponis pluribus uerbis, nullum te habere cōsilium, quo à te possim iuuari. consolatio certe nulla est, quæ leuare possit dolorem meū: nihil est enim contractum casu: nam id esset ferendum: sed omnia fecimus his erroribus, & miserijs & animi, & corporis, quibus proximi utinam mederi maluissent, qui obesse. quoniam neque consilij tui, neque consolationis cuiusquam spes ulla mihi ostenditur, non quærā hæc à te posthac. tantum uelim, ne pristinum hoc officium intermittas: scribas ad me quicquid ueniet tibi in mentem, cum habebis, cui des, et dum erit, ad quem des, quod longum non erit. Illum discessis-*

se Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpitij literis, quas cuncti postea nuntij confirmarũt, quod uerum, an falsum sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim, nescio. Quod ad te iam pridem de testamento scripsi apud epistolas, uelim, ut possim aduersus ego huius miseriam ea facultate confe- ctus conflictari. nihil unquam simile natum puto. cui si qua re consulere aliquid possum, cupio a' te ad moneri. uideo eandem esse difficultatem, quam in consilio dato ante, tamen hoc me magis solicitat; quam omnia. In pensione secunda caeci fuimus. alium mallem. sed praeterijt. te oro, ut in perditis re bus, si quid cogi, confíciq; potest, quod sit in tuto, ex argento, neque satis multa ex supellectile, des ope ram: iam enim mihi uidetur adesse extremum, nec ulla fore conditio pacis, eaque, quae sunt, etiam sine aduersario peritura. haec etiam, si uidebitur, cum Terentia loquere opportune. non queo omnia scri- bere. Vale III. Non. Quint.

σχόλια




OSSIM iuuari) et si cupio iuuari. ep. 22. h. l. Erroribus) peccatis. ep. 21. h. l. Proximi) ut Q. frater, Q. filius, uxor, & gener. Hoc officium) scribendi. Quod longum non erit) hoc scribit, ut misericordiã moueat, ut l. 3. saepe facit. Illum) Caesarem. dicessisse) atqui Antiochiae esse dicitur ep. 20. h. l. & in Asia. epis. 21. & 22. h. l. quare contrarium sit, necesse est, nisi sequaris ordinem ep. 19. h. l. praepositum, uel dicas ex rumore scriptas fuisse epistolas. Sulpitij literis) sic ep. 13. h. l. De testamento scripsi) ep. 16. h. l. Apud epistolas) fortasse legi posset: apud te postules: ut ep. sup. tibi potissimum comittat, uelim. Aduersus) contra. Ego) ἐμφάσεως, ego miserrimus. Huius) Tulliae. Miseriam) epist. 23. h. l. Ea facultate) fortasse ex testamento danda. Confectus) perditis rebus, Dato) alij, dando, quod & mihi placet. Pensione secunda) Dolabellae soluta ita, ut iam tertiam petiturus uideatur. epistο. 23. h. l. Alium mallem) caecum fuisse. al. aliud mallem, fecisse, ut dicere solent illi, quos aliquid fecisse poenitet. Praeterijt) hoc ita, ut mutari non posset. Ar- gento) uasis argenteis. Neque satis multa) modica. Extremũ) ita, ut supellex etiã uendi possit. Conditio pacis) ep. 12. h. l.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER XII.

CICERO ATTICO S. 1



VNDECIMO *die, postquam a' te discesseram, hoc literularum exaraui egrediens e' uilla ante lucem: atque eo die cogitabam in Ana- gnino, postero autẽ in Tusculano, ibi unum diem, V. Cal. igitur ad con stitutum: atque utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculũ Atticae possim currere. quod quidem ipsum scribe quaeso ad me, ut, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garriat. sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itemque Piliae: & tamen, & si continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habe- bis. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me uenit cum epistola tua tabellarius. qua lecta, de Atticae febricula scilicet ualde dolui. reliqua, quae expectabam, ex tuis literis cognoui omnia. sed quod scribis igniculum matutinum, γεροντικώτερον est memoriola uacillare: ego enim IIII. Cal. Axio dederam, tibi III. Quinto quo die uenissem, idest V. Cal. hoc igitur habebis, noui nihil. quid ergo opus erat epistola? quid cum coram sumus, & garrimus quicquid in buccam? est pro fecto quaedam λέσχη, quae habet, etiam si nihil subest, collocutione ipsa suauitatem.*

σχόλια



NDECIMO die) quantum colligere potui, hic anni duo sunt intermissi, altero quorum Quint. Fusius Calenus, & P. Vaticanus Coss. fuere: altero M. Aemylius Lepidus, & Caesar ipse III. quo bellum gessit Africum. Dion. lib. 43. sequenti uero anno Caesar fuit Cos. IIII. & bellum Hispaniense gessit. Hirc. de bel. Hispan. quo tempore Cicero has scripsit epistolas. Cogitabam) sic cogitabã Asturae. ep. 2. l. 14. Anagrino) ep. 8. l. 16. & Plin. l. 3. cap. 5. V. Cal.) ut ratio dierum constare possit, fortasse legendum: II. Cal. id est, prid. Cal. Igitur) conuenienus. Ad constitutum) ad constitutum locum, uel ad constitutam diem. Attice) filiae tuae. ep. 19. lib. 5. Quod quidem ipsum) quod ad Atticam pertinet. Garriat) Attica puella. Sin rusticatur) sin ruri est. Scribat) ipsa Attica rure. Aut scribes) absens. Aut nunciabis) praesens. Piliae) uxori tuae. Noctuabundus) a'. noctu Abundus. Dolui) epist. 6. h. l. Scribis) γεροντικὸν εἶναι. Matutinum) nam matutino tempore frigus esse sol t. Celsus lib. 2. cap. 1. quod senibus est inimicum. idem Cels. l. 1. cap. 9. quare senibus igniculo matutino est opus ita, ut γεροντικὸς possit appellari. γεροντικώτερον) magis senile, magis quasi proprium senum. Memoriola uacillare; nam senes natura sunt obliuiosi. Axio) ep. 12. l. 10. Quinto) Q. fratri. Quicquid) al. quod, ut ep. 9. l. 1. et ep. 7. l. 14. In buccam?) prouerb. quicquid in buccã uenerit. Quaedam) al. quiddam. λέσχη) communicatio, colloquium, πολλὴ ὁμιλία, inquit Suidas. episto. 5. lib. 6. prouerb. notum lippis, & tonsoribus.

CICERO ATTICO S. 2



IC rumor est, T. Murcum perisse naufragio, Asinium delatum uiuum in manus militum, L. naueis delatas Vticam reflatu hoc, Pompeium nõ comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, ut Patietus affirmat. sed auctor nullus rei quisquam. habes, quae, dum tu abes, locuti sunt. ludi interea Praeneste. ibi Hircius, & isti omnes. & quidem ludi dies octo. quae coenae? quae deliciae? res interea fortasse transacta est. ò miros homines! at Balbus aedificat. τί γὰρ αὐτῷ μέλει; uerum, si quaeris hominẽ, homini non recta, sed uoluptaria quaerenti nonne βεβίωται; tu interea dormis. iam explicandum est πρόβλημα, si quid acturus es. si quaeris quid putem, ego fructum puto. sed quid multa? iam te uidebo, & quidem, ut spero, de uia rectà ad me: simul enim & diem Tyrannioni constituemus, & si quid aliud.

σχόλια



IC rumor est) hic Romae, ut conijcio, contrà ruri non nihil erat. ep. sup. T. Murcum) fortasse rectius leges L. Murcum, hoc est, L. Statium Murcum. ep. 11. lib. 12. fam. Perisse) dum in Syriam nauigat. ibid. Asinium) C. Asinium Pollionem. ep. 32. h. l. & epis. 31. & 32. lib. 10. fam. fuit etiam his temporibus Marrucinus Asinius, Catull. & Gallus Asinius. Tacit. l. 1. L. naueis) quinquaginta naues, sic enim uerborum constructio postulat. Pompeium) Cn. Pompeium Cn. Pompeij Magni F. Patietus) L. Iunius Patietus. ep. 18. l. 6. fam. & Hirc. de bel. Hispan. Nullus rei) al. nullius rei. Abes) ab urbe, ut ego: sic ep. 34. h. l. uel potius ab urbe, ubi ego sum. atque hic est quaedam προσωνομασία, habes, abes. Locuti sunt) homines, sed praesertim Caesariani. Hircius) ep. 4. l. 10. Isti) Caesariani. Res) Hispaniensis. O miros homines) Caesarianos istos, qui ita sint otiosi hoc tempore. Balbus) epist. 3. l. 7. Aedificat) ita securus est. τί γὰρ αὐτῷ μέλει;) quid enim ipsi curae est? οὐ γὰρ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, ut est in prouerb. Verum si quaeris hominem, homini) al. uerum si quaeris, homini. recte. Nonne βεβίωται;) nonne uita transacta est? epist. 25. l. 14. huiusmodi enim homines uitam silẽtio transeunt, ueluti pecora, ut inquit Sallust. Tu interea dormis) tu Cicero, qui Balbum accusas, interea nihil agis, aut scribis. Explicandum est) tibi Cicero. πρόβλημα) quaestio, ζήτημα, argumentum de Catone propositum. ep. 4. h. l. lege Suidam. Fructum) legere fortasse possumus: fractum, ut sit iocus ex ambiguo, & παρὰ προσδοκίαν, quum πρόβλημα quaestionem, & propugnaculum quoddam significet, ut Plato in politico his uerbis scribit: προβολῆς ἕνεκα συμπάντων αὐτῶν εἰργασμένων, δικαιότατ' ἂν ὅλον προσαγορεύοιτο τις πρόβλημα. si quaeris, inquit, quid putem περὶ τοῦ προβλήματος, ego Reip. πρόβλημα, mortuo praesertim Catone, fractum puto: uel illud ipsum πρόβλημα, quod mihi proposueram, fractum puto, ut dixit ille: incubuit in spongiam. Ad me) uenies. Diem) quo nobis librum ostendat. ep. 6. h. l. sic dandi dies uestorio. ep. 16. l. 4. Tyrannioni) ep. 6. h. l.

CICERO ATTICO S. 3



NVM te puto minus blandum esse, quàm me. aut, si uterque nostrum est aliquando aduersus aliquẽ, inter nos certe nunquam sumus. audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem. ne uiuam mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi caeteroqui sum libenter, sed μακάρων νῆσοι tanti sunt, ut sine te sim totos dies. quare obduretur hoc triduũ ut te quoque ponam in eodẽ πάθει: quòd ita est profecto. sed uelim scire, hodie ne statim de auctio-

ne, & quo die uenias. ego me interea cum libellis. at molestè fero Vennonij me historiam non habere. sed tamen, ne nihil de re, nomen illud, quod à Cæsare, treis habet conditiones, aut emptione ab hasta (perdere malo: etsi præter ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere) aut delegationem à mancipe annua die (quis erit, cui credam? aut quando ipsi Metoni annus ueniet?) aut Vectenis conditionem, semisse. σκέψαι igitur. ac uereor, ne iste iam auctionē nullam faciat, sed ludis factis Clypo subsidio currat, ne talis uir ἀλογηθῇ. sed μελήσει.

σχόλια

VNVM te) præterea neminem. Est aliquando) blandus. nunquàm simus) blandi. ἀγοντεύτος) sine captione, & fuco. Cæteroqui) al. certe. al. certe alioqui. μακάρων νῆσοι) beatorū insulæ. sic Plato in epitaph. οἷμαι μονογομύχειν μακάρων νήσοις οἰκεῖν. & Pind. in olymp. od. 2. μακάρων νᾶσον ὠκεανίδες ἀύραι περιπνέουσιν. Totos dies) al. tot dies in codē) ut sine me totos dies eē nō possis. πάθει) affectu. Ita est pfectò) te sine me esse nō posse. Hodie ne) agatur. Venias) ad me. Cū libellis) oblectabo. At molestè) al. ac molestè. Vēnonij) C. Vēnonij. ep. 1. l. 6. Histo.) l. 1. de legib. sic Liboris annales ep. 30. l. 13. Ne nihil) scribā. De re) mea. Quod à Cæsare) qđ est à Cæsare, fortasse ppter monimentū, ep. 16. l. 4. & à Faberio soluendum. ep. 24. b. l. Aut emptione ab hasta) al. aut emptionem ab hasta. si exigere, inquit, uolo hoc nomen, hæc conditio proponitur, ut ab hasta emam. ab hasta uero Cæsaris. epist. 10. l. 9. fam. Perdere) illud nomen. Malo) quàm ab hasta emere. Turpitudinem) quæ est emere bona ciuium ab hasta. Hoc ipsum) emere ab hasta. Delegationem) à me, qui nolo emere ab hasta, ad alium, qui uelit emere, ut mihi satisfaciat. atque hæc est nominis secunda conditio. sic conditio delegandi epist. 7. b. l. A mancipe) ut à P. Sylla, qui Cæsaris hastæ præest. ep. 10. l. 9. fam. Annua die) quo tempore is, ad quem fuerit delegatio facta, hoc mihi nomē soluat. Cui credam?) ita, ut patiar ad eum hanc delegationem fieri? Ipsi Metoni) al. iste Metonis. recte. Vt enim Meton quidam tunc Romæ fuisse uideatur ep. 42. b. l. ego tamen hunc esse Metonem Athenienſem credo, qui, Censorino autore, annum ex annis undeuiginti constituit, uel Cæsarem per notam significari, qui et ipse annum bis temporibus constituit. Annus) qualis est annus Metonis διακαιδεκαετηρίς. Veniet?) dies illa annua ad soluendum mihi constituenda, quæ annus Metonis uidebitur? Vecteni) ep. 12. l. 10. Conditionem semisse) conditionem sumendi numos cum usura semisse. & est tertia nominis cōditio. σκέψαι) considera, quid nobis agendum sit, & quidem ut Philosophus σκεπτικός. Gell. l. 11. cap. 5. & Laertius in Pyrrhon. ep. 6. l. 6. & ep. 9. l. 10. hinc σκέψεις ep. 9. l. 1. iste) Cæsar. Sed ludis factis) Suet. in Cæs. Clypo) al. Clipso. al. Olympo. ego quid probem, nescio, nisi legatur: Didio, quo de Hirc. de bello Hispan. & Dion l. 43. uel Crispo, ut Sallustium significet, quē Cæsar Zamæ reliquerat. Hirc. de bel. Afric. uel eum Crispū, qui est ep. 5. b. l. ἀλογηθῇ) negligatur. al. ἀλογῆται. μελήσει) curæ erit. ep. 20. l. 14. & ep. 4. l. 15. al. μελήσει. Tu Atticam, quæso, cura, & ei salutem, & Piliæ, Tulliæ quoq; uerbis plurimam. Vale.

CICERO ATTICO S. 4

GRATAS tuas mihi, iucundasq; literas. quid quæris? restitutus est mihi dies festus: angebar enim quòd Tiro ἐνερευθέστερον te sibi esse uisum dixerat. addam igitur, ut censes, unum diem. sed de Catone πρόβλημα ἀρχιμήδειον est. non assequor, ut scribam, quod tui conuiuæ non modo libenter, sed etiam æquo animo legere possint. quin etiam, si à sententijs eius dictis, si ab omni uoluntate, consilijsq;, quæ de Rep. habuit, recedam, ψιλῶσq; uelim grauitatem, constantiamq; eius laudare: hoc ipsum tamen ijs odiosum ἄκουσμα sit. sed uere laudari ille uir non potest, nisi hæc ornata sint, quòd ille ea, quæ nunc sunt, & futura uiderit, &, ne fierent, contenderit, & facta ne uideret, uitam reliquerit. horum quid est, quod Aledio probare possimus? sed cura obsecro, ut ualeas eamq;, quam ad omneis res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiam.

σχόλια

TIRO) ep. 1. l. 7. ἐνερευθέστερον) magis rubrum, aliquantulum rubrum. nam febris est signum, si color rubore mutetur. Celsus lib. 3. cap. 6. De Catone) de M. Catonis laudibus scribendis. epis. 35. b. lib. πρόβλημα) quæstio, argumentum. ep. 2. b. l. ἀρχιμήδειον) Archimedeum: Archimedis geometræ consideratione dignum. ep. 28. l. 13. Tui conuiuæ) Balbus, & Oppius præsertim. ep. 3. l. 16. & ep. 3. l. 4. Tartesſius tuus ep. 3. l. 7. Legere possint) ut Cæsariani laudes hominis Pompeiani, & Cæsaris inimici. Eius) Catonis. Habuit) Cato. Recedam) in scribendo. ψιλῶσque) fallaciterque, & non uere. Grauitatem, constantiamque) quæ summæ in Catone fuere. Eius) Catonis. Hoc ipsum) fallaciter laudare, nedum uere. Iis) Cæsarianis. ἄκουσμα) auditio. Ille uir) Cato. ἔμφασις. Hæc) sententiæ, uoluntas, consilia, grauitas, & constantia. Ille) Cato. Ea) mala. Viderit) quum Cæsarem in Pompeij ceruicem armari prædixit. Plutar. Contenderit) mentem Cæsaris aperiens, eumque formidandum docens. idem Plutar. Reliquerit) Vticæ. idem. Aledio) ep. 22. b. l. Prudentiam) ep. 9. l. 5.

CICERO ATTICO S. 5

QVINTVS pater quartum, uel potius millesimum, nihil sapit, qui lætetur Luperco filio, & Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum. addo etiam Philotimum tertium. ô stultitiam, nisi mea maior esset: singularem. (quòd autem ostim hãc rem, ἔρανον à te) fac, non ad διψῶσαν κρήνην, sed ad πειρήνην cum uenisse ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ πειρήνην (ut scribis) haurire, in tantis suis præsertim angustijs, ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει: sed ipse uiderit. Cato me quidem delectat, sed etiam Bassum Lucilium suade Cælio, tu quæres, ut scribis. ego nihil noui. noscenda est natura, non facultas. modo de Hortensio, & Verginio, tu siquid dubitabis: & si, quod magis placeat, ego quantum aspicio, non facile inueneris. cum Mustella, quemadmodum scribis, cum uenerit Crispus. Ad Aulum scripsi, ut ea, quæ bene nossem de auro, Pisoni demonstrarem: tibi enim sanè assentior, & istud nimium diu duci, & omnia nunc undique cõtrahenda. te quidẽ nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, facile perspicio, meisq; negotijs impediri cupiditatẽ tuã ad me ueniẽdi. sed mecũ esse te puto, non solũ quòd meã rẽ agis, uerũ etiã quòd uidere uideor, quo mõ agas: neq;.n. ulla hora tui mihi est operis ignota. Tubulũ Pręt. uideo L. Metello, Q. Maximo Coss. nunc uelim, P. Scæuola Pontifex maximus, quibus Coss. Trib. pl. equidẽ puto Cepione, & Pompeio: Præt. enim P. Furio Sex. Atilio. dabis igitur Tribunatum, &, si poteris, Tubulus quo crimine. & uide quæso, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, Censorino, & Manlio, an Quintio, Manlio Coss. Trib. pl. fuerit: conturbor enim. in Bruti epitoma Fannianorum. scripsi; quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lælij. sed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus, & Fannius. ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, ut apud Brutum est. hunc igitur locum expedies. Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam. is ad me Idibus reuertetur. te expectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse uideo: idque ita ut sit, te uehementer rogo. ergo & in integro omnia: sic enim scribis. mihi etsi Calendæ uitandæ fuerunt, incessionumq; ἀρχέτυπα fugienda, conficiendæq; tabulæ: nihil tamen tanti, ut à te abessem, fuit. cum Romæ essem, & te iam, iamque uisurum me putarem quotidie: tamen horæ, quibus expectabam, longæ uidebantur. scis me minime esse blandum. itaque minus aliquanto dico, quàm sentio.

σχόλια

QVINTVS) Q. frater. Pater) pater Q. Ciceronis. Quartum:) uidetur locutus secundum Pythagoricos, οἳ καὶ τὴν τετρακτὺν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν putabant. Lucian. Plutar. Macrob. & alij. & quartum dixit, ut docet Gell. l. 10. cap. 1. nec deest iocus quidam in hisce uerbis: Quintus quartum. Luperco) πρύνος sacerdote. Filio) Q. filio. Statio) liberto. epist. 18. & 19. lib. 2. Duplici) propter filium, & libertum. Dedecore) nam turpe est homines per urbem nudos currere. Philip. 2. & orat. pro M. Cælio. Domum) nostram. Philotimum) ep. 4 l. 2. Quòd autem ostim hanc rem, ἔρανον à te) nos ita legimus: quid autem, si in hanc rem ἔρανον à te? quid autem dices Cicero, si Q. frater in hanc rem, de qua illum accusas, habet à te ἔρανον, collationem, & quasi sumptum? Fac) tu Attice. διψῶσαν κρήνην) sitientem fontem, hoc est, me ipsum, cui, perditis rebus, uix est, qui utar. ep. 11. & 15. l. 11. prouerb. fontes ipsi sitiunt. πειρήνην) Pirenem, fontem, ut uocat Plautus, Corinthiensem: qui, ut scribit Strab. l. 8. μεστός ἐστι ἀεὶ διαυγοῦς, καὶ ποτίμου ὕδατος. al. πειρήνην, nos omno legimus, κρήνην, fontem. nam uerba græca, quæ sequuntur, à Pindaro in Nem. non de Pirene, sed de Arethusa dicuntur. Eum) Q. fratrem. ἄμπνευμα σεμνὸν ἀλφειοῦ πειρήνην) respirationem sacram Alphei Pirenen. Quia tamen & hic γρήνην aliter legitur, & Strab. l. 7. hoc carmen adducens scripsit, κρήνας, non dubito legere, κρήνην, præsertim quum Pindari uerba nihil ad Pirenen pertineãt, & hic posit esse ἐπεξήγησις. Haurire) haustum. græce scriberis, græce locutus est. Suis) quibus ipse frater premitur. ep. 15. l. 10. Angustijs) ibid. ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει;) quò hæc reijciet? quonam modo hæc excusabit? Ipse) Q. frater, cuius interest. Cato) de Catone πρόβλημα ep. 2. & 4. h. l. Bassum Lucilium) nostrum. ep. 21. lib. 7. fam. Suade Cælio) al. sua. De Cælio, recte. me, inquit, Cato meus delectat, sua Bassum Lucilium delectant: quoniam dicitur in prouerb. suum cuique pulchrum. quæ est communis φιλαυτία ep. 13 l. 13. De Cælio) epis. seq. Tu quæres) tu uidebis. ibid. Ego nihil noui) ego ista non noui. ibid. Noscenda est natura) ut scire possis, illum probes nec ne. ep. 2. lib. 13. Non facultas. Modo) commodius distingui potest: non facultas modo. De Hortensio) cuius Puteolos cupiebam facere meos. epis. 3. lib. 7. Verginio) Appian. l. 4. fortasse Virgilio. ep. 26. l. 13. Tu) scribes. Magis placeat) fortasse quàm illorum horti. Cum Mu-

stella)ages.ep.39.h.l. Crispus)Crispus Sallustius,ep.3.h.l.uel,Q. Martius Crispus.ep.11.l.12.fam. Aulum)ep.3.l.13. Pisoni)ibid. Tubulum)L.Tubulum.l.2.de finib. Praet.)Praetorem fuisse. L.Metello) L.Caecilio Metello Caluo. Q. Maximo)Q. Fabio Maximo Seruiliano.Oros.l.5.cap.4. Coss.)an.ab urb.con.612. P.Scaeuola)P. Mutius Scaeuola,qui postea Cos.fuit cum L.Calphurnio Pisone,an.ab urb.c.621. Trib.pl.)fuit. Puto Cepione)al.puto proximis,Cepione. & sane Cn.Seruilius Cepio, & Q. Pompeius Nepos Coss. fuere proximi his, quos paulò ante nominauit. Praet.enim)Praetor enim fuit hic Sceuola. P.Furio, Sext.Attilio) P.Furio Philo,& Sext. Attilio Serano Coss.an ab urb.c.618. Dabis)ex libro,quo magistratus Rom.ornasti.Nepos in uita. Tribunatum)Scaeuolae. Si poteris)dare. Tubulus)ipse L. Tubulus Praetorius. Ascon.in orat.pro M.Scaur. Quo crimine)sit condemnatus. ipsius enim Scaeuolae rogatione condemnatus est, quod pecunias cepisset ob rem iudicandam.l.2.& 4.de finib. L.Libo)L.Scribonius Libo. Qui)rogationem ferebat.in Brut.& Liu.l.49. De Ser.Galba)de Ser.Sulpitio Galba orato.in Brut. Censorino,& Manlio)L.Martio Censorino,& M.Manlio Coss.an.ab urb.c.605. An Quintio,Manlio)al.an Quintio,M.Acilio:recte,hoc est, L.Quintio Flamminio, M.Acilio Balbo. Coss.)an ab urb.c.604. Trib.pl.fuerit)libo. Conturbor enim.in) al.conturbat enim me.recte. Bruti) M.Bruti, qui Polybij etiam epitomen scripsit Plutar. Epitoma)al.epitome.recte. Fanniorum)de fannijs scripta, ut Caelianorum.epi sto.7.lib.13. Scripsi)in meo Bruto. In extremo)in extrema Bruti epitome. Fannium)C.Fannium M.F.epist.12.l.16.& in Brut. Scripsit historiam)ibid.& lib.1.de leg. Generum)in Brut. Laelij)C.Laelij sapientis.in Laelio. γεωμετρικῶς)geometrico more:probabili argumentatione,quali Geometrae utuntur. Brutus)refellit. Fannius)cuius epitomen scripsit Brutus. Bono)memori.in Brut. Hortensio)oratore. Acceperam)audiueram,ut ep.30.l.13. Tironem)ep.2.l.7. Dolabellae) in Hispaniam inde profecturo.Philip.2.& epist.32.h.l. De Tullia mea)partui uicina, ex quo postea decessit,uel Dolabellae nuncium remissura.ep.13.l.11. Omnia)sint. Calendae)quibus pecuniae exigi,atque etiam,ut loquitur Oratius,poni solent, ut apud Graecos ἕνῃ καὶ νέᾳ,ἐν ᾗ οἱ τόκοι ἀπῃτοῦντο,ut pluribus docet interpres Aristoph.in Nubib. Vitandae`ne quis me appellaret. Incesionumque)al.Nicasionumque. ἀρχέτυπα)primae formae,exemplaria.ep.3.l.16. Conficiendaeque) ruri per otium. Tabulae)in quas res meas referrem. Abessem)ruri manens. Minime esse blandum) ep.3.h.l.

CICERO ATTICO S. 6



DE CELIO *uide quaeso,neque lacuna sit in auro. ego ista non noui. sed certe in colybo est detrimenti satis. huc aurum si accedit. sed quid loquor? tu uidebis. Habes Hegesiae genus, quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionem. ain tu? uerum hoc fuit? sine me? at ego quoties, cum essem otiosus, sine te tamen nolui? quomodo hoc ergo lues? uno scilicet, si mihi librum miseris: quod ut facias, etiam, atque etiam rogo. etsi me non magis liber ipse delectabit, quàm tua admiratio delectauit: amo enim* πάντα φιλόδημον: *teque istam tam tenuem* θεωρίαν *tam ualde admiratum esse gaudeo. & si tua quidem sunt eiusmodi omnia: scire eni uis, quo uno animus alitur. sed quaeso quid ex ista acuta, & graui refertur ad* τέλος? *sed longa oratio est, & tu occupatus in meo fortasse aliquo negotio: & pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, unctumque repetemus. sed ad prima redeo. librum, si me amas, mitte: tuus est enim profecto, quoniam quidem est missus ad te. Tantum ne ab re tua est otij tibi, ut etiam oratorem legas? macte uirtute, mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Caesar autem mihi irridere uisus est* QVAESO *illud tuum, quod erat* εὐτραπελόν, *& urbanum. ita porrò te sine cura esse iussit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam doleo tandiu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, ut uolumus. Quae desideras omnia scripsi in codicillis, eosque Eroti dedi: breuiter, sed etiam plura, quam quaeris: in ijs de Cicerone, cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. locutus sum cum eo liberalissime: quod ex ipso uelim, si modo tibi erit commodum, sciscitere. sed quid differo? exposui, te ex me detulisse, ecquid uellet, ecquid requireret, uelle Hispaniam, requirere liberalitatem. de liberalitate dixi, quantum Publius, quantum Flamen Lentulus filio. de Hispania duo attuli, primum idem, quod tibi, me uereri uituperationem: non satis esse, si haec arma reliquissemus etiam contraria: deinde fore, ut angeretur, cum à fratre familiaritate & omni gratia uinceretur. uelim magis liberalitate uti mea, quam sua libertate: sed tamen permisi: tibi enim intellexeram non nimis displicere. ego etiam, atque etiam cogitabo: teque, ut idem facias rogo. magna res: simplex est manere: illud anceps. uerum uidebimus. De Balbo, & in codicillis scripseram, & ita cogito simul ac redierit. sin ille tardius, ego tamen triduum. &, quod praeterij, Dolabella etiam mecum.*

σχόλια



AELIO)ep sup.& ep.2.l.13. Neque)al.nequa. Lacuna)quasi iactura.aut fraus.prouerb.lacunam explere. Ista non noui)ep. sup. Collybo)ἀργυρίου ἀλλαγὴ ὁ κόλλυβος καλεῖται. Pollux l.3.cap.9. De trimenti satis.huc)al.detrimentum.satis, huc. Habes)in Brut. Hegesiæ)oratoris, quo de Strab.l.14. Genius)dicendi. Varro)ep.25.l.2. Laudat)& sequitur,ut scripta eius ostendunt. Tyrannionem)epist.4.l.4. Ain tu?)ut ep.5.l.4. Verum hoc fuit?)te audiuisse? uel,æquum hoc fuit?ut ep.1.l.2. Sine me?)audire Tyrãnionem? Nolui?) audire, sed te expectabam,ut diem illi constitueremus.ep.2.h.l. Librum)Tyrannionis. Admiratio)qua es affectus in audiendo,aut legendo Tyrannionis libro, πάντα φιλόδημον)animum popularem:quicunque popularis, familiaris,& facilis est,ut tu in ista re fuisti. Istam)Tyrannionis. Tenuem)ut de arte fortasse Grammatica,quam Tyrãnio professus uidetur. ep.4.l.2.ad Q. fr. θεωρίαν)commentationem. Scire enim uis)ut omnes natura scire desiderãt.nihil enim dulcius,quàm omnia scire.epist.10.l.4. Quo uno)qua una re,idest, scientia. Animus alitur)sic mens discendo alitur.l.1.de off. Ex ista) θεωρίᾳ. Acuta,& graui)fortasse propter sonos inflexum,acutum,& grauem,de quibus scribunt etiam Grammatici. Ad τέλος?) ad finem? & finem quidem bonorum,quo referuntur,& cuius causa facienda sunt omnia.l.1.de legib. Longa oratio est)περὶ τοῦ τέλους scribere:uel oratio,& scriptum,quod tibi Tyrannio recitauit,ita ut tu nunc scribere non possis. Asso)ardenti,uel puro,& solo,ut uox assa,& tibiæ assæ ab antiquis dicebantur,quasi uero Tyrannio uoce assa recitauerit. certe hic latet iocus,quem nos tamen prorsus eruere non potuimus. Abusus es)in audiendo Tyrãnione. Vnctumque) quod tu unctum recte ponere possis,ut inquit orat.in arte.atque hic asso unctum,ut Varro elixum, opponit. Librum) Tyrannionis. Missus ad te)inscriptus tibi. Tantumne)al.Chreme tantumne,ut sit integrum Terentij carmen ex heauton. sc.1. Oratorem)ad M.Brutum:quem sum aggressus statim Catone absoluto.in ipso orat. In aliorum)libris. Aristophanem)qui de Pericle scripsit illud carmen in Acharn. ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, quod ego in oratorem ita transtuli:Pericles fulgurare, tonare,permiscere Græciam dictus est:sed Eupolim pro Aristophane ἁμαρτήματι μνημονικῷ scripsi. Eupoli)qui de Pericle & ipse hoc scripsit:μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις; quod ipsum in Brutum transtuli: unde facile deceptus sum. Quæso)uerbum,quo tu,nescioquid ab eo petens, usus fueras. εὐπινὲς)uenustum. Tandiu)febriculam habere.ep.1.h.l. Horrore)horrorem, ubi totum corpus intremit, uocat Cels.l.3.cap.3. Eroti)ep.15.l.10. Breuiter)scripsi. Cicerone)filio meo. Cogitationis)ut eat in Hispaniam, & quidẽ cum Dolabella.ep.seq.& sup. Cum eo)Cicerone filio. Differo?)dum sciscitaris,& non ego scribo? Ex me)ad me,si cum uerbo detulisse iungas,legendum. Ecquid uellet,ecquid requireret)al.& quid uellet,& quid requireret:recte. exposui,inquit,illi,me abs te certiorem factum esse,& quid ipse Cicero filius uellet,& quid requireret,hoc est, ipsum uelle Hispaniam petere,& meam requirere liberalitatem. Dixi)me tantum daturum. Quantum)dedit. Publius) ep.19.h.lib. Flamen Lentulus) ep.24.l.2.& ep.6.l.4. De Hispania)de itinere in Hispaniam. Non satis esse)al.non satis est. Hæc arma)ciuilia,& Pompeiana. Reliquissemus)ep.6.l.11. Etiam contraria)uidetur legendum cum interrogatione,hoc modo, nõ esse satis offensum apud Pompeianos,si eorum arma reliquissemus,etiam contraria sequeremur?uel sine interrogatione hoc modo,non esse satis, si arma etiam Cæsari contraria reliquissemus,nisi quiesceremus,nosque pacis prorsus studiosos ostenderemus. Augeretur) inuidia quadam. Fratre)Q. Cicerone fratre patruele,iampridem propter Hircium gratioso.ep.4.l.10.& epist.20.l.11. & tunc erat in Hispania.ep.8.l.13. Permisi)ut in Hispaniam iret.ep.seq. Illud)proficisci. Balbo)epist.3.l.7. Cogito)Balbum facturum,ut roget Apuleium,ne mihi sit molestus.ep.8.h.l. Ille)Balbus. Tardius)redierit. Triduum) hic manebo. Dolabella)cui Tironem obuiam miseram.ep.sup. Mecum)est.

CICERO ATTICO S. 7



E Cicerone,multis res placet. comes est idoneus. sed de prima pensione ante uideamus;adest enim dies, & ille currit. scribe quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis, utrum ipse in fænicularium, an in campum Martium cogitet. & sane scire uelim,nunquid necesse sit comitijs esse Romæ.nam & Piliæ satisfaciendum est.& utique Atticæ.ne ego essem hic libenter,atque id quotidie magis,ni esset ea causa, quam tibi superioribus literis scripsi.nihil hac solitudine iucundius;nisi paulum interpellasset Amyntæ filius, ὢ ἀπεραντολογίας ἀηδοῦς. cætera noli putare amabiliora fieri posse ulla litore,prospectu maris, tum his rebus omnibus. sed neque hæc digna longioribus literis,nec erat,quod scriberem,& somnus urgebat. Male mehercule de Athamante.tuus autem dolor humanus is quidem,sed magnopere moderandus.consolationum autem multæ uiæ, sed illa rectissima.impetret ratio,quod dies impetratura est.Alexim uero curemus,imaginem Tironis, quem ægrum Romam remisi,&, siquid habet collis ἐπιδήμιον; ad me cum testamento transferamus.tota domus superior uacat,ut scis.hoc puto ualde ad rem pertinere. Male de Seio: sed omnia humana tolerabilia ducẽda.ipsi enim quid sumus? aut

quandiu hæc curaturi sumus? ea uideamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo, quid agamus de senatu. & ut ne quid prætermittam, Cesonius ad me literas misit, Posthumiam Sulpitij domum ad se uenisse. De Pompeij Magni filia, tibi rescripsi, nihil me hoc tempore cogitare. alteram uero illam, quam tu scribis, puto nosti: nihil enim uidi fœdius. sed adsum. coràm igitur. Obsignata epistola accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio. commotiunculis συμπάσχω. De dote tanto magis perpurga. Balbi regia conditio est delegandi. quoquo modo confice. turpe est rem impeditam iacere. insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν: habere uideatur: ἐκγόνιμος est: igitur animus in hortis: quos tamen inspiciam, cum uenero.

σχόλια

DE Cicerone) de Ciceronis profectione in Hispaniam. epis. sup. Res) consilium eundi in Hispaniam. Comes) Dolabella. episto. sup. Idoneus) ut uir sororis. & Cesaris amicus. Prima pensione) à Dolabella, uel ab eius procuratoribus mihi exigenda. epis. 15 lib. 6 fam. Dies) pensionis. Ille) Dolabella. Curr.t) ad Cæsarem in Hispaniam. Phil. p. 2. Celer) epist. 4. l. 11. Ipse) Cesar. Fœnicularium) campum fœnicularum dici putamus potius, ubi fœniculum seritur, quàm ubi fœnum secatur, etsi quidam Romæ locum fuisse existimant. Campum Martium) ubi comitia haberi solent. sed quum Cesar tunc bellum in Hispania gereret, hic uidetur esse iocus ex ambiguo nec simplex, quasi Cæsar in exercitu, hoc est, in campo Martis, & ui potius, quàm iure comitia habere cogitaret. prouerb. Martis campus. Necesse sit) nam si Cæsar, quos uellet, magistratus crearet, necesse non esset. Satisfaciendum) in deducendo aliquo candidato ipsius Piliæ affine. Essem hic) ruri Ea causa) de qua cogitabam Balbum acturum cum Apuleio. epist. sup. Scripsi) & in codicillis. ibid. Interpellasset) ut uicinus. ep. 51. l. 13. & ep. 11. l. 14. Amyntæ filius) Philippus. ep. 12. h. l. idque per notam: quoniam Philippus Macedo Amyntæ fuit filius. de hoc Philippo item ep. 4. l. 10. ὁ ἀπεροαντολογίαν δοὺς) al. ὁ ἀπεραντολογίαν δοὺς, recte, idest, qui infinitum sermonem dedit, quo me scilicet interpellauit. His rebus) quæ hic sunt. Athamante) seruo, uel liberto mortuo. Dies) tempus, diuturnitas. ep. 5. l. 4. fam. & ep. 17. l. 5. fam. Alexin) ep. 20. l. 5. Imaginem Tironis) ita, ut Tiro meus sit Alexis. ibid. Quem) Tironem. Romam remisi) epist. 13. & 14. l. 16. fam. Et, siquid) at, siquid: uel, sed, siquid, autore me repones. Collis) colis, uel, coles, meo periculo legatur. de cuius morbis, & curationibus plura scribit Celsus lib. 6. cap. 18. ἐπιδήμιον) populare, commune: morbum ἐπίδημον. nam Græci quosdam morbos ἐνδήμους, quosdam uero ἐπιδήμους uocant. Ad me) domum meam. Testamento) ipsius Tironis iam manu misit ita, ut facere testamentum potuerit. ep. 16 l. 16. fam. Seio) M. Seio. l. 1. de off. & Varr. l. 3. cap. 2. de re rust. Quid sumus?) bulla. Nec tamen multo) magis. Cæsonius) ep. 1. l. 1. Posthumiam Sulpitij) uxorem. ep. 9. lib. 10. al. Posthumiam supplicem. Filia) uxore, mihi potius, quàm filio ducenda. ep. 14. lib. 4. fam. Nihil) noui. ibid. Alteram) mulierem. Fœdius) illa muliere. Adsum) ita breui sum uenturus, ut penè adsim. Coràm igitur) loquemur. Tuas) literas. Commotiunculis) febriculæ. epis. 1. h. l. συμπάσχω) condoleo. Perpurga) excusa apud Apuleium. ep. seq. Balbi) ep. 3. l. 7. Regia) magnifica, & digna Balbo, quem nunc Regem uocare possumus. epist. 19. l. 9. fam. Delegandi) epist. 3. h. l. Insula Arpinas) quæ est in Fibreno. l. 2. de legib. ἀποθέωσιν) relationem in Deos. ep. 13. l. 1. insula Arpinas, inquit, uideri potest ad Tulliæ ἀποθέωσιν maxime accommodata. ep. 19. h. l. & nihil adhuc de eius morte scriptum est, constat tamen his temporibus ex partu decessisse, ut dictum est episto. 18. l. 10. & ep. 9. h. l. Habere uideatur) esto, uideatur habere germanam ἀποθέωσιν, al. sed uereor, ne minorem τιμὴν habere uideatur: sed uereor, ne minoris æstimanda uideatur. ἐκγόνιμος est) quasi natiua est, et, ut inquit ipse. lib. 2. de legib. germana patria, & ob id possent homines illam minoris æstimare: ego uero Tulliæ rem uel carissimam cupio consecrare. al. γνώριμος, familiaris, eodem penè sensu. Igitur) quum hæc insula Arpinas sit ἐκγόνιμος. Attinus) est. In hortis) episto. 16. h. l.

CICERO ATTICO S. 8

DE EPICVRO, ut uoles: & si μεθαρμόζομαι in posterum. genus hoc personarum, incredibile est, quàm ea quidem requirant. ad antiquos igitur: ἀνεμέσητον γάρ. nihil habeo, ad te quod perscribam. sed tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas literas, non quo aliquid ex his expectem, sed nescio quomodo tamen expecto. quare siue habes quid, siue nihil habes, scribe tamen aliquid, teque cura. commouet me Attica, & si assentior Cratero. Bruti literæ scriptæ & prudenter, & amice, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. me hæc solitudo minus stimulat, quàm ista celebritas. te unum desidero. sed literis non difficilius utor, quàm si domi essem, ardor tamē ille urget, & manet, non mehercule indulgente me, sed tamen repugnante. Quod scribis de Apuleio, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo, & oppio, quibus quidem ille receperat, mihique etiam iusserat nuntiari, se molestum omnino non futurum. sed cura, ut excuser morbi

ſet. morbi cauſa in dies ſingulos. Lænas hoc receperat. prende C. Septimium, L. Statilium. denique nemo negabit ſe iuraturum, quem rogaris. quod ſi erit durius, ueniam, & ipſe perpetuum morbum iurabo: cum enim mihi carendum ſit conuiuijs, malo id lege uideri facere, quam dolore. Cocceium uelim appelles: quod enim dixerat, non facit. ego autem uolo aliquod emere latibulum perfugium doloris mei.

σχόλια

DE Epicuro) uel imitando, uel legendo, uel certe inducerdo, qui dolorem ſummum dicat malum. Tuſc. 2. Vt uoles) faciam, ut uoles tu, qui Epicuri, es ſtudioſus. lib. 5. de finib. μεθαρμόζομαι) mutor, accõmodor, nec amplius Academicorum, aut Stoicorum opinionem mordicus teneo ita, ut dolorem, quod illi faciunt, malum eſſe negem. Tuſc. 2. quum ego nunc grauiſsimum malum eſſe ſentiam. Perſonarum) Philoſophicarum, qualis eſt Epicuri perſona. Ea) quæ patior, uel potius quæ ſcribo, aut ſcribere cogito. Ad antiquos) ad antiquorum perſonas. Igitur) confugiendum: hoc eſt, antiquorum perſonæ ſunt inducendæ. ἀνεμέσητον γὰρ) non enim inuidioſum: inducere enim ueterum perſonas, nulla eſt inuidia. ep. 7. l. 16. nam ſecurus licet Aeneam, Rutulumque ferocem committas. & genus hoc ſermonum poſitum in hominum ueterum autoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcioquo pacto uidetur habere grauitatis. in Lælio. Commouet me Attica) cuius commotiunculis συμπάσχω. ep. ſup. Aſſentior) Atticam non ægrotare periculoſe. Cratero) medico. ep. ſeq. & Orat. Saty. 3. l. 2. Bruti) M. Bruti. Literæ) ex Aſia miſſæ. in Brut. ibi enim fortaſſe ſua curabat negotia, ep. 1. l. 6. uel potius eam prouinciam adminiſtrabat. epiſ. 22. h. l. Scriptæ & prudenter, & amice) his enim Brutus uſus & monere prudenter, & conſolari amiciſsime. in Brut. Solitudo) qua nihil eſt mihi amicius. ep. 10. h. l. Iſta) Romana. Vtor) in ſolitudine. ep. 10. h. l. Ardor) dolor. ep ſeq. Vrget) ibid. Sed tamen repugnante) quoad poſſum. epiſ. 10. h. l. alij, ſed tamen non repugnante. nam dolorem nec, ſi poſſem, minuere uellem. ep. 23. h. l. Apuleio) P. Apuleio, niſi me fallit cõiectura. Philip. 6. & 14. Balbo) ep. 3. l. 7. Oppio) ep. 10. l. 9. Ille) Apuleius. Excuſer) apud ipſum Apuleium. epiſt. ſeq. Morbi cauſa) nam diuturna eſt perturbatio totius ualetudinis in Brut. morbi uero erat excuſatio, ut docet ipſe orat. pro Mur. Gell. l. 20. cap. 1. autor ad Herenn. l. 2. & Iuriſconſultus L. Quæſitum. ff. de re iudicata. Hæc, Bartolo autore, uel per teſtes, uel per iuſiurãdum afferebatur. ſic L. Scipio Africanum excuſabat apud Liu. lib. 38. idque etiam apud Græcos fiebat ἐν τῇ μὴ οὔσῃ δίκῃ, ὁπόταν τὶς παρὰ διαιτηταῖς παραγραψάμενος, ὑπόμοσαι νόσον. Pollux. l. 8. In dies ſingulos) quoniam in perpetuum non placet. ep. 10. h. l. Lænas) Cn. Pompilius Lænas, qui tunc defenſus à Cicerone, eundem poſtea interfecit. Val. Max. l. 5. cap. 3. niſi prorſus fallor. C. Septimium) epiſ 24. l. 2. uel orat. poſt reditum in ſenat. Orat. & Catull. L. Statilium) L. Statilium Taurum. Iuraturum) ut teſtem. nam teſtes iurati dicebant. Aſcon. Verr. 3. Perpetuum morbum iurabo) perpetuo morbo ita laboraſſe iurabo, ut non potuerim adeſſe, quod cupit Apuleius. ſic ep. 1. l. 1. Carendum ſit) propter Tulliæ mortem. Lege) ſumptuaria, ut opinor, tunc à Cæſare moribus præfecto lata. ep. 15. l. 9. fam. ubi ſumptuariæ legis uerba penè recognoſces, quæ ſunt apud Macrob. l. 3. ſaturn. Dolore) ep. ſeq. Cocceium) Cocceium Neruam eius auum, qui poſtea Romæ imperauit. Orat. Saty. 5. l. 1. Appelles) ut Dolabellæ ſponſorem. epiſt. 14. l. 16. Non facit) non ſoluit. Latibulum) domum. epiſt. 15. l. 9. fam. uel hortos. ep. 16. h. l.

CICERO ATTICO S. 9

DE ME excuſando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. nihil eſſe negotij arbitror. quẽcunq; appellaris, nemo negabit. ſed Septimium uide, & Lænatem, & Statilium: tribus enim opus eſt. ſed mihi Lænas totum receperat. Quod ſcribis à Iunio te appellatum: omnino Cornificius locuples eſt: ſed tamen ſcire uelim, quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre, an ne pro filio: neque eo minus, ut ſcribis, procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem uidebis. Quod me ab hoc mœrore recreari uis, facis, ut omnia. ſed me mihi non defuiſſe tu teſtis es: nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab ullo eſt, quod ego non domi tuæ legerim. ſed omnem conſolationem uincit dolor. quin etiam feci, quod profecto ante nemo, ut ipſe me per literas conſolarer. quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij. affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem. totos dies ſcribo, non quo proficiam quid, ſed tantiſper impedior, non equidem ſatis (uis enim urget) ſed relaxor tamen, ad omniaq; nitor, non ad animum, ſed ad uultum ipſum, ſi queam, reficiendum: idque faciens, interdum mihi peccare uideor, interdum peccaturus eſſe, niſi faciam. ſolitudo aliquid adiuuat: ſed multo plus proficeret, ſi tu tamen intereſſes. quę mihi una cauſa eſt hinc diſcedendi: nam pro malis recte habebat. quãquam ipſum doleo: non enim iam in me idem eſſe poteris. perierunt illa, quæ amabas. De Bruti ad me literis ſcripſi ad te antea. prudenter ſcriptæ, ſed nihil, quod me adiuuarent. quod ad te ſcripſit, id uellem, ut ipſe adeſſet: certe aliquid, quoniam me tam

ualde amat, adiuuaret. quod si quid scies, scribas ad me uelim, maxime autem, Pansa quando. De Attica doleo. credo tamen Cratero. Piliam angi uetabat. Pro omnibus. Vale.

σχόλια



E me excusando) ep. sup. Apuleium) ibid. Literas) superiores. Negabit) se iuraturum. ep. sup. Septimum) ibid. Lænatem, & Statilium) ibid. Tribus) testibus, qui iurent me morbo laborasse. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο μαρτύρων, ἢ τριῶν ἵστησι πᾶν ῥῆμα, ut inquit Seruator. Receperat) ep. sup. Iunio) Flauio, legendum uidetur ex epist. 11. h. l. nisi forte Iunius, Flauius dicebatur, quod nondum legimus. Te) tanquam res meas curantem. Appellatum) de sponsione. ep. 11. h. l. Cornificius) pro quo spopondisse dicor. ibid. Locuples) ita, ut possit sine sponsoris molestia soluere. ibid. Quando) intellexit postea amplius annis XXV. spopondisse ibid. Patre) C. Cornificio. ep. 1. & 10. l. 1. Filio) Q. Cornificio. ep. 25. l. 12. fam. qui fuit Cæsaris Quæstor. Hirc. de bel. Alex. procuratores Cornificij) ut soluant. Apuleium) ep. sup. etsi alius uidetur esse. Prædiatorem) etsi scio, quid docti de prædiatore, & iure prædiatorio scribant, hic tamen is prædiator dici uidetur, apud quē bona prædia sint opposita, uel ad quē pertinent ita, ut in his possit esse liberalis. ep. 11. h. l. Videbis) appellabis. ibid. Mœrore) de Tulliæ. ep. 7. & 32. h. l. Facis) amice. Domi tuæ) nā domi meæ non poterā. ep. seq. & ep. 35. h. l. Ante nemo) al. ante me nemo. Per literas) ep. 23. h. l. per librum consolationis Tusc. 4. & l. 2. de Diuinat. siue de luctu minuendo, ep. 15. h. l. Esse talem) qualis hæc est: uel, esse talem, quæ possit dolorem leuare. Tantisper) dum scribo. Non ad animum) contra. ep. 15. h. l. Ad uultum ipsum) ne uidear aliorum uictoriam lugere, ut monuit etiam Sulpitius ep. 5. l. 4. fam. & ne gratia, & autoritas minuatur. ep. 35. h. l. præsertim quum desideretur, ut dissimulem. ep. 15. h. l. Peccare) in talem filiam, dans operam, ne eius morte dolere uidear: & iccirco dolorem nec, si possem, minuere uellem. ep. 23. h. l. Peccaturus) in Philosophiam, & in me ipsum, plus dolens, quàm mihi conueniat. Solitudo) epist. sup. & seq. Causa est) quod non uteres. Habebat) nos hic esse. Ipsum) nos simul hoc modo futuros. Idem) eodem modo affectus. Illa) ioci, facetiæ, sales, & reliqua id genus. Amabas) quippe quum & ipse cum paucis retineas gloriam antiquam Atticā. ep. 32. l. 7. fam. Bruti) M. Bruti. Scripsi ad te antea) ep. sup. Prudenter scriptæ) & amice. ibid. Me adiuuarent) quum lachrymas etiam attulerint. ibid. Scripsit) Brutus. Adesset) nam præsens adiuuaret. sic epist. 6. l. 4. fam. Scies) de Bruti aduentu. Pansa) ep. 6. l. 11. Quando) paludatus proficiscatur. ep. 21. & 22. h. l. & ep. 19. l. 15 fam. De Attica) de Atticæ febricula. ep. 1. h. l. Credo tamen Cratero) assentior. Cratero. ep. sup. Piliam angi uetabat. pro omnibus) al. Piliā angi uetabat id est mœrere pro omnibus. al. Piliam angi uetabat: is solitus est mœrere pro omnibus. quòd si quid mutandum est, ego libenter ita legerem: Piliam angi ueta: satis est me mœrere pro omnibus.

CICERO ATTICO S. 10



PVD *Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser, uidebis. in hac solitudine careo omnium colloquio: cumque, mane me in syluam, abstrusi densam, & asperam, non exeo inde ante uesperum. secundum te, nihil est mihi amicius solitudine. in hac mihi omnis sermo est cum literis. cum tamē interpellat fletus: cui repugno, quoad possum: sed adhuc pares non sumus.* Bruto, *ut suades, rescribam. eas literas cras habebis. cum erit cui des, dabis.* Te *tuis negotijs relictis nolo ad me uenire: ego enim potius accedam, si diutius impediere: & si ne decessissem quidem è conspectu tuo, nisi me planè nihil ulla res adiuuaret. quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te uno: & cum primum ab aliquo poterit esse, à te erit. nūc tamen ipsum sine te esse non possum: sed nec tuæ domui probatur, nec meæ poteram: nec, si propius essem uspiam, tecum tamen essem: idem enim te impediret, quo minus mecum esses, quod nunc etiam impedit.* Vale.

σχόλια



PVD Apuleium) ep. 8. h. l. Non placet) excusare, uel iurare. ibid. In dies) in dies singulos. ibid. Excuser) ibid. et ep. sup. Solitudine) ibid. Sermo est) quū totos dies scribam. ibid. Literis) quibus non difficilius utor, quàm si domi essem. ep. 8 h. l. Eum) sermonem. Cui repugno) ep. 8. h. l. Pares non sumus) nam consolationē uincit dolor. ep. sup. Bruto) Bruti literis. ep. 8. h. l. Nunc tamen ipsum) hoc tamen ipso tempore. ep. 35. h. l. & ep. 4 l. 10. alij, nunc tamen ipse. Tuæ domui) al. tuæ domi, ut ep. sup. Probatur) al. probabatur, scilicet diutius esse, ne forte molestus esse, etsi domus tua leuabat. ep. 35. h. l. Nec meæ poteram) esse, Tulliæ recordatione, quæ me à Rep. mœstum solebat excipere. episto. a. lib. 4 fam. uel Terentiæ iniuria. epist. 14. l. 4. fam. Idem) eadem negotiorum procuratio, uel idem mœror. impedit) nec mecum sis.

CICERO ATTICO S. 11



IHI *adhuc nihil aptius fuit hac solitudine: quam uereor, ne* Philippus *tollat: heri enim uesperi uenerat. me scriptio, & literæ non leniunt, sed obturbant.* Martianus *ad me scripsit, me excusatum esse apud* Apuleium *à* Laterensi, Nasone, Lænate, Tor-

q uato

quato, Strabone. his uelim meo nomine reddendas literas cures, gratum mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV. spopondisse dicit Flauius, & si reus locuples est, et Apuleius prædiator liberalis, tamen uelim des operam, ut inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita: mihi enim ante Aedilitatem meam nihil erat cum Cornificio. potest tamen uideri. sed scire certum uelim, & appelles procuratores, si tibi uidetur: quanquam quid ad me? uerũtamẽ. Pansæ profectionẽ scribes, cũ scies. Atticam saluere iube, & eã cura obsecro diligenter. Piliæ salutẽ. Vale.

σχόλια



MIHI adbuc) ita dolenti. Aptius) amicius. ep. sup. Solitudine) epist. 8. h. l. Philippus) quem Amyntæ filium uocaui ep. 7. h. l. Tollat) obturbet. ep. seq. Venerat) in proximam uillam. ep. 11. l. 14. Scriptio) qua totos dies utor. ep. sup. Non leuant) nihil enim proficio. ibid. Martianus) epist. 43. h. l. Excusatum esse) ut cupiebam. ep. 8. h. l. Apuleium) ibid. Laterẽsi) ep. 18. l. 2. Nasone) P. Nasone. Phi. p. 3. Lænate) ep. 8. h. l. Torquato) A. Torquato, quãuis Athenis illis temporibus fuisse uideatur. ep. 1. 3. & 4. l. 6. fam. iam tamen fuerat reuocatus, quod de L. Torquato fortasse dici nõ potest. ep. 20. l. 13. Strabone) M. Lenio Strabone. ep. 21. l. 5. & Varr. l. 3. cap. 5. de re rust. Reddendas literas cures) ut ep. 2. & 7. l. 11. Cornificio) ep. 9. h. l. Annis XXV.) hoc scripserat Atticus à Cicerone rogatus ibid. Flauius) fœnerator, ut multi putant. Orat. Saty. 6. l. 1. siue L. Flauius, ep. 15. l. 1. siue C. Flauius diceretur. Nep. in Attic. Reus) Cornificius debitor. Locuples) ut timendum non sit, ne cogar ipse soluere. ep. 9. h. l. Apuleius prædiator) ibid. Sit ne ita) quòd ego abhinc amplius anis XXV. pro Cornificio spoponderim. Aedilitatem) quam cum M. Cæsonio gessi, Q. Hortensio, & Q. Metello Coss. an. ab V. C. 685. nunc uero Coss. sunt Cæsar, & Fabius Maximus an. ab V. C. 709. ita, ut uerum esse non possit, quod dicit Flauius, me abhinc amplius annis XXV. spopõdisse, quum ne integri quidem anni XXV. cũ anno Aedilitatis ad hanc diem numerari possint. Nihil) commercij, & iccirco me spopondisse pro eo uerisimile non est. Cornificio) quem iudicem in Verris iudicio Aedil. Des. habui. Verr. 2. Videri) credi ita esse: uel animaduerti à te. al. cæteri, quæ notæ fuisse uidentur. Appelles) uideas ep. 9. h. l. Procuratores) Cornificij. ibid. Quid ad me?) quum, ut colligitur ex annis, non spoponderim, & ipse locuples sit ita, ut possit soluere? Verũtamen) uide. sic ep. 12. l. 14. Pansæ profectionem) ep. 9. h. l. Eam) Atticam ægrotantem. ep. 1. h. l. Piliæ) uxori tuæ. Salutem) dic.

CICERO ATTICO S. 12



DVM recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. quod uelim mihi ignoscas, eiusmodi est: etenim habeo nonnullos ex ijs, quos nunc lectito, auctores, qui dicant fieri id oportere, quod sæpe tecum egi, & quod à te approbari uolo, de fano illo dico, de quo tantum, quantum me amas, uelim cogites. equidem neque de genere dubito, placet enim mihi Cluatij: neque de re, statutum est enim: de loco nonnunquam. uelim igitur cogites. ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingenijs scriptorum & Græcorum, & Latinorum. quæ res forsitan sit refrigeratura uulnus meum. sed iam quasi uoto quodam, & promisso me teneri puto: longumq; illud tempus, cum non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum uidetur: habeo enim nihil, tentatis rebus oĩbus, in quo acquiescam: nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebã dolores meos: nũc oĩa respuo, nec quicquã habeo tolerabilius, q̃ solitudinẽ: quã (quod eram ueritus) nõ obturbauit Philippus: nã, ut heri me salutauit, statim Romã pfectus est. Epistolã, quã ad Brutũ, ut tibi placuerat, scripsi, misi ad te, curabis cũ tua pferendã. eius tñ misi ad te exẽplũ, ut, si minus placeret, ne mitteres. Domestica q̃ ais ordine administrari, scribes, quę sunt ea: quãdam enim expecto. Cocceius uide ne frustretur: nam Libo quod pollicetur, ut Eros scribit, non incertum puto de sorte mea. Sulpitio confido, & Egnatio scilicet. de Apuleio quid est, quod labores? cum sit excusatio facilis. tibi ad me uenire, ut ostendis, uide, ne non sit facile: est enim longum iter, discedentemq; te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimittam. sed omnia, ut uoles: ego enim, quicquid feceris, id cum recte, tum etiam mea causa factum putabo. Vale.

σχόλια



DVM recordationes) miseriarum. Refugio) ne te admonens, mei doloris magis recorder. A te admonendo) ne doleas, quod Attica ægrotet, uel ut fano locum pares. Mihi ignoscas) meas ineptias fatenti. epist. 29. h. l. Eiusmodi) al. cuimodi. Nõnullos) ut fortasse Crantorem, Platonem, et Demostenem, qui in epitaph. ita scribit: τοὺς καλῶς τετελευτηκότας δεῖ τιμᾶν, ἵν' ἣν ζῶντες ἐκτήσαντο εὐδοξίαν, αὕτη καὶ ταύτην

λευτηκόσιν αὐτοῖς ἀποδοθείη: quasi de his, qui in bello perierint, loquatur. Lectito) in hac solitudine. ep. 8. h. l. Fieri id oportere) ut εὐδοξία αὐτοῖς ἀποδοθείη: mihi uero præterea erit leuatio quædam si minus doloris. at officij debiti, ep 18. h. l. Fano) quod Tulliæ fieri uolo. ep. 29. h. l. Cluatij) Fanum, quod Cluatius fecit, ep. 30. h. l. Nonnunquam) dubito: Illam) Tulliam? Promisso) hinc uocat officium debitum. ep. 18. h. l. Tractabam) uolens me per literas consolari. ep. 9. h. l. Scripsi) ibid. Fouebam) nam de luctu cogitarem, necesse erat, dum de luctu minuendo scriberem. epist. 15. h. l. Tolerabilius) amicius. ep. 10. h. l. Solitudinem) ep. 8. h. l. Eram ueritus) ep. sup. Non obturbauit) non sustulit. ibid. Philippus) ibid. & ep. 7. h. l. Brutum) M. Brutum. Tibi placuerat) & ob id, ut rescriberem, suaseras. ep. 10. h. l. Misi) ut promisseram. ibid. Perferendam) ad M. Brutum. Eius) meæ epistolæ. Cocceius) ep. 8. h. l. Frustretur) non faciens, quod dixit. ibid. Libo) ep. 11. l. 7. sed nūc reuocatus. Eros) ep. 15. l. 10. De sorte mea) de iudicatu meo. ep. 14. h. l. Sulpitio) Ser. Sulpitio iam ex Achaia reuerso. episto. 4. lib. 6. fam. Egnatio) episto. 15. lib. 10. Apuleio) epis. 8. h. l. Excusatio) ibid. Ad me uenire) episto. 10. h. l. Discedentemque) postea à me. Faciendum) propter & mea, & tua negotia. episto. 10. h. l. Dumtaxat) sic de fratre episto. 9. l. 3. Sed omnia) facies.

CICERO ATTICO S. 13

HERI, *cum ex aliorum literis cognouissem de Antonij aduentu, admiratus sum nihil esse in tuis: sed erant pridie fortasse scriptæ, quàm datæ. neque ista quidem curo. sed tamen opinor propter prædes suos accucurrisse. Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui: primum tibi persuade, me istæc non curare, neque esse quicquam aut paruæ curæ, aut nouæ loci: sed tamen quid simile? illa eos non adhibuit, quos existimauit quæsituros, nisi scissent, quid esset. num id etiam mihi periculi fuit? sed tamen faciat illa, quod ego. dabo meum testamentum legendum cui uoluerit. intelliget non potuisse honorificentius à me fieri de Nepote, quàm fecerim. nam quod non aduocaui ad obsignandum: primum mihi non uenit in mentem: deinde ea re non uenit, quia nihil attinuit. tute scis, (si modo meministi) me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres: quid enim opus erat multis? equidem domesticos iusseram. tum tibi placuit, ut mitterem ad Silium. inde est natum, ut ad Publium. sed necesse neutrum fuit. hoc tu tractabis, ut tibi uidebitur. est hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circæis aspici possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo hæc stabunt) illud quasi consecratum remanere possit. equidem iam nihil egeo uectigalibus, & paruo contentus esse possum. cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maxime: nihil enim uideo, quod tam celebre esse possit: sed quos, coràm uidebimus, ita tamen, ut hac æstate fanum absolutum sit. tu tamen cum Apella Chio confice de columnis.*

σχόλια


HERI) sic, heri uesperi ep. 11. h. l. Antonij) M. Antonij. Aduentu) ex Gallia, per cuius municipia, & colonias Antonius cucurrit, Consulatum petiturus. Philip. 2. uel Narbone. ibid. Prædes suos) pro bonis Pompeij datos. ibid. Accurrisse) Antonium, ne L. Plancus prædes uenderet. ibid. Loqui) & queri. Paruæ) si conferatur cū ea, qua nunc afficior. Nouæ) cum uetus me penè totum conficiat. Quid simile?) inter mei, & illius testamenti obsignatores? Eos) obsignatores. Quid esset) scriptum in testamento. al. quis esset. Mihi) meum testamentum facienti: Periculi fuit?) ne obsignatores mei testamenti non quærerent, quid esset? Illa) Terentia. Quod ego) faciam. Nepote) cui Nepoti cognomen est, ut multi uolunt, ep. 6. l. 16. ego tamen nepotē significari crediderim, qui futurus esset ex filio, uel qui iam natus esset ex filia. epist. 18. l. 10. in testamentis enim nepotum mentio fieri solet, ut Terentia uidetur optasse. Non aduocaui) ipsam Terentiam. Adduceres) tanquàm testes. Iusseram) adesse. Silium) ep. 1. l. 6. & ep. 19. h. l. Publium) ep. 23. h. l. Necesse neutrum fuit) aduocare. Hic) Asturæ, quò sum à te profectus. ep. 35. h. l. Locus) in quo fanum possit ædificari. In mari ipso) Astura enim flumen, et insula est. Plin. l. 3. cap. 5. Antio) ep. 6. l. 2. Circæis) Plin. l. 3. cap. 5. Mutatione dominorum) ep. 29. h. l. Illud) fanum. Remanere possit) ne, quod fieri solet, noui domini euertant. Vectigalibus) priuatis, ut ep. 20. h. l. Interdum) quum nonnūquam de loco dubitem. ep. sup. Trans Tyberim) ep. 19. h. l. ibi enim erant pulcherrimi horti. episto. 15. l. 15. Hortos) in quibus fanum ædificem. Tam celebre) quàm fanum trans Tyberim ædificatū, sicut ego cupio. nam sequor celebritatem. ep. 22. h. l. Sed quos) parare cogitem, uel debeam. Hac æstate) ep. 37. h. l. Apella) colūnarum artifice. Chio) marmor enim Chium nobile, & artifices nobiles. Plin. l. 36. cap. 5. & 6.

CICERO ATTICO S. 14



ECOCCEIO, & Libone quæ ſcribis, approbo, maxime, ꝙ de iudicatu meo reſponſum ſit. ſiquid perſpexeris, & tamen quid procuratores Cornificij dicant, uelim ſcire, ita, ut in ea re te, cum tam occupatus ſis, non multum operæ uelim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conſcripſit, idq; tibi placuiſſe ne perturbarer. illis egi gratias. te tamen, ut iam ante ad te ſcripſi, ſcire uolo, me neque iſto nuntio eſſe perturbatum, nec iam ullo perturbatum iri. Panſa ſi hodie, ut putabas, profectus eſt, poſthac iam incipito ſcribere ad me, de Bruti aduentu quid expectes, id eſt quos ad dies. id, ſi ſcies ubi iam ſit, facile coniectura aſſequere. Quod ad Tironem de Terentia ſcribis, obſecro te mi Attice ſuſcipe totum negotium. uides & officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius, &, ut nonnulli putant, Ciceronis rem. me quidem id multo magis mouet, ꝙ mihi eſt & ſanctius, & antiquius præſertim cum hoc alterum neque ſincerum, neque firmum putem fore.

σχόλια



E Coccio) ep.8.h.l. Libone) ep.11.h.l. De iudicatu meo) de ſorte mea. ibid. ut loco meo inter Senatores iudicem. orat. pro dom. & ep.5.l.13. atq; idipſum lege Plotia, qua Senatores iudicabant cum alijs. Aſcon. in orat. pro Cornel. quot uero eſſent iudices ep.25.l.8. nec uacationẽ Augures, quominus iudicijs operã darent, hẽbãt. in Brut. Siquid perſpexeris) ſcribito, quamuis hoc illud, quod de iudicatu rñſum eſt, eſſe uideatur. Procuratores Cornificij) ep.9.h.l. Dicant) de ſoluendo. ibid. Velim ponere) quum non multum ad me pertineat. ep.11.h.l. Antonio) ep. ſup. Balbus) ep.3.l.7. Oppio) ep.10.l.9. Placuiſſe) ut conſcriberet. Scripſi) præſertim. ep. ſup. Eſſe perturbatum) quum iſta non curem. ibid. Panſa) ep.6.l.11. Profectus eſt) paludatus. ep.11.h.l. Bruti) M. Bruti. Aductu) ex Aſia prouincia. ep.22. h.l. Tironem) ep.2.l.7. Terentia) ep. ſup. Ciceronis) filij hæredis futuri.

CICERO ATTICO S. 15



ON dum uideris perſpicere, ꝗ me nec Antonius commouerit, nec quicquam iam eiuſmodi poſſit commouere. De Terentia autem ſcripſi ad te ijs literis, quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque à cæteris deſiderari ſcribis, ut diſſimulem me tam grauiter dolere: poſſum ne magis, ꝙ totos dies conſumo in literis? quod & ſi non diſſimulationis, ſed potius leniendi, & ſanandi animi cauſa facio, tamen, ſi mihi minus proficio, ſimulationi certe facio ſatis. minus multa ad te ſcripſi, ꝙ expectabam tuas literas ad eas, quas ad te pridie dederam. expectabam autem maxime de fano, non nihil etiam de Terentia. uelim me facias certiorẽ proximis literis, Cn. Cepio Seruiliæ Claudij pater uiuo ne patre ſuo naufragio perierit, an mortuo, item Rutilia uiuo ne C. Cotta filio ſuo mortua ſit, an mortuo. pertinet ad eum librum, quem de luctu minuendo ſcripſimus. Legi Bruti epiſtolam, eamque tibi remiſi, ſanè non prudenter reſcriptam ad ea, quæ requieſieras. ſed ipſe uiderit. quanquam illud turpiter ignorat. Catonem primum ſententiam putat de animaduerſione dixiſſe, quam omnes ante dixerant, præter Cæſarem. & cum ipſius Cæſaris tam ſeuera fuerit, qui tum prætorio loco dixerit: conſularium putat leniores fuiſſe, Catuli, Seruilij, Luculorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellij, Volcatij, Figuli, Cottæ, L. Cæſaris, C. Piſonis, etiam M. Atilij Glabrionis, Syllani, Murenæ, deſignatorum Conſulum. cur ego in ſententiam Catonis? quia uerbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. me autem hic laudat, ꝙ retulerim, non ꝙ patefecerim, ꝙ cohortatus ſim, ꝙ deniq; ante, ꝗ cõſulerẽ, ipſe iudicauerim. quæ oĩa quia Cato laudibus extulerat in cœlum, perſcribendaq; cenſuerat, iccirco in eius ſententiam eſt facta diſceſſio. hic autem ſe etiam tribuere multum mihi putat, quòd ſcripſerit, optimum Conſulem: quis enim ieiunius dixit inimicus? ad cætera uero tibi quemadmodum reſcripſit? tantum rogat de S.C. ut corrigas. hoc quidẽ feciſſet, etiã ſi Ranio admonitus eſſet. ſed hæc iterũ ipſe uiderit.

σχόλια



ONDVM uideris perſpicere) quamuis ſcripſerim ep. ſup. Antonius) ep.13.h.l. Poſſit commouere) quum iſta non curem. ibid. Terentia) ibid. Iis literis) ſuperioribus. Diſſimulem) ne uidear aliorum uictoriam lugere. ep.9.h.l. Dolere) Tulliæ morte. Poſſum ne magis) diſſimulare. Totos dies) ep.9.h.l. Conſumo in literis) ep.9. & 10.h.l. Sanandi animi) contra ep.9.h.l. Fano) ep.12.h.l. Facias certiorem) ſic ep.5.h.l. Cn.

Cæpio Seruiliæ Claudij pater)historia quærenda. Rutilia)P.Rutilij soror. in Brut. C.Cotta) oratore. in libris oratorijs, & in Brut. Mortua sit) mortuo mortua est, quippe quæ illum in exilium sit secuta, & postea reductum fortiter amiserit. Senec.ad Albinam cap.16.quod mirum est Ciceronem quæsisse, quum in libris oratorijs iampridem scripsisset, Cottam ipsum sibi sermonem illum retulisse: quin Atticus etiam dubitabat ep.17.h.l.quum tamen uterque & Cottam, & Rutiliam uidisset. De luctu minuendo)de consolatione.ep.9.h.l. Bruti)M.Bruti. Epistolam)ad te missam. Ipse)Brutus. Ignorat)quum sit sororis filius.sic Metellum accusat.ep.1.l.6. Catonem)M.Catonem auunculum suum.ep.21.l.5. Animaduersione)in coniuratos. Cæsarem)C.Iulium Cæsarem,cuius oratio legitur apud Sallust. Seuera)sententia,quæ mortis pœnam remouet, cæterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur.orat.4.in Catil. Prætorio loco dixerit)ut Præt.Des.Suet. & quidem ante Catonem. Sallust. Leniores)sententias. Catuli)Q..Luctatij Catuli filij, qui me parentem patriæ nominauit, orat.in Pis.quique cum M.Aemylio Lepido Cos.fuit sic ferè Philip.2. Seruilij)P.Seruilij Vatiæ Isaurici,qui cum Ap.Claudio Pulchro Cos.fuit.orat. de resp. Lucullorum)L.& M.quorum L.cum M.Aurelio Cotta, M.uero cum C.Cassio Varro Cos. fuit. Curionis) C.Scribonij Curionis, qui cum Cn.Octauio Cos.fuit. Torquati) L.Manlij Torquati, qui cum L.Aurelio Cotta iterum Cos.Consul fuit. Gellij)L.Gellij Publicolæ,qui cum Cn.Cornelio Lentulo Cos.fuit. Volcatij)ep.1.l.8. Figuli)epis.2.l.1. L.Cæsaris)ibid. C.Pisonis) qui fuit Cos.cum M. Attilio Glabrione. Syllani)D.Iunij Syllani.orat.4.in Catil. & Sallust. Murænæ)pro quo extat oratio. Cur ego) al. cur ergo. In sententiam)discessionem feci,siue S.C.factum est sic ep.1.l.4. Verbis)oratione,quæ legitur apud Sallust. Rem eandem)puniendos esse coniuratos. Comprehenderat)Cato hic)Brutus,uel hoc loco. Retulerim)de coniuratione. Patefecerim)coniurationem. Cohortatus sim)S.P.Q .R. Consulerem)senatum. Iudicauerim)penè censuerim coniuratos puniēdos,ex his,quæ prius Senatus decreuerat.orat.4.in Catil. Eius)M.Catonis. Hic autem)M.Brutus. Optimum Consulem)me. Rogat)Brutus. Ramo)al.Tyrannio,epist.2.h.l.hoc est,Tyrannio hoc etiam fecisset,si admonitus esset:solet tamen ita loqui Cicero,fecisset etiam Tyrannio, si admonitus esset: non autem, fecisset, etiam si Tyrannio admonitus esset.al.rario: fortasse,raro,uel,rarius,scribendum:nisi malit quis legere, camo admotus esset,hoc sensu:hoc dixisset Brutus,etiam si camum habuisset,quod uerbum Plautus usurpat:& græce κημὸς dicitur. τὸ γὰρ ὅλῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου περιτιθέμενον χαλκοῦν ἠθμοειδές, κημὸς καλεῖται, ut scribit Pollux. & in psalmis ita legitur: ἐν κημῷ, καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις: quidam camum etiam uertunt,ut rectè scriptum esse uideatur ep.31.l.13.etiam si camum haberes:ubi tamen uidetur nomen proprium, ut item epist. 32.l.15. Iterum)nam paulò ante idem dixerat.

CICERO ATTICO S. 16

DE hortis,quoniam probas,effice aliquid.rationes meas nosti. si uero etiam à Faberio recedit,nihil negotij est. sed etiam sine eo posse uideor contendere.uenales certe sunt Drusi, fortasse et Lamiani,& Cassiani. sed corām. De Terentia non possum commodius scribere,quàm tu scribis.officium sit nobis antiquissimum. siquid nos fefellerit, illius malo me,quàm mei pœnitere. Ouiæ C.Lolij curanda sunt HS C.negat Eros posse sine me, credo,quòd accipienda aliqua sit,& danda æstimatio.uellem tibi dixisset: si enim res est,ut mihi scribit, parata,nec in eo ipso mentitur,per te confici potuit.cognoscas, & conficias,uelim. Quod me in forum uocas,eò uocas,unde etiam bonis meis rebus fugiebam:quid enim mihi cum foro sine curia? in oculos incurrētibus ijs,quos æquo animo uidere non possum? Quod autem homines à me postulare scribis,ut Romæ sim,neq; mihi,ut absim cōcedere,aut quatenus eos mihi concedere:iam pridē scito esse,cum unum te pluris, quàm omneis illos putem.ne me quidem contemno,meoq; iudicio multo stare malo,quàm omnium reliquorum: neque tamen progredior longius, quàm mihi doctissimi homines concedunt,quorum scripta omnia,quæcūque sunt in eam sententiam,non legi solum(quod ipsum erat fortis ægroti,accipere medicinam) sed in mea etiam scripta transtuli,quod certe afflicti,& fracti animi non fuit.ab his me remedijs noli in istam turbam uocare,ne recidam. Vale.

σχόλια

DE hortis)ubi fanum ædificem.ep.12,h.l. Probas) & mihi ignoscis, ut uolebam.ibid. Effice aliquid)ut hortos emamus.ep.seq. Rationes)nummorum. Nosti)ita ut scias,quanti possim emere. Faberio)Q..Faberio. ep.24.h.l.& ep.7.l.13. Recedit)res cedit,uel,accedit puto legendum. Nihil negotij est) nam si res Faberiana certa sit,quod uolumus consequemur.ep.35,h.l. Sine eo)sine eo Faberio,uel,sine eo,quod Faberius debet. Contendere) quacunque ratione.ep.24.h.l. Drusi)horti.de Druso ep.15.l.4 & ep.seq. Lamiani)horti.epis.seq. Cassiani) horti. Ouiæ)fœminæ.nam fœminæ ferè semper familiæ nomen retinebāt. Ouij uero etiam fuere,unde M.Ouius in ueterum monimentis legitur:et ep.1.l.16.de Ouia etiam ep.19.h.l. C.Lolij)uxori.al.Lollij.ep.2.l.2. Eros)ep.15.l.10. Accipienda) sic ep.16.l.9.fam.& ep.21.l.5.fam.in æstimationem etiam accipere.epist.8.l.13.fam.& accipienda quidem à debitoribus, &

danda creditoribus, ut Cæsar iterum Cos. constituerat. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Aestimatio) alicuius possessionis. Cæs. ibid. Dixisset) Eros. Scribit) Eros. Per te) etiam sine me. Fugiebam) cupiens artem desinere. epist. 1. l. 7. fam. Cum foro sine curia?) al. cum foro sine iudicijs? sine curia? Iis) Antonio, & reliquis Cæsarianis. Homines) quosdam. epist. 33. h. l. Quatenus cos) nisi, quatenus Cos. hoc est, quatenus Consulari, legas: uel, quatenus, quasi quadantenus interpreteris, uerbum desideres, necesse est. Progredior) dolendo. In eam sententiam) de minuendo luctu. ep. sup. Legi) ep. 9. h. l. In mea etiam scripta) de consolatione. ibid. Remedijs) literarum, & solitudinis. ep. 9. & 10. h. l. Ne recidam) in mœrorem.

CICERO ATTICO S. 17

DE Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me indulgentiam: ista enim sunt ipsa uulnera, quæ non possum tractare sine maximo gemitu. moderare igitur quæso, ut potes: neque enim à te plus, quàm potes, postulo. potes autem, quid ueri sit, perspicere tu unus. De Rutilia, *quoniam uideris dubitare, scribes ad me, cum scies: sed quamprimum, num* Clodia D. Bruto *consulari filio suo mortuo uixerit. id de* Marcello, *aut certe de* Posthumia *sciri potest, illud autem de* M. Cotta, *aut de Syro, aut de Satyro.* De *hortis etiam, atque etiã rogo. omnibus meis, eorumq́;, quos scio mihi non defuturos, facultatibus, sed poterò meis, enitendum mihi est. sunt etiam, quæ uendere facile possim. sed, ut non uendam, eiq; usuram pendam, à quo emero, non plus annũ possum assequi, quod uolo. si tu me adiuuas, paratissimi sunt* Drusi: *cupit enim uendere. proximos puto* Lamiæ: *sed abest. tu tamen, siquid potes, odorare. ne* Silius *quidem quicquam utitur, & ijs usuris facillime sustentabitur. habe tuum negotium, nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid uelim, existima.* Vale.

σχόλια

DE Terentia) ep. 13. h. l. Rutilia) ep. 15. h. l. Dubitare) uiuo ne C. Cotta filio suo mortua sit, an mortuo. Clodia) historiam quære. D. Bruto) D. Bruto Iuliano. Consulari) Cos. enim fuit cum M. Aemylio Mamerco. in Brut. Id) de Clodia. Marcello) ep. 13. l. 10. cuius mater uidetur fuisse Iunia, de qua scire ipse potuit. ep. 8. & 9. l. 15. fam. Posthumia) ep. 7. h. l. Illud) de Rutilia. M. Cotta) ut C. Cottæ, cuius mater fuit Rutilia, propinquo, & fortasse harum rerum studioso, ep. 42. l. 13. atque is est, nisi fallor, qui belli ciuilis initio Sardiniam obtinuit. Cæs. l. 1. de bel. ciu. Syro) ep. 18. l. 15. Satyro) ep. 1. l. 1. Hortis) ep. sup. Potero meis) etiã sine Faberio. ibid. Sunt etiam) ut uoluptuariæ possessiones. ep. 20. h. l. Assequi) id: nõ possum habere hortos sine molestia plus annũ etiã cũ usura, nisi quod iis totũ soluero. Drusi) horti. ep. sup. Cupit. n. uẽdere) ep. 31. h. l. Proximos) hortos. Lamiæ) ep. sup. & ep 24. h. l. & ep. 8. l. 5. Abest) Lamia. Silius) ep. 20. h. l. Vtitur) hortis. Iis usuris) quas illi pẽdã. ep. 20. h. l. Habe tuũ negotiũ) habe hoc ut tuũ negotiũ: nisi placeat: habe tu negotiũ.

CICERO ATTICO S. 18

PVTARAM *te aliquid noui, quòd eiusmodi fuerat initium literarum, quamuis non curarem, quid in* Hispania *fieret, tamen te scripturum. sed uidelicet meis literis respondisti, ut de foro, & de curia. sed domus est, ut ais, forum. quid ipsa domo mihi opus est carenti foro? occidimus, occidimus* Attice, *iam pridem nos quidem, sed nunc fatemur, posteaquam unum, quo tenebamur, amisimus. itaque solitudinem sequor. & tamen, siqua me res istò abduxerit, enitar, si quo modo potero (potero autem) ut præter me nemo dolorem meum sentiat, si ullo modo poterit, ne tu quidem. atque etiam illa causa est non ueniendi. meministi, quid ex te* Atedius *quæsierit. quin etiam nunc molesti sunt. quid existimas, si uenero?* De Terentia *ita cura, ut scribis, meq́; hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. &, ut scias me ita dolere, ut non iaceam, quibus* Consulibus Carneades, *& ea legatio* Romam *uenerit, scriptum est in tuo annali. hæc nunc quæro, quæ causa fuerit: de* Oropo *opinor: sed certum nescio: & si ita est, quæ controuersiæ præterea, qui eo tempore nobilis* Epicureus *fuerit* Athenis, *qui præfuerit hortis, qui etiam* Athenis πολιτικοὶ *fuerint illustres, quæ etiam ex* Apollodori *puto posse inueniri.* De Attica *molestum: sed quoniam leuiter, rectè esse confido.* De Magala *dubium mihi non erat: unde enim tam felix* Ligus *pater? nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, quæ uolo, leuari non possum.* De Drusi *hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, &, ut opinor, heri ad te scripseram:*

ſed quanti quanti, bene emitur, quod neceſſe eſt. mihi, quoquo modo tu exiſtimas (ſcio enim ego ipſe, quid de me exiſtimem) leuatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officij debiti.

σχόλια

PVTARAM) quum tuas literas legere cepiſſem. Literarum) tuarum. Non curarem) ego Cicero potius, quàm ego Atticus. Pieret) inter Cæſarem, & Pompeij filios. Meis literis) 16. h. l. De foro) quò me uocabas. ibid. De curia) ibid. Domus) noſtra. Occidimus, occidimus) παλιλογία. Vnum) Tulliam. Quo tenebamur) & quò confugiebamus. ep. 6. l. 4. fam. Solitudinem) ep. 10. h. l. Iſtò) Romam. Atedius) al. Aledius. ep 22. h. l. Etiam nunc) quum abſim. Terentia) ep. 13. h. l. Acceſsione non maxima) imò iſta uulnera non poſſum tractare ſine maximo gemitu. ep. ſup. quare negatio hoc loco uidetur delenda. Quibus Conſulibus) P. Cornelio Scipione Naſica & M. Claudio Marcello, an. ab urb. c. 599. Acad. quæſt. l. 2. Carneades, & ea legatio) Carneades, Critolaus, & Diogenes. l. 2. de orat. Tuo annali) quo magiſtratus ornaſti. Nep. in uita. Cauſa fuerit) legationis De Oropo) de multa propter Oropi uaſtationem irrogata. Gell. l. 7. cap. 14. & Plutar in Cat. Cens. Hortis) Hermacho, & ſucceſſoribus ab Epicuro teſtamento relictis. Laert. πολιτικοὶ) Reip. moderatores. Apollodori) chronicis. nam τὰ χρονικὰ ſcripſit. Laert. in Carnead. & κηποτύραννος eſt uocatus. idem Laert. in Epicur. al. Apollodoro. Leuiter) ægrotat. ep. 1. h. lib. Magala) al. Gemala. Ligus) fortaſſe additamentum inimicorum Ciceronis, orat. pro Seſt. uel amicus. ep. 6. l. 14. Druſi) ep. 16. h. l. Scripſeram) ep. ſup. cupit enim uendere. Exiſtimas) qui nō ualde probas. ep. 38. h. l. ſed modice. ep. 16. h. l. Exiſtimem) quam, ut mihi ignoſcas, petam. ep. 12. h. l. Officij debiti) quaſi ex uoto, & promiſſo. ibid. al. officij, & debiti.

CICERO ATTICO S. 19

AD SICCAM *ſcripſi, quòd utitur* L. Cotta. *ſi nihil conficeretur de* Tranſtyberinis, *habet in* Oſtienſi Cotta *celeberrimo loco, ſed puſillum loci. ad hanc rem tamen plus etiam ſatis. id uelim cogites. nec tamen iſta pretia hortorum pertimueris. nec mihi argento iam, nec ueſte opus eſt, nec quibuſdam amœnis locis: hoc opus eſt. uideo etiam, à quibus adiuuari poſſim. ſed loquere cum Silio: nihil enim eſt melius. mandaui etiam Siccæ. reſcripſit, conſtitutum ſe cum eo habere, ſcribat igitur ad me, quid egerit, & tu uidebis.* Bene fecit A. Silius, *qui tranſegerit: neque enim ei deeſſe uolebam, & quid poſſem, timebam.* De Ouia *conſice, ut ſcribis.* De Cicerone *tempus eſſe iam uidetur: ſed quæro, quod illi opus erit* Athenis, *permutari ne poſſit, an ipſi ferendum ſit: de totaque re, quemadmodum, & quando placeat, uelim conſideres.* Publius *iturus ne ſit in* Africam, *& quando, ex* Atedio *ſcire poteris. quæras, & ad me ſcribas, uelim: &, ut ad meas ineptias redeam, uelim me certiorem facias,* P. Craſſus Vinuliæ *filius uiuo ne* P. Craſſo *conſulari patre ſuo mortuus ſit, ut ego meminiſſe uideor, an poſt. item quæro de* Regillo Lepidi *filio, recte ne meminerim patre uiuo mortuum.* Cuſpiana *explicabis, itemque* Pretiana. De Attica *optime: & ei ſalutem dices, &* Piliæ.

σχόλια

SICCAM) ep. 19. l. 8. L. Cotta) qui fuit Cos. cum L. Manlio Torquato. Tranſtyberinis) hortis. ep. 13. h. l. Habet in Oſtienſi) habet in Oſtienſi agro. Ad hãc rem) ad fanum. ep. 12. h. l. Plus etiam ſatis) al. plus etiã, quàm ſatis. Argento) uaſis argenteis, ut ep. 15. l. 11. Iam) mortua Tullia. Nec ueſte) multa. Amœnis locis) ep. 3. l. 16. uoluptuarijs poſſeſsionibus. ep. ſeq. Hoc opus eſt) hoc fano opus eſt. ep. 11. h. l. Cum eo) Silio. Scribat) Sicca, ut ſcripſit. ep. ſeq. A. Silius) ep. 11. h. l. Tranſegerit) cum aduerſarijs. Ouia) ep. 16. & 25. h. l. Cicerone) filio meo. Tempus eſſe) ut eat Athenas, ut init. ep. 11. l. 16. fam. Athenis, permutari) ut epiſt. 16. l. 15. alij coniungunt, Athenis permutari. Publius) ep. 23. h. l. Atedio) ibid. Atedij Pollionis meminit Senec. l. 3. cap. 40. de ira: & Aterij Pollionis. l. 4. Declamat. al. Aledio. ep. 15. h. l. Vinuliæ) Venuleiæ, credimus legendum. Nam Venuleij Romæ fuere. epiſt. 30. l. 12. fam. Oros. l. 5. cap. 11. & Flor. l. 3. cap. 21. al. Lumiliæ. P. Craſſo Conſulari) qui Cos. fuit cum Cn. Cornelio Lentulo Clodiano an. ab urb. c. 657. huius enim P. Craſsi conſularis meminiſſe potuit Cicero. Regillo) Aemylio Regillo. nam Aemylij Regilli ſunt dicti, ut oſtendit Liu. l. 37. Lepidi) M. Aemylij Lepidi, niſi fallor, qui fuit Cos. cum Q. Luctatio Catulo an. ab urb. c. 676. Cuſpiana) ep. 33. l. 13. Pretiana) ep. 9. l. 6. Attica) ep. 1. h. l.

CICERO ATTICO S. 20

SCRIPSIT *ad me diligenter* Sicca de Silio, *ſeque ad te rem detuliſſe, quod tu idem ſcribis. mihi & res, & conditio placet, ſed ita, ut numerato malim, quàm æſtimatione: uoluptarias enim poſſeſſiones nolet* Silius. *uectigalibus autem ut his poſſum eſſe cõtentus, quæ habeo, ſic uix minoribus. unde ergo numerato?* HS DC. *exprimes ab*

Hermogene,

Hermogene, cum præsertim necesse erit, & domi uideo esse HS DC. reliquæ pecuniæ uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. erit etiã aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. Drusianis uero hortis multo antepono: neque sunt unquam comparati, mihi crede. una me causa mouet, in qua scio me τετυφῶσθαι. sed, ut facis, obsequere huic errori meo. nam quod scribis ἐγγήραμα: actum iam de isto est, alia magis quæro.

σχόλια

SCRIPSIT) *ut uolebam. ep. sup.* Sicca) *ibid.* De Silio) *de Silij hortis. ep. 22. h. l.* Numerato) *numerata pecunia.* Malim) *emere.* Aestimatione) *æstimatis bonis, ut in huiusmodi permutationibus fieri solet. epis. 16. h. l.* Voluptuarias) *amœnas. ep. sup.* Nolet) *quòd carius æstimentur, nec multum fructus domino afferant.* Vectigalibus) *ep. 13. h. l.* Vnde ergo numerato?) *unde ergo pecunia numerata ememus?* Hermogene) *epis. 26. h. l. & ep. 24. l. 13.* Reliquæ pecuniæ) *quam pro hortis Silio debebimus.* Faberio) *epist. 16. h. l.* Drusianis) *ibid.* Antepono) *Silianos hortos.* Comparati) *cum illis.* Causa) *ædificandi fani. ep. 12. h. l.* τετυφῶσθαι) *tumidum, & superbum esse factum. fortasse melius,* τετυφλῶσθαι, *cæcum esse factum, ut* τυφλώττω, *ep. 19. l. 2. quòd si* τετυφῶσθαι *placet retinere, nomen etiam inuenies ep. 29. l. 13.* Obsequere) *& ignosce. ep. 12. h. l.* Errori) *ep. 38. h. l. & ineptijs, ep. 29. h. l. & stultitiæ. epist. 31. h. l.* Scribis) *ep. 24. h. l.* ἐγγήραμα) *senectutem, hoc est,* κάλλιστον ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν εἶναι, *Plutar. in Cat. Cens. & ob id me in forum, & ad Remp. uocas epist. 16. & 23. h. l.* Actum) *prouerb.* Isto) *ista re, administratione Reip. ubi nulla sit curia. ep. 16. h. l.* Alia) *ut solitudinem, & literas. ep. 10. h. l.*

CICERO ATTICO S. 21

SICCA, *ut scribit, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, tamen se scribit X. Cal. esse uenturum. cuius occupationibus ignosco: eæque mihi sunt notæ. De uoluntate tua, ut simul simus, uel studio potius, & cupiditate, non dubito. De Niciæ quod scribis: si ita me haberem, ut eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere: sed mihi solitudo, & recessus prouincia est: quod quia facile ferebat Sicca, eo magis illum desidero. præterea nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem uictus. cur ego illi molestus uelim, cum mihi ille iucundus esse non possit? uoluntas tamen eius mihi grata est. unam rem ad me scripsisti, de qua decreui nihil tibi rescribere: spero enim me à te impetrasse, ut priuares me ista molestia. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.*

σχόλια

SICCA) *ep. 19. h. l.* Scribit) *ut ep. sup.* A. Silio) *ep. 19. h. l. al. Agidio.* Venturum) *ad me.* Nicia) *Curtio Nicia. ep. 3. l. 7. & ep. 10. l. 9. fam. & Suet. in Grammat.* Solitudo, & recessus) *ep. 10. h. l. sic ep. 4. l. 10.* Prouincia) *tanquam prouincia.* Ferebat) *quũ hic esset.* Molestus uelim) *al. molestus esse uelim.* Ille) *Nicias.* Esse non possit?) *propter mœrorem, in quo uersor.* Vnam rem) *de Terentia, ut puto. ep. 13. h. l.* Impetrasse) *quum te rogarim ep. 17. & 18. h. l.* Priuares) *liberares. ep. 18. h. l. sic exilio priuare. ep. 13. l. 1.* Salutem) *dices. ep. 19. h. l.*

CICERO ATTICO S. 22

DE SILIANO *negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sicca arbitror omnia cogniturum. Cottæ quidem negas te nosse: sed ultra Silianam uillam est, quam puto tibi notam esse, uillula sordida, & ualde pusilla: nihil agri: ad aliam rem loci satis, nihil ad eam, quam quæro. sequor celebritatem. sed, si perficitur de hortis Silij, hoc est si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone, ut scribis, ita faciam ipsi permittam de tempore. numorum quantum opus erit, ut permutetur, tu uidebis. Ex Aledio, quod scribis, siquid inueneris, scribes. & ego ex tuis animaduerto literis, & profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus. eadem quotidie. quæ iam, iamque ipsa contrita sunt. tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam. ut tuas accipiam. De Bruto tamen siquid habebis: scire enim iam puto, ubi Pansam expectet: si, ut consuetudo est, in prima prouincia, circiter Calendas affuturus uidetur. uellem tardius: ualde enim Vrbem fugio multas ob causas. itaque id ipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem: quod quidem uideo facile esse. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.*

σχόλια



ILIANO negotio)Silianis hortis. Conditio)ep.20.h.l. Sicca)ad me uenturo. ep.sup. Cottæ)L.Cottæ.ep.19.h.l. Nosse)uilli. Pusilla)ep.19.h.l. Ad eam)ad eam rem,ad famam.ep.12.h.l. Celebritatem)episto.13.& 31.h.l.atque hic quidem alius fortasse locus.nam Cotta habere dicitur celeberrimo loco epis.19.h.l. nisi forte nunc minus celebrem putet,quòd satis loci ad famam non habeat,ut celebritatem in opere, nō autem in loco tantum esse uelit. De Cotta)de uilla Cottæ. Cicerone)meo filio. Tempore)Athenas proficiscendi.ep.19.h.l. Per mutetur)ibid. Videbis)curabis.epis.16.l.15. Aledio)al.Atedio.epist.19.h.l.inueneris)de Publio.ibid. De Bruto)de Bruti aduentu.ep.14.h.l. Tamen)scribes. Pansam)ep.9.h.l. Consuetudo)hinc Appius se in prima prouincia uelle esse dixit. episto.6.l.3.fam. Prouincia)Asia,cui tunc uidetur præfuisse.epist.8.h.l.nam Cæsar in Africam proficiscens eum Galliæ multò ante præfecerat.ep.6.l.6.fam.& ep.10.l.13.fam. Vellem tardius)afforet,ne cogar ad eum uisendum Romam uenire. Excusationem)ep.24.h.l. Ad illum)ad illum Brutum.ibid.

CICERO ATTICO S. 23

DE SILIO nihilo plura cognoui ex præsente Sicca,quàm ex literis tuis: scripseras enim diligenter. si igitur tu illum conueneris, scribes ad me, si quid uidebitur, de quo putas ad me missum esse. sit missum, nec ne, scio dictum quidem mihi. certe nihil est. tu igitur, ut cœpisti: & si quid ita conficies, (quod equidem non arbitror fieri posse) ut illi probetur, Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis. eius aliquid interest uideri: illius causa uoluisse, mea quidem nihil, nisi id, quod tu scis, quod ego æstimo. Quod me ad consuetudinē reuocas, fuit meum quidem iampridem Remp. regere, quod faciebam: sed interea erat, ubi acquiescerem. nunc planè nec ego uictum, nec uitam illam colere possum: nec in ea re, quid alijs uideatur, mihi puto curandum. mea mihi conscientia pluris est, quàm omnium sermo. quod me ipse per literas consolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim. mœrorem minui: dolorem nec potui, nec, si possem, uellem. De Triario, bene interpretaris uoluntatem meam. tu uero nihil, nisi ut illi uolent. amo illum mortuum: tutor sum liberis: totam domum diligo. De Castriciano negotio, si Castricius pro mancipijs pecuniam accipere uolet, eamq́; ei solui, ut nunc soluitur, certe nihil est commodius. sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi uidetur esse æquum: rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi uideatur: nolo enim negotij Quinctum fratrem quicquam habere: quod uideor mihi intellexisse, tibi uideri idem. Publius, si æquinoctium expectat, ut scribis Atedium dicere, nauigaturus uidetur. mihi autem dixerat per Siciliam. utrum, & quando, uelim scire. & uelim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum uisas, eiq́; de mancipijs, quæ tibi uidebitur, attribuas. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.

σχόλια



ILIO) Siliano negotio.ep.sup.. Cognoui)etsi me omnia cogniturum arbitrabar.ibid. Ex præsente Sicca)quum ad me uenisset,ut scripserat.epist.21.h.l. Illum)Silium. Videbitur)post hoc uerbum uidetur distinguendum,ut quæ sequuntur de Terentia sint dicta. Missum esse)à Terentia.ep.13.h.l. Scio)al.nescio.atque nos quidem totum locum ita legimus:sit missum necne,nescio:dictum quidem mihi certe nihil est:hoc est, miserit ad me Terentia necne,haud equidem scio:illud scio,nihil à quoquam mihi ea de re dictum fuisse ita,ut Terentia loqui possit.ep.13.h.l. Cœpisti)rogatus à me ep.17.& 18.h.l. Illi)Terentiæ. Ciceronem)meum filium, cuius etiam res agitur.episto.14.h.l. Reuocas)sic uocas epist.16.h.l. Regere)al.lugere,fortasse rectius. Quod faciebam)Remp.post bellum ciuile lugebam,uel prius regebam. Sed interea)dum lugebam.al.sed intus:ut sit ἀντίθετον, & prouerb. intus canere, hoc sensu, quamuis foris laborarem,& lugerem,erat tamen intus,ubi quasi canerē. Erat)Tullia,& domus, quæ exciperet,ep.6 l.4.fam.al.erat enim. Victum,nec uitam)προσώπομοσίαν. Alijs)hominibus,qui de me loquātur.ep.16.& 33.h.l. Conscientia)qua sustentari soleo.ep.4.l.10. Per literas)ep.9.h.l. Mœrorem minui)nam librum de luctu minuendo scripsi. epist.19.h.l. Nec potui)minuere. Vellem)nec uellem dolorem minuere,ne mihi peccare uidear.ep.16.h.l. Triario)al.Riario. Castricius)fortasse,M.Castricius.Verr.5. Pro mancipijs)epis.25.h.lib. Et solui)al.sibi solui. Publius)ep.19.h.l. Aequinoctium)uernum,quo tempore nauigationes tutiores esse incipiūt: nisi uelis referre ad notam,de qua diximus ep.17.l.10. Atedium)episto.19.h.l. Nauigaturus)in Africam.ibid. Per Siciliam)se iturum. Lentulum)P.Cornelij Lentuli Dolabellæ,& Tulliæ filium,ut nos arbitramur. Puerum)trium annorum,si priorem: paucorum mensium, si posteriorē significat.bis enim Tullia peperit.ep.18.l.10. De mancipijs)de pueris,ep.seq. Salutem)dices.

Cicero

CICERO ATTICO S. 24

SILIVS, ut scribis, hodie. cras igitur, uel potius cum poteris, scribes, siquid erit, cum uideris. nec ego Brutũ uito, nec tamẽ ab eo leuationem ullam expecto: sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum: & ut nunc est, mansuræ uidentur. De hortis, quæso, explica. caput illud est, quod scis. sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit: nec enim esse in turba possum, nec à nobis abesse. huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. & de hac re quid tui consilij sit, mihi persuasum est, & eo magis, quòd idem intellexi tibi uideri, me ab Oppio, & Balbo ualde diligi. cum ijs communices quantopere, & quare uelim hortos, sed id ita posse, si expediatur illud Faberianum. sint igitur auctores futuri, siqua etiam iactura facienda sit in repræsentando, quod possum. adducito: tum enim illud desperatum denique intelliges, & quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum. siquid erit, magnum est adiumentum: sin minus, quacunq; ratione contendamus. uetus illud ἐγγήραμα quemadmodum scripsisti, uel ἐντάφιον putato. De illo Ostiensi nihil est cogitandum, si hoc non assequimur. à Lamia non puto posse. Damasippi experiendum est. quæro quid ad te scribam: sed nihil est: eadẽ quotidie. Quòd Lentulũ inuisis, ualde gratũ. pueros attribue et quot, & quos uidebitur.

σχόλια

SILIVS) ep. sup. Hodie) conueniretur à te. ibid. Brutum) è prouincia reuertentem. ep. 22. h. l. Ab eo) Bruto, cuius etiam literæ mihi lacbrymas attulerunt. Causæ) epist. 22. h. l. Istic) Romæ. ibid. Excusatio) ibid. Ad Brutum) apud Brutum. Hortis) Silij. ep. 22. h. l. Illud est) quod ad fanum pertinet. epis. 12. h. l. Sequitur) secundo loco. Quiddam opus sit) quodam loco, ubi manere possim, opus sit. al. quoddam opus sit, ut ita quasi dicat: uolo & ipse aliquod opus, aliquid operis, & negotij habere, & in hortis prope urbem esse ita, ut nec in turba sim, & te sæpe, & alios amicos mecum habeam: ut ep. 31. l. 13. Isto loco) istis hortis. Oppio) ep. 10. l. 9. Balbo) ep. 3. l. 7. Diligi) ita, ut sperandum sit, eos nobis auxilio futuros. Cum ijs) præsertim cum Balbo. epis. 39. h. l. Faberianum) nomen. ibid. Sint igitur) al. sint ne igitur, recte, ut uerbum, uideas, uel tale quid desideretur. Autores futuri) ut hosce hortos emam. Repræsentando) à Faberio, uel ab aliquo, qui Faberio debeat. ep. 20. h. l. Quod possum) pati. atque hic distingue. Adducito) ut sint autores. Tum enim) al. tu enim. placeret legere: tunc an. Illud) Faberianũ. Desperatũ) ita, ut nihil exigi possit. Intelliges) ab ijs, qui quum sint Cæsaris amici, sciunt, quid sperandum sit de Faberiano nomine, quod à Cæsare, nisi fallor, erat. ep. 3. h. l. Siquid erit) auxilij ab ijs. Contendamus) ep. 16. h. l. ἐγγήραμα) senectutem. ep. 20. h. l. ἐντάφιον) funus, ὥσπερ Διονύσιος ὄντως ἔπειπε κάλλιστον ἐντάφιον ἡγεῖσθαι τὴν τυραννίδα. Putato) putato, inquit, honorificã illam senectutem, quam mihi in Rep. proponis, uel funus esse, quoniam de ista re actum est. ep. 20. h. l. quum Resp. Cæsaris tyrannide sit oppressa. Ostiensi) ep. 19. h. l. Cogitandum) post hoc uerbum interpungo. Hoc) Silianum. Lamia) ep. 16. h. l. Posse) habere hortos. Damasippi experiendum est) Licinij Damasippi senatoris hortos ut emamus, experiẽdum est. ep. 27. h. l. Cæs. l. 2. de bel. ciu. & Orat. Saty. 3. l. 2. atque hæc uerba omnia ita mihi uidentur legenda. si hoc non assequimur (à Lamia nõ puto posse) Damasippi experiendum est. Eadem quotidie) sic ep. 22. h. l. Lentulum) ep. sup. Pueros) mancipia. ibid.

CICERO ATTICO S. 25

DE SILII uoluntate uendendi, & de eo quanti tu uereri uideris, primum ne nolit, deinde ne tanti: Sicca aliter, sed tibi assentior. quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatiũ. quod Silius te cum Clodio loqui uult, potes id mea uoluntate facere, commodiusq; id est, quàm quod ille à me petit, me ipsum scribere ad Clodium. De mancipijs Castricianis, commodissimum esse credo transigere Egnatium. Quod scribis te ita futurum putare cum Ouia, quæso qdẽ ut cõficiatur. Quoniã, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto.

σχόλια

DE Silij uoluntate) ep. 20. h. l. Vendendi) hortos ep. 22. h. l. De eo quanti) de ea re, uidelicet, quanti uelit uendere. Primum ne nolit) primum uideris uereri, ne Silius nolit uendere. Ne tanti) uelit uendere, ut nos emere nec possimus, nec uelimus. Sicca aliter) scripsit, et retulit. epist. 20. & 23. h. l. quare miratur Sicca Silium mutasse sententiam episto. seq. Ei) Siccæ. Egnatium) episto. 15. l. 10. Cum Clodio loqui) fortasse de Clodiæ hortis. episto. 36. h. l. uel potius de nummis, ut sit Hermogenes Clodius. ep. seq. & episto. 24. l. 13. Castricianis) ep. 23. h. l. Ouia) epyst. 16. & 19. h. l. Nox erat) quando scripsisti.

CICERO ATTICO S. 26

SILIVM mutasse sententiam Sicca mirabatur. equidem magis miror, quòd, cum in filium causam conferret, quæ mihi non iniusta uidetur (habet enim, qualem uult) eis te putare, si addiderimus aliud, à quo refugiat, cum ab ipso id fuerit destinatum, uenditurum. quæris à me, quod summum pretium constituam, & quantum anteire istos hortos Drusi: accessi nunquam: Copònianam uillam & ueterem, & non magnam noui: syluam nobilem, fructum autem neutrius. quod tamen puto nos scire oportere. sed mihi utrius istorum tempore magis meo, quàm ratione æstimandi sunt. possim autem assequi, nec ne, tu uelim cogites: si enim Faberianum uenderem, explicare uel repræsentatione non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur, ut uenderet: si uenales non haberet, transirem ad Drusum uel tanti, quanti Egnatius illum uelle tibi dixit. magno etiam adiumento nobis Hermogenes potest esse in repræsentando. at concede mihi quæso, ut eo animo sim quo is debeat esse, qui emere cupiat. & tamen seruio ita cupiditati, & dolori meo, ut à te regi uelim. Egnatius mihi scripsit. is si quid tecum locutus erit (commodissime enim per eum agi potest) ad me scribes, & id agendum puto: nam cum Silio non uideo confici posse. Piliæ, & Atticæ salutem. hæc ad te mea manu. uide quæso quid agendum sit.

σχόλια

SILIVM) ep.19.h.l. Sententiam) uoluntatem uendendi. epist. sup. Sicca) ep.19.h.l. Mirabatur) quippe quum alter, atque tu, de Silij uoluntate sensisset. ep. sup. Causam) mutatæ sententiæ. Habet enim) filium. Aliud) prædium. A quo) uel, ad quod, ut in ueteribus libris esse dicunt: uel, quo, legendum uidetur. Id) quod addemus. Fuerit destinatum) fuerit paratum, & quasi emptum, ut ep.33. lib.13. Plaut. sæpe, & Nonius. Uenditurum) Silium, inquã, hortos uenditurum, quum primum destinauerit aliud prædium, quod nos illi præposuerimus. Constituã) hortis Silianis. Istos hortos) Silianos, quos antepono. ep.20.h.l. Drusi) hortis ep.16.h.l. Accessi nunquam) in istos hortos. Copònianam) fortasse C.Coponij. ep.17.l.8. Neutrius) neque uillæ, neq; syluæ. Nos scire oportere) ne simus patresfamiliâs negligentes. Vtrius) al. utriuis, scilicet horti, recte, meo quidem iudicio. Faberianum) nomen. epis.39.h.l. Venderem) ita, ut aliquis spe lucri illud nomen acciperet à me, & mihi numos numeraret. Repræsentatione) ep.20.h.l. Silianis) hortis. Adduceretur) Silius, qui sententiam mutauit. Venales) hortos. Drusum) ep.16.h.l. Egnatius) ep.15.l.10. Velle) uendere. Hermogenes) ep.20. h.l. sed quoniam ep.24 l.13. Hermogenes Clodius uocatur, uidetur esse tragœdi Aesopi filius ditissimus. Plin.l.9.cap.35 pater enim Ciceronis fuit familiaris. ep.15.l.11. & episto.1.l.1. ad Q. fr. fortasse Clodius dicitur ep. sup. Potest esse) HS. D C. expressis. ep.10.h.l. Eo animo) ut bene emi putem, quod necesse est, quanti quanti emitur. ep.18 h.l. Cupiditati) ædificandi fani. Dolori meo) cuius si minus hæc leuatio est, at officij debiti. ep.18.h.l. Scripsit) de hortis Drusi. Is) Egnatius. Agi) de hortis Drusi. Non uideo) quum ille sententiam mutarit. Confici) de hortis.

CICERO ATTICO S. 27

PVBLILIA ad me scripsit, matrẽ suã cum Publilio loqui, eã ad me cum illo uenturam, & se unà, si ego paterer. orat multis, et supplicibus uerbis, ut liceat, et ut sibi rescribam. res quàm molesta sit, uides. rescripsi, me etiã grauius esse affectũ, quàm tũ, cũ illi dixissẽ, me solũ esse uelle: quare nolle me hoc tẽpore eam ad me uenire. putabã, si nihil rescripsissem, illam cũ matre uenturam. nunc non puto: apparebat enim illas literas non illius esse. illud autem, quod fore uideo, ipsum uolo uitare, ne illæ ad me ueniant. & una est uitatio: & ego nollem: sed necesse est (te hoc nunc rogo) ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. ages, ut scribis, temperate. Ciceroni uelim hoc proponas (ita tamen, si tibi non iniquum uidebitur) ut sumptus huius peregrinationis (quibus, si Romæ esset, domumq; cõduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat) accommodet ad mercedes Argileti, & Auentini. & cum ei proposueris, ipse uelim reliqua moderere, quemadmodum ex his mercedibus suppeditemus ei quod opus sit. præstabo, nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messalam, quos Athenis futuros audio, maioris sumptus facturos, quàm quod ex eis mercedibus recipietur. itaque uelim uideas, primũ conductores qui sint, & quanti. deinde ut sit, qui ad diem soluat, & quid uiatici, quid instrumenti satis sit. iumento certe Athenis nihil opus sit. quibus autem in uia utatur, domi sunt plura, quàm opus erat: quod etiam tu animaduertis. ego, ut heri ad te scripsi, si &

Sdius

Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum uelim aggrediare. is, opinor, ita parteis fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, ut certa pretia constitueret, quæ mihi nota non sunt. scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me solicitat Atticæ nostræ ualetudo ut uerear etiã, ne qua culpa sit. sed et pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari uetat. cura igitur: plura enim non possum.

σχόλια

PVBLILIA) al. publia: sed, Popilia legatur ex Quintil. l. 6. cap. 4. ubi scribit Popiliam uirginem fuisse, quàm Cicero, post repudiatam Terentiam, duxit uxorem. pro Popilio uero, & Popilia, hoc est, Pop. Publium, & Publiam superiores librarij sæpe descripserunt. Publilio) meo socero, uel uxoris fratre. ep. 46. l. 13. & ep. 23. l. 14. al. Publio, ut de Publilia dictum est. sic ep. 22. l. 16. fam. Loqui) domi, ut fit. Eam matrem. Cum illo) Publilio. Et se unà) uenturam. Si ego paterer) ut maritus. Liceat) uenire. Molesta sit) esse cum uxore & quidem puella hoc tempore. Illi) Publiliæ. Dixissem) ab urbe discedens. Solum) sine uxore. Eam) Publiliam. Non illius esse) sed matris. Et ego nollem) al. ut ego nolim. recte, hoc est, ratio una est, si ego nolim eas uenire. non enim me inuito uenient. Opprimar) ab uxore, & socru. sic ep. 38. l. 13. Ages) in explorando. Scribis) quum appareat Publiliam, non Atticum hac de re scripsisse, & Ciceronem in his epistolis frequenter uti uerbis comicis, ego libenter legerem, scibis. Temperate) ne mulieres irascantur. Ciceroni) filio meo. Peregrinationis) Atheniensis. ep. 19. h. l. Cogitabat) ne socrum ferret. epist. 1. l. 16. Accommodet) ibid. Mercedes) quæ quantæ essent, uidebis ibid. Argileti) Varr. de ling. lat. ibi Cicerones domos, uel tabernas habuisse uidentur. ep. 11. l. 1. certe insidas. ep. 18. l. 15. Auentini) Varr. de ling. Lat. Bibulum) M. Bruti priuignum. Plutar. in Brut. & ep. 7. ad M. Brut. Accidinum) fortasse A. Manlium Torquatum Accidinum. hoc enim cognomen erat Manliorum, ut ostendit L. Manlius Accidinus, qui Cos. fuit ab urb. con. 575. & A. Torquatus his tẽporibus Athenis fuit. epist. 1. l 6. fam. quin puer Accidini codicillos de Marcelli morte ad Ser. Sulpitium attulit. ep. 11 l. 4. fam. Messalam) M. Valerium Messalã. ep. 18. l. 15 et ep. 15. ad M. Brut. Mercedibus) Argileti, et Auentini. Conductores) Argileti, & Auentini. Quanti) conducãt. Vt sit) aliquis conductor, procurator, uel præs. Satis sit) Ciceroni filio. Iumento) quo res huc & illuc deportentur, ut ep. 17. l. 8. Athenis) ubi manendum sit, non iter cum iumento faciendum. In uia) in itinere. al. in uilla. Plura) iumenta. Scripsi) ep. sup. uel ep. 24. & 25. h. l. Silius) ibid. Is) qui nolit uendere. ep. 25. h. l. Putas) alter, atque Sicca. ibid. Drusus) ep. 16. h. l. Facilem) in uendendis hortis Egnatio etiam agente. ep. sup. Damasippum) ep. 24. h. l. Atticæ nostræ ualetudo) ep. 1. h. l. Culpa) ut edacitatis, quam pertimescebat etiam epist. 7. lib. 3. ad Q. fr. Pædagogi) nam puellæ ἐπαρθενεύοντο ὑπ' ἀκριβέσι παιδαγωγοῖς, ut ostendit Lucian. in Timon. Medici) Crateri. ep. 8. h. l. Cura) Atticam. Non possum) scribere.

CICERO ATTICO S. 28

EGO hic uel sine Sicca (Tironi enim melius est) facillime possem esse, ut in malis. *sed, cum scribas uidendum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profectionis diem non habere: putaui esse commodius me istuc uenire, quod idem uideo tibi placere. cras igitur in Siccæ suburbano: inde, quemadmodum suades, puto me in Ficulensi fore. quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse uenio, coràm uidebimus. tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consilijs ineundis, mihiq; dandis, in ipsis literis, quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. tu tamen, siquid cum Silio, uel illo ipso die, quo ad Siccam uenturus ero, certiorem me uelim facias, & maxime cuius loci detractionẽ fieri uelit: quod enim scribis, extremi, uide, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re (ut scis) est à nobis cogitatum.*

σχόλια

EGO) qui urbem fugio. ep. 22. h. l. Sicca) qui facile fert solitudinem, ep. 21. h. l. Tironi) lib. 16. fam. Melius est) quam prius esset æger. ep. 7. h. l. Opprimar) à Popilia, siue Publilia. ep. sup. Illius) Publiliæ. ibid. etsi ad Cæsarẽ referunt. Istuc) Romam. Ficulensi) prope portam Ficulensem. Quibus de rebus) præsertim de Terẽtia. ep. 13. h. l. Siquid) egeris de hortis. ep. 22. h. l. Cum Silio) ibid. Ad siccam) in suburbanum. Fieri) in uenditione. Extremi) al. extremo. alij, extremum. De tota re) de fano. ep. 12. h. l. Cogitatum) ibid.

CICERO ATTICO S. 29

HIRCII epistolam tibi misi, *& recentem, & beneuole scriptam. ante, quàm proxime discessi, nunquam mihi uenit in mentem, quo plus insumptum in monimentum esset, quàm nescio quid quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse: quod non magnopere moueret, nisi nescio quo modo (ἀλόγως fortasse) nollem illud ullo nomine*

nisi fani appellari. quod si uolumus, uereor, ne assequi non possimus, nisi mutato loco. hoc quale sit, quæso considera: nam & si minus urgeor, meq; ipse propemodum collegi. tamen indigeo tui consilij. itaque te uehementer etiam, atque etiam rogo, magis quàm à me uis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare. fanum fieri uolo, neque hoc mihi erui potest. sepulchri similitudinem effugere non tam propter pœnam legis studeo, quam ut maxime assequar ἀποθέωσιν: *quod poteram, si in ipsa uilla facerem. sed, ut sæpe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. in agro ubicunque fecero, mihi uideor assequi posse, ut posteritas habeat religionem. hæ meæ tibi ineptiæ (fatebor enim) ferendæ sunt: nam habeo, ne me quidem ipsum, qui cum tam audacter communicem, quàm te. si tibi res, si locus, si institutum placet, lege quæso legem, mihiq; eam mitte. siquid in mentem ueniet, quomodo eam effugere possimus, utemur.*

σχόλια

HIRCII) ep. 4 l. 10. Epistolam) ep. 37. h. l. Scriptam) fortasse. Narbone. ep. 31 h. l. Monimentum) Tulliæ. Lege) XII. tabul. l. 2. de legib. ἀλόγως) sine ratione, stulte. alter epist. 5. l. 6. Illud) monimentum. Mutatò loco) illius monimenti. nam si maneat, ubi nunc est, semper uocabitur, ut nunc, monimentum. Fanum) epist. 12. h. l. Pœnam legis) tantùdem populo dandum esse, quantum contra legem sit insumptum. ἀποθέωσιν) relationem in Deos. ep. 7. h. l. Facerem) fanum. Commutationes dominorum) epist. 13. h. l. Reformido) ne his commutationibus locus in aliam familiam transferatur, & fanum consecratũ non remaneat. ibid. Ineptiæ) & error. ep. 20. h. l. Ferendæ sunt) ita, ut mihi ignoscas. ep. 12. h. l. Quàm te) quàm tecum, requirit latina locutio. Placet) ep. seq. Legem) XII. tabul.

CICERO ATTICO S. 30

AD BRVTVM *siquid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quòd in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixi: cogitanti enim mihi nihil tam uidetur potuisse facere rustice. & si tibi placebit sic agere de fano, ut cœpimus, uelim cohortere, & exacuas Cluatium: nam, etiam si alio loco placebit, illius nobis opera, consilioq; utendum puto. tu, ad uillam fortasse cras.* A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die à tabellario. accepiq; ab Aegypta literas eodem die, Piliam, & Atticam planè belle se habere. *tuæ literæ mihi redditæ sunt tertiodecimo die.*

σχόλια

AD Brutum) ad M. Brutum. In Cumano) meo. ep. 9. l. 4. Fano) epist. 12. h. l. Cœphmus) ep. sup. Cluatium) episto. 12. h. l. Placebit) ædificare. Cras) uenies. Recepi) al accepi, recte. Hilaro) ep. 9. l. 2. Aegypta) ep. 2. l. 13. Literas) al. l. hoc est, liberto. ibid. Atticam) ep. 2. h. l.

CICERO ATTICO S. 31

QVOD *mihi* Bruti *literas, gratum. ad me quoque misit. eam ipsam ad te epistolam misi, & ad eam exemplum mearum literarum.* De *fano, si nihil mihi hortorum inueneris, qui quidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis: ualde probo rationem tuam.* De Tusculano, *quamuis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego consequerer id, quod magnopere uellem, nunquam ea res tibi tam belle in mentem uenire potuisset. sed nescio quo pacto celebritatem requiro. itaque hortos mihi conficias, necesse est. maxima est in* Scapulæ *celebritas, propinquitas, præterea, ubi sis, ne totum diem in uilla. quare ante, quàm discedis,* Othonem, *si* Romæ *est, conuenias peruelim. si nihil erit, & si tu meam stultitiam consuesti ferre, eò tamen progrediar, ut mihi stomachere:* Drusus *enim certe uendere uult. si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero: quam in re ne labar, quæso prouide. prouidendi autem una ratio est, siquid de* Scapulanis *possumus. & uelim me certiorem facias, quandiu in suburbano sis futurus.* Apud Terentiam *gratia opus est nobis, tuaq; auctoritate. sed facies, ut uidebitur: scio enim, siquid mea intersit, tibi maiori curæ solere esse, quàm mihi.* Hircius *ad me scripsit,* Sex. Pompeium Corduba *exisse, & fugisse in* Hispaniam *citeriorem,* Cneum *fugisse nescio quò, neque enim cu-*

ro:nihil præterea noui.literas Narbone *dedit* XIIII.Cal.Maij. *Tu mihi de Caninij naufragio quasi dubia re misisti. scribas igitur, siquid erit certius.*

σχόλια


VOD mihi Bruti literas)misisti. Misit)Brutus. Epistolam)Bruti ad me missam. Literarum)rescriptarum. Fano)epist.12.h.l. Valde probo rationem tuam)alij cum superioribus,alij cum sequentibus iungunt. De Tusculano)de fano in Tusculano ædificando.ep.36.h.l. Id)fanum. Celebritatem) ep.22.h.l.quæ in Tusculano fortasse non est. Conficias)ut ep.17.l.13. In Scapulæ)hortis.epist.33.h.l. Vbi sis,ne totum diem in uilla)ubi potes ita esse,& inde in urbem reuerti,ut ne totum diem in uilla conteras:contrà ep.38.h.l. Othonem)epist.33.h.l. & ep.1.l.2. Conuentus)de hortis Scapulæ.ep.33.h.l. Stultitiam)ineptias.ep.29.h.l.& errorem. ep.20.h.l. Vt mihi stomachere)al.ut stomachere. Drusus)ep.16.h.l. Vendere uult)hortos.ep.17.h.l. Emero?) al.emero,sine interrogatione,ut ita dicat,si aliud sit paratum,quod emi possit,nisi emero,non erit mea culpa,qui cupio,sed tua,qui non curas. Scapulanis)hortis. Terentiam)ep.13.h.l. Hircius)ep.4.l.10. Scripsit)scripsit idem penè in historia. Sex.Pōpeium) Magni Pompeij F. Exisse)re gesta audita. Citeriorem)nam Corduba est in ulteriore.Plin.l.3.cap.1. Cneum) Cn.Pompeium Magni item F. Nescioquò)Carteiã.Hirc.de bel.Hispan. Dedit)Hircius. XIIII.Cal.Maij)atqui Prid.Id.Apr.Cn.Pōpeij caput Cæsari est allatum,sed id nōdum Hircius audiuerat,quum literas Narbone dedit. Caninij)ep.38.h.l. Erit certius)de illo naufragio.

CICERO ATTICO S. 32


VOD meà mœstitia auocas,multum proficies,si locum fano dederis.multa mihi εἰς ἀποθέωσιν *in mentem ueniunt:sed loco ualde opus est,quare etiam* Othonem *uide. non dubito,quin occupatissimus fueris,qui ad me nihil literarum. sed homo nequam,qui tuum commodum non expectarit,cum ob eam unam causam missus esset.nunc quidem,nisi quid te tenuit, suspicor esse in suburbano.at ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro.* Asinius Pollio *ad me scripsit de impuro nostro cognato.quod* Balbus *minor nuper satis plane,*Dolabella *obscure,hic apertissime. ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset, sed tamen quid impurius? ò hominem cauendum.quanquam mihi quidem. sed tenendus dolor est.tu, quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si uacabis.*

σχόλια


VOD me)ita affectum. A mœstitia)à mœrore.ep.9.h.l. Auocas)& ad consuetudinē reuocas.ep.23.h.l. Proficies)al.leuaris. Fano)ep.12.h.l. Dederis)hortos mihi conficiens.ep.sup. Multa)præsertim monumentorum genera.ep.12.h.l. εἰς ἀποθέωσιν)ad relationem in Deos.epist.29.h.l. Othonem)ep.sup. Vide)de hortis Scapulæ.ep.33.h.l.sic Apuleium uidebis.ep.9.h.l. Nihil literarum)miseris. Homo)tabellarius. Causam)ut literas à te referret. Missus esset)à me. In suburbano)ep.sup. Scribendo dies totos)ep.9.h.l. Nihil equidem leuor)non enim proficio.ibid. Aberro)à miseria,ep.38.h.l.& dolore.ep.seq.& tantisper impedior.ep.9.h.l. Asinius Pollio) ep 2.h.l. Scripsit)ex Hispania. Impuro) ep.8.&.37.l.13. Nostro cognato)) Q.Cicerone mei fratris,& tuæ sororis filio,qui nunc est in Hispania.ep.6.h.l. Balbus minor)epist.9.lib.8. Nuper satis plane)scripserat. Dolabella)iampridem in Hispaniam profectus.ep.5.h.lib. Obscure)scripserat. Hic apertissime)hic Asinius Pollio apertissime scripsit. Ferrem)de Q.filio. Impurius!)Q.filio? Mibi quidem)cauendus,quum maledicat.ep.37.l.13. Necesse nihil est)cauere.

CICERO ATTICO S. 33


VOD putas oportere prouideri iam animi mei firmitatem, grauiusq; quosdam scribis de me loqui, q̃ aut te scribere, aut Brutum*:si,qui me fractum animo, & debilitatum putant, sciant, quid literarum,& cuius generis conficiam, credo(si modo homines sint) existiment me, siue ita leuatus sim,ut animum uacuum ad res difficiles scribendas afferam,reprehendendum non esse, siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maxime liberalissima,doctoque homine dignissima,laudari etiam oportere.sed cum ego faciam omnia, quæ facere possim ad me adiuuandum:tu effice id,quod uideo te non minus, q̃ me,laborare.hoc mihi debere uideor,neque leuari posse nisi soluero,aut uidero me posse soluere,idest locum,qualem uolo, inuenero.hæredes* Scæpulæ*, si istos hortos,ut scribis tibi* Othonem *dixisse,partibus quatuor factis, liceri cogitant;nihil est scilicet emptori loci. sin uenibunt: quid fieri possit,uidebimus.nam ille locus publicatus, qui est* Trebonij,& Cusinij*, erat ad me allatus.sed scis aream esse. nullo pacto probo.*

Clodię ſanè placent, ſed non puto eſſe uenaleis. de Druſi hortis, quáuis ab his abhorreas, ut ſcribis: tamen eo confugiam, niſi quid inueneris. ædificatio me non mouet: nihil enim aliud ædificabo, niſi id, quod etiam ſi illos non habuero. Κύριος mihi ſic placuit, ut cætera Antiſthenis, hominis acuti magis, quàm eruditi.

σχόλια

QVOD putas) tu Attice. Quoſdam) homines. epiſt. 16. & 35. h. l. Brutum) qui ſolet obiurgare. ep. 5. l. 13. Literarum) per quas etiam me conſoler. ep. 9. h. l. Difficiles) ut philoſophicas. Aberrationem à dolore) ep. ij. Maxime liberaliſsima) maxima, liberaliſsima, ſi legatur, non erit noua locutio. Effice id) hortos conficere. ep. 31. h. l. Debere) quaſi ex uoto, & promiſſo. ep. 12. h. l. Scapulæ) T. Quintij Scapulæ, qui quum bellum in Hiſpania commouiſſet, poſtea uicto Cn. Pompeio ſe iugulari iuſsit. ep. 13. l. 9. fam. & Hirc. de bel. Hiſpan. & Dion. l. 43. Hortos) Scapulanos. Othonem) epiſt. 31. h. l. Nihil eſt ſcilicet emptori loci) aduerſario & cupido, & locuplete, & hærede. ep. 38. h. l. Venibunt) horti Scapulani. atque hic quidem Cicero, & ep. 38. h. l. iſtos hortos uenire cupit, ſed ep. 35. h. l. præconi ſubijci. Publicatus) al. publicianus. al. publicanus, ut ſit locus ille, cuius eſt dominus Terentius publicanus. ep. 36. h. l. Trebonij, & Cuſinij) ibid. Clodiæ) horti. Non puto) delectatur enim, & copioſa eſt. epiſ. 32. h. l. Venales) hortos. Druſi) ep. 16. h. l. Niſi id) fanum. ep. 12. h. l. Quod etiam) ædificabo. Illos) hortos. κύριος) liber Antiſtenis κύριος uel κύρος inſcriptus. nam ſcripſit utrunque. Athen. l. 5. et Laert. in uita. Cætera) ſcripta. Antiſtenis) Athenienſis philoſophi. Laert. Acuti) acutiſsimum enim fuiſſe ſcripſit Theopompus.

CICERO ATTICO S. 34

TABELLARIVS cum ad me ſine literis tuis ueniſſet, exiſtimaui tibi eam cauſam non ſcribendi fuiſſe, quòd pridie ſcripſiſſes, ea ipſa, ad quæ reſcripſi, epiſtola. expectarem tamen aliquid de literis Aſinij Pollionis. ſed nimium ex meo otio tuum ſpecto. quanquam tibi remitto, niſi quid neceſſe erit, neceſſe ne habeas ſcribere, niſi eris ualde otioſus. De tabellarijs facerem, quod ſuades, ſi eſſent ullæ neceſſariæ literæ, ut erant olim, cum breuioribus diebus tamen quotidie reſpondebant tempori tabellarij: & erat aliquid, Silius, Druſus, alia quædam. nunc niſi Otho extitiſſet, quid ſcriberemus, non erat. id ipſum dilatum eſt. tamen alleuor, cum loquor tecum abſens, multo etiam magis, cum tuas literas lego. ſed quoniam & abes (ſic. n. arbitror) et ſcribendi neceſſitas nulla eſt, cóquieſcent literæ, niſi qd noui extiterit. Vale.

σχόλια

TABELLARIVS) à me miſſus. ep. 32. h. l. Epiſtola) al. hac epiſtola. Expectarem) al. expectaram. De literis Aſinij Pollionis) de noſtro cognato ſcriptis. ep. 32. h. l. Ex meo otio tuum ſpecto) recte. al. ex meo otiū expecto. De tabellarijs) mittendis. Facerem) eos mitterem, & ſcriberem. Reſpondebant tempori) quaſi ac currebant ad tempus. Erat aliquid) quod ſcriberetur. Silius, Druſus) Silij. & Druſi horti. ep. 26. h. l. Otho) qui cum de Scapulæ hortis ageretur. ep. 31. h. l. Quid ſcriberemus) al. quod ſcriberemus. Abes) ab urbe. ſic ep. 2. h. l. es enim in ſuburbano. epiſ. ſeq. & epiſ. 32. h. lib.

CICERO ATTICO S. 35

QVALIS futura ſit Cæſaris uituperatio contra laudationem meam, perſpexi ex eo libro, quem Hircius ad me miſit, in quo colligit uitia Catonis, ſed cum maximis laudibus meis: itaque miſi librum ad Muſcam, ut tuis librarijs daret: uolo enim eum diuulgari: quod quo facilius fiat, imperabis tuis. συμβουλευτικὸν ſæpe conor. nihil reperio: & quidem mecum habeo & Ἀριστοτέλους & Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον: ſed quid ſimile? illi, quæ & ipſis honeſta eſſent, ſcribebant, & grata Alexandro. ecquid tu eiuſmodi reperis? mihi quidem nihil in mentem uenit. Quod ſcribis te uereri, ne & gratia, & auctoritas noſtra hoc meo mœrore minuatur: ego quid homines aut reprehendant, aut poſtulent, neſcio: ne doleam? qui poteſt? ne iaceã? quis unquam minus? dum tua me domus leuabat, quis à me excluſus? quis uenit, qui offenderetur? Aſturam ſum à te profectus. legere iſti læti, qui me reprehendunt, tam multa non poſſunt, quàm ego ſcripſi, quàm bene, nihil ad rem. ſed genus ſcribẽdi id fuit, qđ nemo abiecto animo facere poſſet. XXX. dies in hortis fui. quis aut congreſſum meum, aut facilitatem ſermonis deſiderauit? nunc ipſum, ea

lego,ea scribo,ut ij,qui mecum sunt,difficilius otium ferant,q̃ ego laborem. siquis requirit,cur Romæ non sim,quia discessus est:cur non sim in his meis prædiolis,quæ sunt,huius temporis,quia frequentiam illam non facile ferrem. ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. cum Romam uenero,nec uultu, nec oratione reprehendar. hilaritatem illam,qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. constantia, & firmitas nec animi,nec orationis requiretur. De hortis Scapulanis hoc uidetur effici posse,aliud tua gratia,aliud nostra ut præconi subijciantur. id nisi fit,excludemur. sin ad tabulam uenimus, uincemus facultates Othonis nostra cupiditate. nã q̃d ad me de Lentulo scribis,nõ est in eo. Faberiana modo res certa sit, tuq; enitare,q̃d facis:q̃d uolumus,consequemur. Quod quæris, quamdiu hic paucos dies: sed certum non habeo:simulac constituero,ad te scribã:& tu ad me,quãdiu in suburbano sis futurus. quo die ego ad te hæc misi,de Pila,& Attica mihi quoq; eadẽ,quæ scribis,& scribuntur,& nuntiantur. Vale.

σχόλια

QVALIS futura sit)quum erit absoluta. Vituperatio)Anticatones.ep.49.l.13. Laudationem meam)Catonem.ep.44.l.13.is enim liber erat etiam inscriptus:Laus M. Catonis. Gell.l.13.cap.19. Perspexi) quòd sit quasi πρόπλασμα.ep.37.h.l. Ex eo libro)ep.38.h.l.epistola.ep.37.h.l. Hircius)ep.4.l.10. Colligit)Hircius. Catonis)M.Catonis Vticensis. Itaque misi) quum tu in suburbano sis.paulò post. Librum)Hircij. Ad Muscam)nescioquem Sempronium Muscam appellat Val.Max.l.6.cap.1. Daret)describendum. Diuulgari)ut ex istorum uituperatione,sit illius maior laudatio.ep.38.h.l. Imperabis tuis) ut describant. συμβουλευτικὸν) deliberationem, consultationem,uel,ut ep.31.l.13.quasi interpretatur ipse,consilium. Conor)ut ad Cæsarem mittam.ep.41 & .42.h.l. Nihil reperio)nihil uenit in mentem.ep.26.l.13. Ἀριστοτέλους) Aristotelis, scilicet librum περὶ τῆς συμβουλίας,uel libros quatuor epistolarum ad Alexandrum. Θεοπόμπου) Theopompi scilicet συμβούλας. Athen.l.6. πρὸς Ἀλέξανδρον)ad Alexandrum. Illi) Aristoteles, & Theopompus. Ecquid tu)tu Cicero. Nihil in mentem uenit)sic ep.26.l 13. Quod scribis)ep.33 h.l. Homines)quidam.ibid. Qui potest?)quum talem filiam amiserim? Minus?) iacuit?quum animum ad res etiam difficiles attulerim?ep.33.h.l. Tua me domus)ep.9.h.l. Asturam)Plin.l.3.cap.5.hodie quoque Astura dicitur. Ego scripsi)& quidem difficilia.ep.33.h.l. Genus scribendi)de consolatione præsertim.epist.9.h.l. In hortis)al.in horto. Nunc ipsum)hoc ipso tempore.epist.10.h.l.al.nunc, ubi sum. Discessus est)tẽpus est, quo senatoribus discedere licet, & rus petere:quod fiebat circiter Cal.Quintil.ut ex Suet.& Martial.collegimus. Quæ sunt)ut amœna,& uoluptuaria.ep.19.& 20.h.l. Huius temporis)æstatis.ep.37.h.l. Is)fortasse Scipio Africanus,qui Literni,quàm Baijs exulare maluit:Senec.epi. 52.uel Pompeius,qui Baias habuit,Senec.ibid.& Albanum non procul ab Astura.ep.5.l.7. Hoc tempus) æstiuum. Condiebamus) ante Tulliæ mortem. Firmitas)quàm prouideri putas oportere.ep.33.h.l. Hortis Scapulanis)ep.31.h.l. Vt præconi subijciantur)ut cupio aliter,atque ep.33.h.l. Ad tabulam)auctionis,uel argentarij,ubi,quod ex oratione pro Aul.Cæcina collegimus,ita fiebat auctio.ut licitator statim,post rem sibi addictam,ab argentario precium solueret. Facultates)quibus potens est & locuples.ep.38.h.l. Othonis)ep.31.h.l. Cupiditate)ep.26.h.l. Lentulo)puero,ep.23.h.l.uel potius Lentulo P.F.ep.13.l.11.qui post Cæsaris mortem scripsit ep.14.& .15.l.12. fam. Scribis) ut ab eo numos petam. Nõ est in eo) spes,uel ipse non est in eo,ut dare numos possit,uel possit liceri. Faberiana modo res)Faberianum nomen.ep.24.h.l. Consequemur)hortos in quibus fanũ ædificemus.ep.12.h.l. Quamdiu hic) futurus sim. Paucos dies) futurus sum. Et tu ad me) scribe. In suburbano)ep.32.h.l. Eadem)utrãque belle se habere.ep.30.h.l.

CICERO ATTICO S. 36

NIHIL erat,quod scriberem: scire tamen uolebam,ubi esses, si abes,aut absuturus es,quando rediturus esses. facias igitur me certiorem.& quod tu scire uolebas, ego quando ex hoc loco:postridie Iduum Lanuuij constitui manere,inde postridie in Tusculano, aut Romæ. utrum sim facturus, eo ipso die scies. scis,quàm sit φιλαίτιον συμφορά, minime in te quidem: sed tamen auide sum affectus de Fano:quod nisi non dico effectũ erit, sed fieri uidero,audebo hoc dicere,& tu,ut soles,accipies, incursabit in te dolor meus,non iure ille quidem,sed tamen feres hoc ipsum,quod scribo,ut omnia mea fers, ac tulisti. omneis tuas consolationes unam hanc in rem uelim cõferas. si quæris, quid optem:primum Scapulæ,deinde Clodiæ,postea, si Silius nolet,Drusus aget iniuste,Cusinij,& Trebonij. puto Terentium esse dominum, Rebilum fuisse certò scio. sin autem tibi Tusculanum placet,ut significasti quibusdam literis:tibi assentiar. hoc quidem utique perficies, si me leuari uis,quem iam etiam grauius accusas,q̃ patitur tua consuetu

dot sed facis summo amore, & uictus fortasse uitio meo: sed tamen, si me leuari uis hæc est summa leuatio, uel, si uerum scire uis, una Vale. σχόλια

NIHIL erat) non erat, epist.34.h.l. Abes) in suburbano. ibid. & ep. sup. Rediturus) in urbem. Scire uolebas) ep. sup. Ex hoc loco) profecturus essent, uel exiturus. ep. seq. Lanuuij cõstitui manere) ep. seq. φιλαίτιον συμφορὰ) res querula calamitas. sic loquutur ep.13.l.10. Fano) ep.12.h.l. Hanc in rem) ad parandos hortos, in quibus fanum ædificemus. Scapulæ) hortos. ep.31.h.l. Clodiæ) hortos. ep.33.h.l. Silius) ep.19.h.l. Nolet) hortos uendere. ep.26.h.l. Drusus) ep.16.h.l. Aget iniuste) dificilẽ præbebit. ep.27.h.l. Cusinij) fortasse Cosinij. ep.16.l.1. Trebonij) C. Trebonij. ep.6.l.11. sic Trebonianos hortos. ep.38.h.l. Trebonij, & Cusinij epist.33.h.l. Terentium) fortasse P. Terentium. ep.10.l.11. Rebilum) fortasse Caninium Rebilum. Cæs. lib.1. & 2. de bel. ciu. Tusculanum placet) ubi fanum ædificemus. Significasti) tibi in mentem uenisse. ep.31.h.l. Hoc) quod ad fanum pertinet. Accusas) epysto.33. & 35. h.l. Vitio meo) stultitia mea. ep.31 h.l. Hæc) fani ædificatio. Leuatio) ep.18.h.l.

CICERO ATTICO S. 37

HIRCII epistolam si legeris, quæ mihi quasi πρόπλασμα uidetur eius uituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone, facies me, quid tibi uisum sit (si tibi erit commodum) certiorem. Redeo ad fanum. nisi hac æstate absolutum erit, quam uides integram restare, scelere me liberatum non putabo. Nullum á te desideraui diem literarum: uidebam enim, quæ scribis: & tamen suspicabar, uel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. ad VI. Id. uero & abesse te putabam, & planè uidebam nihil te habere. ego tamen ad te ferè quotidie mittam: malo enim frustra, q̃ te non habere, cui des, siquid forte sit, quod putes me scire oportere. itaque accepi VI. Id. literas tuas inanes: quid enim habebas, quod scriberes? mihi tamen illud, quicquid erat, non molestum fuit, nihil aliud scire me, noui te nihil habere. scripsi tamen nescio quid de Clodia. ubi ergo ea est, aut quãdo uentura? placet mihi res sic, ut secundum Othonem nihil magis. sed neque hanc uenditurum puto, delectatur enim, & copiosa est: &, illud alterum q̃ sit difficile, te non fugit. sed obsecro enitamur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus. ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum, inde fortasse Arpinum. cum certum sciero, scribam ad te. uenerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod facis, faceres: putabam enim commodius te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. ego postridie Iduum, ut scripsi ad te ante, Lanuuij manere constitui, inde aut Romæ, aut in Tusculano. scies ante utrunque. Vale. σχόλια

HIRCII epistolam) Hircij librum. ep.35 h.l. πρόπλασμα) specimen, simulacrum, adumbratio, unde perspici potest, qualis sit futura Cæsaris uituperatio. ibid. Vituperationis) Anticatonum. epis.49.l.13. Fanum) ep.12.h.l. Hac æstate) ep.13.h.l. Quam) æstatem. Scelere) si quasi uoto, & promisso tenear. ep.12.h.l. Nihil fuisse, quod scriberes) ep.34.h.l. Abesse) epist. sup. Nihil te habere) quod scriberes. Mittam) tabellarios. epyt.34.h.l. Malo enim frustra) mittere. Nihil aliud scire me, noui te nihil habere) al. nihil aliud scire me noui, nisi te nihil habere. Scripsi tamen) alij, scripsisti tamen, fortasse melius. De Clodia) de hortis Clodiæ. ep. seq. Ventura?) Romã? epist.39.h.l. Res) de hortis Clodiæ. Secundum Othonem nihil magis) placeat. male enim hortos primum Othonis, deinde Clodiæ. ep. seq. Hanc) Clodiam. Puto) ep.33.h.l. Delectatur) hortis Clodia. Orat. pro M. Cælio. si modo ea est. Copiosa) & diues. ibid. Illud alterum) de Othone. ep. seq. Difficile) difficile certamen. ep.39.h.l. Ad id) ad fanum. epist.12.h.l. Hinc) ex hoc loco. ep. sup. Domum) Romam. ibid. Arpinum) quò iuit postea. ep.9. & 11.l.13. Id ipsum) consolationem aliquam, ut arbitror: certe aliquid, quod ad literas pertineret. ep.39. & 40.h.l. Quod facis) domi inclusus. ep. seq. Scripsi) ep. sup. Lanuuij) epis.2. & 4.l.14.

CICERO ATTICO S. 38

* QVOD scies rectè illam rem fore leuamento, benefacis, cum id esset (mihi crede) perinde, ut existimare tu non posses. res indicat quantopere id cupiam, cum tibi audeam confiteri, quem id non ita ualde probare arbitrer. sed ferendus tibi in hoc meus error, ferẽdus? immo uero etiam adiuuandus. De Othone diffido, fortasse quia cupio: sed tamen maior etiam res est, q̃ facultates nostræ, præsertim aduersario & cupido, & locuplete, & herede. proximum est, ut uelim Clodiæ. si ista minus confici possunt, effice quiduis. ego me maiore religione, q̃ quisquam fuit ullius uoti, obstrictum puto. uidebis etiam Trebonianos, & si absunt domini. sed, ut ad te heri

scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat, quod certe non est committendum. & Hircium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facile patior, (fecit enim humane) & te eius epistolam ad me non misisse, multo facilius: tu enim etiam humanius: illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea uolo diuulgari ab tuis, ut ex istorum uituperatione sit illius maior laudatio. quod per Mustellam agis, habes hominem ualde idoneum, meiq; sane studiosum iam inde à Pontiano. perfice igitur aliquid: quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemuis hæredem potest effici. sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. mihi uero & locum, quem opto ad id, quod uolumus, dederis, & præterea ἐγγήραμα. nã illa Silij, & Drusi nõ satis οἰκοδεσποτικά mihi uidentur: quid enim sedere totos dies in uilla ista? igitur malim primũ Othonis, deinde Clodiæ. si nihil fiet, aut Druso ludus est suggerẽdus, aut utendũ Tusculano. Quòd domi te inclusisti, ratione fecisti: sed quæso cõfice, & te uacuũ redde nobis. ego hinc, ut scripsi antea, postridie Idus Lanuuiũ, deinde postridie in Tusculano: cõtudi enim animũ, & fortasse uici, si modo permãsero. scies igitur fortasse cras, summũ perẽdie. sed quid est quæso? Philotimus nec Cartini Pompeiũ teneri, qua de re literarũ ad Clodiũ Patauinũ missarũ exẽplũ mihi Oppius, & Balbus miserant, sed id factũ arbitrari: bellumq; narrat reliquũ satis magnũ. solet omnino esse Fuluiaster. sed tamen, siquid habes. uolo etiam scire de naufragio Caniniano, quid sit. ego hic duo magna συντάγματα absolui: nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possũ. tu mihi, etiã si nihil erit, quod scribas (quod fore ita uideo) tamen id ipsum scribas uelim, te nihil habuisse, quod scriberes, dummodo ne his uerbis. De Attica optime. ἀκηδία tua me mouet, & si scribis nihil esse. in Tusculano eo commodius ero, quod & crebrius tuas literas accipiam, & te ipsum nonnunquam uidebo: nam cæteroqui ἀνεκτότερα erant Asturæ: nec hæc, quę refricant, hic me magis angunt. & si tamen ubicunque sum, illa sunt mecum. Vale.

σχόλια

QVOD scies recte illam) al. quòd scies recte mihi illam: ego legerem: quòd scias certe mihi illam. Rem) fanum. Leuamento) leuationi. ep. 36. h. l. Quum id) fanum. Perinde) tãto leuamento. Tu) nedum alij. Id) fanum. Cupiam) ita, ut seruiam cupiditati. ep. 26. h. l. Probare) ep. 18. h. l. Error) ep. 20. h. l. Othone) epis. 31. h. l. Aduersario) Othone ipso aduersario in auctione. Cupido) ep. seq. Locuplete) ibid. Hærede) Scapulæ ita, ut ipse quoque cum cæteris cohæredibus in hortis illis suam habeat partem, & reliquas commodius possit emere. Proximum est) secundum Othonem. ep. sup. Clodiæ) hortos, quos habet ad Tyberim. orat. pro M. Cæl. Voti) ep. 12. h. l. Trebonianos) Trebonij hortos. ep. 36. h. lib. Domini) Terentius, & Rebilus. ibid. Scripsi) ibid. Tusculano) ibid. Aestas) quam uides integram restare. ep. sup. Hircium) ep. 4. l. 10. συμπαθῶς) dolenter, miserabiliter, cum misericordia. Non misisse) ne ego epistolam ita συμπαθῶς scriptam legens, magis dolerem. Humanius) fecisti. Illius) Hircij. Misit) epist. 35. h. l. Tuis) librarijs ibid. Istorum) Cæsaris, & Hircij potissimum. Illius) Catonis. Maior laudatio) cum uituperatione collata, præsertim quum uituperationes ab inimicis profectæ, minus credantur. Mustellam) ep. 5. h. l. & ep. 6. l. 13. Agis) de hortis. ep. seq. Iam inde à Pontiano) ex eo tempore, quo fuimus in agro Pontiano à Pontijs insulis, ut ego puto, uel Pontia dicto Plin. l. 3. cap. 6. & 7. Aditus sit) ad istos hortos: & erit, si uenibunt. ep. 33. h. l. Hæredem) Scapulæ. Ad id) fanum, epistol. 12. h. l. Dederis) ep. 32. h. l. ἐγγήραμα) honorificam senectutem. epist. 20. h. l. Illa) prædia, illi horti. Silij, & Drusi) ep. 26. h. l. οἰκοδεσποτικά) patrifamiliás accommodata. Mihi uidentur) & ideo minus laboro. epist. 43. h. l. Sedere totos dies) quòd non possis ita facile in urbem reuerti. In uilla ista?) Silij, aut Drusi nimis longinqua? contrà ep. 31. h. l. Othonis) hortos Othoni à Scapula relictos. ep. 33 h. l. Clodiæ) hortos. paulò ante. Druso) ep. 16. h. l. Ludus est suggerendus) παροιμιακῶς dictum uidetur. quare uideant docti, an respiciat πρὸς ὀρτυγοκοπίαν τὴν παιδίαν, in qua τοὺς ἡττηθέντας ὄρτυγας ἐμβοήσαντες κατὰ τὸ οὖς, αὐτοὺς ἐξιῶντο, λήθην ἐμποιεῖν ζομένοι τῆς τοῦ νενικηκότος φωνῆς. καὶ τὸ ἐμβοᾶν τρυλλίζειν, ἐντρυλλίζειν ὠνόμαζον: ut scribit Pollux lib. 9. sic propemodum, oderunt ludum, ep. 15. l. 9. tentandus igitur Drusus, uel transeundum est ad Drusum, ut ep. 26. h. l. Vtendum) ut significasti. epis. 36. h. l. Ratione fecisti) quoniam commodius ages. ep. sup. Hinc) ex hoc loco. ep. 36. h. l. Postridie Idus) postridie Iduum ep. 36. & 37. h. l. sed utrunque latine dicitur. al. postridie Id. Lanuuiũ) tu lege, Lanuuij, ut ep. sup. Contudi enim animum) ita, ut ire possim in Tusculanum. ep. seq. Fortasse uici) uincam, opinor. ibid. Scies) quid sim facturus. Philotimus) ep. 4. l. 2. Nec Cartini) nec Carteiæ. nemo non uidet legendum ex Hirc. de bel. Hispanien. ubi scribit Cn. Pompeium Carteiam delatum: quò post Cæsaris cædem Sext. etiam Pompeium receptum scripsit Atticus. ep. 21. l. 15. Teneri) & quidem in Carteiensium potestate. Hirc. de bel. Hispan. Clodium Patauinum) quærant alij. Oppius, & Balbus) epist. 10. l. 9. Sed) nec, et, frequentius iunguntur, quàm nec, sed. Id factum) id fictum: legimus. Narrat) Philotimus, ut sæpe pro Pompeio, & Pompeianis mentiri solitus. ep. 9. l. 10. Ful

piaster)Fuluij imitator. Laurentius Vallen. quemadmodum enim Fuluius Posthumius pro Cæsare, sic Philotimus pro Pompeio mentiri solebat.ep.2.l 9.& ep.9.l.10. Sed tamen)scribe. Naufragio)ep.31.h.l. Caninano)C.Caninij Rebili qui tunc Cæsaris erat legatus in Hispania.Hirc.de bel.Hispan. συντάγματα)uolumina,libros,ut ego puto,de gloria.ep.28.l.15.& ep.2.&.3.l.16. Alio modo)quàm scriptione. A miseria)à dolore.ep.33.h.l. Aberrare)epis 32.h.l. Optime) quòd belle se habeat,ut ep.30.h.l. ἀκηδία)tristitia. Nihil esse)cur tristitia afficiaris,uel ἀκηδίαν ipsam nihil esse. Cæteroqui)al.cætera quidem,recte,ut ego sentio. ἀνεκτότερα)tolerabiliora.literas igitur accipiam quidem crebrius, & te uidebo interdũ, sed,quod ad cætera pertinet,ea facilius absens ferebam. Asturæ)ep.35.h.l. Nec hæc)nunc hæc,legi fortasse posit. Refricant)prouerb.refricare cicatricem. Illa)mala,& dolores,quibus afficior.

CICERO ATTICO S. 39



E CAESARE uicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis. eum σύνναον Quirini malo, q̃ Salutis. Tu uero peruulga Hircium:id enim ipsum putaram,quod scribis:ut,cum ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις uituperandi Catonis irrideretur.uincam(opinor)animum;Lanuuio pergam in Tusculanum:aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est(nam dolor idem manebit: tantum mediocrius)aut nescio quid intersit,utrum illuc nunc ueniam, an ad decem annos: neque enim ista maior admonitio, q̃ quibus assidue conficior & dies,& noctes.quid ergo,inquies,nihil literæ?in hac quidẽ re,uereor, ne etiam contra:nam essem fortasse durior:exculto enim animo nihil agreste,nihil inhumanum est. tu igitur,ut scripsisti,nec id incommodo tuo:uel binæ enim poterunt literæ. occurram etiam,si necesse erit.ergo id quidem,ut poteris. De Mustella,ut scribis.& si magnum opus est.eo magis delabor ad Clodiam.quanquam in utroque Faberianum nomen explorandum est.de quo,nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus.& quidem,ut res est,emere nos uelle,nec posse sine isto nomine, nec audere incerto. sed quando Clodia Romæ futura est,& quia tanti rem æstimes,eo prorsus spectio:non quin illud malim:sed & magna res est,& difficile certamen cum cupido,cum locuplete,cum hærede.& si de cupiditate nemini cõcedã:cæteris rebus infirmores sumus. sed hæc corã. Vale.

σχόλια



E Cæsare uicino)de statua Cæsaris in Quirini templo, quod domui tuæ in colle Quirinali est uicinum,collocanda:ut collocata est.Dion l.43.& ita Cæsar fuit uicinus Attico.ep.20.l.3 & P.Victor reg.6. Eum)Cæsarem. σύνναον)templi socium,contubernalem.ep.28 l 13. Quirini malo)ut,quemadmodum Romulus, à patribus necetur. Quàm salutis)ne seruetur salus uero etiam Attici uicina dicitur ep 1.l.4. Peruulga)da operam, ut à tuis diuulgetur.ep.sup. Hircium)Hircij librum.ep.35 h.l. Putaram)ep.sup. Ingenium amici nostri)ingenium M.Catonis,qui noster fuit amicus,ep.1.l.2.uel potius, ingenium meum:sed ita loquitur,ut arrogantiam uitet. Probaretur)in laudatione.ep.sup. ὑπόθεσις)argumentum.ep.11.l.1.& ep.36.l.14. Vituperãdi Catonis)ep.35.h.l.& ep.sup. Vincam)ibid. Lanuuio)al.& Lanuuio.uincam,inquit,animum,& Lanuuio pergam in Tusculanum. nisi enim animum contudero, & uicero,eò ire non potero.epist.sup. Fundo illo)Tusculano. Tantum mediocrius)al.tantummodo oeyus.al.tantummodo ocius. alij,tantummodo socius,recte,mea quidem sententia,ut ita dicat:idem manebit dolor,quòd semper sit,& tantũmodo socius. Illuc)in Tusculanum. Ista)agri Tusculani,ubi uel mortua est,uel certe frequens esse solebat Tullia. Nihil literæ?) prosunt? ep.12.&.33.h.l. In hac quidem re)in hac miseria.ep.sup. Contrà)noceant.quin dum illud tractabam,fouebam dolores,inquit ep.12.h.l. Essem)sine literis. Durior)ad ferendum dolorem. Exculto)doctrina. Tu igitur)fac,confice.ep.sup. Poterunt)id ipsum,quod facis,complecti.ep.37.h.l. Occurram)quasi occupabo. Ergo)confice. Id quidem)consolationis, uel literarum.ep.37.h.l.nisi uelis ad hortos omnia referre. Mustella)ep.sup. Magnum opus est)maior res est,quàm facultates nostræ.ibid. Ad Clodiam)ad hortos Clodiæ.ibid. In utroque)negotio,hoc est,in hortis tam Scapulæ, quàm Clodiæ. Faberianum nomen)ep.24.h.l. Balbo)ibid. Emere)hortos. Isto nomine)Faberiano. Incerto)nomine:quod si certum sit,quod uolumus,consequemur.ep.35.h.l. Romæ futura est)epist.43.h.l.Romam uentura. episto.37.h.l. Quia tanti rem æstimas) quia tanti Clodiæ hortos æstimas. Eò)ad Clodiæ hortos. Illud)Scapulanum,hoc est,hortos Scapulæ, quos primum,deinde Clodiæ opto.ep.36.h.l. Magna res est)& maior,quàm facultates.ep.sup. Cupido)aduersario Othone.ibid. Cum locuplete,cum hærede)ibid. Cupiditate)cui seruio.ep.26.h.l. Infirmiores)al.inferiores.

CICERO ATTICO S. 40



IRCII librum(ut facis)diuulga. De Philotimo idem & ego arbitrabar. Domum tuam pluris uideo futuram uicino Cæsare. Tabellarium meum hodie expectamus,nos de Pilia,& Attica certiores faciet. Domi te libenter esse,facile credo. sed ue-

lim

iam scire, quid tibi restet, aut iam ne confeceris. ego te in Tusculano expecto, eoque magis, & Tiro ni statim te uenturum scripsisti, & addidisti, te putare opus esse. sentiebam omnino quantum mihi praesens prodesses, sed multo magis post discessum tuum sentio. quam ob rem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, quod licebit. Vale.

σχόλια

HIRCII librum) ep.35.h.l. Diuulga) peruulga.ep.sup. Philotimo) epist.4.l.2. Arbitrabar) mentiri more suo.ep.38.h.l. Pluris) ob celebritatem, quae propter Caesaris statuam maior erit. Vicino Caesare) epis.sup. Faciet) tabellarius. Libenter esse) inclusum ep.38.h.l. Restet) faciendum. Confeceris) quod faciebas.ep.37.h.l. In Tusculano) quo ueni, ut scripsi ep.sup. Tironi) lib.16.fam. Sentiebam) uidetur quidem hic diuidenda epistola, quod Atticus eodem pene loco dicatur in Tusculano expectari, & ex Tusculano discessisse, sed quia paulo post diuisam in alijs libris inuenimus, & Atticus his temporibus in Tusculanum iuisse frequenter uidetur ita, ut ante discessisse, & iterum expectari dici possit, eam diuisionem sumus secuti. Sentio) nam quid amicitia uoluptatis habeat, carendo intelligimus. Ego ad te totus) ueniam.

CICERO ATTICO S. 41

HERI non multo post, quam tu a me discessisti, puto quidam urbani, ut uidebantur, ad me mandata, & literas attulerunt a C. Mario C. F. cum multis uerbis agere mecum per cognationem, quae mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi aui sui, ut se defenderem, causamque suam mihi perscripsit. rescripsi, patrono illi nihil opus esse, quoniam Caesaris propinqui eius omnis potestas esset, uiri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. o tempora, fore, cum dubitet Curtius Consulatum petere. sed haec hactenus.

DE TIRONE mihi curae est: sed iam sciam, quid agat: heri enim misi, qui uideret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Caesarem tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas. Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. quare, cum poteris, id est cum Sestij auctioni operam dederis, reuises nos: uel unus dies mihi erit utilis, quid dicam gratus? ipse Romam uenirem, ut una essemus, si satis consilium quadam de re haberem. Vale.

σχόλια

HERI) sic ep.13.h.l. Discessisti) ex Tusculano, ep. sup. Puto quidam) pueri quidam, si legatur, non idem pene bis dicatur, puto, & uidebantur. C. Mario C. F.) al. C. Mario Cn. Corfinio: unde nos olim ita legebamus: C. Mario C. N. Corfinio hoc est, literas attulerunt a C. Mario C. nepote Corfinio, ubi nunc ille est, quod non procul sit ab Arpino C. Marij patria: uel quod a Caesare ibi fuerit relictus: nunc referimus ad id, quod scribitur ep. 8.lib.14 ut ἐιρωνικῶς C. Marij filium uocet, quod ita se ipse uocaret. Secum esset) per auiam nostram Marij Gratidij sororem.l.3.de legib. Marium) qui fuit septies Cos. Quem scripsissem) heroico carmine. l.1.de Diuinat. & l.1.de legib. L. Crassi) oratoris, quem ego tantopere laudaui in libris oratorijs. Aui sui) hinc Marius L. Crassi affinis dicitur.l.1.de orat. & orat. pro L. Cornelio Balbo. Defenderem) ne Caesaris decreto relegaretur. epist.6.l.14. Illi) Mario. Propinqui) per Iuliam ipsius Caesaris amitam, & Marij uxorem. Plutarc. in Mario. O tempora) ἐιρωνικῶς. Curtius) qui nihil non sibi de Caesare pollicebatur, ep.2.l.9. Tirone) aegroto, ut ep.7.h.l. Misi) fortasse Andricum, uel Menandrum.ep.14.&.15.l.16. fam. Epistolam) quam scribere conabar.ep.35.h.l. Ad Caesarem) al ad Ciceronem, qui & ipse aberat, iam tum Athenas profectus.ep.seq. Horti) Scapulani, praeconi subijciendi, ut puto.ep.35.h.l. Discessus) sic ep. sup. Sestij) epis.17.l.5. sed credo fore, ut doctis placeat legere isti: uel, ut etiam legitur, Sexti, ut Sext. Peduceum significet, ep.12.l.7. cuius auctioni tunc Atticus operam dabat.ep.seq. & ep.1.l.13. Satis consilium) satis consilij fortasse scripsit Cicero.

CICERO ATTICO S. 42

TIRONEM habeo citius, quam uerebar. uenit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse uenturum. quamuis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. sed expecto te a Peduceo utique. tu autem significas aliquid etiam ante. uerum id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut scribis. hoc tamen uelim scire, quando auctio. Epistolam ad Caesarem mitti, uideo tibi placere. quid quaeris? mihi quoque idem maxime placuit, & eo magis, quod nihil est in ea nisi optimi, ciuis, sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ praecipiunt: sed sic nobis esse uisum, ut isti ante legerent. tu igitur id curabis. sed, nisi plane ijs intelli

ges placere, mittenda non est. id autem utrum illi sentiant, an uero simulent, tu intelliges. sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit. τοῦτο δὲ μυλώσῃ. *De Cerelia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: debere, non esse dignitatis meæ: per scriptionem tibi placere: hoc metuere, alterum in metu non ponere. sed & hæc, & multa alia coràm. sustinenda tamen (si tibi uidebitur) solutio est nominis Cereliani, dum & de Metone, & de Faberio sciamus L. Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est. ab eius sororis uiro literas accepi, Montanum Planco debere, quòd præs pro Flaminio sit, HS XX. de ea re nescio quid te à Montano rogatum. sanè uelim, siue Plancus est rogandus, siue qua re potes illũ iuuare, iuues. pertinet ad nostrum officium. si res tibi forte notior est, quàm mihi, aut si Plancum rogandũ putas, scribas ad me uelim, ut, quid rei sit, & quid rogandum, sciam. Vale.*

σχόλια



IRONEM) ep. sup. Habeo) sanum & hic, quum Romæ esset æger. ibid. Verebar) ita, ut miserim, qui uideret. ib. Nicias) ep. 21. h. l. Valerium) fortasse L. Valerium, quem iurisconsultum uocat ep. 9. l. 1. fam. & ep. 1. l. 3. fam. uel Valerium Catullum Poetam, quem uidetur etiam significare episto. 11. l. 7. fam. uel P. Valerium, quem comitem, & familiarem uocat Philip. 1. Venturum) & uenit. epist. seq. Ero solus) nam cum illis communicare non audebo. Vnus esses) quicum omnia communicare possum, quo nihil est dulcius. A Peduceo) à Sext. Peducei auctione. ep. 1. l. 13. Aliquid) esse facturum. ep. 37. h. l. Vt poteris) sic eadem de re ep. 39. h. l. Virgilio) ep. 26. l. 13. Auctio) futura sit, & in quam diem proscripti sint horti. ep. sup. Epistolam) ep. sup. & ep. 35. h. l. Idem) al. hodie. Nisi optimi ciuis) al. nisi optimum, & optimi ciuis. Tempora) postulant. Parere) lib. 3. de finib. cedere. ep. 9. lib. 4. fam. πολιτικοὶ) libri de Rep. uel homines Reip. administrandæ periti, & sapientes. l. 3. de finib. Sed sic nobis esse uisum) sed scito ita nobis esse uisum: itaque legendum est: uel. sed sic nobis est uisum. Isti) Balbus, Oppius, & alij Cæsariani. sic ep. 27. l. 13. Id curabis) ut isti legant. Iis) Cæsarianis. Placere) epistolam ad Cæsarem. Intelliges) ex uerbis, & ex uultu. τοῦτο δὲ μυλώσῃ) hoc autem inuestigabis. al. τοῦτο δὲ γνώσῃ hoc autem intelliges. Cerelia) ep. 72. l. 13. fam. hanc à Cicerone sene amatam criminatur Q. Fusius Calenus apud Dionem lib. 46. nec Quintil. lib. 6. cap. 4. & Ausonius in Centone nuptiali negant. κερελλίαν scribit Dion. hæc etiam studio philosophiæ flagrabat. ep. 20. l. 13. Debere) debitorem esse fœminæ. Perscriptionem) nominis & debiti in aduersaria, uel in tabulas à Cerelia relati. Placere) ut rectè faciam. Hoc) debitum. Metuere) ut rem me indignam. Alterum) perscriptionem. In metu non ponere) quòd nulla fraus in ipsa perscriptione esse posit ep. 25. l. 14. De hoc uero enthymemate disputat Boetius in commen. 5. in Topic. Cic. Metone) ep. 3. h. l. Faberio) epis. 24. h. l. L. Tullium Montanum) ep. seq. Cicerone) meò filio. Profectus est) Athenas. epis. 27. h. l. Planco) L. Planco, qui pro Cæsare prædes uendebat. Philip. 2. Flaminio) Flammæ Flamminio. epis. 18. l. 14.


CICERO ATTICO S. 43



E epistola ad Cæsarem quid egeris, expecto. De Silio non ita sanè laboro. tu mihi aut Scapulanos, aut Clodianos efficias, necesse est. sed nescio quid uideris dubitare de Clodia, utrum, quando ueniat, an sint ne uenales? sed quid est, quod audio Spintherem fecisse diuortium? de lingua latina securi es animi, dices, qui talia conscribis. ἀπόγραφα *sunt: minore labore fiunt, uerba tantum affero, quibus abundo. Ego, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui uideor. hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. hodie tuas literas expectabamus matutinas. erunt fortasse alteræ pomeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impedient, quas ego non interpello. misi ad te epistolas ad Martianum, & ad Montanum. eas in eundem fasciculum uelim addas, nisi forte iam dedisti. Vale.*

σχόλια

E epistola ad Cæsarem) ep. 35. & 41. h. l. Quid egeris) an curaris, ut isti legant. epist. sup. De Silio) de Silij hortis. ep. 22. h. l. Non ita) ut olim, quum illos Drusianis anteponebam. ep. 20. h. l. Laboro) ep. 38. h. l. Scapulanos, aut Clodianos) hortos. ep. 36. h. l. Efficias) sic conficias ep. 31. h. l. Clodia) epis. 38. h. l. Veniat) Romam. ep. 37. & 39. h. l. al. ueneant. Venales?) horti Clodiæ. Spintherem) P. Lentulum P. F. Spintherem. epis. 35. h. l. & ep. 11. l. 14. Fecisse diuortium?) cum Metella. ep. 6. l. 13. De lingua latina) quam inopem uulgo putant. lib. 1. de finib. Securi es animi) multum tibi promittis Cicero, confidis, & arrogas. Talia) res philosophicas, res difficiles. ep. 33. h. l. Conscribis) latine, quod fieri uix posse putant. lib. 1. Acad. quæst. & l. 1. de finib. conscribis uero, non conuertis, dixit, ne quis, quod tamen cauere non potuit, orationes Aeschinis, & Demostenis περὶ τοῦ στεφάνου, quas conuertit, significari existimaret. ἀπόγραφα) exempla, res descriptæ. Minore labore fiunt) quàm si inuenirentur, & excogitarentur. Verba tantum affero) non sententias. Quibus abundo) quorum me non esse inopem agnosco. ep. 4. l. 4. fam. Nicias, & Valerius) ep. sup. Epiroticæ) ex Epeiro ab Alexione missæ. ep. 25. l. 13. Martianum) ep. 11. h. l. Montanum) ep. sup.



M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER XIII.

CICERO ATTICO S. 1



D CICERONEM *ita ſcripſiſti, ut neque ſeuerius, neque temperatius ſcribi potuerit, nec magis, quàm quemadmodum ego maxime uellem. prudentiſsime etiam ad* Tullios. *quare aut iſta proficient, aut aliud agamus.* De pecunia *uero, uideo à te omnem diligentiam adhiberi, uel potius iam adhibitam. & ſi efficis, à te hortos habebo. nec uero ullum genus poſſeſſionis eſt, quod malim, maxime ſcilicet ob eam cauſam, quæ ſuſcepta eſt, cuius feſtinationem mihi tollis, quoniam de æſtate polliceris, uel, potius recipis. deinde etiam ad* καταβίωσιν, *mœſtitiamq́; minuendam nihil mihi reperiri poteſt aptius. cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari uelim: ſed me ipſe reuoco: non enim dubito, quin, quod me ualde uelle putes, in eo tu me ipſum cupiditate uincas. itaque iſtuc iam profecto habeo.* Expecto, *quid iſtis placeat de epiſtola ad* Cæſarem. Nicias *te (ut debet) amat, uehementerq́; tua ſui memoria delectatur.* Ego *uero* Peduceum *noſtrum uehementer diligo: nam &, quanti patrem feci, totum in hunc: ipſum per ſe æque amo, atque illum amaui: te uero plurimum, qui hoc ab utroque noſtrum fieri uelis.* Si *hortos inſpexeris, & ſi de epiſtola certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minus, ſcribam tamen aliquid: nunquam enim deerit.* Gratior *mihi celeritas tua, quàm ipſa res: quid enim indignius? ſed iam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus.* Tuas *literas hodie expectabam, nihil equidem ut ex iis noui: quid enim? ueruntamen.* Oppio, *&* Balbo *epiſtolas deferri iubebis, & tamen* Piſonem *ſicubi de auro.* Faberius *ſi uenerit, uidebis, ut tãtum attribuatur, ſi modo attribuetur, quantum debetur. accipies ab* Erote. Ariarathes Ariobarzanis *filius* Romam *uenit. uult, opinor, regnum aliquod emere à* Cæſare: *nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. omnino eum* Seſtius *noſter parochys publicis occupauit: quod quidem facile patior. ueruntamen, quòd mihi ſummo beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur. ad eam rem cum mitterem* Alexandrum, *has ei dedi literas.* Cras *igitur auctio* Peducei: *cum poteris ergo: & ſi impediet fortaſſe* Faberius: *ſed tamen, cum licebit.* Dionyſius *noſter grauiter queritur, & tamen iure, à diſcipulis abeſſe tandiu. multis uerbis ſcripſit ad me, credo item ad te. mihi quidem uidetur etiam diutius abſuturus. ac nolem: ualde enim hominẽ deſidero.* Vale.

σχόλια



D) hic nihil, aut parum quid temporis eſt omiſſum. Ciceronem) filium meum Athenis ſtudentem. epiſt. 27. l. 12. Tullios) L. Tullium Montanum, et fortaſſe Tullium Martianum cum Cicerone Athenas profectos, ep. 42. & 43. l. 12. uel M. Tullium. ep. 13. l. 8. Iſta) quæ ſcripſiſti. Proficient) ad Corrigẽdum Ciceronem meum. Agamus) agamus, ſuperius uerbum requirit. De pecunia) exigenda, & inuenienda. Et ſi efficis) al. quod ſi efficis. Hortos) Scapulanos, aut Clodianos. epiſt. 43. l. 12. Habebo) habere me exiſtimabo. Ob eam cauſam) fam. ep. 12. l. 12. De æſtate polliceris) polliceris fore, ut hac æſtate fanum ſit abſolutum. ep. 37. l. 12. κατα βίωσιν) uitæ quaſi faſtidium, ſatietatem, & deſperationẽ. nam uita nimis longa mihi uidetur. ep. 28. l. 12. Aptius) fano. ibid.

hæc enim est summa leuatio.ep.36.l.12.nisi malis ad id ipsum,quod faciebat Atticus, referre.ep.37.l.12. Cupiditas)cui seruio,ep.26.l.12. Istis)Cæsarianis.ep.42.l.12. De epistola ad Cæsarem)ibid. Nicias)ep.21.et.42.l.12. Peduceum)ep.12.l.7. Patrem)epist.3.l.10. Totum in hunc)contuli,transtuli. Per se)non patris tantum,quod fieri solet,causa. Hoc)ut amemus inter nos. Hortos)ep.43.l.12. De epistola)ad Cæsarem. Certiorem)quid isti sentiant.ep.42.l.12. Gratior mihi)hic epistola potuit diuidi. Humanitatem)humanum affectum. Ex ijs)intelligerem. Quid enim?)est? Verũtamen) expectabam: uel, si quid accidisset, scire cupiebam.ep.12.l.14. Oppio.& Balbo)ep.10.l.9. Epistolas)quas misi. Pisonem) conuenias. ep.11.h.l. Sicubi)poteris.ep.3.&.16.h.l. De auro)ep.5.l.12.al.auo,ut legi etiam possit, Aulo,ibid.& epist.3.h.l.uel Ouia, ep.25.l.12. Faberius)ep.24.l.12. Attribuatur)hinc attributio.ep.3.l.16. Erote)epist.15.l.10. Ariarathes Ariobarzanis filius)epis.20.l.5.& si fieri potuit,ut Ariobarzanes filium,& fratrem eodem nomine haberet:quia tamen Regum mos fuit, ut filij patrum essent gentiles,& heredes:& contra Ariarathes Ariobarzanis frater dicitur ep.2.l.15. fam.& ab Hirc.de bel.Alex. frater item,& Ariobarzani attributus uocatur:atque sæpe F. nota filius, sæpe frater describitur, uidendum est, ne, frater,hic reponi debeat:nisi forte filius Ariobarzanis mortui, non uiuentis dicatur:uel certe dicendum est Ariobarzani plures fuisse filios,quorum unus Ariarathes sit appellatus. Quomodo nunc est)ep.23.l.8. Pedem)prouerb. Non habet)si filius legitur,ut pauper,epist.1.l.6. si frater,ut attributus fratri,non Rex ipse.Hirc.de bel.Alex. Omnino)cum superioribus iungo. Sestius)ep.17.l.5. Parochijs publicis)al.parochus publicus,atq; idipsum,mea quidẽ sententia, εἰρωνικῶς,quasi qui hoc ambiret,ut peregrinos præsertim uiros magnos tanquàm parochus publicus hospitio acciperet,quo plures clientelas habere uideretur. Occupauit)ne ab alijs acciperetur. Facile patior) ne cogar ego sic affectus illum ut hospitem accipere. Beneficio meo)Ariobarzanes enim opera mea uiuit,& regnat.ep.20.l.5. Fratribus) Ariobarzane ipso,& alijs,quos habebat. Necessitudo)qualis esse solet inter patronos,& clientes.Diony.antiq.l.2. Eum)Ariarathem. Alexandrum)seruũ, uel potius libertum. Dedi)ad te, qui Regi redderes. Cras igitur)erit. Auctio Peducei) ep.41.&.42.l.12. Ergo)uenies. Impediet)quum uenerit,quoniam uoles uidere de nomine. Sed tamen)uenies. Dionysius)ep.4.l.7. Noster)nunc, etsi prius oderam.ep.16.l.10. Discipulis)non Ciceronibus filijs, quorum alter erat in Hispania, alter Athenis,epis.6.&.42.l.12.sed à me ipso discipulo ep.14.l.4.& alijs.quos habet. Diutius abfuturus.ac nollem) & si ita quoque res intelligi potest,ego tamen facile assentirer ijs,qui legerent:diutius abfuturus,ac uellem.

CICERO ATTICO S. 2



TE literas expectabam,non dum scilicet,nam has mane rescribebam.ego uero ista nomina sic probo,ut nihil aliud me moueat,nisi quod tu uideris dubitare:illud.n.non accipio in bonam partem quod ad me refers.quid? ipse negotium meum gerere, nisi consilio tuo? sed tamen intelligo,magis te id facere diligentia,qua semper uteris, quàm quòd dubites de nominibus istis:etenim Celium non probas:plura non uis.utrunque laudo.his igitur utendum est.præs aliquando factus esset in his quidem tabulis.à me igitur omnia, quod dies longiores teneamus modo,quod uolumus.puto fore istam etiam à præcone diem, certe ab hæredibus. De Crispo,& Mustella uidebis.& uelim scire,quæ sit pars duorũ. De Bruti aduentu eram factus certior: attulerat enim ab eo Aegypta libertus literas.misi ad te epistolã,quia cõmode scripta erat. Vale. 1

σχόλια 2



TE Literas expectabam)quum ipse non uenisses. Nomina)in quibus est pecunia,quam ut exigas,diligentiã adhibes.ep.sup. Probo)bona existimo. Dubitare)de istis nominibus. Ad me refers)me consulis. Quid? ipse negotium meum gerere,nisi consilio tuo?)soleo?sed quoniam durior est ἀποσιώπησις, quàm ut Ciceroniana uideri debeat,malim scribere,uel,ut in alijs libris legitur:quid si ipse negotium meum gererẽ? nihil gererem,nisi consilio tuo:uel,quid?si ipse negotium meum gererem,gererem,nisi consilio tuo? Cælium)fortasse C.Cælium, quẽ Cicero Ciliciæ olim præfecit,ep.6.l.6.cuique fortasse etiam pecuniam mutuam dedit,præsertim quum in Asia haberet ad HS. bis,& uicies.ep.1.l.12.uel Q .Cælium,qui diruptus,dirutusque dicitur Philip.13.certe timebat Cicero,ne qua lacuna esset in auro,ep.6.l.12. Non probas)bonum nomen non existimas. Plura non uis)Cælio dari,ut fit,quando quis bonum nomen nõ existimatur. His igitur)his igitur nummis,quos exegimus. Vtendum est)in emendis hortis. Præs aliquãdo)al.præs quidem aliquando. Factus esset in his quidem tabulis)al.factus es,& in his quidem tabulis:recte,ut puto,ut sit ratio quædam, quare Atticus Cælio plura dari nolebat, quòd aliàs pro eo præs fuisset, nec ille tamen soluisset.Vnde Cicero quasi monet Atticum,ne timeat,illud addens,à me igitur omnia,hoc est,ut loquitur ep.7.l.4.meo periculo sint:uel à me dentur omnia. Dies) ad soluendum constituta. Longiores)al.longior est,recte. Teneamus)hortos,& fanum. Quod uolumus) epist.35.l.12. Præcone)qui solet habere hanc facultatem,ut diem soluendi precij possit constituere. Hæredibus)Scapulanis,ut Othene,epistolo.31.&.38 l.12. Crispo,& Mustella)ep.5.l.12. Pars)in Scapulæ hortis,ut puto. Duorum)Crispi,& Mustellæ fortasse cohæredum.ep.33.l.12. Bruti)M.Bruti. Aegypta libertus)meus.ep.30.l.12.& ep.13.l.16.fam. Epistolam)Bruti, Cõmode scripta erat)Bruti epistolã contrà,atque quam solet obiurgare.ep.5.h.l.& ep.33.l.12.& ep.1.l.6.

CICERO ATTICO S. 3


ABEO *munus à te elaboratum decem legatorum, & quidem puto: nam filius anno post Quæstor fuit, quàm Consul Mumius. sed quoniam sæpius de nominibus quæris quid placeat: ego quoque tibi sæpius respondeo placere. Siquid poteris cum Pisone, conficies: Aulus enim uidetur in officio futurus. uelim ante possis: si minus, utique simul simus, cum Brutus ueniet in Tusculanum. magni interest mea, unà nos esse. scies autem, qui dies is futurus sit, si puero negotium dederis, ut quærat.* Vale.

σχόλια


ABEO) *missum à te.* Munus) *librum.* Elaboratum) *fortasse ep.37.l.12.* Decem) *nam decem legatorum consilium dispensandæ, cohonestandæque uictoriæ imperatoribus Romani dabant, atque id ipsum post uictoriam, ut ostendit Liu.l.38. quum decreuit olim senatus, ut P. Scipio ex X. legatorum sententia pacem cum Carthaginensibus faceret. Liu.lib.30. & in his non legabant, qui essent imperatorum necessarij. epist.5.h.l. in alijs enim certe legabãt, sicut legimus Africanum fratri legatum fuisse.* Legatorum) *Mumio. ep.30.h.l.* Et quidem puto) *Tuditanum patrem in decem fuisse, ut scribis.* Filius) *Tuditani. epist.5.h.l.* Consul) *cum L. uel potius, Cn. Cornelio Lentulo an. ab urb. con. 608.* Mumius) *L. Mumius Achaicus.* Nominibus) *ep. sup.* Quæris) *dubitans. ibid.* Quid placeat) *mihi, ad quem refers. ibid.* Placere) *quum probem. ibid.* Pisone) *ep.1.h.l.* Aulus) *al. Auius. ibid.* Velim ante possis) *uelim ante, quàm Brutus ueniat, mecum esse possis.* Brutus) *M. Brutus.* Veniet) *ut uenit. epist.6.h.l.* Dies is) *quo Brutus in Tusculanum est uenturus.* Puero) *seruo.*

CICERO ATTICO S. 4


PVRIVM *Mumium putarã in decẽ legatis fuisse, & uidelicet: etenim* εὔλογον, *fratri fuisse: fuit enim ad Corynthum. Misi tibi Torquatum. colloquere tu quidẽ cum Silio, ut scribis, & urge. illam diem negabat esse mense Maio: istam non negabat. sed tu, ut omnia, istuc quoque ages diligenter. De Crispo, & Mustella scilicet cum quid egeris. Quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiscum polliceris. satis est, præsertim cum hi tibi dies in magno nostro negotio consumantur. De aquæductu probe fecisti. columnarium, uide, ne nullum debeamus. quanquam mihi uideor audisse à Camillo, commutatam esse legem. Pisoni quid est, quod honestius respondere possimus, quàm solitudinem Catonis? nec cohæredibus solum Herennianis, sed etiam, ut scis (tu enim mecum egisti) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaia sumpserat. sed agit liberaliter, quoniam negat se quicquam facturum contra nostram uoluntatem. coràm igitur, ut scribis, constituemus, quemadmodum rem explicemus, quòd reliquos cohæredes conuenisti, planè bene.* Vale.

σχόλια


PVRIVM Mumium) *in Brut.* In decem legatis) *epist. sup.* Et uidelicet: etenim εὔλογον) *al. sed uidelicet* εὔλογον: *sed uidelicet consentaneum est.* Fratri) *L. Mumio.* Fuisse) *legatum in primis, non in decem. epist. seq.* Fuit) *non accessit post uictoriam.* Corinthum) *Liu.l.52. & Flor.l.2.cap.16.* Torquatum) *librum epist.32.h.l.* Silio) *ep.25. & .26.l.12.* Crispo, & Mustella) *ep.2.h.l.* Scilicet) *scribes.* Nobiscum) *in Tusculano. ep. sup.* Negotio) *de fano. ep.12.l.12.* Aquæductu) *fortasse aqua Crabra. ep.18.l.16. fam. & Frontin. de aquæduct. pro qua Cicero uectigal pendebat. orat.3. contra Rull. quam uidetur etiam significasse epis.12.l.5.* Columnarium) *uectigal à columnis appellatum, ut ostiarium ab ostijs, &* ἐπικεφάλιον *à capitibus ep.26.l.5. Cæs.l.3. de bel. ciu. & ep.8.l.3. fam.* Ne nullum debeamus) *al. ne debeamus. alij, ne ullum debeamus: quos libenter sequor.* à Camillo) *ep.8.l.5. qui in hisce rebus erat diligens. ep.33.h.l. al. iam Illic.* Legem) *fortasse de augenda urbe. ep.33.h.l.* Pisoni) *ep.1.h.l.* Catonis) *fortasse filij & quidem quadrimi. epist.22.l.16. fam. & M. Cato duos habuit filios. Plutarc.* Cohæredibus) *al. cum hæredibus.* Herennianis) *diuinandum esset, quis fuerit Herennius, à quo hæredes Herenniani sint dicti. C. quidem Herennius Trib. pl. est ep.15.l.1.* Lucullo) *L. Luculli filio mihi testamento commendato. lib.3. de finib.* Tutor) *Luculli.* Agit) *Piso.*

CICERO ATTICO S. 5


VOD *epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum, sed tamen saluum est, & ait Tiro te habere oportere, &, ut recordor, unà cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. Iudiciali molestia ut caream, uidebis. Tuditanum istum proauum Hortensij planè non noram, & filium,*

qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mumium fuisse ad Corinthū pro certo habeo: sæpe enim hic Spurius, qui nuper est epistolas mihi pronūtiabat uersiculis facetis, ad familiares missas á Corintho. sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent imperatorū necessarij, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius M. Lucullum, & L. Murenam, & cæteros ad L. Lucullum misimus. illudq; εὐλογώτατον, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Operam tuam multam, qui & hæc cures, & mea expedias, & sis in tuis multo minus diligēs quàm in meis. Vale.

σχόλια



VO'D *epistolam meam ad Brutum poscis) quòd epistolam, quam ego ad Brutum scripsi, poscis. Tiro) cuius opera in literis præsertim utor. l. 16. fam. & Gell. l. 7. cap. 3. ep 6. l. 16. Illius) Bruti. Oburgatoria) epistola. ep. 33. l. 12. Meam) epistolam. Misi) ep. 31. l. 12. Iudiciali molestia) iudicatu. ep. 14. l. 12. Tuditanum) epistola 32. h. lib. Hortensij) ibid. Filium) Tuditanu. epist. 3. h. l. Non potuerat esse legatus) quum nondum fuisset Quæstor. ibid. sed aliter ep. 32. h. l. Fuisse) legatum Mumio in decem. ep. 3. h. l. Mumium) Sp. Mumium. ep. 4. & 30. h. l. Fuisse ad Corinthum) ep. sup. Spurius) fortasse Spurius Mumius. ep. 14. l. 16. fam. Qui nuper est) qui nuper est mortuus. ἀποσιώπησις. solet enim Cicero hæc uerba refugere. ep. 21. l. 7. Missas) à Sp. Mumio L. Mumij fratre. Fratri) L. Mumio. Fuerit legatus) ut est εὔλογον. ep. sup. Non in decem) sed in primis. ep. 3. h. l. Necessarij) ne impedirentur necessitudine, quo minus imperatores accusarent, siquid peccassent, ut L. Furius, & L. Aemylius Cn. Manlium accusarunt. Liu. l. 38. M. Lucullum) ep. 15. l. 1. L. Murenam) pro quo extat oratio: & si in primis ille, non in decem fuisse uidetur, nisi forte patrem significet. L. Lucullum) lib. 2. Acad. quæst. & Plutar. εὐλογώτατον) maxime consentaneum. ep. sup. Illum) Sp. Mumium. Fratri) L. Mumio. In primis) in his, qui primo cum illo ad bellum proficiscente missi sunt. Cures) ita, ut nimius elabores. epist. 3. h. l. Mea) res meas, ut nomina. ep. 2. h. l. Diligens) Nepos in uita.*

CICERO ATTICO S. 6



ESTIVS *apud me fuit, & Theopōpus pridie. uenisse á Cæsare narrabat literas: hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere, causamq; eam ascribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges suæ negligerentur, sicut esset neglecta sumptuaria. est εὔλογον. idq; eram suspicatus. sed istis mos gerendus est, nisi placat hanc ipsam sententiam nos persequi, & Lentulum cum Metella fecisse diuortium. hæc omnia tu melius. rescribes igitur, quicquid uoles, dummodo quid: iam enim non reperio, quid te rescripturum putem, nisi forte de Mustella, aut si Silium uideris. Brutus heri uenit in Tusculanum post horam decimam. hodie igitur me uidebit, ac uellem, cum tu adesses. misi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, expectasse eius aduentum, uenturumq;, si audisses, meq;, ut facio, continuo te certiorem esse facturum.* Vale.

σχόλια



ESTIVS) *ep. 17. l. 5. Theopompus) ep. 2. l. 2. ad Q. fr. Venisse) ex Hispania. Scribere) Cæsarem. In epistola nostra) ep. 35. & 42. l. 12. Leges suæ) latæ paulò ante, quàm in Hispaniam contra Pompeij filios proficisceretur. Suet. in Cæs. & Dion. l. 43. Sumptuaria) epis. 15. l. 9. fam. & Suet. in Cæs. Est εὔλογον) est consentaneum, eum scilicet uelle Romæ manere. Istis) Cæsarianis. ep. 42. l. 12. Mos gerendus est) in mittenda epistola ad Cæsarem. Hanc ipsam sententiam) quam multos iam menses secuti sumus in solitudine uiuentes, & res istas non curantes. epis. 10. & 23. l. 12. Et) narrabat Theopōpus, uel Sestius. Lētulum) Lentulū Spintherem. ep. 43. l. 12. Metella) fortasse Cæcilia Metella, cuius ex aure detractā baccā diluit Aesopi filius. Orat. Saty. 3. l. 2. ep. 23. l. 11. Melius) nosti. Mustella) ep. 2. h. l. Siliū) ep. 26. l. 12 Videris) ut scripsisti. ep. 4. h. l. Brutus) M. Brutus. Venit) ut sperabā. ep. 3. h. l. In Tusculanū) suū. Me uidebit) sic ep. 14. l. 10. Quum tu adesses) al. tum tu adesses. ep. 3. h. l. Misi equidem) al. iussi equidē. Expectasse) hic in Tusculano.*

CICERO ATTICO S. 7



LANE' *nihil erat, quod ad te scriberem: modo enim discesseras, & paulo post triplices remiseras. uelim cures fasciculum ad Vestorium deferendum: & alicui des negotium, qui quærat, Q. Faberij fundus nunquis in Pompeiano, Nolano uenalis sit. Epitomem Bruti Cælianorum uelim mihi mittas, & á Philoxeno Παναιτίου περὶ προνοίας, te Idibus uidebo cum tuis.* Vale.

σχόλια

PLANE nihil erat) sic ep.36.l.12. Discesseras) ex Tusculano, quò ueneras à me de Bruti aduentu certior factus ep.sup. Triplices) Martial.in apophor. Fasciculum) literarũ. Ad uestorium) ep.13.l.4.& ep.2.l.6. Q.Fabery) fortasse epist.24.l.12. In Pompeiano, Nolano) in loco inter Pompeios, & Nolam ita posito, ut Pōpeianus, & Nolanus appellari posit, ut dixit Orat. Lucanus, an Apulus anceps. uel in Nolano, quod olim Pompeij fuit. is enim habuit possessiones in Falerno, & Lucano. Philip.13. Epitomen Bruti) ep.5.l.12. Cælianorum) ut Fannianorum. ibid. Philoxeno) ep.2.l.7. παραινετικὸν) Panætij, scilicet librum. ep.14.l.9. περὶ προνοίας) de prouidentia, ut uertit Cicero ipse lib.1.de nat.Deo.

CICERO ATTICO S. 8

COMMODVM discesseras heri, cum Trebatius uenit, paulopost Curtius, hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. Trebatium nobiscum habemus. hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. uentum est tamen ad Quintum. multa ἄφατα, ἀδιήγητα. sed unum eiusmodi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. sed hactenus. Vale.

σχόλια

COMMODVM discesseras) ex Tusculano. ep.sup. Trebatius) ep.14.l.9. Curtius) ep.2.l.9. uel Curtius. Nicias. ep.21.l.12.& ep.seq. Dolabella) uenit, reuersus ex Hispania, quò prius ierat. ep.5.l.12. Multus sermo) fuit. ἐκτενέστερον) prolixius, largius, liberalius. sic ἐκτένειαν ep.17.l.10. φιλοστοργότερον) amantius, magis pium, qualis gener erga socerum uelut alterum parentem esse debet, uel hic etiã Dolabella erga filium ep.23.l.12. στοργὴ γὰρ ἐστι πρὸς τὰ τέκνα. ep.2.l.7. Quintum) Q. filium, qui tunc erat in Hispania. epist.6 lib.12. atque hic per Q. notam rectius scribitur. ἄφατα, ἀδιήγητα) infanda, minime narranda, scilicet de Quinto referebat Dolabella. ep.36.h.l. ep.32.l.12.& epist.20.l.15. Exercitus) Cæsaris exercitus, in quo nunc est. Scribere) neque tamen scribit, sed plus in suspicione relinquit, ut sit quædam ἔμφασις, quam significationem uocat autor ad Heren. quiuis tamen, quid illud esset, cognoscere poterit ex ep.4.l.10.

CICERO ATTICO S. 9

Εὐκαίρως ad me uenit, cum haberem Dolabellam, Torquatus: humanissimeq; Dolabella, quibus uerbis secum egissem, exposuit: commodum enim egeram diligentissime. quæ diligentia grata est uisa Torquato. A te expecto, siquid de Bruto. quãquam Nicias confectum putabat, sed diuortium non probari: quo etiam magis laboro idem, quod tu: siquid est enim offensionis, hæc res mederi potest. mihi Arpinum eundum est: nam & opus est constitui à nobis illa prædiola, & uereor, ne exeundi potestas non sit cum Cæsar uenerit: de cuius aduentu eam opinionẽ Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. cum illuc uenero, intellexero, que quid negotij sit, tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te. Vale.

σχόλια

Εὐκαίρως) opportune. Dolabellam) ep.sup. qui quum Cæsarianus sit, potest iuuare. ep.20.h.l. Torquatus) ibid. Egissem) de ipso Torquato. Si quid de Bruto) audiueris, quod egerit. ep.seq. Nicias) ep.21.l.12. Cõfectum) negotium, quo de acturus est Brutus. Diuortium) ep.6.h.l. Idem) ut Brutus aliquid ea de re agat, ut illi (sic enim uidetur) mandaui, quum esset in Tusculano. ep 6.& 11.h.l. Offensionis) inter Spintherem, & Metellam. ep.6.h.l. Hæc res) quam tentat Brutus. Prædiola) mercedulas prædiorum. ep.11.h.l. Venerit) ex Hispania. Messalæ) qui tunc in Hispania cum Cæsare uidetur fuisse, ut fuit antea. ep.22.l.12. Illuc) Arpinum.

CICERO ATTICO S. 10

MINIME miror, te & grauiter ferre de Marcello, & plura uereri periculi generatquis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec uidebatur natura ferre, ut accidere posset? omnia igitur metuenda. sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu præsertim me reliquum consularem. quid tibi Seruius, quid uidetur? quanquam hoc nullam ad partem ualet scilicet, mihi præsertim, qui non minus bene actum cum illis putem: quid enim sumus? aut quid esse possumus? domi ne, an foris? quòd nisi hoc mihi uenisset in mentem, scribere ista

pescio quæ, quo uerterem me, non haberem. ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινότερα quædam, & πολιτικώτερα. faciendum certe aliquid est: ualde enim desiderat Brutus. si quid, curabis, ut sciam. cui quidem quamprimum agendum puto, præsertim si statuit: sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut sedarit: sunt enim, qui loquantur etiam mecum. sed hæc ipse optime, præsertim si etiam tecum loquetur: mihi enim est in animo proficisci XI. Cal. hic enim nihil habeo, quid agã, ne hercule illic quidem, nec usquam, sed tamen illic hodie. Vale.

σχόλια



INIME miror) quam & ipse grauißime feram. Marcello) M. Marcello interfecto. epist. 12. l. 4. fam. & ep. 22. h. l. Acciderat) præsertim in hoc bello ciuili, ut quis à cliente interficeretur. Liu. lib. 115. Natura fere) quam clientes patronos, ut filij parentes, colere debeant. Dionys. l. 2. antiq. Sed illud) addam. παρὰ τὴν ἱστορίαν) præter historiam: παριστορῆσαι, ep. 1. l. 6. pene est, idem ὁδοῦ πάρεργον. ep. 21. l. 5. Tu præsertim) qui soles ἐπέχειν. ep. 6. & 9. l. 6. Me reliquum) esse scribis. Consularem) uere Cõsularem, & ille honore dignum, ut loquitur Philip. 1. nec enim omnes Consulares erant mortui, sed L. Cæsar, L. Philippus, Cn. Domitius, L. Paulus, & alij adhuc uiuebant. Seruius) Ser. Sulpitius & ipse Consularis. ep. 1. l. 5. Bene actum) ut epist. 2. l. 15. Cum illis) qui mortui sunt. Ista) philosophica. epist. 33. & 43. l. 12. Ad Dolabellam) aliquid scribendum, aliquid Dolabellæ inscribendum. Puto faciendum) ut aliquid ad Dolabellam scribam. κοινότερα) magis cõmunia, magis omnibus exposita, quàm quæ in libris de Rep. sunt scripta. Quædam) scribam. πολιτικώτερα) ciuiliora, ad Remp. administrandam magis accommodata. ep. 6. l. 14. Desiderat) Dolabella. Brutus) iungatur sequentibus. Siquid) egerit. epist. seq. Agendum) cum Spinthere. ibid. Sermunculum) de diuortio, quod non probatur. ep. sup. Ipse) Brutus. Optime) curabit. Proficisci) Arpinum. epist. sup. Quid agam) al. quod agam. Illic) Arpini. Hodie) futurus sum.

CICERO ATTICO S. 11



PINTHEREM expecto: misit enim Brutus ad me per literas: purgat Cæsarem de interitu Marcelli, in quem ne, si insidijs quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. nunc uero, cum de Magio constet, non ne furor eius omnem causam sustinet? plane, quid sit, non intelligo, explanabis igitur. quãquam nihil habeo, quod dubitem, nisi, ipsi Magio quæ fuerit causa amentiæ: pro quo quidem etiam sponsor factus est. nimirũ id fuit. soluendo enim non erat: credo enim petiisse à Marcello aliquid, & illum, ut erat, constantius respondisse, οὐ γὰρ ὀνειδίως. Credebam esse facile, totum: est aliud: postea quam sum à te diiunctior. sed fuit faciendum, ut & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem: posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. hoc autem tempore, cum ille me quotidie uidere uellet, ego ad illum ire non possem, priuabatur omni delectatione Tusculani. tu igitur, si Seruilia uenerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit quã do obuiam, quicquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, conuenias. uides, quàm maturum sit. sed tamen, quod commodo tuo fiat. Vale.

σχόλια



PINTHEREM) epist. 43. l. 12. Misit) Spintherem esse uenturum. Brutus) cui de diuortio mandaram. ep. 9. h. l. Per literas) iunge sequentibus. Purgat) Brutus. Cæsarem) qui ueniam dederat. epist. 4. l. 4. fam. De interitu Marcelli) ep. sup. Ille) Marcellus. Magio) P. Magio Chilone. ep. 12. l. 4. fam. & Liu. l. 115. Cõstet) ab ipso Magio Marcellum interfectum esse. Eius) Magij. Causam sustinet) αἰτίαν, uel δίκην ὑπέχει. ep. 1. l. 1. Factus est) Marcellus. Non erat) Magius. Credo enim) al. credo enim. Illum) Marcellum. οὐ γὰρ ὀνειδίως) non enim contumeliose, nõ enim cum exprobratione. al. οὐ γὰρ ὄνειδος, non enim exprobratio. Facile) ferre. Totum) malum, dolorem. Aliud) ac credebam. Diiunctior) quàm eram in Tusculano, unde Arpinum sum profectus. ep. sup. & ep. 9. h. l. al. disiunctior. Fuit faciendum) ut Arpinum uenirem. Constituerem) ep. 9. h. l. Obseruantiæ) qua me ut coleret, ad me sæpe ueniebat. Bruto nostro) cupienti simul uiuere. epist. 23. h. l. Imponerem) quasi imponerem manens in Tusculano. Post hac) postquàm filiam duxero. Inter nos) ἀλλήλους. Ad illum) Brutum. Non possem) filiam lugẽs. Tusculani) fui, quo, me quotidie uolens uidere, & ob id ad me ueniens, frui non poterat. Seruilia) M. Bruti mater. Nepos in Att. & Suet. in Cæs. Venerit) epist. 15. h. l. Egerit) de diuortio. epist. 9. h. l. Obuiam) Cæsari sit iturus. ep. 23. h. l. Pisonem) epist. 1. h. l. Maturum) tempus, uel nomen.

CICERO ATTICO S. 12



ALDE me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanauerunt: quòd enim te ipse consolabare eisdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendã ægritudinem. Ligarianam præclare uendidisti. posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam. Quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. postea autem quàm hæc cœpi φιλολογώτερα, iam Varro mihi denuntiauerat magnam sanè & grauem προσφώνησιν. biennium præterijt, cum ille καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, si modo potuissem: nam hoc etiam Hesiodus ascribit αἴκε δύνηαι. nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, sanè mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus, idque eum non nolle mihi scripsisti. ergo illam ἀκαδημικὴν, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronẽ transferamus: etenim sunt Ἀντιόχεια, quæ iste ualde probat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus, ita tamen, si tu hoc probas: deque eo mihi rescribas, uelim.

DE BRINNIANA auctione accepi à Vestorio literas. ait, sine ulla controuersia rem ad me esse collatam (Romæ uidelicet, aut in Tusculano me fore putauerunt) ad VIII. Cal. Quint. dices igitur uel amico tuo, uel Othoni cohæredi meo, uel Labeoni nostro, paulum proferant auctionem, me circiter Nonas in Tusculano fore. cum Pisone Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adest. Vale.

σχόλια



ALDE) sic ep. seq. Attica me ualde angit. Sanauerunt) tanquàm Achillis hasta. Ligarianam) orationẽ, quæ extat. ep.18 h.l. Vendidisti) commendasti. ibid. Præconium deferam) ut eodem modo uendas, & commendes. Varrone) ep.25.l.2. Scribis) ut illum alicubi in meis libris intexam, & includam. ep.15.l.4. Cœpi) scribere. ep.33.l.12. φιλολογώτερα) eruditiora: ea, de quibus studiosius disputatur, hoc est, philosophica, et quadẽ λογικώτερα. ep.18.h.l. Mihi denunciauerat) l.1. Acad. quæst. & ep.8.l.9. fam. προσφώνησιν) dedicationem, inscriptionem, & quadem librorum de ling. lat. ut postea inscripsit, sic προσφωνῶ ep.20.h.l. Ille) Varro. καλλιππίδης) Callipides, tardus, ut Callipides. prouerbiũ à Callipide histrione natũ: quo de Aristoteles in poetica sic scribit: οὐ κίνησις ἅπασα ἀποδοκιμαστέα, ἀλλ' ἡ φαύλων, ὅπερ καὶ καλλιππίδης ἐπιτιμᾶτο. Parabam) ep.8.l.9. fam. Vt) ut redderem. sic enim uertit ipse, ἔνθ' ἀποδοῦναι. αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον) eadem mensura, et melius: uel, ut uertit ipse in Brut. eadẽ mensura, aut etiam cumulatiore: et l.1. de off. maiore mensura. Potuissem) ἀποδοῦναι. Hoc) αἴκε δύνηαι, idest, si possis. Ascribit) l.1 ἔργον, καὶ ἡμέραι. περὶ τελῶν σύνταξιν) de finibus compositionem, confectionem. ep.14.l.15. uolumen, ut συντάγματα ep.38.l.12. Tibi placuit) epist.20.h.l. Despondimus) despondit, & dedit, ut libri de finib. ostendunt. ἀκαδημικὴν) ἀκαδημικὴν σύνταξιν, Academicam compositionem. epist.15.h.l. Nobiles) Catulus, Lucullus, Hortensius. ibid. Philologi) disputandi studiosi. philologia, episto.17.l.2. Nimis acute loquuntur) inducuntur à me loquentes acutius, quàm ut in eorum personas possit cadere. ep.18.h.l. ἀντιόχεια) Antiochia, collecta ab Antiocho. ibid. Iste) Varro. Probat) quũ illo philosophiæ genere delectetur. ep.18.h.l. Catulo) ep.10.l.1. Lucullo) ep.5.h.l. Alibi) in alijs libris. Reponemus) quod hic auferimus. Brinniana auctione) Brinnianæ hæreditatis, in qua sum hæres, auctione. ep.14.&.49.h.l. Accepi) sic ep.49.h.l. Vestorio) ep.7.h.l. Ad me) qua de ea constituam. Putauerunt) cohæredes. ep.14.h.l. Amico tuo) Vestorio ipsi. ep.2.l.6. Othoni) ep.31.l.12. Cohæredi meo) in Brinniana hæreditate. Labeoni) fortasse ep.1.l.1. ad Q. fr. Fabij Labeones sunt dicti. Auctionem) auctionis diem. ep.14.h.l. Circiter Nonas) epist.16.h.l. Fore) reuersum Arpino, ubi nunc sum. episto. sup. Pisone) ep.1.h.l. Erotem) ep.15.l.10. Habes) ita, ut possis de negotio Pisoniano agere. epist.4.h.l. Scapulanis hortis) episto.31.lib.12. Dies) ædificandi fani, ut absoluatur hac æstate, episto.37. lib.12. uel potius dies auctionis episto.33.&.35.lib.12.

CICERO ATTICO S. 13



OMMOTVS tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuliq; ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. grandiores sunt omnino, quàm erant illi, sed tamen multa detracta. tu autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris illum uelle. illud utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, nisi forte Brutum, id hercle restabat. sed tamẽ scire per

uelim.libri quidem ita exierunt(nisi forte me communis φιλαυτία decipit)ut in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.tu illam iacturam feres æquo animo,quod illa,quæ habes de Academicis,frustra descripta sunt.multo tamen hæc erunt splendidiora,breuiora,meliora.nunc autem ἀπορῶ,, quo me uertam.uolo Dolabellæ ualde desideranti.non reperio quid:& simul αἰδέομαι Τρῶας: neque,si aliquid,potero μέμψιν effugere,aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. sed quid hæc leuia curamus? Attica mea,obsecro te,quid agit? quæ me ualde angit.sed crebro regusto tuas literas:in his acquiesco,tamen expecto nouas. Vale.

σχόλια

COMMOTVS tuis literis)ep.sup. Varrone)ibid. Academiam) σύνταξιν ἀκαδημικὴν.ibid. Hominibus nobilissimis)ibid. Nostrum sodalem) Varronem l.1.Acad.quæst. Quatuor)ep.13.h.l.& ep.8 l.9. fam. Multa detracta)& multa etiam addita.nam qui secus grandiores essent? Qui intellexeris)ep.17.h.l. Illum)Varronem. Velle)desiderare.epist.17.h.l. Quem intellexeris)ibid. Ab eo)Varrone. ζηλοτυπεῖσθαι)æmulatu premi, dignum iudicari,cui inuideat. Brutum)intellexisti ab eo ζηλοτυπεῖσθαι,quòd ei libros περὶ τελῶν despondimus.ep.sup. Id Hercle restabat)ut Varro Brutum ζηλοτυπῇ.al,idem edere restabat,ut legi fortasse possit: id enim edere restabat,scilicet Brutum ζηλοτυπεῖσθαι. nam cætera,quæ scribis,id penè significant, licet nomen non edideris. Libri) περὶ τελῶν ad Brutum scripti.ep.sup.unde Brutum Varro ζηλοτυπεῖ. Quidem)hæc particula etiam ostendit,libros de finibus significari,siquis paulò attentius cõsiderarit. Exierunt)è manibus:absoluti sunt,sed nõdum tamen diuulgati,atque adeo ne Bruto quidem dati.ep.20.22.& 23 h.l. Communis)ita,ut suum cuique pulchrum,quod in prouerbio dicitur,esse uideatur.ut ep.5.l.12. φιλαυτία)amor sui.prouerb.φίλαυτοι. Illa)duo libri,uel duorum librorum aliquæ partes. Frustra descripta sunt)nunc enim sunt quatuor libri,& ita omnia mutata,ut iterum sint describenda. Breuiora) quam multa sint detracta. ἀπορῶ)dubito,ut tu soles.ep.11.l.7. Volo)scribere aliquid. Dolabellæ)epist.10 h.l. Desideranti) ibid. Non reperio quid)scribam. αἰδέομαι Τρῶας) uereor Troianos.epist.5.l.2. Si aliquid)scripsero Dolabellæ. μέμψιν)accusationem,reprehensionem. Eff[...]er[...])quòd ad hominem sceleslum,& tyranni amicum πολιτικώτερα scripsero.episto.10.h.lib. Angit)ut literæ mo[...]or[...]erunt.epist.sup. Acquiesco)quòd me sanent.ibid. Nouas)literas,ut ueteres dixit episto.16.h.lib.

CICERO ATTICO S. 14

BRINNII libertus cohæres noster scripsit ad me uelle,si mihi placet,cohæredes,& Sabinum Albium ad me uenire.id ego planè nolo.hæreditas tanti non est:& tamen obire auctionis diem facile poterunt(est enim III.Id.)si me in Tusculano postridie Non.mane conuenerint.quòd si laxius uolent proferre diem,poterunt uel biduum,uel triduũ,uel ut uidebitur:nihil.n.interest.quare,nisi iam profecti sunt,retinebis homines. De Bruto siquid erit,de Cæsare siquid scies præterea,scribes. Illud etiam atque etiam consideres uelim,placeat ne tibi mitti ad Varronem,quod scripsimus: etsi etiam ad te aliquid pertinet:nam scito te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur consideremus.etsi nomina iam facta sunt:sed uel induci,uel mutari possunt. Vale.

σχόλια

BRINNII)unde Brinniana auctio dicitur ep.12.h.l. Sabinum Albium)unde negotium Albianum, nisi fallor,ep.14.& 16.l.14. Ad me)Arpinum.ep.9.& 11.h.l.uel in Tusculanum,ubi me fore putabant.ep.12.h.l. Tanti non est)ut huc eos uenire uelim. Obire)al.nouare,& ita proferre auctionem.epist.12.h.l. Auctionis) ibid. Postridie Non.)nam circiter Non.in Tusculano futurus sum.ep.12.& 16.h.l. Laxius)sic diem laxam dixit ep.1.l.6.al.latius. Diem)auctionis. Profecti)Roma ad me. De Bruto siquid erit)si Brutus quid egerit. epist.11.h.l. De Cæsare)de Cæsaris aduentu.ep.9.h.l. Præterea)al.siquid præterea. Varronem)epist.12.h.l. Scripsimus)de Academicis.ep.sup. Tertium)ep.13.h.l. Nomina)Varronis,meum,& tuum. Facta sunt)scripta sunt in dialogo. aliter dixit facere nomina epist.24.l.7.fam.

CICERO ATTICO S. 15

QVID agit,obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam:nec mirum:nemo enim uenerat:nec fortasse causa fuerat.itaque, ipse quid scriberem, non habebam.quo autem die has Valerio dabam,expectabam aliquem meorum:qui si uenisset,& à te quid attulisset,uidebam non defuturum,quid scriberem.nos cum flumina,

& solitudinem sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem è uilla adhuc egressi non sumus: ita magnos, & assiduos imbres habebamus. illam Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus: modo fuit Catuli, Luculli, Hortensij. deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον uidebatur, quòd erat hominibus non ignota, non illa quidem ἀπαιδευσίᾳ, sed in his rebus ἀτριψίᾳ, simulac ueni ad uillam, eosdem illos sermones ad Catonem, Brutumq́; transtuli.

ECCE *tuæ literæ de Varrone. nemini uisa est aptior Ἀντιοχεία ratio. sed tamen uelim scribas, ad me primũ placeat ne tibi aliquid ad illum: deinde, si placebit, hoc ne potissimum.* Quid *Seruilia, iam ne uenit? Brutus ecquid agit, ecquando? de Cæsare quid auditur? ego ad Nonas, quemadmodum dixi. tu cum Pisone si quid poteris.* Vale.

σχόλια



VID agit, obsecro te. Attica nostra) ep. 13. h. l. Causa fuerat) cur scriberes. Valerio) ep 42. l. 12. Solitudinem) ep. 10. l. 12. Pedem) prouerb. latum unguem. Villa) Arpinati. ep. 10. h. l. σύνταξιν) compositionem. episto. 12. huius l. Varronem) nostrum sodalem. episto. 13. huius libri. Traduximus) transtulimus. ibid. Modo) al. primo, ut requirit particula, deinde, quæ sequatur. Catuli, Luculli) episto. 12 huius libri. Hortensij) oratoris, in cuius uilla, quæ erat ad Baulos, etiam disputatum est. lib. 2. Acad. quæst. παρὰ τὸ πρέπον) præter decorum. Videbatur) inducere eos loquentes de his, quæ λογικώτερα sint, quàm ut illi de ijs somniasse unquàm uideri possint. episto. 18. h. l. Hominibus) Catulo, Lucullo, Hortensio. Non ignota) al. nota. al. ignota, ut legendum est, uel, nõ nota. Illa) Academica σύνταξις. ἀπαιδευσίᾳ) ignoratione: quòd sint ineruditi, & disciplinæ expertes. nam Catulus inter oratores numeratur in Brut. & Hortensius ibidẽ summus orator describitur: Lucullus uero omnem liberalem, & dignam homine nobili doctrinam perceperat. lib. 2. Acad. quæst. In his rebus) philosophicis, & λογικωτέροις. ep. 18. h. l. ἀτριψίᾳ) nulla exercitatione: quòd non sint exercitati. Villam) Arpinatem. Sermones) Academicos. Catonem) M. Catonem, ut Stoicum orat. pro Muræn. Stoici uero in Dialectica laborarũt. Topic. ad Trebat. Brutumq́;) qui & ipse Antiochius est. ep. 25. h. l. Transtuli) à Catulo, Lucullo, & Hortensio. Tuæ literæ de Varrone) ep. 12. h. l. Visa est) postremo. nam primo Catulo, Lucullo, & Hortensio: deinde Catoni, & Bruto: postremo Varroni hasce partes dedi. Aptior) quam Varroni, qui Ἀντιόχεια ualde probat. ep. 12. h. l. Ἀντιοχεία) Antiochia. Placeat ne tibi) ep. sup. Aliquid ad illum) mitti. ibid. Hoc) quod scripsimus de Academicis. ibid. Seruilia) ep. 11. h. l. Brutus ecquid agit?) ibid. Ecquando?) tre obuiam cogitat? ibid. De Cæsare) de aduentu Cæsaris. epis 9. h. l. Ad nonas) ero in Tusculano. Dixi) episto. 12. h. l. Pisone) episto. 1. h. l. Poteris) epist. 3. h. l.

CICERO ATTICO S. 16



E VI. *expectabam Roma aliquid. non imperassem igitur aliquid tuis. nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, & quid à Cæsare. sed q̃d ista, quæ minus curo? Attica nostra quid agat, scire cupio. & si tuæ literæ (sed iam nimis ueteres sunt) rectè sperare iubent. tamen expecto recens aliquid.* Vale.

σχόλια



E VI.) de Sexto, ut sit nota, quod aperte uereatur scribere, de Sexto Pompeio. al. de Sexto, ut Sext. Peducæũ etiam posit significare. ep. 12 lib. 7. al. V. Cal. fortasse rectius. Non imperassem) al. non quo imperassem. nos ita legimus: non quo: imperassem: & interpretamur: non quo magnopere id ego scire cuperem, uel cupiam, sed uelim te scribere: nam si cuperem, aliquid tuis imperassem. sic loquitur ep. 4. l. 5. Eadem) quæ scripsi ep. sup. Illa) quæro. Cogitet) de obuiam itione. ep. 11. h. l. Egit) ibid. A Cæsare) ep. sup. Tuæ literæ) ep. 12. h. l. Iubent) ita, ut sanent. ibid. Recens aliquid) nouas literas. ep. 13. h. l.

CICERO ATTICO S. 17

IDES, *propinquitas quid habet. nos uero cõficiamus hortos. colloqui uidebamur, in Tusculano cum essem: tanta erat crebritas literarum. sed id quidem iam erit. ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem: sed tamẽ expecto, quid ad ea, quæ scripsi ad te: primum qui intellexeris eum desiderare à me, cum ipse homo πολυγραφώτατος nunquam me lacessisset: deinde quem ζηλοτυπεῖν multo Hortensium minus, aut eos, qui de Rep. loquuntur. planè hoc mihi explices uelim: in primis, maneas ne in sententia, ut mittam ad eum, quæ scripsi: an nihil necesse putes. sed hæc coràm.* Vale.

σχόλια

VIDES)nunc,quam longius absimus.ep.10.h.l. Quid habet)commoditatis. Nos uero cõficiamus hortos) hæc dicta sunt κατὰ παρένθεσιν:et conficiamus hortos,ut ep.31.l.12.atque id ipsum,ut & fanum ædificare epist.11.l.12.& propinqui esse possimus,quum propinquitas tantum commoditatis habeat. Quum essem) ante quàm Arpinum uenirem.ep.10.h.l. Iam erit)ad Nonas.ep.sup. Admonitu tuo)ep.12.h.l. Argutulos) quód habeant os illius adolescentioris Academiæ.ep.8.l.9.fam. Libros)quatuor.ibid.& ep.13.h.l. Varronem)ep.12.h.l. Quid ad ea)respondeas. Scripsi)ep.13.h.l. Eum)Varronem. Desiderare)uelle.ep.13.h.l. A me)intexi,ep.12.h.l. Ipse) Varro. πολυγραφώτατος)plurima scribens.l.1.Acad.quæst. Nunquam me lacessisset)scriptis,etsi magnam προσφώνησιν denunciauerat ep.12.h.l. Quem ζηλοτυπεῖν)cui inuidere.episto.13 h.l. Multò Hortensium minus)si Brutum non ζηλοτυπεῖ,ut putabam,episto.13.h.l.multò minus ζηλοτυπεῖ Hortensium in eum quidem inclusum librum,qui inscribitur Hortensius,lib.1.de fin.& Tusc.2.sed nunc iam mortuum,in Brut.nam partes mortuis dare est ἀζηλότυπον. epist.seq. Aut eos)ep.15.l.4. Maneas)scripserat igitur Atticus,sibi placere mitti,quod quæsitum epist.14.&.15.h.l. Ad eum) Varronem. Scripsi)epist.14.h.l.

CICERO ATTICO S. 18

COMMODVM discesserat Hilarus librarius IIII. Cal.cui dederam literas ad te,cum uenit tabellarius cum tuis literis pridie datis,in quibus illud mihi gratissimum fuit,quòd Attica nostra rogat te,ne tristis sis,quodq; tu ἀκίνδυνα esse scribis. Ligarianã, ut uideo,præclare auctoritas tua commendauit:scripsit enim ad me Balbus,ac Oppius,mirifice se probare,ob eamque causam ad Cæsarem meam se oratiunculam misisse.hoc igitur idem tu mihi antea scripseras. In Varrone ista causa me non moueret,ne uiderer φιλένδοξος: sic enim cõstituebã, neminem includere in dialogos eorum,qui uiuerent: sed quia scribis & desiderari à Varrone,& magni illũ æstimare,eos confeci,et absolui,nescio quàm bene,sed ita accurate,ut nihil posset supra,Academicam omnem quæstionem libris quatuor.in eis,quæ erant contra ἀκαταληψίαν,præclare collecta ab Antiocho,Varroni dedi.ad ea ipse respondeo:tu es tertius in sermone nostro.si Cottam,& Varronem fecissem inter se disputanteis,ut à te proximis literis admoneor,meum κωφὸν πρόσωπον esset,hoc in antiquis personis suauiter fit,ut & Heraclides in multis,& nos sex de Rep.libris fecimus.sunt etiam de oratore nostri tres,mihi uehementer probati.in eis quoque eæ personæ sunt,ut mihi tacendum fuerit:Crassus enim loquitur,Antonius,Catulus senex,C.Iulius frater Catuli, Cotta,Sulpitius.puero me hic sermo inducitur,ut nullæ esse possent parteis meæ.quæ autem his temporibus scripsi,Ἀριστοτέλειον morem habent,in quo sermo ita inducitur cæterorum,ut penes ipsum sit principatus.ita confeci quinque libros περὶ τελῶν,ut Epicurea L.Torquato,Stoica M.Catoni, περιπατητικὰ M.Pisoni daremus. ἀζηλότυπον id fore putaram,quòd omnes illi decesserant.hæc Academica,ut scis,cum Catulo,Lucullo,Hortensio contuleram.sanè in personas non cadebant:erant enim λογικώτερα,quàm ut illi de his somniasse unquam uiderentur.itaque,ut legi tuas de Varrone, tanquam ἕρμαιον arripui.aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ genus,quo ille maxime mihi delectari uidetur,measq; parteis,ut non sim consecutus,ut superior mea causa uideatur:sunt enim uehementer πιθανά Antiochia,quæ diligenter à me expressa acumen habent Antiochi,nitorem orationis nostrum,si modo is est aliquis in nobis.sed tu,dandos ne putes hos libros Varroni,etiam atq; etiam uidebis.mihi quædam occurrunt,sed ea coram. Vale.

σχόλια

COMMODVM)sic ep.8.h.l. Hilarus)ep.9.l.1. Ne tristis sis) quòd ægrotet.ep.12.h.l. ἀκίνδυνα)periculo carentia,scilicet mala,quæ patitur Attica. Ligarianam)epis.12.h.l. Commendauit)& uendidit.ibid. Balbus,ac Oppius)epist.10.l.9. Ad Cæsarem)in Hispaniam. Oratiunculam)eam ipsam orationem Ligarianam. Scripseras)unde postea illud ego rescripsi:præclare uendidisti.ep.12.h.l. In Varrone)in dialogos includendo. Ista causa)quæ me mouit,ut orationem Ligarianam ita scriberem:uel ista,quæ sequitur,& quam tu scribis. φιλένδοξος)cupidus gloriæ,ambitiosus,quales uidentur ferè omnes,qui uiuos laudãt:quòd id facere uidentur,ut sibi mutuum reddatur. Desiderari)ep.sup. Eos)dialogos. Libris quatuor)epist.13 h.l. In eis)libris. ἀκαταληψίαν)comprehensionis negationem:uel,ut alij uertunt,incomprehensibilitatem. ἀκατάληπτον,quod comprehendi non potest,uertit ipse Cicero lib.2.Acad.quæst. Antiocho)Philosopho.ibid. Dedi)quam prius Lucullo dedissem.ibid. Tertius)episto,14.h.l. Cottam) C.Cottam


C.Cottam oratorem, & Philosophum Academicum.lib.1.de nat.Deo. Varronem) istum ipsum, de quo toties est dictum. Meum κωφὸν πρόσωπον esset)mea muta persona esset.est autem à fabulis sumptum,in quibus, ex Oratij præcepto, nec quarta loqui persona laborat:unde dixit Martial. κωφὸν Paula πρόσωπον amat.Ciceronis uero πρόσωπον ob id forsasse κωφὸν fuisset,quòd uiuente C.Cotta,Cicero iunior erat,quàm ut cum eo,& M.Varrone de philosophia disputasse uideri posset: & si in libris de nat.Deo.adest potius, quàm disputat.& Cottam quidem ex Bruto scimus Consulatum petijsse, quum Cicero Quæsturam peteret:Varronem uero Cicerone natu maiorem minimum annis.XXVI.collegimus quum ex libris Eusebij,tum ex eius libro.1.&.3.de re rust.ubi scribit,se octogesimo anno admoneri,quum ea scriberet Coss.Cn.Domitio Caluino, & M.Valerio Messala,uel certè non multò post, quo tempore Cicero summum LIIII.annum agebat.& sanè scribit Plin.lib.29.cap.4. M.Varronem ad annum LXXXVIII.peruenisse. Heraclides) Ponticus.epist.5.l.3.ad Q.fr.& Laert. Sex)ep.1.l.6. Fecimus)ep.15.l.4.de oratore nostri tres)oratorij libri.ibid. Mihi uehemēter probari)& tibi.ibid. Mihi tacendum fuerit)ut κωφῷ προσώπῳ. Crassus)L.Crassus orator.epis.41.l.12. Antonius) M.Antonius orator. Catulus)Q.Catulus.l.2.de orat. C.Iulius)C.Iulius Cæsar.ibid. Cotta)C.Cotta orator. Sulpitius)P.Sulpitius. Puero me)annum XV. agente. Inducitur) L.Martio Philippo, & Sex.Iulio Cæsare Coss. ἀριστοτέλειον) Aristotelicum. Ipsum)autorem: quod in libris,quæ desiderantur,uidetur Aristoteles fecisse. περὶ τελῶν)de finibus.ep.12.h.l. L.Torquato)lib.1.de finib. M.Catoni)ut Stoico.orat.pro Muræn.& lib.3.de finib. περιπατητικὰ)peripatetica. M.Pisoni)l.5.de finib. ἀζηλότυπον) sine inuidia:inuidia, uel æmulatione carens. Cum Catulo,Lucullo,Hortensio contuleram)primo.epist.15.h.l. Personas)eorum. λογικώτερα)λογικῆς, hoc est,rationis disserendi peritiora. Vt illi)Catulus,Lucullus,& Hortensius. De ijs)Academicis. Somniasse unquàm uiderentur)non illi quidem ἀπαιδευσίᾳ,sed in his rebus ἀτριψίᾳ, ep.15.h.l. Tuas)literas.ep.12.h.l. ἑρμαῖον)al. ἑρμαῖον,insperatum lucrū.τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος,inquit Suidas. Aptus)Varrone. Id)Academicum. Delectari uidetur)quòd ἀντιόχεια ualde probet.ep.12.h.l. Measque partes)uix defendas hic non esse solœcismum,nisi,ut prius etiam legebatur,restituas, easq; partes,ut pendeat à superioribus: aptius ad eas partes: Consecutus)ut in libris de finib. Mea culpa)meæ partes, quas tueor. πιθανὰ) probabilia. nam probabilia sequuntur Academici. Antiochia)quæ probat Varro.ep.12.h.l.unde nemini uisa est aptior Ἀντιόχεια ratio.ep.15.h.l. Putes)ep.14.h.l. Hos libros)quatuor.ep.13.h.l. Occurrunt)sic ep.21.h.l.

CICERO ATTICO S. 19



CAESARE literas accepi consolatorias,datas prid.Cal.Maij Hispali. De Vrbe augenda quid sit promulgatum,non intellexi.id sanè scire uelim. Torquato nostra officia grata esse facile patior:eaque augere non desinam. De uxore Tuberonis,& priuigna,neque possum iam abdere(est enim res peruulgata)neque Tuberonem uolo defendere:mirifice est enim φιλαίτιος. theatrum quidem sanè bellum habuisti. ego,& si hoc loco facillime sustentor,tamen te uidere cupio, itaque,ut constitui,adero. Fratrem credo à te esse conuentum. scire igitur studeo,quid egeris.de fama nihil sanè laboro.& si scripseram ad te tūc stulte. nihil melius curandum enim nobis est, atque hoc, in omni uita sua quenq; à recta conscientia transuersum unguem non oportere discedere.uiden,quàm φιλοσόφως? an tu nos frustra existimas hæc in manibus habere? δεδῆχθαι te nollem, quod nihil erat:redeo enim rursus eodem.quicquam ne me putas curare in toto,nisi ut ei ne desim? id ago scilicet ut iudicia uidear tenere: μὴ γὰρ αὐτοῖς. uellē tam domestica ferre possem,quàm ista contemnere.putas autem me uoluisse aliquid,quod perfectum nō sit? non licet scilicet sententiam suam: sed tamen,quæ tum acta sunt,non possum non probare:& tamen non curare pulchre possum,sicuti facio. sed nimium multa de nugis. Vale.

σχόλια



CAESARE)ex Hispania. Consolatorias)propter Tulliæ mortē. Hispali) Plin.l.3.cap.1. De urbe augenda)ep.33.h.l. Torquato)ep. seq. Grata)ep.9.h.l. De uxore)al.ad ligarianam de uxore:rectè,mea quidem sententia.nam Tubero,quum esset Ciceronis propinquus,uolebat fortasse de uxore,& priuigna fieri mētionem in oratione Ligariana quo loco ipse à Cicerone ꝓpinquus uocatur.idq; ut propinquitas ipsa melius cognosceretur. Abdere)al.addere.rectè. Res)oratio ipsa. peruulgata) & à te præclare uendita,ep.12.h.l.& à Balbo,& Oppio ad Cæsarem missa.ep.sup. φιλαίτιος)accusationis,& querelæ studiosus,ut ep.7.l.3.fam. Habuisti) in uendenda Ligariana oratione.ep.12.h.l.ut fabulæ uendi solebant in theatro recitandæ. Hoc loco)uilla Arpinati.ep.14.h.l. Cōstitui) dixi.ibid. Adero)in Tusculano.episto.12.h.l. Fratrem)meum. Quid egeris)cum eo de Quint.filio.ep.8.h.l. De fama)à Q.filio de me dissipata.ep.36.h.l. Scripseram)ep.8.h.l.& ep.32.l.12. Nihil melius curandum enim nobis est,atque hoc) al.nihil melius.curandum enim non est,atque hoc.nos ita legendum putamus.nihil melius(curandum enim non est)atque hoc.hinc paulò post:non curare pulchre possum.q. si quis,curandum enim nobis est,malit legere,haud equidem magnopere con-

genderim: dummodo κατὰ παρένθεσιν legat. Transuersum unguem) prouerb. latum unguem. φιλοσόφως) philosophice, loquar. s. & disputem. Hæc) philosophica. haberet) ex quo secessi. ep. 10. & 33. l. 12. δεδηχθαι) morsum esse, ægre tulisse. quod de Q. filio scripsi ep. 8. h. l. sic latine, me momorderunt epistolæ tuæ. ep. 12. h. l. Nihil erat) quia nihil laboro. Ei) Q. fratri, uel Q. filio. Id ago scilicet, ut iudicia uidear tenere) ἐιρωνικῶς, scilicet ostendo, ut aliquis potest dicere, me nolle fratri, aut fratris filio deesse, ut hominum iudicia uidear tenere ita, ut optime de me sentiant. al. cum interrogatione legitur. μὴ γὰρ αὐτοῖς) non enim ipsis, credo, uel tale quid sic prope episto. 1. l. 6. Ista) quæ dicuntur. Non licet) nunc dicere. Non curare) ep. 23 h. l.

CICERO ATTICO S. 20

AD Hircium dederam epistolam sanè grandem, quam scripseram proxime in Tusculano. huic, quem tu mihi misisti, rescribam aliàs: nunc alys malo. quid possum de Torquato, nisi aliquid à Dolabella? quod simulac, continuo scietis. expectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios: qui simulac uenerint, mittentur ad te. à Quinto expecto: proficiscens enim e Tusculano VIII. Cal. ut scis, misi ad eum tabellarios. nunc ad rem ut redeam, INHIBERE illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet: est enim uerbum totum nauticum. quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi. id non esse eiusmodi didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleretur: non. n. sustinent, sed alio modo remigant, id ab ἐποχῆς remotissimum est. quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, ut bonus sæpe agitator, equosq;. semperq; Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ similem facit ἐποχῇ. inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem, remigationis nauem conuertentis ad puppim. uides quanto hoc diligentius curem, quàm aut de rumore, aut Pollione. De Pansa etiam, si quid certius: credo enim palàm factum esse. De Critonio, si quid esset. certe ne de Metello, & Balbino? dic mihi, placet ne tibi primum edere iniussu meo? hoc ne Hermodorus quidē faciebat, is, qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγοισιν Ἑρμόδωρος quid illud? rectum ne existimas cuiquā quicquam ante, quàm Bruto? cui te auctore προσφωνῶ: scripsit enim Balbus ad me, se à te quintum de finibus librum descripsisse: in quo non sanè multa mutaui, sed tamen quædam. tu autem cōmode feceris, si reliquos continueris, ne & ἀδιόρθωτα habeat Balbus, & ἕωλα Brutus. sed hæc hactenus, ne uidear περὶ μικρὰ σπουδάζειν. etsi nunc quidē maxima mihi sunt hæc: quid est enim aliud? Verroni quidem quæ scripsi te auctore, ita propero mittere, ut iam Romam miserim describenda. ea si uoles, statim habebis: scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis, si tu uelles, describendi potestas. ea uero continebis, quoad ipse te uideam. quod diligentissime facere soles, cum à me tibi dictum sit. quomodo autem fugit me tibi dicere? mirifice Cerelia, studio uidelicet philosophiæ flagrās, describit à tuis, istos ipsos de finibus habet. ego autem tibi confirmo (possum falli, ut humanus) à me nō habere: nunquam enim ab oculis meis abfuerūt. tantum porrò aberat, ut binos scriberent: uix singulos confecerunt. tuorum tamen eo nullum delictum arbitror, idemq; te uolo existimare: à me enim prætermissum est, ut dicerem eos exire non dum uelle. hui quandiu de nugis: de re enim nihil habeo, quod loquar. Vale.

σχόλια

AD Hircium) ep. 35. l. 12. In Tusculano) unde Arpinum sum profectus. ep. 10. et. 11. h. l. Huic) epistolæ. Hircij, uel potius tuæ. Alijs) epistolis. Malo) rescribere. Possum) præstare. Torquato) L. Torquato. ep. 11. l. 12. uel Aul. Torquato. l. 6. fam. nam L. Torquatus decesserat, ut cognosci potest ep. 18. h. l. nisi forte sit hic filius. ille pater. orat pro P. Syll. illum certe, qui bello ciuili interfuit, ep. 7. l. 9. Resp. pdidit. in Brut. A Dolabella?) consequar. ep. 9. & 43. h. l. Quod simulac) fuero consecutus. Ab eo) Dolabella, uel Torquato. Quinto) fratre. Expecto) tabellarios. Proficiscens) Arpinum. ep. 10. h. l. Ad eum) Q. fratrem. Inhibere illud tuum) qui soles ἐπέχειν. epist. 6. l. 6. uel quæ putas ἐπέχειν reddi latine posse per uerbum inhibere. Inhiberi) inhibere, legi debet. Sustinēt) remos. Alio modo remigant) contra, remis ex superiore scalmi parte in inferiorem, & ex posteriore in anteriorem translatis: quod sciare uocant nautæ. Ab ἐποχῆς) ab assensionis retentione, ep. 6. l. 6. uel potius ab hac uoce ἐποχῆς. al. ab epoche, ut sit quasi latine dictum. alij, ab ἐπέχειν, id est ab hoc uerbo, ἐπέχειν: quod ego sequor. In libro) Acad. quæst. sed primæ editionis.

alij librum de oratore significari uolunt. Fuit) ante quàm admonitus à te, inhibere uerbum reponerem. Varroni) cui libri primæ editionis legendi sunt dati, sed secundæ nondum missi. ep. seq. Mutauit) id, quod prius scripseram. Luculus) ep. 12. et 15. h. l. sustineat currũ, ut bonus sæpe agitator, equosque) Ennij fortasse uersus, quem lib. 2. Acad. quæst. totum penè soluit. Carneades) ibid. & ep. 18. l. 12. προσβολὴν) pgressus retentionẽ, statum, apparatũ ad pugnã. ἐποχῇ) assensionis retẽtioni. Hoc) rectè, & Latine loq. Rumore) de Q. filio, uel à Q. filio de me dissipato. ep. sup. & ep. 36. h. l. Pollione) qui de Q. filio solet scribere. ep. 32. l. 12. Pansa) iampridem in prouinciam profecto. ep. 9. l. 12. Etiam) scribes. Siquid certius) habebis. Critonio) cuiusdam Critonij Aedilis meminit Appian. l. 3. Siquid esset) sciremus, uel tu scriberes. Certe ne) constat, uel dicitur. Metello) fortasse ep. 4. l. 10. Balbino?) de quodam Balbino, Appian. l. 4. Edere) libros meos. Hermodorus) ἀκροατὴς γενόμενος πλάτωνος, inquit Suidas. Faciebat) ut ederet libros iniussu domini. Ex quo) factum est prouerbium, qđ sequitur. λόγοισιν ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται: uerbis Hermodorus mercatur. prouerb. uerba importat Hermodorus: Cuiquam quicquam ante, quàm Bruto?) darẽ? Te autore) cui placuit. ep. 12. h. l. προσφωνῶ) dedico, inscribo. ibid. et ep. 13. l. 15. Balbus) ep. 3. l. 7. De finibus) περὶ τελῶν. ep. 12. h. l. Sed tamen quædam) mutaui. al. sed tamen quædam addidi. Reliquos) quatuor libros de finib. ἀδιόρθωτα) non correcta, imperfecta, inchoata. ep. 22. h. l. ἕωλα) non recentia, obsoleta. ibid sic epistola ἕωλος dicitur ep. 2. l. 9. fam. περὶ μικρὰ σπουδάζειν) parua curare, in paruis solicitus esse, rerũ paruarũ satagere, ut loquitur Terent. Aliud?) qđ agam, qđ maius sit? Te autore) ep. 12. h. l. Tuis) librarijs, ut ep. 35. l. 12. Pugit) quum de libris περὶ τελῶν loquerer. Dicere?) quod sequatur? Cerelia) ep. 42. l. 12. Describit) libros meos. A tuis) librarijs. Istos ipsos) libros. A me non habere) al. eam non habere. al. eam me non habere. al. j. ex uetere, ut dicunt, lectione, eam à meis librarijs non habere: quod, si uerum est, libenter sequor: uel certe ita lego: à meis non habere, ut sit quasi ἀντίθετον tuis. tuis à me non habere, legi non posse cognoscitur quum ex uerbis superioribus, & sequentibus, tum ex illis: possum falli. qui enim falli poterat ita, ut non posset confirmare, eam à se non habere? sed à suis potuit falli. Abfuerunt) librarij ita, ut possent clam me libros describere. Binos) libros, quorum alteros Cereliæ dare possent. Singulos) libros. Tuorum) librariorum. Tamen eo nullum) al. tamen ego nullum. Eos) libros.

CICERO ATTICO S. 21

DE Dolabella tibi assentior. cohæredes, ut scribis, in Tusculano. De Cæsaris aduentu, scripsit ad me Balbus, non ante Cal. Sext. De Attica optime, quòd leuius, ac lenius, & quòd fert εὐκόλως. Quod autem de illa nostra cogitatione scribis, in qua nihil tibi credo ea, quæ noui: ualde probo hominem, domum, facultates. quod caput est, ipsum nõ noui, sed audio laudabilis de Scrofa: etiam proxime accedit, siquid hoc ad rem. εὐγενέστερος est etiam, quàm pater. coràm igitur, & quidem propenso animo ad probandum: accedit enim, quòd patrem (ut scire te puto) plus etiam, quàm non modo tu, sed quàm ipse scit, amo, idq; & merito, & iandiu. Vale.

σχόλια

DE Dolabella) ut aliquid ad se scribam, desiderãte. ep. 13. h. l. Tibi assentior) ita faciendum, ut scribis. ep. 10. h. l. Cohæredes) in Brinniana hereditate. ep. 12. h. l. In Tusculano) me conuenient. ep. 12. & 14. h. l. De Cæsaris aduentu) ex Hispania. ep. 9. h. l. Balbus) ep. 3. l. 7. Non ante Cal. Sext.) eum uenturum esse. Attica) epist. 12. h. l. Leuius, ac lenius) προσαναρρωννῦσα. Fert) ægritudinem, quum te roget, ne tristis sis. ep. 19. h. l. εὐκόλως) facile. Cogitatione) collocandæ, ut arbitror, Atticæ iam nubilis. ep. 17. ad M. Brut. quæ nõ multò post nupsit M. Vipsanio Agrippæ. Nepos in Att. Nihil tibi credo) non enim credimus, quæ nouimus. al. nihil tibi cedo, quod fortasse magis probes, ut sit, in ea cogitatione nihil tibi etiam patri cedo: deinde dicat, ualde probo ea, quæ noui. Hominem) fortasse Talnam. ep. 29. h. l. Laudabilis) de isto hoĩe. De Scrofa) à Cn. Tremelio Scrofa referente. ep. 4. l. 5. εὐγενέστερος) generosior fortasse propter matrẽ.

CICERO ATTICO S. 22

DE VARRONE, non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. occurrunt mihi quædam: sed ea corã. te autem ἀσμενέστατα intexui, faciamq; id crebrius: proximis enim tuis literis primum te id non nolle cognoui. De Marcello scripserat ad me Cassius antea, τὰ κατὰ μέρος Seruius. rem acerbã. ad prima redeo. scripta nostra nusquam malo esse, quàm apud te, sed ea tum foras dari, cum utrique nostrum uidebitur. ego & librarios tuos culpa libero, neque te accuso, & tamen aliud quiddam ad te scripseram, Ceretiam quædam habere, quæ nisi à te non potuerit. Balbo quidem intelligebam satisfaciendum fuisse: tantum nolebam, aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simulac te uidero (si tibi uidebitur) mittam. quid autem dubitarim, cum uidero te, scies. Attributos quod appellas, ualde probe. te de prædio Auiæ exerceri, moleste fero. De Bruto nostro perodiosum: sed uita fert. mulieres autem uix satis humane, quæ

inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium *scribam, nihil fuit, q̃ appellares: nam tibi mandassem, si fuisset: nihil enim est apud eum positum nomine uoti. sed est quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem statui conferre. itaque & ego recte tibi dixi, ubi esset, & tibi ille negauit hoc quoq; ipsum continuo adoriamur. locũ hominibus non sane probo, q̃ est desertior: sed habet* εὐλογίαν. *uerum hoc quoque, ut censueris, quippe qui omnia. ego, ut constitui, adero, atque utinam tu quoque eodem die. sin quid, multa enim, utique postridie: etenim cohæredes: à queis sine te opprimi malitia est.* Alteris *iam literis nihil ad me de* Attica: *sed id quidem mihi in optima spe pono. illud accuso, non te, sed illam ne salutem quidem. at tu & illi, et* Piliæ *plurimam. nec me tamen irasci iudicaris.* Epistolam Cæsaris *misi, si minus legisses.* Vale.

σχόλια



DE Varrone) ep. 12. h. l. Placeat) placeatne ad eum mitti, quod scripsimus. ep. 14. h. l. Occurrunt) sic epist. 18. h. l. Quædam) quæ uidebis ep 25. h. l. ἀσμενέστατα) libentissime. Intexui) tertium. ep. 18. h. l. Primum) quum nunquàm antea te uelle ostẽdisses. Marcello) ep. 10. h. l. Cassius) C. Cassius, qui temporibus illis Brundusij moratus est, ep. 17. l. 15 fam. Deinde etiam Athenis uidetur fuisse, τὰ κατὰ μέρος) res particulatim: uel, ut alij uertunt, particularia. Seruius) scripserat ep. 12. l. 4. fam. Tum foras dari) tum diuulgari. Librarios tuos) epist. 20. h. l. Culpa) quòd ab ipsis Cerelia describat. ibid. Scripseram) ibid. Cereliam) ep. 42. l. 12. Quædam) libros ipsos de finib. ep. 20. h. l. Non potuerit) habere. Balbo) ep. 3. l. 7. Satisfaciendum fuisse) ut quintum de finibus librum describeret. epistο. 20. h. l. al. sat faciendum est. Obsoletum) ἕωλον. ibid. Inchoatum) ἀδιόρθωτον. ibid. Varroni) fortasse fuit hic diuidenda epistola, quum paulò ante eadem de re sit locutus: sed nos ita reliquimus, arbitrati id hoc loco non magni referre. Mittam) quatuor libros Academicos. ep. 13. h. l. Dubitarim) ep. seq. Attributos) debitores ex attributione. epis 13. l. 15. & ep. 3. l. 16. Appellas) mones, ut soluant. Probe) facis. Auiæ) ep. 2. l. 1. Perodiosum) quod nihil agat. epist. 9 & 10. h. l. nisi forte aliquid illi acciderat, quod esset perodiosum. Vita fert) talia. Vix satis humane) faciunt. Tullium scribam) epist. 4 l. 5. Si fuisset) quod eum appellares. In hanc rem) fortasse ad fanum. ep. 12 l. 12. Ille negauit) al. ille recte negauit, ut uitet carmen, quod tamen non semper facit, ut ep. 26. h. l. esse putares, quamuis in oratore uitium orationis esse doceat: utque hic sit quoddam ἰσόκωλον, præsertim quum aduerbum illud, recte, sit quasi necessarium: ut sit, ille recte negauit, quum non esset à me admonitus, ut indicaret. Hoc quoque) fanum. Desertior) quam sequar celebritatẽ. ep. 22 l. 12. εὐλογίαν) honestam rationem. ep. seq. Verum hoc quoque) faciemus. Qui omnia) gubernes. Constitui) ep. 12. h. l. Adero) in Tusculano. ibid. Eodem die) adsis. Sin quid) acciderit, ne possis eodem die adesse. Multa enim) possunt accidere. Vtique) sic ep. 2 l. 2. Postridie) adsis. Cohæredes) conuenient. ep. 14 h. l. A queis) cohæredibus. Opprimi) sic ep. 27. l. 12. Attica) epis 12. h. l. Pono) nam si male haberet, scriberes. Illam) Atticam. Ne salutem quidem) misisse. Plurimam) salutem dicito. Iudicaris) iudicaris, magis placet. Epistolam Cæsaris) consolatoriam. epis. 19. h. l.

CICERO ATTICO S. 23



NTEMERIDIANIS *tuis literis heri statim rescripsi: nunc respondebo uespertinis.* Brutus *mallem me accerseret: nam & æquius erat, cum illi iter instaret & subitum, & longum: & mehercule nunc, cum ita simus affecti, ut non possimus planè simul uiuere (intelligis enim profecto quo maxime posita sit* συμβίωσις*) facile patiebar nos potius* Romæ *unà esse, q̃ in* Tusculano. *libri ad* Varronem *non morabantur, sunt enim deiecti, ut uidisti: tantum librariorum menda tolluntur. de quibus libris scis me dubitasse: sed tu uideris. item, quos* Bruto *mittimus, in manibus habent librarij.* Mea mandata *(ut scribis) explicα. quanquam ista retentione omneis ait uti* Trebatius: *quid tu istos putas? nosti domum, quam confice* εὐλόγως. *incredibile est, q̃ ego ista non curẽ. omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas uelim, mihi maiori offensioni esse, q̃ delectationi possessiunculas meas: magis enim doleo, me non habere cui tradam, q̃ habere, qui utar. atque illud* Trebatius *se tibi dixisse narrabat. tu autem ueritus es fortasse, ne ego inuitus audirem. fuit id quidem humanitatis: sed, mihi crede, iam ista non curo. quare da te in sermonem, & perseca, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo* Scæua *loqui putes. ne existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur, remissuros. de die tantum uideto, & id ipsum bono modo.* Vale.

Ante-

σχόλια



NTEMERIDIANIS) ante meridiem scriptis. Iter instaret) ut iret obuiam Cæsari. ep. 11. h. l. Longum) usque in Hispaniam. Sumus affecti) ego Reip. & filiæ interitu: ille Reip. ruina, & nescioqu o mulierum odio. epist. sup. Quo) al. in quo. & hilaritatem quandam significat. συμβίωσις) conuictus. In Tusculano) ep. 11. h. l. Libri) quatuor Academici. ep. 13. h. l. Non morabantur: sunt enim defecti) non impediebant, quominus Romam ueniremus, sunt enim perfecti. nam Romam describendos misi. epist. 20. h. l. sunt tamen, qui legant, nos morabantur: sunt enim defecti. unde defecti, manci, nõ emendati, dicantur, necesse est. Vidisti) Romæ, quò describẽdos misimus. ep. 20. h. l. Dubitasse) ep. sup. & seq. Sed tu uideris) cuius periculo Varroni libros sim daturus. ep. 25. h. l. Item) libros περὶ τελῶν. Habent) descriptos illos quidẽ, sed ut corrigantur, ne scripta sint ἀδιόρθωτα. Mandata) de exigendis nominibus, ut fanum ædificari possit. epist. 2. h. l. Retentione) alicuius partis ex pecunia debita. alij ad hæreditatem referunt Brinnianam. ep. 12. h. l. Omneis) debitores, qualis est, ut ego puto, Faberius. ep. 24. l. 12. Att uti) dũ soluũt. Trebatius) ut iurisconsultus harũ rerum peritus: uel ut Cæsarianus, qui nosse ista potuit. ep. 21. l. 9. Istos) Cæsarianos. ep. 42. l. 12. ut Faberium, Balbum, & Oppium. ep. 24. l. 12. Putasti) facturos, quum alij omnes utantur ista retentione? Domum) locum. ep. sup. nam eadem de re loqui uidetur. Confice) ut epist. 31 l. 12. εὐλόγως) decenter, honesta ratione. ep. sup. Non curem) ut Philosophus. ep. 19. h. l. Non habere) mortua filia, & absente filio, atque iuniore, quàm ut possit rem familiarem iam nunc curare: uel certe iam tum indigno, qui tali succederet patri. Tradam) possessiunculas quasi lampada, ut est in prouerbio. Qui utar) sic epist. 11. l. 11. Atque illud) omneis uti retentione. Audirem) de ista retentione. Perfeca) ex nominibus, ut fiat ista retentio. Confice) perfice. ep. 32. h. l. Loquere, ut te cum illo Sceua loqui putes) loquere, ut tecum illos uerè loqui putes: nos legendum nunc putamus, hoc sensu: loquere tu cum Cæsarianis Oppio, & Balbo, & reliquis de Faberiano nomine, quamuis putes illos tecum uana loqui solere. nisi quis malit ita dicere: ita loquere, ut te loqui putes cum illo Sceua Cæsaris milite. epist. 10. l. 14. alij, loquere, ut te cum illo Scæuola loqui putes. Ne existimes) nec existimes, magis placet. Eos) Cæsarianos. Non debita) ut bona ciuium sub hasta uendita. Quod debeatur) alijs, ut mihi. ep. 24. l. 12. De dissoluendi nominis Faberiani: uel auctionis. ep. 27. h. l. Bono modo) ne irascantur isti. sic loquitur Plaut. in fin. Mercat.

CICERO ATTICO S. 24



VID est, quod Hermogenes mihi Clodius Andromenem sibi dixisse, se Ciceronẽ uidisse Corcyræ? ego enim audita tibi putaram. nil igitur ne ei quidem literarum? an non uidit? facies ergo, ut sciam. Quid tibi ego de Varrone rescribam? quatuor διφθέραι sunt in tua potestate. quod egeris, id probabo: nec tamen αἰδέομαι Τρῶας: quid enim? sed ipsi quàm res illa probaretur, magis uerebar. sed quoniam tu suscipis, in alterã aurẽ. DE RETENTIONE, rescripsi ad tuas accurate literas scriptas. conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione, aut retractatione. hoc fieri & oportet, & opus est. Vale.

σχόλια



VID est) illud. Quod) ait. Hermogenes mihi Clodius) ep. 20. & 26. l. 12. Andromenem) ep. seq. Ciceronem) meum filium, iampridem Athenas profectum. ep. 42. l. 12. Corcyræ?) ep. 9 l. 5. al. currere: quod si recipimus, res ad Q. filium est referenda, qui diceretur ex Hispania reuertens currere. Nil igitur) misit Cicero meus: uel potius, tu ad me dedisti. ep. seq. Ei) Hermogeni. Vidit?) Andromenes? Varrone) ep. 12. h. l. Quatuor) ep. 13. h. l. διφθέραι) libri. Herodotus enim dicit τοὺς ἴωνας τὰς βίβλους διφθέρας λέγειν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. potest etiam uideri ad prouerbium, ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς, respexisse: quòd in his libris nouam quidem laudet Academiam, sed ueterem reuocet. lib. 2. Acad. quæst. Sunt in tua potestate) ita, ut Varroni dare possis, & retinere. Egeris) siue dederis, siue retinueris. αἰδέομαι Τρῶας) uereor Troianos. ep. 5. l. 2. Quid enim?) uerear Troianos? Ipsi) Varroni. Res illa) σύνταξις Academica. ep. 15. h. l. Verebar) dubitabam. epist. sup. Suscipis) libros Varroni tuo periculo dandos. ep. seq. In alteram aurem) dormiam. prouerb. in utramuis aurem, & in utrumuis oculum dormire. Retentione) ep. sup. Rescripsi) ibid. Conficies) ibid. Oportet, & opus est) ep. 6. l. 4.

CICERO ATTICO S. 25



E Andromene, ut scribis, ita putaram: scisses enim: mihiq; dixisses. tu tamen ita mihi de Bruto scribis, ut de te nihil. quando autem illum putas? nam ego Romam prid. Id. ita uolui Bruto scribere: sed, quoniam tu te legisse scribis, fui fortasse ἀσκεπτότερος, me ex tuis literis intellexisse, nolle eum me quasi prosequendi sui causa Romam nunc uenire. sed quoniam iam adest meus aduentus, fac quæso, nequid eum Idus impediant, quominus suo commodo in Tusculano sit: nec enim ad tabulam eum desideraturus eram, in tali enim negotio cur tu

unus non satis es? sed ad testamentum uolebam: quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam uenisse uidear. scripsi igitur ad Brutum, iam illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. uelim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo periculo iubeam libros dari Varroni? etiam nunc si dubitas, fac, ut sciamus: nihil est enim illis elegantius. uolo Varronem, præsertim cum ille desideret: sed est, ut scis, δεινὸς ἀνήρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. *ita mihi sæpe occurrit uultus eius, querentis fortasse uel hoc, meas parteis in his libris copiosius defensas esse, quam suas: quod mehercule intelliges non esse, si quando in Epeirum ueneris: nam nunc Alexionis epistolis cedimus: sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocola, facile patior teneri. sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. quare, si addubitas, ad Brutum transeamus: est enim is quoque Antiochius. o Academiam uolaticam, & sui similem, modo huc, modo illuc. sed, quæso, epistola mea ad Varronem ualde ne tibi placuit? male mihi sit, si unquam quicquam tam enitar. at ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas* περιοχὰς *persequi solet, sed Spinthero syllabatim. Vale.*

σχόλια

De Andromene) ep. sup. Ita putaram) falsum esse, quod dixerat, se Ciceronem Corcyræ uidisse. ibid. Scisses enim, mihique dixisses) al. scripsisses enim mihi, quæ didicisses: recte, ut ego sentio. neque enim Ciceronem interim Atticus uiderat, ut illi dicere posset, nisi dixisset per literas: ut ep. 26. l. 15. & ep. sup. queritur Cicero nihil literarum ad se ea de re datum. didicisses uero dictum erit, ut ep. 5. l. 3. fam. Illum) Brutum. Putas) iturum obuiam Cæsari? ep. 11. & 23. h. l. Romam prid. Id.) ueniam. Ita uolui) sed non uideor fortasse ita scripsisse, quia obscure scripsi. Legisse) meas literas ad Brutum scriptas. ἀσαφέστερος) obscurior, quum in illis literis scribebam, quæ sequuntur. Eum) Brutum. Idus) quibus uolebam illum Romæ esse, quibusque futurum est, ut Scapulani horti præconi subijciantur. ep. 35. l. 12. & 33. h. l. In Tusculano fit) Roma profectus. Ad tabulam) epist. 35. l. 12. Eum) Brutum ut prædem. Testamentum) alterum. ep. 13. l. 12. Volebam) illum ut obsignatorem. Tuo periculo) ep. 35. h. l. Libros) quatuor Academicos. ep. 13. h. l. Illis elegantius) & ideo multi eos cupient, si Varroni dare dubitaueris. Volo) cupio. Varronem) habere libros. Desideret) epi sto. 17. h. l. Sed est) Varro. δεινὸς ἀνήρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο) grauis uir, fortasse et innocentem accusaret. Iliad. λ. Occurrit) inter alia, quæ occurrunt. ep. 18. h. l. Meas parteis) Philonis. ep. 8. l. 9. fam. Defensas esse) ut superior mea causa uideatur. ep. 18. h. l. Suas) Antiochianas. ep. 8. l. 9. fam. quas illi dedi, quoniam ἀντιόχεια ualde probat. In Epeirum) ubi possis otiosus esse, & libros illos accuratius legere. Alexionis) ep. 1. l. 15. Epistolis) Epeiroticis. ep. 43. l. 12. Cedimus) quoniam te solent impedire. ibid. Probatum iri) libros Academicos. Et id) ut Varroni dentur. In macrocola) εἰς τὰ μακρόκολα, chartas maiores. ep. 3. l. 16. Plin. l. 13. cap. 12. Patior) ne, si alteri dentur, altera impensa in describendo sit facienda. Teneri) quasi mordicus. Ad Brutum transeamus) Bruto libros hosce demus. Is quoque) ut Varro. ep. 18. h. l. Antiochius) quippe qui Antiochi fratrem Aristum frequenter audiuerit. l. 5. de finib. & in Brut. sitque Stoicus ep. 15. ad M. Brut. Volaticam) quæ quasi uolarit à Catulo, Lucullo, & Hortensio ad Catonem, & Brutum primo, deinde ab his ad Varronem, ep. 15. h. l. & nunc rursus ad Brutum uolare cogitet. Sui similem) non consistentem, & nihil affirmantem. l. 2. de finib. Modo huc, modo illuc) ἄνω, καὶ κάτω. epist. 10. l. 5. Epistola mea) 8. l. 9 fam. Tam enitar) quam enisus sum in ea scribenda. At ego) al. ergo ego. Tironi) ep. 5. h. l. περιοχὰς) comprehensiones, complexiones uerborum, quæ dictando fiunt. sic Porphyrus ἐν τῇ εἰσαγωγῇ, εἰδῶν περιοχὴν uocat. Persequi) scribendo Solet) ita uelociter scribit. Spinthero) seruo, uel liberto. nam Lentulum Spintherem, non Spintherum uocat. ep. 11. h. l.

CICERO ATTICO S. 26

De VIRGILII *parte ualde probo. sic ages igitur. & quidem id erit primum, proximum Clodiæ. quod si neutrum, metuo, ne turbem, & irruam in Drusum. intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. itaque reuoluor identidem in Tusculanum: quiduis enim potius, quam ut non hac æstate absoluatur: ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturæ. sed quia qui mecum sunt, credo, quod mæstitiam meam non ferunt, domum properant: & si poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus uidear. quo autem Lanuuio? conor equidem in Tusculanum: sed faciam te statim certiorem. tu literas conficies. equidem, credibile non est, quantum scribam die: quin etiam noctibus: nihil est enim somni. heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem. tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares. ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere, sed id quidem, ut tibi uidebitur*

bitur: mittam tamen ad te exẽplum fortasse Lanuuio, nisi forte Romam: sed cras scies. Vale.

σχόλια

DE Vergilij) ep. 42. l. 12. & ep. 33. h. l. Parte) hæreditatis Scapulanæ. epis. 33. l. 12. Probo) ut eam emamus. Id erit primum, proximum Clodiæ) sic ep. 36. l. 12. primum Scapulæ, deinde Clodiæ. Turbem) hunc, quem dixi, ordinem. In Drusian) in hortos Drusi. ep. 32. l. 12. Eius rei) fani. ep. 12. l. 12. Cupiditate) ep. 26. l. 12. In Tusculanum) quod tibi placere significasti. ep. 36. l. 12. Hac æstate) epis. 37. l. 12. Absoluatur) fanum. ibid. Facilius) propter solitudinem. ep 9. & 11. l. 12. Asturæ) ep. 35. l. 12. Domum) Romam. Scripsi) ep. sup. Quò) ibo. Lanuuio?) quò, iterum rediens Astura, ueniam, ut prius ep. 36. & 37. l. 12. Conficies) quibus uidebitur conscribes meo nomine, ut ep. 5. l. 11. Epistolam) alteram. nam priorem iampridem misi. ep. 1. & 6. h. l. Placebat) ut efficerem. Esse putares) finis uersus. epis. 22. h. l. Nisi forte Romam) uenero.

CICERO ATTICO S. 27

EPISTOLAM *ad Cæsarem, nobis uero semper rectissime placuit, ut isti antè legerent: aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pene periculosi. isti autem ingenue, mihiq; gratum, quòd, quid sentirent, non reticuerunt: illud uero uel optime, quòd ita multa mutari uolunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit. quanquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum uelle arbitrabar? quod enim aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi* κολακεία *fuit? an, si ea, quæ optima putarã, suadere uoluissem, oratio mihi defuisset? totis igitur literis nihil opus est: ubi enim* ἐπίτευγμα *magnũ nullũ fieri possit,* ἀπότευγμα *uel nõ magnũ molestũ futurũ sit, quid opus est* παρακινδυνεύειν? *præsertim cum illud occurrat, illum, cum antea nihil scripserim, existimaturum, me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. atque etiam uereor, ne putet me hoc quasi Catonis* μείλιγμα *esse uoluisse. quid quæris? ualde me pœnitebat: nec in hac quidem re, quicquam magis ut uellem, accidere potuit, q̃ σπουδὴ nostra non est probata. incidissemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum. sed redeo ad hortos. planè illuc te ire, nisi tuo magno commodo, uolo: nihil enim urget. quicquid erit, operam Faberio ponamus. de die tamen auctionis, si quid scies. eũ, qui è Cumano uenerat, quòd & planè ualere Atticam nuntiabat, & literas se habere aiebat, statim ad te misi.* Vale.

σχόλια

EPISTOLAM) ep. sup. Isti) ut ep. 42. l. 12. In hos) Oppium, & Balbum, à quibus sæpe adiuti, & admoniti sumus. epis. 10. l. 9. Illum) Cæsarem. Offensuri) illa epistola. Penè periculosi) quum uideret, se non satis proprie loqui, particulam, penè addidit. Ingenue) fecerunt. Ita multa) tam pauca, à contrario. nam si multa essent mutanda, de integro scribendi causa esset. uel potius, ita multa mutari uolunt, ut abijcienda sit, & non amplius scribenda. nam paulò post σπουδὴν suam non esse probatam, & ep. seq. nonnulla esse reprehensa scribit. De Parthico bello) de quo nescioquid συμβουλευτικὸν ad Cæsarẽ in utraque epistola scripsi. ep. 35. l. 12. & ep. 31. h. l. κολακεία) adulatio, assentatio. ep. seq. & ep. 30. h. l. ἐπίτευγμα) lucrum, adeptio, ἀπότευγμα) erratum, offensio. παρακινδυνεύειν) periclitari? Quid opus est, inquit, ad tentare, quod, ut assequaris, non magnopere iuuet: si uero aberres ab eo, aut in eo offendas, ualde noceat? illum) Cæsarem. Antea) ante confectum bellum ciuile. Scripserim) ad eum, præsertim συμβουλευτικόν. nam epistolas sæpe scripsi. Bello) ciuili. Confecto) quasi confecto bello uellem scribere, & Victori adulari. Ne putet) Cæsar, si misero epistolã. Hoc) hãc epistolam. Catonis) laudationis à me de Catone scriptæ ep. 35. l. 12. μείλιγμα) mitigationem, placationem. Pœnitebat) scripsisse epistolam. σπουδὴ) diligentia, opera, qua inscribenda epistola sum usus. Non est probata) ab Oppio, & Balbo. Incidissemus) si epistolam ad Cæsarem in Hispaniam misissemus. illos) Hircium, Pollionem, & alios maledicos. Cognatum tuum) Q. filium tuæ sororis filium. ep. 32. l. 11. & ep. 36. h. l. Ad hortos) ep. sup. Illuc) fortasse ad uidendam Virgilij partem ibid. Faberio) epist. 24. l. 12. Ponamus) ut soluat. De die) scribes. Auctionis) ep. 14. h. l. uel ep. 35. l. 12. Cumano) ubi tunc erat Attica, ut Pilia epist. 19. l. 14. Valere) quum prius ægrotaret. epis. 12. h. l. Habere) ab ipsa Attica ad te.

CICERO ATTICO S. 28

HORTOS *quoniam hodie eras inspecturus, quid uisum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem, cum uenerit. De epistola ad Cæsarem (iurato mihi crede) non possum. nec me turpitudo deterret, & si maxime debebat: q̃ enim turpis est assentatio, cũ uiuere ipsum turpe sit nobis? sed, ut cœpi, non me hoc turpe deterret: ac uellem qui-*

dem: essem enim, qui esse debebam: sed in mentem nihil uenit: nam quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentium, & doctorum suasiones, uides quibus in rebus uersentur. adolescentem incensum cupiditate uerissimæ gloriæ, cupientē sibi aliquid consilij dari, quod ad laudem sempiternam ualeret, cohortantur ad decus. non deest oratio. ego quid possum? tamen nescio quid è quercu exculpseram, quod uideretur simile simulacri. in eo quòd nonnulla erant paulo meliora, q̄ ea, quæ fiunt, & facta sunt, reprehenduntur: quod me minime pœnitet: si enim peruenissent istæ literæ, mihi crede, nos pœniteret. quid? tu non uides, ipm illum Aristotelis discipulum summo ingenio, summa modestia, postea quā Rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? ille uero potius non scripta desiderat, q̄ scripta non probet. postremo, ut uolet. abijt illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα ἀρχιμήδειον. multo mehercule magis nunc opto casum illum, q̄ tum timebam, uel quemlibet. nisi quid te aliud impediet, mihi optato ueneris. Nicias à Dolabella magno opere arcessitus (legi enim literas) & si inuito me, tamen eodem me auctore profectus est. hoc manu mea. Vale.

σχόλια

HORTOS) ep. sup. Inspecturus) illuc iturus. ibid. Cras scilicet) scribes. Faberio) ep. sup. Epistola) corrigenda, mutanda, ep. sup. uel alia scribenda. Non possum) corrigere, aut aliam scribere. Turpitudo) assentationis. Debebat) deterrere me uirum talem. Assentatio) κολακεία. ep. sup. Nobis?) qui tantas res gessimus? Cœpi) dicere. ἐπανάληψις. Vellem quidem) deterreret. Essem enim) constans, uere Philosophus, non adulator. Esse debebam) propter philosophiam, & res gestas. In mentem nihil uenit) nihil reperio. epist. 35. l. 12. Alexandrum) Magnum. Hominum) Aristotelis, & Theopompi. ep. 35. l. 12. Suasiones) συμβουλίαι. ibid. Adolescentem) Alexandrum Magnum. Verissimæ gloriæ) contrà, ac Cæsar, qui patriæ libertatem oppressit. Non deest) illis ad decus cohortantibus. Quid possum?) præstare in re turpi? Nescioquid) epistolam. ep. sup. E quercu) ἀπὸ δρυός prouerb. sic loquitur Plat. l. 8. de Rep. & Homer. Iliad. χ. οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς, οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ὀαριζέμεναι. Fiunt) ab alijs. Reprehenduntur) ab istis ita, ut mutari uelint. ep. sup. Quod) nonnulla reprehensa esse. Peruenissent) ad Cæsarem. Istæ literæ) ista epistola. Nos pœniteret) misisse. pœniteret uero propter eas causas, quæ sunt in ep. sup. Ipsum illum) Alexandrum. Discipulum) quum adhuc esset discipulus. Superbum) Curtius, Plutar. & Arrian. Hunc) Cæsarem. De pompa) qua delectatur Cæsar: nisi quas uelit referre ad Quirinalia, quæ tunc lux eadem stultorum festa uocata est. Ouid. l. 2. fast. Quirini contubernalem) Quirini σύνναον. ep. 39. l. 12. Ille uero) Cæsar. Scripta non probet) quum enim scripta sint, probat, uel potius simulat probare: sed re uera nollet esse scripta. Vt uolet) probabit, uel accipiet. Abijt) præterijt sine damno. Illud) de Catone. ep. 35. l. 12. Dabam) proponebam. ep. 2. & 4. l. 12. πρόβλημα ἀρχιμήδειον) quæstionem Archimediam. ibid. Nunc opto) ita morte Tulliæ affectus, & ita φιλοσόφως uiuens, ut nihil curem. epist. 19. & 23. h. l. Casum) iram Cæsaris, cæ[dem], uel tale quid. Tum timebam) laudationem Catonis scribens. timebā uero, ne in catonium nos Cato. ep. 26. l. 7. fam. Quemlibet) casum. Nicias) ep. 21. l. 12. Dolabella) cui Nicias erat gratus. ep. 10. l. 9. fam. Literas) Dolabellæ.

CICERO ATTICO S. 29

CVM quasi alias res quærerem de philologis e Nicia, incidimus in Talnam. ille de ingenio nihil nimis. modestum, & frugi. sed hoc mihi non placuit. se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam, uetulam sanè, & multarum nuptiarum: non esse probatam mulieribus, quòd ita reperirent, rem non maiorem DCCC. hoc putaui te scire oportere. De hortis ex tuis literis cognoui, & chrysippo. in uilla, cuius insulsitatem bene noram, uideo nihil, aut pauca mutata. balnearia tamen laudat. maiora de minoribus ait hiberna effici posse. tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco. ad id autem, quod uolumus, ἀφίδρυμα, nihil aptius uidetur, q̄ lucus: quem ego noram, sed celebritatem nullam tum habebat, nunc audio maximam. nihil est, quod ego malim. in hoc τὸν τῦφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον. reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat: noli quærere quanti: Othonem uincas uolo. nec tamen insaniturum illum puto: nosse enim mihi hoīem uideor. ita male aūt audio ipsum esse tractatū, ut mihi ille emptor nō esse uideatur. quid. n. pateretur? sed qd argumētor? si Faberianū explicas, emamus uel magno: sin minus, ne paruo

quidem

quidem possumus. Clodiā igitur, à qua ipsam ob eam cām sperare uideor, & & multo minoris sunt, & Dolabellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiam repræsentatione concludam, de hortis satis. Cras aut te, aut causam, quam quidem futuram Faberianam, sed si poteris.

CICERONIS epistolam tibi remisi. o te ferreum, qui illius periculis non moueris. me quoque accusat. eam epistolam tibi misissem. nam illam alteram de rebus gestis eodem exemplo puto. in Cumanum hodie misi tabellarium. et dedi tuas ad Vestorium, quas Pharnaci dederas. Vale.

σχόλια

QVVM quasi alias res quærerem) in sermone. De philologis) qui essent iuuenes in urbe philologi. ep. 12. h. l. Nicia) ep. 21. l. 12. In Talnam) in mentionem Talnæ. epis. 6. l. 16. Ille) Nicias. Ingenio) Talnæ. Nihil minus) referebat, aut illum commendabat. Modestum) modestum hominem esse dicebat. Sed hoc) quod sequitur. Non placuit) ut nostræ cogitationi contrarium. epist. 21. h. l. Aiebat) Nicias. Ab eo) Talna. Petitam) uxorem. Quinti) Q. Cornificij. ep. 1. l. 1. & ep. 11. l. 12. Probatam) Cornificiam. Mulieribus) Talnæ. Rem) dotem. nisi uelis ita dicere, hoc non esse probatum mulieribus, quoniam reperirent, rem Talnæ non esse maiorem DCCC. quæ summa melius ad rem Talnæ, quàm ad Cornificiæ dotem accommodari potest. De hortis) quos inspexeras. ep. sup. Chrysippo) à Chrysippo Vettio. ep. 4. l. 2. & ep. 9. l. 14. Video) intelligo ex Chrysippo. Nihil) mutatum esse. Aut pauca mutata) esse. Laudat) Chrysippus. ἀφίδρυμα) sacellum, fanum. ep. 12. & 37. l. 12. Lucus) ut religiosus, & ob id ad ἀποθέωσιν accommodatus. ep. 29. l. 12. Celebritatem) quam sequor. ep. 22. l. 12. Audio) à Chrysippo præsertim. τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον) elationem meam per Deos ferto: elationi meæ per Deos obsequere. ep. 20. l. 12. Faberius) epist. 24. l. 11. Noli quærere quanti) uendatur locus, sed eme, quanti quanti uenditur. ep. 18. l. 12. Othonem) aduersarium. epist. 38. l. 12. Vincas) in emendis Scapulæ hortis. ep. 35. l. 12. Insaniturum) ita, ut uelit nobiscum contendere. Nosse) talem, ut nolit contendere, aut non possit. Esse tractatum) fortasse propter gulam. ep. 31. h. l. Ille) Otho. Emptor) hortorum. Videatur) futurus. Quid enim pateretur?) τί γὰρ ἂν πάθοι; Clodiam igitur) aggredere, alloquere de hortis. epis. 36. l. 12. A qua ipsam) al. à qua ipsa. Sperare) aliter, atque antea. ep. 37. l. 12. al. sperare. Dolabellæ nomen) ep. 3. l. 16. Causam) habebo, cur non ueni as. Futuram) puto. Faberianam) ut nomen Faberianum explices. Si poteris) ueniuto. Ciceronis) filij mei, ep. 24. h. l. uel potius Q. Ciceronis Q. F. O te ferreum) εἰρωνικῶς, ut puto, si de Q. filio loquitur. Illius) ut cognati tui. ep. 27. h. l. Periculis) quæ adijt in Hispania. Eam) qua me accusat. Misissem. nam) al. misi, et. Gestis) in Hispania. In Cumanum) ad Atticam. ep. 27. h. l. Vestorium) ep. 2. l. 6. qui & ipse in illis locis uillam habuisse uidetur. epist. 9. 24. & 25. l. 14. Pharnaci) librario. epist. 42. h. l.

CICERO ATTICO S. 30

COMMODVM ad te miseram De meam, cum Eros ad me uenit. sed in eius epistola nihil erat noui, nisi auctionem biduum. ab ea igitur, ut scribis, & uelim confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie: cras mane putat. à te colendus est. istæ autē κολακεῖαι non longe absunt à scelere. te, ut spero, perendie. sicunde potes, erues qui decem legati Mumio fuerunt: Polybius non nominat. ego memini Albinum Consularem, & Sp. Mumium: uideor audisse ex Hortensio Tuditanum. sed in Libonis annali X I I I I. annis post Prætor est factus Tuditanus, quàm Cōsul Mumius. non sanè quadrat. uolo aliquē Olympię, aut ubiuisnam πολιτικὸν σύλλογον, more Dicæarchi familiaris tui. Vale.

σχόλια

COMMODVM) ut ep. 18. h. l. De meam) ep. seq. Eros) ep. 15. l. 10. Eius epistola) epistola ab eo allata. paulò aliter ep. 22. l. 7. Auctionem) fore. Ab ea) post eam auctionem. Igitur) uenies. Velim) uenias. Confecto) explicato. ep. sup. Negotio Faberiano) ep. 24. l. 12. Quem) Faberium. Negat) uenturum. ep. 28. h. l. Putat) uenturum. Colendus est) Faberius ut Cæsarianus, ut soluat libentius. κολακεῖαι) assentationes. ep. 27. h. l. al. κολακίδες, assentatiunculæ, uel quasi assentatrices. Athen. enim l. 6. ita scribit: γεγόνασι παρ' ἡμῖν καὶ ἐπὶ πλούτου καρὸς καὶ γυναῖκες ὑπὸ τὰς ἀνάσσας αἳ προσαγορευθεῖσαι κολακίδες. Scelere) turpitudine. ep. 28. h. l. Perendie) habebo. Decem legati) ep. 3. h. l. Mumio) ibid. Memini) legere, uel audire fuisse legatum. Albinum) A. Posthumium Albinum. Consularem) Cos. enim fuit cum L. Licinio Lucullo an. ab Vr. C. 603. in Brut. & Liuius lib. 48. Sp. Mumium) episto. 4. h. l. Audisse) accepisse. episto. 5. l. 12. Ex Hortensio) qui & ipse annales scripsit. Paterc. Tuditanum) episto. 5. huius libri. Libonis) episto. 42. huius libri. & fortasse episto. 11. lib. 7. X I I I I. annis) episto. 32. huius libri. Non sanè quadrat) quoniam sic annis XIIII. ante, quàm Prætor est factus, legatus esse potuisset. ibid. Volo) uolo scribere. ep. 32. h. l. Aliquem olympiæ, aut ubiuisnam πολιτικὸν σύλλογον) al. aliquem olympia, aut ubi uisum πολιτικὸν σύλλογον: nos & ita legimus: aliquem olympis. aut, ubi uisum, πολιτικὸν σύλλογον: & ita interpretamur: uolo scribere aliquem olympiadum, aut, ubi uisum fuerit, ciuium collectionem: quod fecit in Brut. quanquam hæc uerba uidentur illa, quo

διὰ σημείων ita scripsit, ut ne Atticus quidem intellexerit. ep. 32. h. l. More Dicæarchi) qui et ὀλυμπικὸν scripsit, autore Athen. l. 14. & τριπολιτικὸν. ep. 32. h. l. Familiaris tu) ep. 16. l. 2.

CICERO ATTICO S. 31



VINTO CAL. mane accepi à Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te expectare deberem. sed, ut opinor, idem ego, qui expecto tuum aduentum, morabor te: non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, ut non habeat aliquid moræ. cum poteris igitur: quoniam, etiam dum abes. Dicæarchi quos scribis libros, sanè uelim mihi mittas: addas etiam καταβάσεως. De epistola ad Cæsarem κέπφικα, atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se nisi constitutis rebus non iturum in Parthos: idem ego suadebam in illa epistola: utrum liberet, facere posse, auctore me: hoc enim ille expectat uidelicet, neque est facturus quicquam, nisi de meo consilio. obsecro, abyciamus ista, & semiliberi saltem simus, quod assequemur & tacendo, & latendo. sed aggredere Othonem, ut scribis, confice mi Attice istam rem: nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non sim, & tecum esse possim. quanti autem hoc, mihi uenit in mentem. C. Albanius proximus est uicinus. is ∞ iugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, HS CXV. omnia scilicet nunc minoris: sed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos ullum aduersarium habituros: sed eum ipsum tu poteris monere, facilius etiam, si Canum haberes. ὢ gulam insulsam. pudet me patris. rescribes, siquid uoles. Vale.

σχόλια



VINTO Cal.) raro ascribebat mensem, quũ penè quotidie scriberet. Demea) ep. sup. Morabor) meis negotijs, quæ tu Romæ curas. Expeditum) confectum. ep. sup. Faberianũ) ep. 24. l. 12. Quum poteris igitur) uenies. Quoniã) uenias. Abes) à me. Addas) libros Dicæarchi. καταβάσεως) descensus: περὶ τῆς εἰς τροφωνίου καταβάσεως. ep. 2. l. 6. Athen. l. 13. & 14. prouerb. Trophonij antrum. De epistola ad Cæsarem) ep. 27. & 28. h. l. κέπφικα) fatua, ut auis κέπφος. sic κἐπφωμα. ep. 39. h. l. ego tamen hic potius uerbum, quàm nomen desidero, ut propemodum audeã legere, πέφρικα, quale illud Aristop. in Nubib. δέδοικα, καὶ πέφρικα, καὶ βδελύττομαι. Ista) Cæsarian. ep. 42. l. 12. & ep. 27. h. l. Illum) Cæsarem. Scribere) ex Hispania. Non iturum) ne se absente suæ leges negligantur. ep. 6. h. l. In Parthos) ad bellum Parthicum. ep. 27. h. l. Videlicet) εἰρωνικῶς. Othonem) ep. 31. l. 12. Istam rem) illos hortos. ibid. Tecum esse possim) prope urbem. sic ep. 24. l. 12. Quanti autem hoc) emi possit, uel sit faciendum. C. Albanius) fortasse, C. Albinius, uel C. Albinus. ep. 8. l. 13. fam. & orat. pro Sest. Vicinus) illis hortis. ∞ iugerũ) al. CC. iugera. M. Pilio) nescioquo. HS. CXV.) al. HS. CX. Minoris) ueneunt, propter nũmorum caritatem. ep. 11. l. 9. Cupiditas) in qua sum intemperans. ep. 26. h. l. Aduersarium) ep. 38. l. 12. Monere) al. mouere, scilicet ab auctione, & emptione, & ita uincere. ep. 29. h. l. Facilius etiam) moueres. Canum) ep. 15. l. 12. Haberes) quo posses illum uelut equum sustinere. sic enim nunc libet interpretari.

CICERO ATTICO S. 32



LTERAM à te epistolam cum hodie accepissem, uolui te una mea contentum. Tu uero age, quod scribis, de Faberio: in eo enim totum est positũ id, quod cogitamus, quæ cogitatio si non incidisset (mihi crede istuc, ut cætera) non laborarem. quam ob rem, ut facis (istuc enim addi nihil potest) urge, insta, perfice. Dicæarchi περὶ ψυχῆς utrosque uelim mittas, & καταβάσεως. τριπολιτικὸν non inuenio & epistolã eius, quam ad Aristoxenũ misit. treis eos libros maxime nunc uellem: apti essent ad id, quod cogito. Torquatus Romæ est. iussi, ut tibi daretur. Catulum, & Lucullum, ut opinor, antea. his libris noua proœmia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. eas literas uolo habeas. & sunt quædam alia. & quod ad te de decem legatis scripsi, parũ intellexti, credo, quia διὰ σημείων scripseram: de C. Tuditano enim quærebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem. eum uideo in Libonis Prætorẽ L. Popilio P. Rupilio Coss. annis XIIII ante, quàm Prætor factus est, legatus esse potuisset: nisi admodum sero Quæstor est factus: quod non arbitror: uideo enim, Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Posthumium autem, cuius statuam in Isthmo meminisse te dicis, sciebam fuisse. is autem est, qui cum Lucullo fuit, quem tu mihi addidisti. sanè ad illum σύλλογον personã idoneam. uidebis igitur, si poteris, cæteros, ut possimus πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις. Vale.

Alteram

σχόλια

LTERAM)secundam. Faberio)epist.24.l.12. Est positum)nisi enim id nomen explicat,ne paruo quidē possumus emere.ep.29.h.l. Id)edificatio fani.epist.12.l.12. Vt cætera)credis. Vt facis)semper. Istuc)ad diligentiam tuam. περὶ ψυχῆς)de animo:quem quidē Dicæarchus ipse uult efficere esse mortalē. Tusc.1. & lib.2.de off. Vtrosque)libros, tres quidem Lesbiacos, & totidem Corinthiacos, Tusc.1.dictum penè ut illud,nos utrique & Socratici,& Platonici esse uolumus.nā si duos uoluisset significare,utrūque dixisset. καταβάσεως) descensus.ep.sup. τριπολιτικόν)Dicæarchi librum ἐπιγραφόμενον τριπολιτικόν,ut inquit Athen.lib.4. Non omnino)inter meos libros. Eius)Dicæarchi. Aristoxenum) æqualem, & condiscipulum suum. Tusc.1. Treis eos libros) sex quidem περὶ ψυχῆς:duos minimū,ut ex Athenæo didicimus, περὶ καταβάσεως:& unum τριπολιτικόν:sed treis dixit,referens ad numerum uoluminū,ut loqueretur Vulpianus. Ad id)ad Tusculanas quæst.uel ad σύλλογον πολιτικόν. Torquatus)liber.ep.4.h.l. Daretur)à librarijs. Catulum)librum,qui non extat. Lucullum)librum,qui nunc extat, & est secundus Acad.quæst. Antea)habuisti. Vterque)Q.Catulus,& L.Lucullus.ep.12.h.l. Laudatur) ut Lucullus in prooemio lib.2.Acad.quæst. Eas literas)ea prooemia. Scripsi)ep.30.h.l. Parum intellexti) quonam pacto igitur nos intelligemus? διὰ σημείων)per signa,& notas. C.Tuditano)ep.5.h.l. Audieram)ep.30.h.l. In decem)legatis.ep.3.h.l. In Libonis)annali.epist.30.h.l.græca φράσις,qua tamen Cicero tam sæpe,ut alios mittam,usus est,ut iam sit latina. L.Popilio) L.Popilio Lenate. P.Rupilio)sic Verr.6.at in Lælio P.Rutilium uocat, ut Val. Max.lib.2.cap.2. Oros.& Eutrop. alij. C.Sulpitium Galbam cum Lenate coniungunt. Coss.)an. ab urb.con.622.al. omittitur, ut paulò post, cum Lucullo fuit. Annis XIIII.)ep.30.h.l. Potuisset) post Quæsturam:etsi alter uidetur dicere ep.3.& 5.h.l.sed hic diligentius annos colligit. Sero)tunc enim legatus Mumio esse non potuisset. Posthumium)Albinum. ep.30.h.l. Fuisse)legatum.ibid. Lucullo) ibid. Fuit)Cos.ibid. σύλλογον)collectionem.ibid. Personam)Posthumij. Idoneam)ut hominis & literati, & diserti,& qui græce historiam scripsit.in Brut. Videbis)erues.epist.30.h.l. Cæteros)qui legati Mumio fuerunt.ibid. πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις) uti pompa etiam personis, hoc est, in scribendo συλλόγῳ pompam quandam adhibere,magnas hasce personas describentes.

CICERO ATTICO S. 33

EGLIGENTIAM miram. semel ne putas mihi dixisse Balbum,& Faberium,professionem relatam? quin etiam eorum iussu miseram, qui profiteretur: ita enim oportere dicebant.professus est Philotimus libertus.nosti credo liberarium: sed scribis,& quidem confectum. Ad Faberium,ut tibi placet,literas misi.cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H.in Capitolio.in Virgilio mihi nulla est δυσωπία: nec enim eius causa sanè debeo.& si emero,quid erit,quod postulet? sed uidebis,ne is cum sit in Africa,ut Cælius. De nomine tu uidebis cum Cuspio: sed, si Plancus destinat,tum haberes difficultatem.te ad me uenire uterque nostrum cupit: sed ista res nullo modo relinquēda est. Othonem quod speras posse uinci, sanè bene narras.de æstimatione,ut scribis,cum agere cœperimus:& si nihil scripsit, nisi de modo agri. Cum Pisone,siquid poterit. Dicæarchi librum accepi: καταβάσεως expecto. negotium dederis. reperies ex eo libro,in quo sunt S.C. Cn. Cornelio,& L.Coss.de Tuditano autem, quod putas, εὔλογον est,tum illum, quoniam fuit ad Corinthum: non enim temere dixit Hortensius, aut Quæstorem,aut Tribunum mil. idque potius fuisse credo. sed tu de Antiocho scire poteris. uide etiam,quo anno Quæstor,aut Tribunus mil. fuerit: si neutrum,eodem in præf.aut contuber. fuerit,modo fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur.lupus in fabula:uenit enim ad me,& quidē id temporis,ut retinendus esset: sed ego ita egi,ut non scinderem penulam:memini enim tui:& multi erant,nosque imparati.quid refert? paulo post C.Capito cum T.Carrinate. horum ego uix attigi penulam.tamen remanserunt.cecidit belle. sed casu sermo à Capitone de Vrbe augenda,à ponte Muluio Tyberim duci secundum montes Vaticanos,campum Martium coædificari, illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. quid ais,inquam? at ego ad tabulam,ut si recte possem,Scapulanos hortos.caue facias,inquit:nam ista lex perferetur:uult enim Cæsar audire,me facile passus sum: fieri autem,moleste fero. sed tu quid ais? quanquam quid quæro? nosti diligentiā Capitonis in rebus nouis perquirendis:non concedit Camillo. facies igitur me certiorem de Idibus: ista enim me res adducebat:eò adiunxeram cæteras:quas consequi tamen biduo,aut triduo post facile potero.te tamen in uia confici minime uolo.quin etiam Dionysio ignosco.de Bruto quod scribis,

feci,ut ei liberum esset,quod ad me attineret: scripsi enim ad eum heri Idibus Maij,eius opera mihi nihil opus esse. Vale.

σχόλια

NEGLIGENTIAM *miram*)Balbi,& Faberij,& quasi neglectionem nostri. Professionem) mearum possessionum,& rerum.uidetur enim id significare,quod l.3.de bel.ciu. scribit Cæsar,constitutum fuisse,ut arbitri darentur per quos æstimationes fierent possessionum,et rerum,quāti quæq; earum ante bellum fuissent:atq; eæ creditoribus traderentur.& fortasse Balbus,& Faberius erant arbitri,ut Cæsariani.ep.24.l.12. Relatā?) in tabulas publicas? Miseram)Philotimum,paulò post:uel Tironem.ep.23.l.16.fam. Philotimus)ep.4.l.2.qui res meas procurabat,& rationes tractabat.ep.15.l.10. Libertus)Terentiæ.ep.4 &.5.l.6. Librarium) qui scripsit:à quo scire poteris, an Philotimus sit professus. Confictum)à philotimo de professione. Literas misi) de nomine.ep.24.l.12. Aliquid de nomine Faberiano ibid. H.in capitolio)hora,qua cum ipso Balbo in Capitolio fuisti. Virgilio)ep.26.h.l. δυσωπίᾳ) stulta uerecundia:ep.5.l.14 & ep.14.l.16.uitiosa uerecundia uertitur ab alijs.lege Plutarc.libellum περὶ τῆς δυσωπίας. Debeo)uerecundari ita,ut meum non petam. Emero)hortos. Quod postulet?) quod queratur, quum uidebit nimis indiguisse. Ne is)faciat. VI Cælius. De nomine)coniungo,ut Cælius de nomine, ut dicat, uidebis, ne Virgilius idem faciat in Africa, quod Cælius de nomine fecit in Cilicia. episto.2.huius libri. Tu uidebis) quædam ἐπανάληψις. Cuspio) P. Cuspio, qui fuit in Africa bis, quum maximis societatis negotijs præesset. episto. 6.lib.13. fam.unde scire poterit, quid de re Virgilij, qui in Africa est, sit faciendum. Plancus) episto.42. lib.12. Destinat) sibi: emere cupit,ut episto.26.lib.12. Difficultatem)si Planchus,qui Cæsarianus est, esset aduersarius. Ista res)quæ ad hortos pertinet. Othonem) ep.31.l.12. Vici)ut ego uolo.ep.29.h.l. Aestimatione)uel qua hortos emam,ep.20.l.12.uel quæ creditoribus,ut constituit Cæsar,tradatur.epis. 36.l.12. Agere)de hortis. Cœperimus)tum cōstituemus. Scripsit)Cæsar in lege,uel Balbus ad me:etsi uideri potest Otho de hortis aliquid, sed de æstimatione nihil scripsisse. Cum Pisione)ep.1.&.15.h.l. Siquid poterit)siquid poteris.ep.15.h.l. Dicæarchi librum)fortasse περὶ ψυχῆς.ep. sup. Accepi)à te,quē rogaram,ut mitteres.ibid. καταβάσεως) descensus. ep.31.h.l.al.& καταβάσεως. Dederis)alicui si dederis.ut ep.3.h.l. Reperies)legatos.epis.30.h.l. In quo sunt)scripta. S.C.)Senatusconsulta facta. Cn.Cornelio,& L.Coss.)C.Cornelio Lentulo,& L.Mummio Coss. Oros.l.4.cap.3.uerisimile enim erat legatos Mumij inueniri posse in S.C.quæ ipso Cos.facta fuerant. Tuditano)epist.sup. εὔλογον)consentaneum. ep.4.&.5.h.l. Tum)quum L.Mumius bellum illud gereret. Illum)Tuditanum. Fuit)Tuditanus. Ad Corinthum)sic episto.5.h.l. Dixit)quod dixit mihi.ep.sup. Aut Quæstorem,aut Tribunum mil.)εὔλογον est, inquam,illum fuisse, quoniam legatus esse nō poterat.ibid. Antiocho)nescioquo.neque enim credo philosophum significari. Quæstor,aut Tribunus mil.) al.Q..An.Trib.mil.minus male. ex his enim notis ita legi facile potest. Quæstor Annius, aut Tribunus mil. nam quum de Tuditano satis dixisset,de altero cœpit quærere,ut uerba ipsa satis ostendunt. Quòd uero de T. Annio Rufo potissimum quærat,& cognoscitur nota,An.quæ Annius à Probo interpretatur,& coniectura, quòd εὔλογον sit, post Tuditanum de eo quæri,qui post illum Cos.fuit. Si neutrum)si neque Quæstor,neque Tribunus mil. fuit. al.siue utrum. Eodem in præf. aut Contuber.fuerit) al.eodem in Pratura,aut in contubernio fuerit.uidetur legendum:eodemne præf.an contub.fuerit : hoc est, eodemne bello præfectus,an contubernalis fuerit. In eo bello)Achaico. Varrone)ep.12.h.l. Lupus in Fabula)prouerb. Scinderem penulam) prouerb. Tui)qui penulam scindere non soles.al.tuum,ut sit,tuum morem,uel tuum factum. C.Capito)uenit.ep.18.&.21.l.16. T.Carrinate)Carrinam uersum inuenies in Appian. & Plutar. Oros.uero Charinatem prætorem à Sylla iugulatum scribit lib.5 cap.21.nec dissentit Eutrop. hic illius uel filius, uel nepos uidetur fuisse. Sermo) ortus est. De urbe augenda)epis.19.&.35 h.l.& Dion.l.43. Muluio)al. Milnio.orat.3.in Catil. Tyberim duci)mutatò fluminis alueo. Ad tabulam)uolebā accedere.ep.35.l.12. Vt)ut emerē. Scapulanos hortos)ep.31.l.12. Ista lex)de urbe augenda: & si perfertur,horti Scapulani comprehendentur intra muros urbis, & ita tu pretium amiseris Cicero.sunt enim propinqui. ep.31.l.12.& epis.31.h.l. Vult)legem perferri. Audire)urbem augendam esse. Fieri)augeri urbem. Moleste fero)quòd hortos istos emere nō possim, & uideam ciues magnum passuros damnum,quum maiore nunc urbe,tot ciuibus amissis,opus non sit. Camillo)ep.4.h.l. De Idibus)ep.25.h.l. Ista enī me res adducebat)res Idibus tractāda,adducebat me, ut Romam uenirem.quòd si exponas,ista res de urbe augenda,uereor,ne legi oporteat:ista enim me res abducebat. Cæteras)res. Consequi)quasi intelligere ita,ut scire possim,quid mihi sit faciendum. In uia)in itinere. Confici)dum uenis ad me, & Romam redis. Dionysio)ep.4.l.7. Ignosco)si & ipse ad me non uenit. Bruto)M.Bruto. Nihil opus esse)ep.25.h.l.

CICERO ATTICO S. 34

ASTVRAM *ueni* VIII.*Cal.Iul.uitandi enim caloris causa Lanuuij treis horas aquieueram.tu uelim, si graue non erit, efficias, ne ante* Nonas *mihi illuc ueniendum sit.id potes per* Egnatium Maximum.*illud in primis cum* Publilio *me penè absente conficies. de quo quæ fama sit, scribes.id populus curat scilicet.non mehercule, arbitror:etenim hæc decantata erat fabula: sed complere paginā uolui.quid plura?ipse enim adsum: nisi quid tu prorogas: scripsi enim ad te de hortis.* Vale.

σχόλια



STVRAM)ep.35.l.12. Lanuuij)ep.36.l.12. Illuc)in Tusculanũ.nam si Romam uoluisset significare,istuc, dixisset:etsi ego malo,istuc,legere. Potes)efficere.sic ep.43.h.l. Maximum)quum nusquam legerim,qđ sciam, Egnatios Maximos esse dictos,his facile assentior,qui,maxime,legunt:nisi quis,maximum illud,iungere uelit:aut omnino credere,Egnatium Maximum appellatum fuisse:ep.30.l.15.uel ita interpungere:Egnatium, Maximum, ut Egnatium,& Axium Maximum significet.ep.15.l.3.et ep.15.l.10. Publilio)ep.27.l.12. Id populus curat scilicet)Tern. And. Sc.1.act.1. Arbitror)populum curare. Prorogas)ep.41.h.l. Scripsi)ep. sup.

CICERO ATTICO S. 35


REM indignam. gentilis tuus Vrbem auget.quam hoc biennio primum uidit:& ei parum magna uisa est,quæ etiam ipsum capere potuerit. hac de re igitur expecto literas tuas. Varroni scribis,te,simulac uenerit.dati igitur iam sunt,nec tibi integrum est,hui si scias quanto periculo tuo:aut fortasse literæ meæ te retardarũt,sed eas nondum legeras,cum has proximas scripsisti. scire igitur aueo,quomodo res se habeat.

DE Bruti amore,uestraq; ambulatione,& si mihi nihil noui affers,sed idem,quod sæpe, tamen hoc audio libentius, quo sæpius,eoque mihi iucundius est,quod tu eo lætaris,certiusque eo est,quod à te dicitur. Has alteras hodie literas. Vale.

σχόλια


REM indignam)exclamatio.Quintil. Gentilis tuus)fortasse Pomponius Numida,quem saluum uenisse ex Hispania gaudet Orat.od.36.l.2. Vrbem auget)ex lege Cæsaris.epis.33.h.l. Hoc biennio)fortasse post bellum Africum,in quo multi Numidæ sunt capti. Varroni scribis,te)daturum libros. ep.25.h.l. Venerit)rursus, quò uenerat.ep.33.h.l. Dati)libri.ep.42.h.l. Iam)quum iam uenerit. Periculo tuo)ep.25.h.l. Aut fortasse)alij,at fortasse. Literæ meæ)præsertim.15.h.l. Retardarunt)ne dares, quòd in his iusserim libros Varroni tuo periculo dari. Quomodo res se habeat)an dati sint libri Varroni,& si dati,an ipsi probentur,ut non despero. epist.25.h.l. Bruti amore)erga nos.epist.11.h.l. Literas)dedi.

CICERO ATTICO S. 36


E Xenonis nomine,& de Epeiroticis XL.nihil potest fieri nec cõmodius,nec aptius, quàm ut scribis.id erat locutus mecũ eodem modo Balbus minor.noui nihil sane,nisi, Hircium cum Quinto accerrime pro me litigasse, omnibus eum locis facere, maximeq; in conuiuijs:cum multa de me,tum redire ad patrem,nihil autẽ habeo ἀξιοπίστως dici,quàm alienissimos nos esse à Cæsare:fidem nobis habendam non esse,me uero etiam cauendum: φοβερὸν ἂν, nisi uiderem scire Regem,me animi nihil habere:Ciceronem uero meum uexari, sed id quidem arbitratu suo. Laudationem Porciæ gaudeo me ante dedisse Leptæ tabellario,quàm tuas acceperim literas.eam tu igitur, si me amas,curabis si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio,& Bruto. De gladiatoribus,de cæteris,quæ scribis ἀνεμοφόρητα, facias me quotidie certiorẽ uelim, si tibi uidetur,appelles Balbum,& Offilium de auctione proscribenda.equidem locutus sum cum Balbo.placebat puto conscripta habere Offilium omnia.habet & Balbus.sed Balbo placebat, propinquum diem,& Romæ: si Cæsar moraretur,posse in diem diem differri.sed is quidem adesse uidetur.totum igitur considera:placet enim Vestorio. Vale.

σχόλια


E Xenonis nomine)de nomis, quos à Xenone,qui tuus est procurator,epist.13.l.5.accepi,ep.2.l.11.uel quos ille curat Ciceroni filio.ep.18.l.14. Epeiroticis XL.)uiris,uel nomis. Balbus minor)ep.9.l.8. Noui nihil sane)attulit Balbus minor,qui scribere solebat.ep.32.l.12. Hircium)ep.4.lib.10. Quinto)Q.filio. Eum) Q.filium.alij,enim. & sane κατὰ παρένθεσιν locus hic legendus uidetur. Facere)quod facit, hoc est, mihi maledicere. Quum multa de me,tum redire ad patrem)al.quum multa de me diceret,tum rediret ad patrem.retulit igitur Balbus,Hircium cum Quinto litigasse,quum ille mihi primum,deinde patri suo malediceret,& detraheret. Nihil autem habeo)nos legimus:nihil autem ab eo,scilicet Q.filio. ἀξιοπίστως)credibiliter,fide dignum.al.tam ἀξιοπίστως, recte.sic enim particula,quàm,requirit. Alienissimos)sic epis.4.l.10. Nos)me,& Q.fratrem. Cauendum)hic distingue.

φοβερὸν ἦν)formidulosum fuisset. Regem)Cæsarem,inuidiose. Me animi nihil habere)& ob id cauendum non esse. Ciceronem)Athenas profectum.epist.42.l.12. Vexari)uerbis à Q. filio retulit Balbus. Arbitratu suo)facere,uel faciat. Porciæ)quæ M.Catonis soror,& L.Domitij Aenobarbi uxor fuit Plutar.in Cat. Leptæ)epist.17.l.5. Literas)quibus,ut eam scriberem,monebas. Eam)laudationem Mittetur)laudatio. Isto modo)ita correctam,hanc.ep.47.h.l. Domitio)filio.ibid. Bruto)ut affini,qui Porciam Catonis filiam uxorē habeat.Plutar.in Brut.& Val. Max. l.3.cap.2.& nunc ad Cæsarem profecto,ep.seq. Quæ scribis)esse. ἀνεμοφόρητα)digna,quæ uentis ferantur,inania,leuia:digna, quæ quisque tradat proteruis in mare Creticum portare uentis,ut dixit Orat.prouerb.subuentanea parit. Quotidie)al.quoque,rectius. neque enim si erant ἀνεμοφόρητα, tantopere cuperet de his certior fieri,sed cum alijs ea scribi uolebat. Velim)cum sequentibus malim iungere. Balbum)uel ut autorem in Faberiano nomine.ep.24.l.12.uel ut harum rerum peritum,epist.13.l.6.fam. uel ut cohæredem in Bruniana hæreditate.ep.14.h.l. Offilium)uel ut iurisconsultum, epis.22.l.7.fam.uel ut cohæredem & ipsum,certe quiddam negotij cum Cicerone habentem.ep.24.l.16.fam. De auctione proscribenda) ep.12.h.l.sic proscribere uenationem.ep.4.l.16.alij cum sequentibus iungunt,fortasse rectius. Puto)al.Publio. Habet & Balbus)conscripta omnia. Propinquum diem)proscribere auctionem. Et Romæ) atque id ipsum Romæ. Moraretur) non ita cito rediret ex Hispania. Posse)Cæsaris aduentu non impediente. In diem diem differri)auctionis diem in diem differri.ep.28.h.l.al.in diem tertium differri. Is quidem)Cæsar. Placet enim Vestorio)ut cuius intersit.ep.12.h.l.

CICERO ATTICO S. 37

ANTE LVCEM *cum scriberem contra Epicureos,de eodem oleo, & opera exaraui nescio quid ad te,& ante lucem dedi.deinde cum somno repetito simul cum sole experrectus essem,datur mihi epistola à sororis tuæ filio,quam ipsam tibi misi,cuius est principium non sine maxima contumelia, sed fortasse* οὐκ ἐπέστησεν. *est autem sic.* EGO *enim non probo quicquid non belle in te dici potest. posse uult in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare.hoc quicquam pote esse impurius? iam cætera leges(misi enim ad te)iudicabisq́;.Bruti nostri quotidianis,assiduisq́; laudibus,quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt,commotum istum aliquando,scripsisti aliquid ad me,credo,& ad teq́;idq́; ut sciam, facies: nam ad patrem de me quid scripserit, nescio.de matre quam pie?* VOLVERAM, *inquit, ut quamplurimum tecum essem,conduci mihi domum:& id ad te scripseram:neglexisti.ita minus multum unà erimus:nam ego istam domum uidere non possum:qua de causa, scis. Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat.nunc me iuua mi Attice cōsilio,* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, *id est utrū aperte hominē asperner, ac respuam* ἢ σκολιαῖς ἀπάταις: *ut enim Pindaro, sic* δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. *omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse tēporibus.tu autem, quod ipse tibi suaseris,idem mihi persuasum putato. Vale.*

σχόλια

ANTE *lucem quum scriberem)in Tusculanis quæst.ep.32.h.l.libros enim* περὶ τελῶν,*in quibus etiam scripsit contra Epicureos,iam confecerat.epis 18.h.l. Oleo,& opera) prouerb.oleum,& operam perdidi. Nescio quid)epistolam sup. Datur)redditur à tabellario. Epistola)missa ex Hispania. Sororis tuæ filio)Q. filio. ep.19.l.5. Contumelia)in me.* οὐκ ἐπέστησεν)*non institit,non perseuerauit,non animaduertit,& quasi imprudenter peccauit,ut,dicere solemus de his,quos excusare conamur.& dictum uidetur* εἰρωνικῶς, *quum omnibus locis id faceret.ep. sup. Ego enim)uerba ex principio epistolæ Quinti, sed non prima, ut particula,enim, demonstrat. Non probo) al.hæc duo uerba omittuntur. In te)ò patrue. Vult)Quintus. Impurius?)et impurū uocat illum ep.32.l.12. Bruti nostri) iam Cæsari obuiam profecti,ut constituerat. epist.11.& 23.h.l. saltem Niceam usque.ep.1.l.14. haberi)in castris Cæsaris. Istum)Q. filium, Aliquando scripsisti)alij, aliquando esse, scripsisti.nos sequimur eos,qui legunt: aliquando scripsisse:præsertim quum paulò post dicat:ad patrem de me quid scripserit, nescio: Idque) quod ad te, uel an ad te Q. filius scripsit. Patrem)Q. fratrem. De matre)Pomponia. Quàm pie?)scripsit? Inquit)Q. filius in epistola ad patrem scripta. Ad te)ò Quinte pater. Scripseram)ego Q. filius. Istam domum)in qua habitat Pomponia mater. Scis)tu Quinte pater. Pater)Q. frater. Odium matris)ep. seq.& ep.41.h.l. Nunc)Cæsare aduentante, & simul Q. filio.* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σχολιαῖς ἀπάταις)*desideratur participium* ἀναβὰς,*quod apponit Plato l.2.de Rep.ut ita possit interpretari:utrum iustitiæ murū altum,an obliqui doli ascendens asperner:hoc est,ut ipse penè interpretatur:utrum aperte hominem asperner,ac respuam,an dolo.& hominem Q. filium expone:etsi ad Cæsarem etiam potes referre. Pindaro) fortasse* ἐν τοῖς σχολιοῖς. τὰ γὰρ σχολιὰ *scripsit Pindarus,ad quæ uidetur etiam respicere ep.seq.* δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν)*dubitat mihi mens ueritatem dicere. Moribus meis)ut philosophicis,& liberis. Illud)aperte asperna*

navi. Sed hoc) σχολιαῖς ἀπάταις uti, ut postea usus est. ep. 40. h. l. Temporibus) quibus cedere semper sapientis est habitum. ep. 9. l. 4. fam. Mihi persuasum putato) utar enim eo, quod tu decreueris. ep. seq.

CICERO ATTICO S. 38

EQVIDEM uereor maxime, ne in Tusculano opprimar. in turba hæc essent faciliora. utrum igitur Asturæ? quid Cæsar subito? iuua me, quæso, consilio: utar eo, quod tu decreueris.

O INCREDIBILEM uanitatem: ad patrem domo sibi carendum propter matrem plenam pietatis. hic autem iam languescit, & ait tibi illū iure iratum: sed utar tuo consilio: σκολιὰ enim tibi uideo placere. Romam, ut censes, ueniam, sed inuitus: ualde enim in scribendo hæreo. Brutum, inquis, eadem. scilicet: sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret: nec enim inde uenit, unde mallem: neque diu abfuit: neq; ullā literā ad me. sed tamē scire aueo, qualis ei totius itineris summa fuerit. Libros mihi, de qbus ad te antea scripsi, uelim mittas, & maxime φαίδρου περὶ θεῶν & ΓΛΑΙΔΟΣ. Vale.

σχόλια

EQVIDEM uereor) quum iam Cæsar cum reliquis adesse uideatur. ep. 36. h. l. Opprimar) à Q. filio & Cæsarianis. sic ep. 27. l. 12. In turba) ut Romæ. Asturæ?) maneam? ep. 34. h. l. Quid Cæsar subito?) redit? uide, an placeat legere: quid si Cæsar subito? quid faciam, si Cæsar eō subito ueniat? Quod tu decreueris) quod ipse tibi suaseris. ep. sup. Vanitatem) Q. filij. Ad patrem) scribere. epist. sup. Propter matrem) odio matris. Hic autem) Q. frater. Languescit) ep. 40. h. l. Illum) Q. filium. Iratum) epist. 40. h. l. Tuo consilio) quo inuisari nolebam. ep. sup. σκολιὰ) obliqua, σκολιαῖς ἀπάταις. ibid. τὰ σκολιὰ uero erant παροίνια ᾄσματα, & ᾄσματα, ut in Ranis, & Vespis Aristop. interpres docet. In scribendo) ep. 37. h. l. Hæreo) quasi infixus sum. Brutum) redeuntem ex Hispania, quò ierat. ep. 36. & 37. h. l. Eadem) sentire, & cupere, ut Romam ueniam. Hoc) Q. filij aductus. Ista) quam Brutus cæpit. Inde) ex aliqua prouincia, quam rexerit: uel potius, ut ego quidem arbitror, ex Cæsaris cæde. Abfuit) ita, ut sit æquum me Romam uenire, ut saluum uenisse præsens gaudeam: ut, quum ex prouincia reuertebatur. ep. 24. l. 12. nunc iterum tātum Cæsari obuiam est profectus. ep. 36. h. l. ad me dedit. Ei) Bruto. Itineris) subiti, & longi. ep. 23. h. l. Scripsi) ep. 31. 32. & 33. h. l. φαίδρου περὶ θεῶν & ΓΛΑΙΔΟΣ) al. φαίδρου περὶ ὅσσων τῆς λαΐδος, Phædri de uocibus Laidis. ego libenter legerem: φαίδρον περὶ ὀρῶν τῆς ἑλλάδος, Phædrum de montibus Græciæ, præsertim quum φαίδρον in omnibus libris legamus, & Dicæarchus Phædrum & id scribendi genus in Platone carpebat, ut autor est Laert. unde forte librum inscripsit φαίδρον, quum scriberet καταμετρήσεις τῶν ἐν πελοποννήσῳ ὀρῶν, uel τὸν τῆς ἑλλάδος βίον. Suid. certe Cicero Dicæarchi, non Phædri libros petierat ep. 31. 32. & 33. h. l. & si potuit alias epistolas scribere, uel aliter petere. docti uel hoc sequantur, uel melius excogitent.

CICERO ATTICO S. 39

ITA ne nuntiat Brutus illum ad bonos uiros εὐαγγέλια? sed ubi eos? nisi forte se suspendit. hic autem, ut fultum est. ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod uidi in Parthenone? Alam, & Brutum. sed quid faciant? illud optime, quòd ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro. at ego uerebar, ne etiam Brutus eum diligeret: ita enim significarat ijs literis, quas ad meas. at uellem aliquid degustasse de fabulis. sed coràm, ut scribis. & si quid mihi auctor es, aduolo ne, an maneo? equidem & in libris hæreo, & illum hic excipere nolo, ad quem, ut audio, pater hodie ad saxa Acrimonia. mirum, quod inimicus ibat, ut ego obiurgarē. sed ego ipse κέκρουμαι. itaque posthac. tu tamen uide, quid de aduētu meo censeas, & τὰ ὅλα. cras, si perspici potuerint, manè statim, ut sciam. Vale.

σχόλια

ITANE nunciat Brutus) ex Hispania rediens. ep. sup. Illum) Cæsarem. Ad bonos uiros εὐαγγέλια?) ita nos interpungimus: ad bonos uiros? εὐαγγέλια, hoc sensu: itàne Brutus nunciat Cæsarem ad bonos uiros, & ad optimates rediturum? εὐαγγέλια debentur, si tale quid nunciat. ep. 3. l. 2. Vbi eos?) ubi eos bonos uiros inueniet, quum plerique omnes hoc bello perierint? Suspendit) ut eos in aere, sicut Athenienses Icarium, & Erigonem, quærat: uel eos, qui iam mortui sunt boni, adeat: uel potius moriens Romanos, qui supersunt, liberos relinquat. illo enim uiuo nemo boni ciuis studium ad defendendam Remp. audebit profiteri. Hic autem, ut fultum est) lubens legam cum interrogatione: hic autem ut fultum est? ut sit sensus: apud bonos quid est parati? nos boni ut sumus parati? uel, hic

autem ut fultus est! Brutus autem ut paratus est, si forte Cæsarem interficere cogitet? φιλοτέχνημα) al. φιλοτέχνημα al.
φιλοτέχνημα, quod nos sequimur, & uertimus, studium excogitandi, inuentum, carmen, in quo præter alia id Attice, quod
sequitur paulò post, paras, & iactas. nam Suidas φιλοτέχνημα, κατασκευὴν, & καύχησιν interpretatur. Partheno-
ne) templo, quod παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, inquit Pausan. in Attic. & Demost. ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος λόγῳ. &
Plin. lib. 34. cap. 8. ubi, quod scribit Pausan. φαίνονται οἱ παῖδες οἱ θεμιστοκλέους γραφὴν ἀναθέντες, ἐν ᾗ θεμι-
στοκλῆς ἐστι γεγραμμένος. sic Atticus fortasse uel in eo templo, ut ἐν τῇ ἀμαλθείᾳ, ep. 13. l. 1. uel in libro eodem no-
mine dicto scripserat, quod sequitur. & sanè, Nepote autore, uersibus, qui honore, rerumque gestarum amplitudine cæteros
Ro. populi præstiterunt, exposuit ita, ut sub imaginibus singulorum facta, magistratusque eorum non amplius quaternis, qui-
nisque uersibus descripserit. Alam, & Brutum) Romæ semper fore, uel opus esse. Abalam tamen alibi fere semper legimus,
ut ep. 24. l. 2. Faciant?) etiam si Abala, & Brutus sint, quid faciant, quum Cæsar ita sit potens? al faciat? Quòd ne is qui-
dem) Cæsar. Autor) quum talia faciat, & permittat. Bene) sentit. De nostro) cognato. ep. 32. l. 12. Eum) Q. filium co-
gnatum nostrum. Ad meas) rescripsit. al. ad me. Degustasse) Brutum. mallem tamen legere, degustasset. De fabulis) à
Q. filio de me fictis. episto. 36. h. l. Quid mihi autor es?) ut faciam? Aduolone?) ad urbem, ut censes? ep. sup. An maneo?)
Asturæ. ep. sup. In libris) in scribendo. ibid. Illum) Q. filiũ. Nolo) sed uolo discedere, ne opprimar. ep. sup. Pater) Q. fra-
ter. Hodie) uit. Acrimonia) al. Acrimonia. Inimicus) ipsi filio. Obiurgarem) ipsum Q. fratrem, quòd inimicus tre-
κέπφωμα) stulta, uana, scilicet sum locutus. neque enim me audire uoluit. κέπφικα ep. 31. h. l. Posthac) nihil illi dicam.
Aduentu meo) ad urbem. τὰ ὅλα) cuncta.

CICERO ATTICO S. 40

EGO uero Quinto epistolam ad sororem misi, cum ille quereretur filio cum matre
bellum, & se ob eam causam domo cessurum filio diceret. dixi, illum commodas ad
matrem literas, ad te nullas. ille alterum mirabatur: de te autem suam culpam, quòd sæ-
pe grauiter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. quod autem relanguisse se dicit,
ego ei, tuis literis lectis σκολιαῖς ἀπάταις significaui me non fore: tũ enim mentio Canat. omnio, si id
consilium placeret, esset necesse. sed, ut scribis, ratio est habenda grauitatis, & utriusque nostrum
idem consilium esse debet: & si in mea grauiores iniuriæ, & certe notiores. si uero etiam Brutus ali-
quid afferet, nulla dubitatio est. sed coràm: magna enim res, & multæ cautionis. cras igitur, nisi quid
à te commotus. Vale.

σχόλια

EGO uero) sic ep. 12. l. 16. fam. Quinto) Q. fratri. Epistolam) à Q. filio scriptam. Ad sororem) ad soro-
rem tuam Pomponiam, ipsius matrem. Ille) Q. frater. Quereretur) & ob id esset filio inimicus. epist. sup.
Filio cum matre) ἔμφασις. Bellum) ep. 37. & 38. h. l. Domo) quam uidere filius propter matrem non pote-
rat. ep. 37. h. l. Cessurum) cum uxore. Illum) Q. filium. Nullas) dedisse. Ille) Q. frater. Alterum) Q. fi-
lium literas commodas ad matrem dedisse. De te autem) quòd Q. filius nullas ad te dedisset literas. Suam culpam) esse
dicebat. Scripsisset) ipse Q. frater. In illum) Q. filiũ. Iniuria) ep. seq. Relanguisse) ep. 38. h. l. Dicit) Q. frater. Ei)
Q. fratri. Tuis literis) in quibus uidi σκολιὰ tibi placere. ep. 38. h. l. σκολιαῖς ἀπάταις) obliquis dolis. epist. 37. h. l.
Me non fore) Q. filio iratum. Canat) quid sit, ignoramus. Consilium) irascendi. Esset necesse) irasci. In mea, in mea cau-
sa. al. in me. rectè. Iniuriæ) Q. filij. Notiores) ut omnibus locis, maximeque in comitijs factæ. episto. 36. h. lib. Afferet) ex
Hispania rediens. ep. 38. & 39. h. l. afferet autem, quando me uidebit. uel, affert, legas licet. iam enim redierat. Nulla dubita-
tio est) quin irascar, uel iniuriæ in me sint notiores. Cras igitur) ueniam. Commotus) fuero. cõmonitus, etiam placeret.

CICERO ATTICO S. 41

VENIT ille ad me, καὶ μάλα κατηφής. & ego, σὺ δὲ τί σύννους? rogas, inquit, cui
iter instet, & iter ad bellum, idq; tum periculosum, tum etiam turpe. quæ uis igitur,
inquam? æs, inquit, alienum, & tamen ne uiaticum quidem. hoc loco ego sumpsi quid-
dam de tua eloquentia: nam tacui. at ille, sed me maxime angit auunculus. quidnam, in-
quam? quòd mihi, inquit, iratus est. cur pateris, inquam? malo enim ita dicere, quàm cur committis? non
patiar, inquit: causam enim tollam. & ego, rectissime quidem. sed, si graue non est, uelim scire, quid
sit causæ. quia, dum dubitabam, quam ducerem, non satisfaciebam matri: ita ne illi quidem. nunc nihil
mihi tanti est. faciam, quod uolunt. feliciter uelim, inquam, teq; laudo. sed quando? nihil ad me, in-
quit, de tempore, quoniam rem probo. at ego, inquam, censeo prius, quàm proficiscaris. ita patri quoque
morem

morem gesseris, faciam, inquit, ut censes. hic dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, diem meum scis esse III. Non. Ian. aderis igitur. scripseram iam. ecce tibi orat Lepidus, ut ueniam (opinor Augures nihil habere) ad templū effandum Saturni ἀσπόνδου. uidebimus te igitur. ego uero utar prorogatione diei: tuq; humanissime fecisti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem literas, quo non expectarem, tuq; ut ab ludis scriberes. sunt omnino mihi quædam agenda Romæ: sed consequemur biduo post. Vale.

σχόλια

VENIT) rus. Ille) Q. filius. καὶ μάλα κατηφής) & ualde tristis. Et ego) dixi. σὺ δὲ τί σύννους;) tu uero quid tristis? tu uero quid in cogitatione defixus? Inquit) Q. filius. Instet) mihi cum Cæsare profectuero. Bellum) Parthicum. ep. 27. h. l. Turpe) sine uiatico. Vis) tu Q. fili. Inquit) Q. filius. Alienum) est mihi. Ne uiaticum quidem) est. Ille) Q. filius inquit. Auunculus) Atticus. epis. 2. l. 2. Iratus est) ut ego illi eram. ep. 38. h. l. Pateris) cum matre bellum gerens. epis. sup. Rectissime quidem) feceris. Dubitabam) ego Q. filius. Ducerem) uxorem. Matri) Pomponiæ. Ne illi quidem) auunculo satisfaciebam. Tanti est) quanti illis morem gerere. Volunt) mater & auunculus. Feliciter uelim) eueniat. quum enim omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur, lib. 1. de Diuinat. tum nuptias bonis omnibus prosequebantur, atque adeo quasi occupabant. Plaut. in Aulul. epis. 12. l. 13 fam. & epist. 14. l. 4. fam. Sed quando?) facies, quod uolunt? Probo) ut uxorem ducam. Censeo prius) ducas uxorem. Proficiscaris) ad bellum. Patri) Q. fratri. Diem meum) natalem. ep. 5. l. 7. Scripseram) superiora. Lepidus) ep. 46. h. l. Veniam) ut Augur. ep. 4. l. 15. fam. Nihil habere) quod agam. Affandum) cum illis facile sentio, qui legunt, effandum, præsertim quum lib. 2. de legib. ita sit scriptum. Augures templa effata habento. porrò quid sit effari templa, docet Varro in libris de ling. latin. Saturni ἀσπόνδου) Saturni immitis, ut quidam uertūt. al. eatur μίαν σπονδὴν. alij, μικρὸν κόρδου. unde uidendum, an legi debeat: ἄρεως ἀσπόνδου, uel Martis ἀσπόνδου, Martis infidi, & nullum fœdus seruantis: præsertim quum scribat Suet. à Cæsare templum Martis extructum fuisse, quod tunc Lepidus fortasse effatum fieri uolebat: & hoc ἐπίθετον Marti magis, quam Saturno conueniat. ep. 12. l. 9. nam & ab Homero illum ἀλλοπρόσαλλον, & prouerbio communem dici scimus. Vtar prorogatione diei) libero diem à Lepido, uel potius à te prorogatum. ep. 34. h. l. uel certe propter ferias concessum. epist. 43. h. l. Certiorem) de diei prorogatione. Eo tempore) ludorum, quos spectare solent homines ita, ut non possint scribere: & tu fortasse cum Attica scribebas. epis. seq. Ab ludis) post ludos, uel potius ex ludis, quibus interieras. de ludis hisce scribit Suet. & Dion. l. 43. Biduo post) biduo post has literas.

CICERO ATTICO S. 42.

SVAVES tuas literas: & si acerba pompa: ueruntamen scire omnia non acerbum est, uel de Cotta. populum uero præclarum, quòd propter malum uicinum ne uictoriæ quidem plauditur. Brutus apud me fuit: cui quidem ualde placebat, me aliquid ad Cæsarem. annueram, sed pompam uideret. tu tamen ausus es Varroni dare. expecto, quid iudicet. quando autem perleget? De Attica probo. est quiddam etiam animum leuari tum spectatione, tum etiam religionis opinione, & fama. Cottam mihi uelim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Cascam. Brutus mihi T. Ligarij uerbis nuntiauit, quod appellatur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum, sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. sciebam, Curfidium pernecessarium Ligariorum: sed eum uideo ante esse mortuum. da igitur quæso negotium Pharnaci, Antæo, Saluio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur. Vale.

σχόλια

SVAVES tuas literas) proximas. Acerba) ut de liberis Pompeij re uera futura, etsi Hispaniensem uocent. Pompa) triumphi Hispaniensis futuri. nondum enim redierat Cæsar: etsi ludorum pompa dici potest. Non acerbum est) οὐδὲν γὰρ γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι. epist. 10. l. 4. Cotta) L. Cotta. ep. 19. l. 12. uel M. Cotta. ep. 27. l. 12. is enim, qui Cæsaris fuit legatus, multis ante annis ab Eburonibus fuerat interfectus. Cæs. l. 6. de bel. Gal. & Liu. l. 106. tantum abest, ut de eo scire potuerit Atticus. al. tota. Malum uicinum) iacturam tot ciuium, qui uere uicini erant. uel Massiliæ ruinam, qua populus Ro. ingemuit. Philip. 8. Victoriæ) Cæsaris. Plauditur) à populo. al. plodiitur ueteri more. Apud me) ruri. Ad Cæsarem) scribere, ut ep. 27. & 28. h. l. Annuerā) me scripturum. Sed pompam uideret) annueram quidem, sed ita, ut dicerem ipsi Bruto, uideret pompam, qua Cæsar sic occupatus erat futurus, ut, quod scriberem, legere non posset. al. sed pompa deterret. recte. Tu tamen) & si Varro ipse quoque sit occupatus in hac pompa & tuo periculo fiat: ep. 25. h. l. Dare) libros Acad. ep. 35. h. l. Quid iudicet) de his libris. Perleget?) his rebus impeditus. De Attica probo) quòd ludos spectarit. Religionis) ut in ludis Apollin. Dion. l. 43. Cottam) librū Cottæ, qui, quum Cæsa-

ris esset legatus, περὶ τῆς ῥωμαίων πολιτείας græce scripsit. Athen.l.7. Libonem) Libonis annalem.ep.30.h.l. Cascam) Cascæ librum, quàuis ea de re nihil scriptum uiderimus. illud quidem scimus, duos seruilios Cascas in Cæsarem postea coniurasse Philip.2. T.Ligarij) qui frater fuit Q. Ligarij orat. pro Q. Ligario. Cursidius) al. Cursidiu. in ueterum monumentis Corsidius scribitur. Ligariana) ep.12.h.l. μνημονικὸν ἁμάρτημα) memoriæ peccatum.ep.5.l.14. Ante) antè Q. Ligarij iudicium. Esse mortuum) ita ut Ligario adesse non potuerit. Pharnaci) librario.ep.29.h.l. Antæo) librario. Saluo) ep.6.l.9. & ep.2.l.16. Id nomen) Cursidij. Libris) in quibus oratio sit scripta. sic ep.10.l.1.

CICERO ATTICO S. 43

FVIT apud me Lamia post discessum tuum, epistolamq; ad me attulit missam sibi à Cæsare: quæ quanquam ante data erat, quàm illæ Diocharinæ, tamen planè declarabat, illum ante ludos Romanos esse uenturum. in qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, ne ue committeret, ut frustra ipse properasset. prorsus ex his literis nô uidebatur esse dubium, quin ante eam diem uenturus esset. itemq; Balbo, cum eam epistolam legisset, uideri Lamia dicebat. dies feriarum mihi additos uideo, sed quàm multos, fac, si me amas, sciam. de Bæbio poteris, & de altero uicino Egnatio. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem: sed cum Dolabella uiuendum esse istis diebus uides. quòd nisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire. Lamia quidem à Balbo (ut uidebatur) audiuerat, multos nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum diuidi: magnum pondus argenti: auctionem, præter prædia, primo quoque tempore fieri oportere. scribas ad me uelim, quid tibi placeat. equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem facile delegissem Vestorio: ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. mihi quidem hoc satis uidetur. tu quid dicis? unum enim pungit, ne negligentiores esse uideamur. expectabo igitur tuas literas. Vale.

σχόλια

FVIT apud me) mei sic ep. sup. Lamia) ep.7.l.12. Missam) ex Hispania, uel ex itinere. Illæ Diocharinæ) illæ literæ à Diochare Cæsaris liberto allatæ, ut ep.6.l.11. Declarabat) illa epistola. Illum) Cæsarem. Ludos Romanos) & magnos etiam dictos.l.ni.l.1. qui circiter XVII. Cal. Octob. fiebant Philip.2. Verr.2. & Ascon. Pararet) ipse Lamia ut Aedilis: unde Biennio post anno suo præturam petijt.ep.16.l.11. fam. Ipse) Cæsar. Properasset) ut ludis, sed pulchris interesse posset. Ante eam diem) ante ludos Romanos. Itemque) alij, idemque. Balbo) ep.3.l.7. Additos) prorogatos.ep.41.h.l. Babio) al. Bæbio fortasse, Balbo. Poteris) scire. sic ep.34.h.l. Egnatio) ibid. Eos dies) feriarum. Currentem tu quidem) incitas prouerb. Dolabella) olim genero, ep.6.l.6. iampridem ex Hispania reuerso.ep.8.h.l. Torquati) ep.30.h.l. Puteolos) ep.45.h.l. A Balbo) ut coherede suo uel Cæsaris nomine, ut conijcio. ep seq. & ep.36.h.l. Domi) Cluuij, qui nos hæredes fecit. ep. seq. & ep.6.l.16. merito, igitur de illo bene existimabat Cicero ep. 2.l.6. Diuidi) cohæredibus. Auctionem) cæterarum rerum. Præter prædia) quæ ut ueneant, curandum est. sic ep.33.l.12. hinc Cicero uidetur Cluuianum postea emisse à cæteris cohæredibus.ep.4.l.16. Placeat) me in hac re facere. Eligendum) eligendus, fortasse rectius, ut optandus ep.6.l.2. fam. nisi dictum sit, ut mittendum ep. seq. Vestorio) fortasse ipsius Cluuij olim amico, ep.2.l.6. & uicino, ep.24.l.14. Negligentiores) in rebus nostris, quas alijs curandas committamus, & non ipsi curemus. Tuas literas) ex quibus intelligam, quid tibi placeat.

CICERO ATTICO S. 44

POLLEX quidem, ut dixerat, ad Idus Sext. ita mihi Lanuuij pridie Iduum præsto fuit, sed planè pollex, non index. cognosces igitur ex ipso. Balbum conueni: Lepta enim de sua ui in curatione laborans, me ad eum perduxerat. in eo autem Lanuino, quod Lepido tradidit. ex eo hoc primum. paulo ante acceperam eas literas, in quibus magnopere confirmat, ante ludos Romanos. legi epistolam. multa de meo Catone: quem sæpissime legendo se dicit copiosiorem factum: Bruti Catone lecto se sibi uisum disertum. ex eo cognoui cretionem Cluuij (ò Vestorium negligentem) liberam, testibus præsentibus sexagintâ duobus. metuebam, ne ille arcessendus esset. nunc mittendum est, ut meo iussu cernat. idem igitur Pollex etiam de hortis Cluuianis egit cum Balbo liberalius: se enim statim ad Cæsarem scripturum: Cluuium autem à T. Hordeonio legare & Terentiæ HS L ↀↀ, & sepulchro, multisq; rebus, nihil

duobis

à nobis. subaccuſa quæſo Veſtorium. quid minus probandum, q̃ Plotium unguentarium per ſuos pueros omnia tanto ante Balbo, illum mihi ne per meos quidem. De Coſinio doleo. dilexi hominem. Quinto delegabo, ſiquid æri meo alieno ſuperabit, & emptionibus, ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil ſcio. Veſtorium, nil eſt, quod accuſes: iam enim obſignata hac epiſtola, noctu tabellarius noſter uenit, & ab eo literas diligenter ſcriptas attulit, & exemplum teſtamenti. Vale.

σχόλια

POLLEX) ep.5.l.8. Planè pollex) planè digitus, & quaſi ſegnis, & minime diligens. Non index) quum nihil indicarit. iocus ex ambiguo. de digitorum porrò ſignificatione diſputat Beda. Cognoſces) ep. ſeq. Balbũ) ep.3.l.7. Conueni) Lanuuij.ep.49.h.l. Lepta) ep.17.l.5. Suam in curatione) ſuaui curatione, penè cenſeo legendum, ut ſuauem uocet curationem, quæ ad ludos, qui ſuauitatis, & uoluptatis cauſa fiunt, pertineat: quàmq; tunc Lepta ad ſe deferri cupiebat.ep.19.l.6. fam. Perduxerat) in Lanuinum, ut cum eo de iſta curatione loqueretur. In eo autem Lanuino) ep.49.h.l. Lepido) ep.46.h.l. Tradidit) Balbus. Ex eo) Balbo. Hoc primum) quod ſequitur, cognoui. Acceperam) ego Balbus, ut ſit ἰδιοποιΐα ſiue μίμησις ſermonis, quo ſæpe Balbus uteretur. Confirmat) Cæſar. Ante ludos Romanos) uenturum ep. ſup. Epiſtolam) ipſam à Cæſare ad Balbum ſcriptam. Multa) ſunt in ea epiſtola. De meo Catone) ep.35.l.12. Dicit) Cæſar in ea epiſtola. Copioſiorem) hinc Cæſar ipſe Ciceronẽ copiæ principem uocabat in libro de ratione latine loquendi in Brut. Bruti Catone) Bruti libro de laudibus Catonis ſcripto, ſicut Fabius etiam Gallus ſcripſerat.ep.25.l.7. fam. Diſertum) q. acute Brutus diſſereret, ut Antiochus.ep.25.h.l. Ex eo) Balbo. Cretionem Cluuij) cretionem hæreditatis Cluuianæ. O Veſtorium negligentem) qui non creuerit, ad id à me delectus.ep. ſup. Liberam) ita, ut poſſit cernere teſtibus præſentibus. Sexaginta duobus) al. ſexaginta diebus. rectè. nam, ut ſcribit Iſidor. cretio eſt certus dierum numerus, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur: nec liberũ illi eſt tempus ultra capiendæ hæreditatis. Ille) Veſtorius. Arceſſendus) arcendus. ut cernendæ hæreditatis nimis cupidus. & diligens. epiſto. ſuprio. Nunc mittendum eſt) ad Veſtorium: ut penè eligendum. epiſto. ſuperio. Vt meo iuſſu cernat) hæreditatem. De hortis Cluuianis) de hortis à Cluuio relictis. ſic Scapulani horti dicuntur. epiſto.31.lib.12. Egi) ut mihi uenderentur à cæteris; cohæredibus. hinc Cluuiana delectant. epiſto.9.lib.14. & ab his conſcendit. epiſto.13.lib.14. Cum Balbo) ut Cæſaris procuratore. epiſto.51. huius libri. uel rem ſuam curante ut cohærede. epiſto. ſup. Liberalius) quàm putarat, aut ego uolebam. al. illiberalius: unde nos arbitramur legendum. ille liberalius, ut ſit ſenſus. Pollex egit cum Balbo: Balbus uero liberaliter, & prolixe reſpondit. ſic enim ſequens ratio poſtulat. Se enim) dixit. Ad Cæſarem) ut cohæredem. ſic. ep.46.h.l. Cluuium autem) dixit Balbus. A T. Hordeonio) ut T. Hordeonius cohæres ſoluat. Terentiæ) olim uxori meæ. HS.Lↀↀↀ.) al. HS.L.III. utilia. unde legunt alij: HS.L.III. millia: ſed quoniam utraque ſumma ita mutata maior eſt, quã quæ à priuato homine fœminæ alienæ legata uideri poſſit, nos nihil mutamus, et exponimus, HS.L.III. utilia, quibus uti, hoc eſt, ex quibus uſum fructum capere uiuens poſſet, quales ferme hodie quoq; hæreditates fœminis relinquuntur. ſic à Plaut. in Ciſtel. dicitur iuuenis meretrices habere utiles: niſi malis interpretari, ſine impenſa, & damno, qualis ferè erat hæreditas ſine ſacris, ut dixit idem Plaut. Nihil à nobis) legare. Veſtorium) ut negligentem. Plotium) neſcioquem. Balbo) ſignificaſſe. Illũ) Veſtorium. Mihi) ſignificaſſe. Ne per meos quidem) pueros. quos ad eum miſi. Coſinio) ep.16.l.1. Doleo) eum mortuũ eſſe. Quinto) Q. filio ære alieno laboranti.ep.41.h.l. al. Quintum. Superabit) ex nummis hæreditatis nunc diuidendis. Faciendum puto) tantum abeſt, ut aliquid ſuperaturum credam. Teſtamenti) Cluuiani.

CICERO ATTICO S. 45

POSTEAQVAM abs te Agamemno, non ut uenirem (nam id quoque feciſſem, niſi Torquatus eſſet) ſed ut ſcriberem, tetigit, omiſi ea, quæ in manibus habebã, abieci, quod iuſſeras edolaui. tu uelim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias: turpe eſt enim nobis illum, qualiſcunq; eſt, hoc primo anno egere. poſt moderabimur diligentius. idem Pollex remittendus eſt, ut ille cernat. planè Puteolos non fuit eundum, cum ob ea, quæ ad te ſcripſi, tum q Cæſar adeſt. Dolabella ſcribit, ſe ad me poſtridie Iduum. Vale.

σχόλια

POSTEAQVAM abs te Agãmeno) uidentur uerba ſumpta ex alicuius poetæ ueteris fabula, in qua fortaſſe Clytemneſtra ita loqueretur: poſteaquàm abs te Agamemno tetigit aures nuncius, aut tale quid: & ſi Agamemno tabellarij nomen uideri poteſt: niſi forte ſignificet Ser. Sulpitium, cuius uxorem Poſthumiam Cæſar, ut Aegiſtus Clytemneſtram, corrupiſſe dicebatur, Suet. Torquatus eſſet) cauſa Torquati teneret. ep.43.h.l. Tetigit, omiſi ea) al. tetigit aures nuncius, extemplo inſtituta omiſi: ea. & niſi ita legas, aliquid deſideres, neceſſe eſt. E Pollice cognoſcas) ep. ſup. Illum) Ciceronem meum filium. Qualiſcunque eſt) quãuis iam nunc male audiat: unde uexabatur à Q. filio.ep.36.h.l. Hoc primo anno) quo profectus eſt Athenas.ep.27. & .42.l.12. Cernat) hæreditatẽ. Puteolos) quò cupiebam excurrere.ep.43.h.l. Scripſi) ibid. Cæſar adeſt) ep.36.h.l. Se ad me) uenturum eſſe.

CICERO ATTICO S. 46



MAGISTRVM *molestum. Lepidus ad me heri uesperi literas misit Antios num ibi erat: habet enim domum, quam nos uendidimus. rogat magnopere, ut sim Ca lendis in Senatu, me & sibi, & Cæsari uehementer gratum esse facturum. puto equi dem nihil esse: dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius, quoniam Balbus est æger. sed tamen malim uenire frustra, quàm desiderari, si opus esset: moleste ferrem postea. itaque hodie Antij, cras ante meridiem domi. tu uelim (nisi te impediuisti) apud nos prid. Cal. cum Pilia. Te spero cum Publilio confecisse. equidem Calendis in Tusculanum recurram: me enim absente omnia cum illis transigi malo. Quinti fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quidem respondentem meis literis, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidem existimo. tu uidebis.* Vale.

σχόλια



MAGISTRVM) M. Aemylium Lepidum magistrum equitum. Dion l. 43. & si quidam Cæsarem Dictatorem exponunt, ut episto. 26. l. 7. fam. Molestum) quales magistri discipulis uideri solent, ut non desit iocus ex ambiguo. Lepidus) ipse magister equitum. Vendidimus) ep. 8. l. 8. Nihil esse) magni momenti. Oppius) episto. 10. l. 9. Balbus) ep. 3. l. 7. Est æger) pedum doloribus. epis. 19. l. 6. fam. Moleste ferrem postea) non uenisse Antij) ero. Domi) Romæ. Apud nos) cœnes, ut ep 2. l. 12. Publilio) ep. 27. l. 12. Confecisse) negotium. epis. 2. l. 16. Recurram) dimisso Senatu. Cum illis) Publilio, & Publilia. ep. 27. l. 12.

CICERO ATTICO S. 47



ERI *nescio quid in strepitu uideor exaudisse, cum diceres te in Tusculanum uenturum: quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, siquid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babulius. Cæsar opinor ex uncia, & si nihil ad huc. sed Lepta ex triente. ueretur autem, ne non liceat tenere hereditatem, ἀλόγως omnino, sed ueretur tamen. is igitur si accierit, accurram: sin minus, haud ante, quàm necesse erit. tu Pollicem, cum poteris.* LAVDATIONEM *Porciæ tibi misi correctam: ac eo properaui, ut, si forte aut Domitio filio, aut Bruto mitteret, hæc mitteret. id, si tibi erit commodum, magnopere cures uelim. et uelim M. Varronis, & Lollij mittas laudationem, Lollij utique: nam illam legi: uolo tamen regustare: quædam enim uix mihi credo legisse. Atticæ primum salutem, quam equidem ruri esse arbitror. multam igitur salutem & Piliæ.* Vale.

σχόλια



ERI) sic ep. 13. l. 12. Exaudisse) Romæ quum essem. ep. sup. Quod utinam) facias. Lepta) ep. 17. lib. 5. Opus sit) fortasse ad ludorum curationem impetrandam. episto. 44. h. l. uel potius in hereditate obtinenda. Accurram) Romam. Babulius) fortasse Babellius. Plin. l. 19. in proœm. Ex uncia) est heres. Nihil adhuc) certi scio. Ex triente) est heres. ἀλόγως) sine ratione, & causa. Veretur tamen) & iccirco me rogat, ut accurram. Is igitur) Lepta. Sin minus) accierit. Haud ante) accurram. Tu Pollicem) remittes. ep. 45. h. l. Laudationem Porciæ) ep. 36. h. l. Domitio) Cn. Domitio. ep. 22. l. 6. fam. & Philip. 2. Filio) ipsius Porciæ ex L. Domitio. ibid. Bruto) ut affini. ep. 36. h. l. Hæc) isto modo. ibid. M. Varronis) ep. 25. l. 4. Lollij) Orat. ep. 2. & 19. l. 1. & Paterc. l. 2. ad Ollij. Illam) M. Varronis. Legisse) ad legisse me.

CICERO ATTICO S. 48



E Tigellio, siquid noui. qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει, mihi quandam iniquissimam, me Phameæ defuisse. cum eius causam recepissem, quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. F. non libenter: sed Phameæ causa uolebam: erat enim, si meministi, in Consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. is ad me uenit, dixitque, iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat: scis enim dies illorum iudiciorum præstitutos fuisse. respondi, non ignorare eum, quid ego deberem Sestio: quem uellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. ita tum ille discessit iratus. puto me tibi narrasse. non laboraui scilicet, nec hominis alieni iniustissimam iracundiam mihi curandam putaui. Gallo

autem narraui, cum proxime Romæ fui, quid audissem, neque nominaui Balbum minorem. habuit suum negotium Gallus, ut scribit. ait illum me animi conscientia, quod Phameam destituissem, de se suspicari. quare tibi hactenus mando, de illo nostro, siquid poteris, exquiras. de me nequid labores. est bellum, aliquem libenter odisse, & quemadmodum non omnibus seruire. etsi mehercule, ut tu intelligis, magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. Vale.

σχόλια

DE Tigellio) de M. Tigellio Hermogen. Porphyrio Saty. 2. & 3. l. 1. Orat. Siqd noui) habebis, scribes. Gallus Fabius) ep. 16. l. 8. Scripsit) epist. 25. l. 7. fam. μέμψιν ἀναφέρει) accusationem infert. Phameæ) auo suo epist. 25. l. 7. fam. Octauios) Octauium maiorem, & Octauium minorem, atque C. Octauium, qui postea fuit Augustus. Suet. Cn.) Cn. Octauij. ep. 1. l. 1. ad Q. fr. sed à Suet. & Paterc. dicitur C. Octauius, qui ex Macedonia decedens Prætor obijt. V.) filios ex Ancharia, & Accia. Non libenter) ut contra orbos, boni uiri filios, & Cæsaris affines. Is) Phameas. De Sestio) de ambitu reo, ut conijcio ex Brut. & ep. 18. l. 5. fam. nam de ui multò ante fuerat absolutus defendente Cicerone oratione, quæ extat. Lege Pompeia) quam Cn. Pompeius Magnus III. Cos. tulit de ambitu. Ascon. in orat. pro Mil. Consilium) epist. 11. l. 1. Iudiciorum) quorum formam Pompeius breuiorem esse uoluit. Ascon. in orat. pro Mil. Deberẽ Sestio) qui quum Tribunus pl. esset, & mea causa Cos. obnunciaret, à Clodianis exanimatus est relictus. orat. pro Sest. Proxime) Calendis. ep. 46. h. l. Balbum minorem) ep. 9. l. 8. Suum negotium) suam partem negotij refellendo Tigellio: commode etiam legeretur: summum negotium. sensit enim Cicero ex literis ipsum Gallum ualde laborasse. ep. 25. lib. 7. fam. Ait) Gallus. Illum) Tigellium dicere. Suspicari) ne mihi apud Cæsarem noceat, hoc est, detrahat. pendere animi. ep. 50. h. l. Illo nostro) cognato. ep. 32. l. 12. Est bellum, aliquem libenter odisse, & quemadmodum non omnibus seruire) aliquid deest, necesse est, nisi ita legas: est bellum aliquem libenter odisse te, quemadmodum non omnibus seruire: uel, quod scriptum inueniri etiam affirmant, est bellum aliquem libenter odisse, et, quemadmodum dicitur, non omnibus seruire. prouerb. non omnibus dormio. ep. 25. l. 7. fam. Et si mehercule) ἐπανόρθωσις. Isti) familiarissimi Cæsaris. epist. 25. lib. 7. fam. Obseruare) ab istis enim obseruor. ibid.

CICERO ATTICO S. 49

ADMONITVS *quibusdam tuis literis, ut ad Cæsarem uberiores literas mitterem, institueram, cum mihi Balbus nuper in Lanuino dixisset, se, & Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, & uehementer probasse. conscripsi de his ipsis libris epistolam Cæsari, quæ deferetur ad Dolabellam: sed eius exemplum misi ad Oppiũ, & Balbum, scripsiq; ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberent meas literas, si ipsi exemplum probassent, ita mihi rescripserunt, nihil unquam se legisse melius: epistolamq; meam iusserunt dari Dolabellæ. Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Heterejo cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. eum seruum, si tibi uidebitur, ad me mittes: opinor enim ad te etiam scripsisse Vestorium. De aduentu Cæsaris idem, quod à te, mihi scriptum est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihil dum cum Tigellio, uel ut hoc ipsum quantum acceperit. prorsus aueo scire, nec tamen floccifacio.* Vale.

σχόλια

ADMONITVS) ego. Tuis literis) ep. 28. & 31. h. l. & Bruti uerbis. ep. 42. h. l. Balbus) epist 3. l. 7. In Lanuino) ep. 44. h. l. Oppium) ep. 10. l. 9. Libros) duos Anticatones ab ipso Cæsare scriptos. Contra Catonem) epi. 35. l. 12. Vestorius) epist. 2. l. 6. & ep. 43. & 44. h. l. Mancipio dari) lege uendi ita, ut ego autor essem. sic loquitur Plaut. in Curc. & Mercat. ep. 26. l. 15. Mea parte) hæreditatis. Heterejo cuidam) si quidam ut ignotus à Cicerone dicitur, quid nos dicamus? Brinnianum) ep. 12. h. l. Puteolis) ep. 43. h. l. De aduentu Cæsaris) ex Hispania. ep. 9. h. l. Nihil dum) locutum esse. Tigellio) epist. sup. Vel ut hoc ipsum) al. uelut hoc ipsum. miror te, inquit, nihil adhuc cum Tigellio locutum esse, ueluti hoc ipsum, si nihil aliud, quantum iam à procuratoribus Cæsaris acceperit, ut cantor. nam cantores in triumphis donari à uictoribus solent. Aueo scire) aliquid de Tigellio.

CICERO ATTICO S. 50

QVAERIS, *quid cogitem de obuiã itione. quid censes, nisi Alsium? & quidem ad Murenam de hospitio scripseram. sed opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam superiore uersiculo Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissime respondisse. eo igitur utamur: nam Silius culcitras non habet. Dida autem (opi-*

φίοις ἐπιμονοτέον. Athenæus quoque lib.1.& 9. multa περὶ τῆς τῶν μύρων εὐωδίας scribit. ἐμετικήν) uomitionem. Agebat) & icciro unctus est, & accubuit. nam Celsus lib.1.cap.3. ita præcipit: qui mane uomuit, ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare: quæ omnia hic fecit Cæsar. ἀδεῶς) impune, sine metu. Sed bene cocto) finis uersus. Condito, sermone bono, et si quæris libenter) integer Lucilij uersus lib.2. de finib. οἱ περὶ αὐτόν) Cæsariani qui circum ipsum erant, ut epist.12.l.9. Visi sumus) in accipiendo Cæsare. Hospes) Cæsar. Non is) non talis. Cui diceres) cui dicere uelles. Eodem) in eundem locum. Ad me) uenito. Semel satis est) accepisse talem hospitem. σπουδαῖον οὐδὲν) serium nihil. epist.3.l.5. In sermone) cum sequentibus iungo. φιλόλογα) erudita. ep.12.h.l. Delectatus est) Cæsar hospitio. Baias) suas. epist.6.l.11. ἐπισταθμέιαν) diuersorium, mansionem uult, crem. Duxi) al. dixi. Villam) Baianam. epist.12.l.9. fam. Præteriret) Cæsar. Hoc) audiui, quum Cæsarem ipsum non fuissem prosecutus, sed in uilla remansissem. Nicia) epist.21.lib.12. qui tunc erat cum Dolabella. epist.28.h.lib.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM

ATTICVM LIBER XIIII.

CICERO ATTICO S. 1



IVERTI ad illum, de quo tecum mane. nihil perditius, explicari rem nõ posse: etenim, si ille tali ingenio exitũ non reperiebat, quis nũc reperiet? qd̃ quæris? perijsse oĩa aiebat. qd̃ haud scio an ita sit. uerũ ille gaudens, affirmatque, minus diebus XX. tumultum Gallicum. in sermonem se post Idus Martij, præterquam Lepidi, uenisse nemini. ad summam, non posse istæc sic abire. ô prudentem Oppium, qui nihilo minus illum desiderat, sed loquitur nihil, quod quenquam bonum offendat. sed hæc hactenus. Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere, in his, de Sexto satisne certum, maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diuerti, Cæsarem solitum dicere: magni refert, hic quid uelit: sed quicquid uult, ualde uult: idq́; eum animaduertisse, cum pro Deiotaro Niceæ dixerit: ualde uehementer eum uisum, & libere dicere. atque etiam (ut enim quicque succurrit, libet scribere) proxime, cum Sestij rogatu apud eum fuissem, expectaremq́; sedens quoad uocarer, dixisse eum, ego dubitem, quin summo in odio sim, cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me conuenire possit? atqui, si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito, quin me male oderit. hæc, & eiusmodi multa. sed ad propositum. quicquid erit, nõ modo magnum, sed etiam paruum, scribes. equidem nihil intermittam. Vale.

σχόλια



IVERTI) al. reuerti. hoc loco quinque menses intermittuntur. nam, ut Patercul. inquit, neque Cæsari plus quinque mensium principalis quies contigit: & si multò etiam pauciores nos colligimus, ex saturnalibus uidelicet, ep.51.l.13. ad Id. Mart. Illum) C. Matium, ut ego conijcio ex ep.seq.3.& 4.h.l. atque ex epist.27.& 28.lib.11.fam. Tecum mane) locutus sum. Perditius) illo homine. Non posse) aiebat. Ille) Cæsar. Nunc) rebus omnibus Cæsaris morte perturbatis. Aiebat) Matius. Ille) Matius. Gaudens) ut qui timeret otium, ut cæteri Cæsariani. epist.26.h.l. Affirmatque) al. affirmabat. Tumultum Gallicum) ep.4.& 5.h.l.& Philip.8. Idus Martij) quibus Cæsar est interfectus. Suet. Lepidi) ep.46.l.13. Sic abire) aiebat Matius. O prudentem) si cum Matio conferatur. & tamen est εἰρωνικῶς dictum. Oppium) epist.10.l.9. Nihilo minus) quàm Matius. Illum) Cæsarem. Loquitur nihil) ut loquitur Matius. Ne pigrere) μὴ ὀκνήσῃς. De Sexto) de Sext. Pompeio Magni F. Dion.l.45. Certum) eum bellum parare. ep.4.l.16. Bruto) M. Bruto Cæsarianæ cædis autore. Ille) Matius, aiebat. Hic) Brutus. Quicquid uult, ualde uult) Plutarc. in Brut. al. quicquid uolet, ualde uolet. Idque eum) idque se, dixisset, opinor,

Non sine causa)ut mihi indices,quo illi per me sint tuti. Ita putare) ita cogitare, & quasi nobiscum meditari,& uerba,quae sequuntur repetere. nescio,cur non animo quoque sentiant)quum isti me haeredem faciant,ep.16.h.l.& hac re se mihi amicos esse ostendant.nescio,cur non animo quoque idem sentiant,& ita uere sint amici.hoc,inquam,nos volunt putare. Antonij)Cos. διάθεσιν)affectionem animi,animum,et quasi uoluntatem. sic propemodum de Pompeio.ep.17.l.2. Epularum) Philip.2. Arbitror)deceptus tamen. Pragmaticon)negotiosum. Sin minus)habes.ἐπισημασίαν)significationem.ep.13. l.1. Mimorum)ut Publij. ep. sup.

CICERO ATTICO S. 4

NVNC quid putas me Lanuuij? at ego te istic quotidie aliquid noui suspicor.tument negotia:nam cum Matius,quid censes caeteros?equidem doleo,quod nunquam in nulla ciuitate accidit,non una cum libertate Remp.recuperatam.horribile est,quae loquantur,quae minitentur.ac uereor Gallica etiam bella,ipse Sextus quo euadat.sed omnia licet concurrant,Idus Martiae consolantur.nostri autem ἥρωες, quod per se ipsos confici potuit,gloriosissime & magnificentissime confecerunt.reliquae res opes,& copias desiderant:quas nullas habemus.haec ego ad te,ut,siquid noui(nam quotidie aliquid expecto)confestim ad me:& si noui nihil,nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas:equidem non committam. Vale.

σχόλια

PVTAS me) facere,uel habere. Lanuuij?) ubi cogitabam? epist.2.h.l. Aliquid noui)habere,uel timere. Quum Matius)neget pacem fore,ep.sup.& id gaudeat,ep.1.h.l.Caesarisque mortem tam grauiter ferat.episto.28.l.11.fam. Quid censes)facere. Caeteros?) Caesarianos Matio etiam potentiores? omnes enim timent otium.epis.26.h.l. In nulla)al.in ulla.recte,ut ep.10 h.l. Libertate, quam Caesare interfecto sumus adepti. Remp.recuperatam)quum tyranni facta defendantur.ep.6.h.l. Loquantur)Caesariani. Gallica etiam bella) Gallicum tumultum.ep.1.h.l. Sextus)Sext.Pompeius.ep.1.h.l. Idus Martiae)ibid. Consolantur)quòd in his interfectus sit tyrannus. ἥρωες) heroes,Brutus,Cassius,& reliqui Caesaris interfectores. Confici potuit) ut Caesarem interficerent, & libertatem restituerent. Reliquae res)quae ad recuperandam Remp.pertinent. Ad te)scripsi. Siquid noui) haberes. Ad me) scriberes. Equidem non committam)ut literulae intermittantur.

CICERO ATTICO S. 5

SPERO tibi iam esse, ut uolumus,quoniam quidem ἐσίγησας quod leuiter commotus esses: sed tamen uelim scire,quid agas.signa bella,quòd Caluena moleste fert, se suspectum esse Bruto.illa signa non bona,si cum signis legiones ueniunt è Gallia. quid tu illas putas, quae fuerunt in Hispania? nône idem postulaturas? quid eas, quas Annius transportauit? Caninium uolui,sed μνημονικὸν ἁμάρτημα, ab aleatore φυρμὸς πολύς. nam ista quidem Caesaris libertorum coniuratio facile opprimeretur,si recta saperet Antonius.meam stultam uerecundiam,qui legari noluerim ante res prolatas,ne deserere uiderer hunc rerum tumorem: cui certe si possem mederi, deesse non deberem: sed uides magistratus: siquidem magistratus illi sunt: uides tamen tyranni satellites in imperijs. uides eiusdem exercitus: uides in latere ueteranos: quae sunt εὐερέθιστα omnia: eos autem, qui orbis terrae custodijs non modo septi, uerum etiam magni esse debebant, tantummodo laudari, atque amari, sed parietibus contineri. atque illi quoquo modo beati:ciuitas misera. sed uelim scire, quid aduentus Octauij, num qui concursus ad eum, num quae νεωτερισμοῦ suspicio. non puto equidem. sed tamen, quicquid est, scire cupio.haec scripsi ad te proficiscens Astura III.Id. Vale.

σχόλια

SPERÓ tibi iam esse,ut uolumus)spero te ualere. Quoniamquidem) ut ep.1.l.2.frequentius tamen dicitur, quandoquidem. ἐσίγησας) tacuisti, non scripsisti.al. ICEIGHAC. unde nos credimus legi oportere: ἀσιτήσας, cibo abstinuisti: sic enim saepe instans grauis morbus discutitur.Celsus lib.3.cap.2.& sane solebat Atticus ita uiuere,ut nunquàm pene medicina indigeret:& quum paulò ante mortem,cibo biduum abstinuisset, febris decessit.Nep.in uita.temperantia illius commendatur etiam ep.9.l.6. Quàm)quam,repone,si ante, ἀσιτήσας,legis. Signa bella)otij. Caluena)Matius.ep.2.h.l. Suspectum)ut inimicissimum otij, idest ipsius Bruti.ibid. illa signa) ex ambiguo. Gallia)ep.1.h.l. Fuerunt in Hispania?)cum Caesare in bello Hispaniensi? Idem postulaturas?) ut sibi caueatur? Philip.1.& 2. Transportauit?)in Graeciam iussu Caesaris expeditionem in Dacos,& inde in Parthos destinatis,ut inquit Suet.

in August. Caninium) C. Caninium Rebilum. ep. 38. l. 12. quo Cos. nihil mali factum fuerat. epist. 31. l. 7. fam. Volui) dicere. μνημονικὸν ἁμάρτημα) memoriæ peccatum. epist. 42 l. 13. Ab aleatore) à M. Antonio, qui Licinium Lenticulam de alea condēnatum, collusorem suum restituit, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. Philip. 2. atque ratio, quæ sequitur, id etiā magis demonstrat, al. à balneatore, ut forte significetur Viscius Antonianus, qui balneator Isauri fuerat Philip. 13. φυρμὸς πολὺς) confusio multa, perturbatio magna. φυρατὴς. ep. 9. l. 6. Libertorum) seruos contumeliose uocat Philip. 1. Coniuratio) in sepultura, & busto faciēdo. ibid. Antonius) aleator iste, à quo nascitur φυρμὸς stultam. uerecundiam) δυσωπίαν. ep. 33. l. 13. Legari) ep. 13. h. l. Ante res) ante perturbationes istas. Deserere) et ita cadere in aliquam uituperationem. ep. 13. h. l. Deesse) ibid. Vides magistratus) ep. seq. Tyranni) Cæsaris. Satellites) ut Plancum, Lepidum, Asinium, Caninium, Vatinium, Hircium, Pansam, & Cornificium. Eiusdem) Tyranni. Exercitus) in Gallia, Hispania, Macedonia, Dalmatia, & Africa. Veteranos) ad spem nouarum prædarum incitatos. Philip. 1. εὐρίπιστα) incerta fide, mobilis, qualis euripus, & fortuna, quæ τύχη εὔριπος prouerbio dicitur. Eos autem) Brutum, Cassium, & reliquos heroas, ep. sup. Custodijs) præsidijs. Laudari) & in coelo esse. ep. seq. Parietibus) capitolinis & suis. Contineri) metu libertorum Cæsaris. Beati) qui, quod per ipsos confici potuit, confecerunt. ep. sup. Ciuitas misera) quæ cum libertate Remp. non recuperauit. ibid. Aduentus) ex Apollonia, quo Cæsar illum in studia miserat, mox belli Gethici, ac deinde Parthici habiturus commilitonem, ut inquit Patercul. Octauij) C. Octauij, qui post Augustus est appellatus. nunc Octauius ante Cæsarianæ hæreditatis cretionem dicitur: post cretionem uero C. Cæsar Octauianus dicetur de more. ep. 12. lib. 15. & epist. 8. l. 16. ut ep. 20. lib. 3. Octauium tamen etiā postea uocat ep. 9. & 10. l. 16. νεοτερισμοῦ) nouitatis, & quasi tumultus. Astura) quò uerā. ep. 2. h. l. III. Id) Apr. Idibus enim Martijs. Cæsar est interfectus, ep. 1. h. l. & in Pompeianum se uenisse scribit Cicero. ep. 19. h. l.

CICERO ATTICO S. 6

PRID. Id. Fundis accepi tuas literas cœnans. primum igitur, melius esse: deinde, meliora te nuntiare: odiosa illa enim fuerant, legiones uenire. nam de Octauio susque, deq; expecto, quid de Mario: quem quidem ego sublatum rebar à Cæsare. Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. se tamen adhuc me nihil delectat præter Idus Martij. nam quoniam Fundis sum cum Ligure nostro, discrucior Sestilij fundum à Verberone Curtilio possideri. quod cum dico, de toto genere dico: quid enim miserius, quàm ea nos tueri, propter quæ illum oderamus? etiamne Consules, & Tribunos pl. in biennium, quos ille uoluit? nullo modo reperio, quemadmodum possim πολιτεύεσθαι: nihil enim tam σόλοικον, quàm τυραννοκτόνους in cælo esse, tyrāni facta defendi. sed uides Cōsules: uides reliquos magistratus: si isti magistratus uides languorē bonorum. exultant lætitia in municipijs: dici enim non potest, quātopere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant uerba mea de re: nec ulla interea decreta: sic enim πεπολιτεύμεθα, ut uictos metueremus. hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. plura, & πολιτικώτερα postea: & tu, quid agas, quidq; agatur. Vale.

σχόλια

PRID. Id.) Apr. ep. sup. Fundis) Mela l. 2. cap. 4. Melius esse) intellexi. Meliora) quàm prius, uel quàm ego timebam. Venire) è Gallia. epist. sup. Octauio) ibid. Susque, deque) fero, uel habeo. prouerb. Expecto, quid scribas: Mario) ep. 8. h. l. Sublatum) quum decreto extra Italiam relegatus est. Val. Max. l. 9. cap. 16. Antonij) Cos. Heroibus) ep. 4. h. l. Idus Martij) ep. 1. h. l. Ligure) fortasse M. Aelio Ligure. epist. 26. & 30. l. 15. & ep. 4. l. 5. erat enim cognomen Aeliorum. Liu. l. 42. quidam L. Ligus etiam legitur ep. 16. l. 7. Discrutior) uehementer doleo. Sestilij) ep. 13. l. 12. fam. & ep. 48. l. 13. fam. uel ep. 2. l. 2. ad Q. fr. Verberone) mastigia. est enim comicum uerbum. Curtilio) ep. 10. h. l. Romæ in ueterum monumentis legitur, Curtylius Hermeros. De toto genere) Cæsarianorum. ep. 10. h. l. Ea) agrorum assignationes, decreta. & facta. Illum) Cæsarem. Consules, & Tribunos pl.) tuebimur, & esse uolemus. In biennium) in triennium scribit Dion lib. 43. in plures annos, Suet. Quos) Hircium, & Pansam: D. Brutum, & L. Plancum iam nunc Dess. Ille) Cæsar. πολιτεύεσθαι) Remp. administrare. σόλοικον) uitiosum, absurdum, ut σολοικισμὸς in oratione: ep. 16. l. 1. uel potius σόλοικον, ut ἀσδηρητικὸν ep. 7. l. 7. & ep. 15. l. 4. quòd & ipsi administrandæ Reip. imperiti fuerint σόλοικοι præsertim Cypri, qui ἐξ ἑαυτὸν ἐλεύθεροι γενόμενοι, αὖτις ἐκ νέης κατεδουλωντο, ut scribit Herodot. ἐν τῇ τερψιχ. τυραννοκτόνους) tyranni interfectores. In cœlo esse) prouerb. ut ep. 19. l. 2. laudari. ep. sup. Facta defendi) Philip. 1. & 2. & ep. 1. l. 12. fam. Vides) sic ep. sup. Consules) Antonium, & Dolabellam. Philip. 1. & 2. Si isti magistratus) sunt. ep. sup. Municipijs) ep. 24. h. l. Gaudeant) hac libertate. De re) de Cæsaris cæde. alij, de Rep. Decreta) facta sunt a senatu. πεπολιτεύμεθα) Remp. administrauimus. Victos) Cæsarianos Cæsaris morte superatos. πολιτικώτερα) ciuiliora, ad Remp. magis accommodata. episto. 10. lib. 1. ep. 12. lib. 5. ep. 10. lib. 13. & epis. 16. h. l. Postea) scribam. Et tu) scribe. Quid agas) an ualeas. epist. sup.

CICERO ATTICO S. 7

POSTRIDIE *Iduum Paulum Caietæ uidi.is mihi de Mario,& de Rep.alia quædam ſanè peſſima:à te ſcilicet nihil:nemo enim meorum. ſed Brutum noſtrum au dio uiſum ſub Lanuuio. ubi tandem eſt futurus? nam cum reliqua,tum de hoc ſcire aueo omnia.ego è Formiano exiens* XVII.Cal. *ut inde altero die in Puteolanum, ſcripſi hæc.* A'Cicerone *mihi literæ ſanè* πεπινωμέναι, *& bene longe.cætera autem uel fingi poſ ſunt:* πῖνος *literarum ſignificat doctiorem.nunc magnopere à te peto,de quo ſum nuper tecum locu tus,ut uideas,ne quid ei deſit.id cum ad officium noſtrum pertinet,tum ad exiſtimationem,& dignita tem,quod idem intellexi tibi uideri omnino. ſi ergo eſt,uolo menſe* Quintili *in* Græciam.*ſunt omnia faciliora. ſed cum ſint ea tēpora,ut certi nihil eſſe poſſit,qd honeſtum mihi ſit,quid liceat,qd expediat quæſo da operā,ut illū quā honeſtiſſime copioſiſſimeq́; tueamur.hæc,& cætera,quę ad nos ptinebūt, ut ſoles,cogitabis,ad meq́;,aut ꝙ ad rē ptineat,aut, ſi nihil erit,qd̄ in buccā uenerit, ſcribes.* Vale.

σχόλια

POSTRIDIE Iduum) Apr.ep.5.h.l.al.poſtridie Idus,ut ep.38.l.12. Paulum) L.Aemylium Paulum.epi ſto.12.& 13.l.15.fam. Caietæ)al.in Caieta,ut ep.3.l.8.& Caietæ prædium habuiſſe uidetur Cicero.ep.3.l.1. Mario)ep.ſeq.al. Matio,ep.1.& 4.h.l. Peſſima)retulit. Nihil)accepi. Nemo)ſcribit. Brutum) M.Bru tum. Sub Lanuuio)ep.10.h.l. De hoc)Bruto. Formiano)ep.4.l.2. XVII.Cal.) Maij.ep.5.h.l. In Puteo lanum)trem,ubi ſunt Cluuiana. ep.9.h.l. Cicerone)filio meo. Literæ)allatæ ſunt Athenis.ep.42.l.12. πεπινωμέναι) denſæ,prudenter ſcriptæ .Ariſtoph.in Nubib. πάντα τρόπον σαυτὸν στρόβει πυκνώσας, hoc eſt,ut exponit intere pres, πυκνόν τι, καὶ ſυνετὸν ποιήσας, καὶ φρόνιμον σκεψάμενος. quan Athenis,unde literæ ſunt datæ, πυκνίτης ἐστὶ τόπος, ἔνθα ἐστὶν ὅτε ἐκκλησίαζον οἱ ἀθηναῖοι, quò fortaſſe Cicero etiam reſpexit.al. πεπινωμέναι, id eſt, τὸν ἀρχαῖον πῖνον τῆς λογογραφίας habentes.Suidas.ſic literæ πεπινωμένως ſcriptæ ep.17.l.15. Cætera) quæ de filio dicuntur. πῖνος) forma, & modus dicendi,qui πῖνος à Græcis uocatur. Suidas.al. πυκνῶς, unde ab alijs πύκνωσις reponitur. Vt uideas)ut ſcribas ad Xenonem.ep.18.h.l. Ne quid ei deſit)ibid. Tibi uideri)tibi placere.ep.16. lib.15. Si ergo eſt)quod ad eum ferre poſſum. Volo)proficiſci.epiſt.13.h.l.ſic Arpinum uolebamus.epiſt.1.l.9. Quintily) Iulij Cæſaris odio Iulium noluit appellare.epi.1.l.16. Quid expediat)uidendum. Illum) filium. Quod in buccam uenerit) epiſt.9.lib.1.& epiſt.1.lib.12.

CICERO ATTICO S. 8

TVME *iam rebare,cum ſcribebas,tu agris eſſe noſtris: at ego accepi* XVII.Cal. *in diuerſoriolo Sinueſſano tuas literas.* De Mario *probe.& ſi doleo* L.Craſſi *ne potem.optime,tam etiam* Bruto *noſtro probari* Antonium.*nam quod* Iuniam *ſcribis moderate,& amice ſcriptas literas attuliſſe:mihi* Paulus *dedit ad ſe à fratre miſſas, quibus in extremis erat,ſibi inſidias fieri,ſe id certis auctoribus cōperiſſe.hoc nec mihi placebat,& multo illi minus.* Reginæ *fuga mihi non moleſta. ſed* Clodia *quid egerit, ſcribas ad me uelim.* De Bizantijs *curabis,ut cætera:&* Pelopem *ad te arceſſe.ego,ut poſtulas,* Baiana *negotia,eorum que illum,de quo ſcire uis,cum perſpexero.tum ſcribam,ne quid ignores.quid* Galli,*quid* Hiſpani, *quid* Sextus *agat,uehementer expecto.ea ſcilicet tu declarabis,qui cętera.* Nauſeolam *tibi tum cau ſam otij dediſſe facile patiebar:uidebar enim mihi legenti tuas literas requieſſe paulisper.* Vale.

σχόλια

IN AGRIS)ut in Puteolano,aut Formiano.ep. ſup. Accepi) quū è Formiano exiſſem.ibid. XVII.Cal.) ibid. Diuerſoriolo)ep.20.l.12.fam. Sinueſſano)ep.1.l.15.et ep.9.l.16. Mario) Amatium uocat Appian.l.3. Chamacem Liu.l.116.qui ſe Marij filium eſſe dicebat:unde nunc Cicero Marium εἰρωνικῶς uocat,ut ep.41. l.12.Herophilum equarium Medicum fuiſſe ſcribit Val. Max.l.9.cap.16.qui ſe Marij nepotem eſſe pfitebatur. Probe)factum,quum illi uncus eſt impactus,Philip.1.uel quū ille in carcere eſt necatus.Val. Max.ibid. Doleo) εἰρωνικῶς. L.Craſſi)oratoris. Nepotem)ut ipſe dicebat.ep.41.l.12. Optime)habet,quoniam ſignum eſt pacis et otij. Tam)tantum. Etiam Bruto)etiam Bruto quaſi inimico,nedum alijs et amicis. Antonium)factum Antonij in tollendo iſto Mario.Philip.1. Iuniam) M.Bruti ſororem,& M.Lepidi uxorem.epiſ.12.& 13.ad M.Brut.& Paterc. Attuliſſe)ad M.Brutum fratrem à M.Lepido marito. Paulus)epiſ.ſup. Dedit)legendas. Fratre)M.Lepido.Liu.l.120. Miſſas)alias literas.quod ſi eaſdem ſignificari credamus,tunc dicendum erit,Iuniam à Bruto ad Lepidum attuliſſe, & poſtea eaſdem à Lepido ad Paulum miſ ſas fuiſſe. Illi)Paulo ut fratri. Reginæ)epiſt.24.h.l. Clodia)ep.37.l.12. Bizantijs)neſcioquid orat.pro dom. Pelopem)

Bizantium, ad quem Cicero græce scripsit. Plut. in vit. Cic. tunc fortasse Bizantiorum negotia Romæ procurabat. Baiana negotia) quæ fiant, aut dicantur Baijs, quæ sunt prope Puteolos, quò proficiscar. ep. sup. Chorumque) hominumque multitudinem, ep. 11. h. l. Galli) legiones, quæ dicebantur è Gallia uenire. ep. 1. & 5. h. l. Hispani) epist. 5. h. l. bis C. Asinius Pollio prætor. ut. ep. 31. & 32. l. 10. fam & Dion lib. 45. Sextus) ep. 1. h. l. Qui cætera) declarare soles. Nauseolam) ep. 10. h. l. Tum) quam leuiter cōmotus es. ep. 5. h. l. Videbar) al. uidebare. rectè. nam ex literis cōiectam abijsse nausea uidebatur. ep. 10. h. l.

CICERO ATTICO S. 9

DE BRVTO semper ad me omnia perscribito, ubi sit, quid cogitet: quem quidem ego spero iam tuto uel solum tota Vrbe uagari posse. ueruntamen. de Rep. multa cognoui ex tuis literis: quas quidem multiiuges accepi uno tempore à Vestorij liberto. ad ea autem, quæ requiris, breui respondebo. primum uehementer me Cluuiana delectant. sed quod quæris, quid arcesserim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures etiam migrauerunt. hanc cæteri calamitatē uocant, ego ne in commodum quidem. o Socrates, o Socratici uiri, nunquam uobis gratiam referam. Dij immortales, quàm mihi ista pro nihilo. sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem, & auctore Vestorio, ut hoc damnum quæstuosum sit. hic turba magna est, eritque, ut audio, maior: duo quidem quasi designati Consules. o Dij boni, uiuit tyrānis, tyrannus occidit: eius interfecti morte lætamur, cum facta defendimus: itaque quàm seuere nos M. Curtius accusat, ut pudeat uiuere: neque iniuria: nam mori milies præstitit, quàm hæc pati, quæ mihi uidentur habitura etiam uetustatem. & Balbus hic est, multumque mecum: ad quem à Vetere literæ datæ prid. Cal. Ian. cum à se Cæcilius circumsideretur, & iam teneretur, uenisse cum maximis copijs Pacorum Parthum: ita sibi esse eum ereptum multis suis amissis: in qua re accusat Volcatium. ita mihi uidetur bellum illud instare. sed Dolabella, & Nicias uiderint. idem Balbus meliora de Gallia, XXI. die literas habebat. Germanos, illasque nationes re audita de Cæsare, legatos misisse ad Aurelium, qui est præpositus ab Hircio, se, quod imperatum esset, esse facturos. quid quæris? omnia plena pacis, aliter ac mihi Caluena dixerat. Vale.

σχόλια.

DE BRVTO) de M. Bruto. Perscribito) maxime. ep. 1. h. l. Tota urbe) et per forum. epis. 18. h. l. Vagari posse) & si prius parietibus continebantur. ep. 5. h. l. Veruntamen) scribo, ut epist. 41. l. 12. uel potius caueatur est. Vestorij) ep. 4. l. 6. Cluuiana) à Cluuio partim relicta, & partim à me de cohæredibus empta. epist. 44. & 45. l. 13. quæ erant in Puteolano. epis. 7. & 18. h. l. Chrysippum) architectum, ut Cyri architecti libertum. ep. 14. l. 7. fam. Mures) qui ruinis imminentibus migrare solent. Plin. l. 8. cap. 28. Migrauerunt) tanquàm futurum sit, ut reliquæ, quæ rimas agunt, corruant. Ego) ut Philosophus, qui ista non curem. epist. 13. l. 13. Ne incommodum quidem) uoco. Vobis) è quorum libris, & præceptis didici res istas contemnere. Gratiam) parem. Ista) sunt. Vestorio) ut homine in arithmeticis satis exercitato. ep. 12. h. l. & Arithmetica instructus esse debet is, qui recte uult ædificare. Vitru. l. 1. cap. 1. Turba) choris. ep. sup. Duo) Hircius, & Pansa. ep. 11. h. l. Quasi designati) ita se gerentes, quasi sint designati, quum à Cæsare tantum fuerint designati. ep. 6. & 12. h. l. Tyrannis) facta tyrannidis. Tyrannus) Cæsar. Eius) Cæsaris tyranni. Interfecti) à Bruto, & reliquis. Lætamur) ep. 13. h. l. Facta defendimus) ep. 6. h. l. M. Curtius) fortasse ep. 5. l. 2. uel M. Curius legatur. ep. 1. l. 7. Præstitit) melius fuit. epis. 25. h. l. Habitura etiam uetustatem) diuturna fore, ad longum tempus duratura. Balbus) ep. 3. l. 7. Hic est) ep. 11. h. l. Vetere) C. Antistio Vetere. ep. 11. ad M. Brut. Literæ) allatæ sunt. Datæ) ex Syria. Prid. Cal. Ian.) tribus ante mēsibus & amplius. Cæcilius) Q. Cæcilius Bassus. ep. 11. l. 12. fam. Circumsederetur) Apameæ. Dion lib. 47. Venisse) Cæcilio ipsi subsidio. Pacorum) ep. 18. l. 5. Volcatium) fortasse posses legere: L. u. Statium, qui tunc ibi erat Procos. Philip. 11. & Dion lib. 47. Bellum illud) Syriacum, uel Parthicum. Dolabella) ut Cos. & iã eam prouinciam cupiens proficisci. Philip. 11. Nicias) ut Dolabellæ amicus, ep. 28. l. 13. & forte iam præmissus. epist. 21. l. 15. Meliora) referebat. Gallia) epist. 1. & 5. h. l. De Cæsare) interfecto. Aurelium) fortasse Aurelium Cottam. Plena pacis) in Gallia. Caluena) ep. 2. & 5. h. l. Dixerat) epist. 1.

CICERO ATTICO S. 10

ITANE uero? hoc meus, & tuus Brutus egit, ut Lanuuij esset? ut Trebonius itineribus deuijs proficisceretur in prouinciam? ut omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cæsaris plus ualerent, quàm si ipse uiueret? meministi ne clamare illo ipso primo Capitolino die? senatū in Capitolium à Prætoribus uocari? Dij immortales, quæ

quæ tum opera effici potuerũt, lætantibus omnibus bonis, etiã sat bonis, fractis latronibus. Liberalia tu accusas. quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus. meministi ne te clamare causam perisse, si funere elatus esset? at ille etiam in foro combustus, laudatusq; miserabiliter: seruiq;, & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. quæ deinde? ut audeant dicere, tu ne contra Cæsaris nutum? hæc, & alia ferre nõ possum. itaq; γῆν pro γῆς cogito. tua tamẽ ὑπηνέμιος nausea iam ne plane abijt? mihi quidem ex tuis literis coniectanti ita uidebatur. redeo ad te: Bassos, Scæuas, Frangones, hos tu existimas confidere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus uirtutis putarunt, quã experti sunt? pacis isti scilicet amatores, & non latrocinij auctores. at ego cum tibi de Curtilio scripsi, Sestilianoq; fundo, scripsi de Censorino, de Messala, de Planco, de Posthumio, de genere toto. melius fuit perisse illo interfecto, quod nunquam accidisset, quã hæc uidere. Octauius Neapolim uenit XIIII. Cal. ibi eum Balbus mane postridie, eodemq; die mecum in Cumano: illum hæreditatem aditurum, sed, ut scribis, ῥιζόθεμιν magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res est, ut debet, eritq; curæ. Quid quæris, iam ne ad centena Cluuianum? aduentare uidetur: sed primo anno LXXX. detersimus. Quintus pater ad me grauia de filio, maxime quòd matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus, ardenteis in eum literas ad me misit. ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me uelim, & hercule si quid aliud. uehementer delector tuis literis. Vale.

σχόλια

IT A'N E uero) ἐρωτηματικῶς. Brutus) M. Brutus. Lanuuij) epist. 7. h. l. & epist. 8. lib. 15. Trebonius) C. Trebonius. Philip. 2. unus è Cæsaris interfectoribus, & si tantum Antonium retinuit. ep. 28. l. 10. fam. Itineribus deuijs) quibus Cæsarianorum uitaret insidias. Prouinciam) Asiam, ubi postea Smyrnæ à Dolabella est interfectus. Philip. 11. Omnia facta) ep. 8. h. l. Clamare) clamari, uel clamore, libenter legam, ut ad omneis, & non ad Ciceronem, sed Atticum tantum referatur; præcipue tibi quum uox illo modo usurpari posit ἀπροσφώνητον, & de populi clamoribus constet ex Appian. Dion. & Philip. quanquam totus locus suspectus sit nobis, ita legerem: meministi ne clamare, illo ipso primo capitolino die senatum in capitolium à Prætoribus uocari? meministi ne, inquit, me clamare, & dicere, oportuisse illo die, quo Cæsar est interfectus, senatum à Prætoribus uocari? ep. 11. l. 15. Capitolino die) die, quo Capitolum coniurati occuparunt, & concionari cœperunt, epist. 1. l. 15. Appian. & Dion. Prætoribus) M. Bruto, & C. Cassio, qui tunc erant Prætores. epist. 2. & 3. l. 11. fam. Vocari) quod, etsi Consulare munus erat, id tamen Præt. Vrb. sustinebant, si Coss. aberant, ep. 11. l. 10. fam. ut tunc Antonius Cos. non aberat ille quidem, sed clam se domum receperat, Philip. 2. & quidem ita, ut uestem Consularem abijceret. Dion l. 44. Dolabella uero nondum Consulatum inierat. ibid. Opera) epist. 11. l. 15. Effici potuerunt) dum Sextio fuit. epist. 16. h. l. Lætantibus) tyranni morte. ep. sup. Latronibus) Antonio, & reliquis Cæsarianis. Liberalia) XV. Cal. Apr. ... tertia post idus lux est celeberrima Baccho. Ouid. l. 3. fast. hinc Cicero Philip. 2. sic loquitur, neque te illo die, neque postero uidi. post diem tertium ueni in ædem Telluris; ubi iecit fundamenta pacis. Atheniensium que renouaui uetus exemplum. Philip. 1. Accusas) quod liberalibus ipsis Remp. cum libertate nõ prorsus recuperauimus. ep. 4. h. l. Tum) liberalibus ipsis in æde Telluris. Potuit) quum omneis aditus armati obsiderent Philip. 2. & ep. 16 h. l. uel quum passi fuissemus Cæsarianos nimis potentes fieri? Causam) bonorum omnium. ep. 16. h. l. Elatus) Cæsar. At ille) Cæsar. In foro) Philip. 1. Combustus) nedum elatus. semiustulatus. Philip. 2. Laudatusque miserabiliter) ab Antonio. ibid. Dion. & Appian. Immissi) ab Antonio. Philip. 2. Quæ deinde?) manarunt. ep. 16. h. l. Vt audeant) οἱ γοητεύοντες. Nutum) nam Regios omneis nutus tuemur. ep. 1. l. 12. fam. γῆν pro γῆς) terram pro terra. al. γῆν πρὸ γῆς, terram ante terram. Prouerb. Cogito) mutare, uel sequi, atq; id ipsum legatus. ep. 13. h. l. ὑπηνέμιος) leuis, ... ut exponit Suidas, subuentanea, ut alij uertunt. prouerb. subuentanea partu. Nausea) ep. 8. h. l. Ex tuis literis coniectanti) tuas literas legenti. ibid. Ad te: Bassos) aliàs Tebassos. omnino sunt nomina, qualia sunt illa Philip. 13. Barbæ Cassij, Barbatij, Poliones, Saxæ, Lentones, Capbones. Scæuas) Cassius Scæua centurio fuit. Cæs. l. 3. de bel. ciu. Val. Max. & Suet. Frangones) milites ueteranos, sunt enim nomina prorsus castrensia. Illa) prædia, bona à Cæsare data. Nobis) optimatibus, qui taleis agrorum assignationes ferre nõ possumus. Philip. 4. & 6. Experti sunt) quum Cæsaris etiam facta defendimus. epist. 6. & 9. h. l. Isti) Cæsariani, qui semper bella uidere cupiunt, & nostris bonis imminent. Philip. 2. Curtilio) epist. 6. h. lib. Sestilianoque fundo) cum à Curtilio possideri. Scripsi) scribere, & significare uolui, quamuis eos minus nominarim. Censorino) L. Porcio Censorino, qui postea fuit Cos. an. ab urb. con. 715. tunc erat cum M. Antonio, et sub Cæsare fuerat sector. Philip. 11. Messala) ep. 12. l. 12. Planco) L. Planco. ep. 42. l. 12. uel T. Munatio Planco Bursa. Philip. 6. Posthumio) ep. 2. l. 9. De genere toto) ep. 6. h. l. Perisse) mori. epist. sup. Illo) Cæsare. Interfecto) epist. sup. Quod nunquam accidisset) in ulla ciuitate ut melius esset perire. nunquam enim in ulla ciuitate accidit, ut non unà cum libertate Resp. sit recuperata. ep. 4 h. l. Octauius) ep. 5. h. l. Neapolim) fortasse ad Vitrucum Philippum. ep. 12. l. 15. qui Neapolim secedere solitus fuisse uidetur. ep. 18. l. 9. XIIII. Cal.) Maij. epist. 5. & 7. h. l. Ibi)

conuenit. Eum)Octauium. Balbus)ep.3.l.7. Mecum)fuit idem Balbus.ep.seq. Illum)Octauium. Hereditatem)Cæsaris. ep.5.h.l. Aditurum)puto,uel potius refert Balbus. ῥιξόθεμιν)concertationem,ut uertunt docti.al ῥιζόθεμιν, capitis litem,de toto litem,ad uerbum,de radice litem, & ius, quasi ῥίζης θέμιν: nisi malit quis legere, ἐριζόθεμιν, contentionem de iure. Magnam)illum habiturum,uel illi fore. Cum Antonio)ad quē è domo Cæsaris tam multi delata fuerunt. Philip.2. Plutar.in Ant.& Dion lib.47. Buthrotia)ep.16.l.16. Quid quæris)quòd quæris,magis placet. Ad centena)ueniat, perducatur.ep.seq. Cluuianum)prædium.ep.44.l.13.& ep.3.l.16.& ep.sup. Quintus pater) Q. pater,per notam legitur. Grauis)ut ἄφατα, epist.8.lib.13. De filio)de Q. filio. Matri)Pomponiæ. Nunc)quum prius cum illa bellum gereret. epist.40.l.13. Indulgeat)repudiatæ,ut uidetur epist.13.h.l. Fuerit inimicus)epist.37.&.38.l.13. In eum) Q. filium. Misit) Q. pater. Ille) Q. filius.

CICERO ATTICO S. 11



VDIVSTERTIVS dedi ad te epistolam longiorem.nunc ad ea,quæ proxime,uelim mehercule,Asturæ Brutus. ἀκολασίαν istorum scribis.an censebas aliter? equidem etiam maiora expecto.cum equidem concionem lego de tanto uiro,de clarissimo ciue,ferre non queo.& si ista iam ad risum.sed memento:sic alitur consuetudo perditarum concionum:ut nostri illi non heroes,sed Dij futuri quidem in gloria sempiterna sint,sed non sine periculo quidem.uerum illis magna consolatio conscientia maximi,& clarissimi facti: nobis quæ? qui interfecto Rege liberi non sumus.sed hæc fortuna uiderit,quoniam ratio nō gubernat. De Cicerone,quæ scribis,iucunda mihi sunt,uelim sint prospera.quod uero curæ tibi est,ut ei suppeditetur ad usum,& cultum copiose,per mihi gratum est:idq; ut facias, te etiam rogo. De Buthrotijs, & tu recte cogitas, & ego non dimitto istam curam, suscipiam omnem etiam actionem, quam uideo quotidie faciliorem. De Cluuiano,quoniam in re mea me ipsum diligentia uincis,res ad centena perducitur.ruina rem non fecit deteriorem,haud scio an iam fructuosiorem. Hic mecum Balbus, Hircius, Pansa.modo uenit Octauius,& quidem in proximam uillam Philippi,mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me:cras mane uadit. Vale.

σχόλια



VDIVSTERTIVS) Laurent. Vallens. Epistolam)sup. Nunc ad ea)respondeo. Quæ proxime) scripsisti. Asturæ Brutus)sit ep.17.h.l. ἀκολασίαν)intemperantiam. Istorum)Antonij,& aliorum. Censebas aliter?)fore? Concionem)in qua M. Antonius Cæsarem laudauit.ep.sup. De tanto uiro,de clarissimo ciue)uerba sunt,quibus Antonius in concione usus est.ep.16.h.l.epist.21.l.15.& Philip.13. Ista)conuersa sunt. Heroes)ep.4.h.l. Dij futuri)ut penè habiti sunt Harmodius & Aristogiton.Thucyd.l.6.Plin.l.34.cap.8.Val.Max.l.2.cap.5.& Pausan. Non sine periculo)propter huiusmodi contiones,in quibus populus commouetur. Facti) cædis Cæsarianæ.ep.seq. Nobis quæ?)consolatio? Interfecto)ep.9.h.l. Rege)Cæsare,qui Rex appellari cupiebat.Philip.2.& Suet.quāuis aliter dissimularet. Liberi)uere liberi.non enim una cum libertate Remp.recuperauimus.ep.4.h.l. Non sumus)regios omnes nutus tuentes.ep.1.l.12.fam. Cicerone)meo filio.ep.7.h.l. Suppeditetur)per Xenonem.ep.18.h.l. Buthrotijs)ep.16.l.16. Istam curam)ep.sup. Cluuiano)ibid. Ad centena)ibid. Ruina)ep.9.h.l. Fructuosiorem)quoniam inita est ratio ædificandi,ut damnum quæstuosum sit.ibid. Hic)in Cumano.ep.sup. Balbus)ibid. Hircius,Pansa)Coss.Dess.ep.9.h.l. Octauius) ep.5.h.l. Proximam uillam)ep.51.l.13. Philippi)uitrici.ep.12.l.15. Mihi)cuius opera se usurum sperat aduersus Antoniū. Plutarc.in Ant. Lentulus Spinther)ep.43.l.13.& ep.14.&.15.l.12.fam. Vadit)Proquæst.in Asiam:ibid.

CICERO ATTICO S. 12



MI Attice,uereor,ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam,& odij pœnam,ac doloris.quæ mihi istinc afferuntur? quæ hic uideo? ὢ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. scis,quàm diligam Siculos,& quàm illam clientelam honestam iudicem.multa illis Cæsar,neque me inuito.& si latinitas erat non ferenda.uerūtamen. ecce autem Antonius accepta grandi pecunia,fixit legem à Dictatore comitijs latā, qua Siculi ciues Romani, cuius rei uiuo illo mentio nulla.quid? Deiotari nostri causa non similis? dignus ille quidem omni regno,sed non per Fuluiam. sexcenta similia.uerum illuc refero.tam claram,tamque testatam rem, tanque iustam Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidē magis,quo iste plura. Nobiscum hic perhonorifice,& amice Octauius? quem quidem sui Cæsarem salutabant,Philippus non, itaque ne nos quidem.quem nego posse bonum ciuem,ita multi circunstant,qui quidem nostris mortē

minitantur. negat hæc ferri posse. quid censes, cum Romam puer uenerit, ubi nostri liberatores tuto esse non possunt: qui quidem semper erunt clari, conscientia uero facti sui etiam beati. sed nos (nisi me fallit) iacebimus. itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum inquit. haud amo uel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt, ut ne apud aquas quidem acquiescere liceret. sed hoc meæ nimiæ facilitatis: nam id erat quondam quasi necesse: nunc quoquo modo se res habet, non est item, q̃ dudum. nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen, non ut delecter meis literis, sed ut eliciam tuas. tu, si quid erit de cæteris, de Bruto utique quicquid erit. hæc conscripsi X. Cal. *accubans apud Vestoriũ, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum* Vale.

σχόλια



MI Attice) uerba sunt affectus plena. Idus Martiæ) ep.1.h.l. LGitiam) ep.9.& 10.h.l. Et odij pœnam, ac doloris) & pœnam odij, ac doloris, quàm ciues à Cæsare petiuere, ut ep.13.l.1. alij, & odij plenam ac doloris. Istinc) Roma. Afferuntur) de Antonio, & alijs. Hic) in Cumano. ep.10.h.l. ὦ πράξεως) ò factum, episto. superio. & Philip.1. interpretatur ipse. καλῆς μὲν) pulchrum quidem, Philip.1. ἀτελοῦς δὲ) sed imperfectum: quippe quod libertatem quidem, sed Remp. non recuperarit. episto.4. huius libri. uel, quod Regem, non regnum de Rep. sustulerit. Philip.2. Clientelam) Verr.1. Multa illis Cæsar) concessit. Latinitas) ius latij ueteris, ut in legione Romana ius militandi haberent, magistratusque in ea plerunque gererent, ut docent recentes iurisconsulti. ut possent habere ius. quod Latinæ coloniæ, idest, ut petendi magistratus ciuitatem Romanam adipiscerentur. Ascon. in orat. in Pis. Erat nõ ferenda) al. non erat ferenda. Verũtamen) uolẽte Cæsare ferebatur. ἀποσιώπησις, ut ep.11.l.12. et ep.9. h.l. et ep.3.l.16. Ecce autem) Ascon. Verr.2. Antonius) Cos. Accepta) à Siculis. Fixit) in capitolio. Philip.2 Dictatore) Cæsare. Latam) tanquàm latam. Ciues Romani) essent. Viuo illo) Cæsare. Mentio nulla) facta fuit. Deiotari) ep.1.h.l. Causa) recuperandi, quod Cæsar abstulerat. Philip.2. Ille) Deiotarus. Fuluiam) primum P. Clodij, deinde C. Curionis, postremo M. Antonij uxorem, in cuius gynæceo Syngrapha HS. centies facta est. Philip.2. Sexcenta) ep.5.l.2. Illuc) ad causam Buthrotiam. Refero) quæ nunc scribo. Testatam) decreto ab amplissimis uiris obsignato, ep.16.l.16. Buthrotiam) ibid. Non tenebimus) quum res tam iniustæ obtineantur. Ista) quæ facit, uendit, & donat Antonius. Plura) sunt ita, ut hoc etiam debeat concedere. Hic) ep. sup. Amice) al peramice. Octauius) ep.5.h.l. Sui) domestici. Cæsarem) tanquàm Cæsaris hæredẽ. ep.5.h.l. Philippus) uitricus. ep.12.l.15. Non) non salutabat: quippe quum non placeat et nomen inuidiosæ fortunæ Cæsaris adiri. Patercul. & Suet. Ne nos quidem) salutabamus. Bonum ciuem) esse. Circunstant) ipsum Octauium. Nostris) Pompeianis, sed præsertim heroibus. Minitantur) quòd Cæsarẽ interfecerint. Negat) Octauius. Hæc) quæ fiũt. Ferri) al. fieri. Puer) Octauius XVIIII. annum ingressus. Patercul. Liberatores) τυραννοκτόνοι. ep.6.h.l. Tuto) ut ep. 9.h.l. al. tuti. Non possunt) nisi parietibus contineantur. ep.5.h.l. Conscientia) ep. sup. Facti) πράξεως. Beati) epist.5. h.l. Dij ep. sup. Vbi nec Pelopidarum) ubi nec Pelopidarum facta, neq; famam audiam. ep.11.l.15. inquit) nescioquis, qui in tragœdia loquitur, ut in Quæstura diximus. Haud amo) ut indignos, quibus quicquam credas. ep.27.l.16. fam. quod inuolenti sint. ep.1.l.16. Hos) Hircium, & Pansam. Designatos) ep.9.h.l. Coegerunt) nunc, ep.26.h.l. & ante, ep.34.l.7. fam. & ep.18.l.9. fam. Aquas) Puteolanas. Plin.l.31.cap.2. Liceret) quum tamen aquas quietis, & uoluptatis causa petamus. ep. 13.l.1. Quondam) quum desinere non licebat. ep.1. & 34.l.7. fam. Nunc) interfecto Cæsare. Non est item) necesse. Dudum) uiuo Cæsare, & nolente me personam illam deponere. Meis literis) al. his literis. De Bruto utique) perscribito: ep.9. h.l. Quicquid erit) omnia ibid. X. Cal.) Maij. ep.5. & 7.h.l. Vestorium) ep.2.l.6. In arithmeticis satis exercitatum) & ob id rationis ædificandi peritum. ep.9.h.l.

CICERO ATTICO S. 13



EPTIMO *denique die literæ mihi redditæ sunt, quæ erant à te* XIII. Cal. *datæ: quibus quæris, atque etiam me ipsum nescire arbitraris, utrum magis tumulis, prospectuque, an ambulatione* ἀλιτενεῖ *delecter. est mehercule, ut dicis, utriusq; loci tanta amœnitas, ut dubitem, utra anteponenda sit:*

Ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν, ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι.

quamuis enim tu magna, & mihi iucunda scripseris de D. Bruti *aduentu ad suas legiones, in quo spẽ maximam uideo: tamen, si est bellum ciuile futurum, quod certe erit, si* Sextus *in armis permanebit quem permansurum esse certò scio, quid nobis faciendum est, ignoro: neque enim iam licebit, quod* Cæsaris *bello licuit, neque huc, neque illuc: quencunq; enim hæc pars perditorum lætatum morte*

Cæsaris putabit(lætitiam autem apertissime tulimus omnes)hunc in hostium numero habebit. quæ res ad cædē maximā spectat. restat, ut in castra Sexti, aut, si forte, Bruti nos cōferamus. res odiosa, & aliena nostris ætatibus, & incerto exitu belli. & nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

τέκνον ἐμὸν, οὔτοι δέδοται πολεμήια ἔργα,
ἀλλὰ σύ γ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

sed hæc fors uiderit, ea, quæ talibus in rebus plus, q̄ ratio potest. nos autem id uideamus, quod in nobis ipsis esse debet, ut, quicquid acciderit, fortiter, & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus, nosque cum multum literæ, tum non minimum Idus quoque Martiæ consolentur. Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor, ita multa ueniunt in mentem in utranque partem. proficiscor, ut constitueram, legatus in Græciam. cædis impendentis periculum non nihil uitare uideor, sed casurus in aliquam uituperationem, q̄ Reip. defuerim tam graui tempore. sin autem mansero, equidem uideo in discrimine, sed accidere posse suspicor, ut prodesse possim Reip. iam illa consilia priuata sunt, quòd sentio ualde esse utile ad confirmationem Ciceronis, me illuc uenire. nec alia causa profectionis mihi ulla fuit, cum consilium cepi legari ab Cæsare tota igitur hac de re, ut soles, siquid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolam tuam: scribis enim esse rumores, me, ad lacum quod habeo, uenditurum, minusculam uero uillam utique Quinto traditurum, uel impenso pretio, quò introducatur, ut tibi Quintus F. dixerit, dotata Aquilia. ego uero de uenditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet: inuenero. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tēpore: satis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas Q. Egnatio gratias agit. à ducenda autem uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse iucundius. sed hæc quoque hactenus: redeo enim ad miseram, seu nullam potius Remp. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sex. Clodij q̄ honorifice, quod ad me attinet, ex ipsius literis cognosces: misi enim tibi exemplum: q̄ dissolute, q̄ turpiter, quamq; perniciose, ut non nunquam Cæsar desiderandus esse uideatur, facile existimabis. quæ enim Cæsar nunquam neque fecisset, neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentarijs proferuntur. ego autem Antonio facillimum me præbui: etenim ille, quoniam semel induxit animum, sibi licere quod uellet, fecisset nihilo minus me inuito. itaque mearum quoque literarum misi tibi exemplum. Vale.

σχόλια



SEPTIMO denique die)post septimum denique diem. XIII. Cal.) Maij. Tumulis) Cluuiani. ep. 9. et. 10. h. l. ἀλιτενεῖ)plana. Vtriusq; loci) montuosi, et plani. ἀλλ᾽ οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα διοτρεφὲς, εἰσορόωντες, δείδιμεν, ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι) at nō conuiuij expetendi opera curæ sunt, sed ualde magnū malū à Ioue immissum intuētes, timemus: in dubio uero seruare, an perdere: hoc est, inquit Vlysses apud Achillem Iliad. 1. conuiuium non curamus, sed detrimentum, quod imminet, prospicientes, timemus: dubijque sumus, naues ne seruare poterimus, an amittemus. ita ego quoque, inquit Cicero, has res non curo ita, ut uelim tibi de eo, quod quæris de Cluuiano, rescribere, aut plura dicere, quom timeā, dubiusque sim, Remp. seruaturi, an amissuri simus. D. Bruti) lib. 11. fam. Aduentu) in Galliam citeriorem. Philip. 3. Sextus) epist. 1. h. l. Nobis) mihi, & tibi. Faciendum est) faciendum sit, fortasse scripsit Cicero. Cæsaris bello) cum Pompeio. Licuit) mihi quidem primo tergiuersari, deinde exire ex Italia, sed tibi in urbe manere. ep. 26. h. l. Perditorum) Cæsarianorum. Lætatum) ep. 9. h. l. Omnes) omnes enim boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. Philip. 2. Sexti) epist. 1. h. l. Bruti) M. Bruti. Nostris ætatibus) ep. 26. h. l. οὔτοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήια ἔργα, ἀλλὰ σύ γ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο) non tibi fili mi data sunt bellica opera, sed tu quidem dulcia exerce opera sermonis. his uerbis Iupiter uenerem alloquitur Iliad. 5. nisi quòd Cicero ultimum mutauit uerbum, & pro γάμοιο, λόγοιο, scripsit, ut ad rem suam accommodaret. Idus quoque Martiæ) ep. 1. h. l. Deliberationem) de profectione in Græciam. ep. 7. h. l. Proficiscor) si proficiscor. Constitueram) uiuo adhuc Cæsare, uel certe mortuo. ep. 7. h. l. Legatus) libera legatione. ep. 11. l. 15. Cædis) ad quam res spectat. paulò ante. Casurus) ut postea cecidit ita, ut subaccusaretur. ep. 7. l. 16. Esse utile) proderimus enim ep. 3. lib. 16. Ciceronis) filij mei. Illuc) in Græciam, Athenas præsertim, ubi filius est. ep. 27. & 42. l. 12. Ab Cæsare) adhuc uiuo. Ad lacum) ad lacum Lucrinum, ut puto. ep. 13. h. l. & ep. 19. l. 15. Quinto) Q. fratri. Quò introducatur) μίμησις in Q. filij uerbis. Quintus F.) Q. filius, qui ferre nouercam nollet. epis. 20. h. l. Aquilia) ibid. Quintus) Q. frater. Debitione dotis) quam debet Pōponiæ, ut ego puto, repudiatæ. ep. 10. h. l. ut pridem cogitarat. ep. 2. & 3. l. 6. Q. Egnatio) Quintus Egnatio nā L. Egnatius, is

tius is, à quo nomos Quintus exprimebat, dicebatur. ep. 15. l. 10. & si alius esse poterat. Libero lectulo) cælibe uita. prouerb. Restitutione) ab exilio, quo fuerat multatus, quòd P. Clodij corpus in curiam intulerat. Ascon. in orat. pro Mil. Sext. Clodij) orat. pro dom. & pro Mil. & Philip. 1. & 2. Ipsius) Antonij. Neque fecisset) ipse. Neque passus esset) ab alijs fieri. Eius) Cæsaris. Proferuntur) Philip. 1. & 2.

Antonius Cos. S. D. Ciceroni. 14

OCCVPATIONIBVS *est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem. quam ob causam uereor, ne absentia mea leuior sit apud te. quòd si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Cæsare petij, ut Sex. Clodium restitueret: impetraui. erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius, si tu concessisses. quo magis laboro, ut tua uoluntate id per me facere nunc liceat. quòd si duriorem te eius miseræ, & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te. quanquam uideor debere tueri commentarium Cæsaris. sed mehercule si humaniter, & sapienter, et amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis, & uoles P. Clodium in optima spe puerum repositum existimare, non te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos. patere, obsecro, te, pro Rep. uideri gessisse simultatem cum patre, eius. non contempseris hanc familiam: honestius enim, & libentius deponimus inimicitias Reip. nomine susceptas, quàm contumaciæ. me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. quanquam tuam fortunã Cicero ab omni periculo abesse certum habeo. tamen arbitror malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quàm solicitam. postremo, meo iure te hoc beneficiũ rogo: nihil enim non tua causa feci. quòd si non impetro, per me Clodio daturus nõ sum: ut intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas.* Vale.

σχόλια

ANTONIVS) *M. Antonius, in quem scripsit Philippicas. Cos.) cum Dolabella. Philip. 1. & 2. Meis) ut Consulis, & Cæsariani. Profectione) ex urbe, non multò post Idus Mart. ep. 1. h. l. Sext. Clodium) ep. sup. Restitueret) ut dictator. Impetraui) à Cæsare. Tum) quũ Cæsar uiueret. Eius) Cæsaris. Si tu) cui Sext. Clodius fuit inimicus. epist. seq. Id) Sext. Clodij restitutionem. Eius) Sext. Clodij. Debere tueri) ex Senatus decreto. ep. 1. l. 12. fam. Commentarium) in quo dico unum restitutum esse Sext. Clodium, præterea neminẽ. Philip. 1. P. Clodium) P. F. & meum priuignum, qui Fuluiam eius matrem duxi uxorem. epist. 12. h. l. Te) qui cum P. Clodio patre inimicitias gesseris. Amicos paternos) qualis fuit Sext. Clodius. orat. pro dom. & pro Mil. & Ascon. Gessisse) quòd arbitrabaris ciuem perniciosum, sceleratum, & impium. Philip. 8. Cum patre) cum P. Clodio. Familiam) Claudiam patriciam. Suet. in Tiber. & si Clodius P. Fonteio homini plebeio se adoptandum dedit. orat. pro dom. Deponimus inimicitias) ut Lepidi, Fuluij, Seruilij, Luculli, Metelli. orat. de prouinc. cons. Me) ut uitricũ. Puerũ) P. Clodiũ priuignũ. Quietã) otiosam. ep. 3. l. 2. Solicitã) ut eẽt, si puer hic tibi eẽt inimicus. Feci) ut, quũ P. Clodiũ tua eã interficere uoluit: ut, quũ te Brundusij nõ interfeci. Philip. 2. Impetro) à te. Clodio) Sex. Clodio. Daturus nõ sum) hinc Philip. 2. inquit Cicero: adiurasq; id te, inuito me, nõ esse facturũ.*

Cicero Antonio Cos. S. 15

QVOD *mecum per literas agis, unam ob causam mallem coràm egisses: non enim solum ex oratione, sed etiam ex uultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses: nam cum te semper amaui, primum tuo studio, post etiam beneficio prouocatus, tum his temporibus Resp. te mihi ita commendauit, ut cariorem habeam neminem. literæ uero tuæ tum amantissime, tum honorificentissime scriptæ sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium uiderer, sed accipere à te ita petente, ut inimicum meum, necessarium tuũ me inuito seruare nolles, cum id nullo negotio facere posses. ego uero tibi istuc mi Antoni remitto, atque ita, ut me à te, cum his uerbis scripseris, liberalissime, atque honorificentissime tractatũ existimem. idq; cum totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem, tum do etiam humanitati, & naturæ meæ. nihil enim unquam non modo acerbum in me fuit, sed ne paulo quidem tristius, aut seuerius, quàm necessitas Reip. postulauit. accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odiũ fuerit unquam: semperq; ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos, præsertim humiliores, nec his præsidijs nosmetipsos esse spoliandos. nam de puero Clodio tuas parteis esse arbitror, ut eius animum*

tenerum, quemadmodum scribis, his opinionibus imbuas, ut neque inimicitias residere in familijs nostris arbitretur. contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet. nostras contentiones Resp. dijudicauit. si uiueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. quare, quoniam hoc à me sic petis, ut, quæ tua potestas est, ea neges te me inuito usurum: puero quoque hoc à me dabis, si tibi uidebitur: non quo aut ætas nostra ab illius ætate quicquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea ullam contentionem extimescat: sed ut nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus, interpellantibus enim his inimicitijs, animus tuus mihi magis patuit, quàm domus. sed hæc hactenus. illud extremum. ego, quæ te uelle, quæque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. hoc uelim tibi penitus persuadeas. Vale.

σχόλια.



QVOD mecum per literas agis) de Sext. Clodio restituendo. Fronte) prouerb. perspicere ex fronte. Tuo studio) quo meam domum uentitabas. Philip. 2. Beneficio) quod semper præ me tuli. ibid. Commendauit) ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus: ubi præclara tua fuit oratio, egregia uoluntas; & pax per te, & per liberos tuos cum præstãtissimis ciuibus confirmata est. Philip. 1. Literæ) sup. Inimicum meum) Sext. Clodium. Necessarium tuum) propter uxorem, & priuignum, epist. sup. uel propter disciplinam. Philip. 2. & Suet. de clar. Rhet. Me inuito) Philip. 2. Seruare) restituere. Facere posses) ut Cos. et qui uideris debere tueri cõmentarium Cæsaris. Clodium) Sext. Clodiũ. Humiliores) qualis erat Sext. Clodius, q egentissimus orat. pro dom. et orat. p M. Cælio, hõ sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis: ore, lingua, manu, & uita omni inquinatus dicitur. Spoliandos) ut spoliaremur, si omnicorum amicos insectaremur humiliores. nemo enim humilis aliquem comitari uellet, ne in alicuius potentioris odium ueniret. Puero Clodio) ep. sup. Tuas parteis) qui uitricus, & ob id loco patris es. P. Clodio) meo inimico. Publicam causam) Remp. cuius causa P. Clodius, & alij sunt à me lacessiti. Philip. 2. Ille suam) quippe qui omnes omnium facultates spe, & auaritia deuorasset. orat. pro dom. Contentiones) al. concertationes. Dijudicauit) præsertim quum me ad meam pristinam dignitatem reuocauit. Hoc) Sext. Clodij restitutionem. Nosmetipsi) ego, & tu. Coniunctiores) puero hoc quasi beneficio conciliato. Domus) in qua esset iste puer, & Fuluia mater. ep. 12. h. l.

CICERO ATTICO S. 16



ITERA *dum eadem ista mihi. coronatus Quintus noster Parilibus? Parilibus solus ne? etsi addis Lamiam: quod demiror equidem: sed scire cupio, qui fuerint alij. quanquam satis scio, nisi improbum neminem. explanabis igitur hoc diligentius. ego autem casu cum dedissem ad te literas VI. Cal. satis multis uerbis, tribus ferè horis post accepi tuas. & magni quidem ponderis. itaque loca tua plena facetiarum, de hæresi Vestoriana, & de Pherionum more Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere.* πολιτικώτερα *illa uideamus. ita Brutos, Cassiumque defendis, quasi eos ego reprehendam, quos satis laudare non possum. rerum ego uitia collegi, non hominum: sublato enim tyranno tyrannida manere uideo: nam quæ ille facturus non fuit, ea fiunt, ut de Clodio: de quo mihi exploratum est, illum non modo non facturum, sed etiam ne passurum quidem fuisse. sequetur Rufio Vestorianus, Victor nunquam scriptus, cæteri, quis non? cui seruire ipsi non potuimus, eius libellis paremus. nam Liberalibus quis potuit in senatum non uenire? fac id potuisse aliquo modo: num etiam cum uenissemus, libere potuimus sententiam dicere? non ne omni ratione ueterani, qui armati aderant, cum præsidij nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es. quid ergo? culpa ista Brutorum? minime illorum quidem, sed aliorum Brutorum, qui se cautos, ac sapienteis putant: quibus satis fuit lætari nonnullis etiam gratulari, nullis permanere. sed præterita omittamus: istos omni cura, præsidioque tueamur: &, quemadmodum tu præcipis, contenti Idibus Martij simus. quæ quidem nostris amicis diuinis uiris aditum ad cœlum dederunt, libertatem populo R. non dederunt. recordare tua, non ne meministi clamare te, omnia perijsse, si ille funere elatus esset? sapienter id quidem. itaque, ex eo quæ manarint, uides. Quæ scribis Calendis Iunij Antonium de prouincijs relaturum, ut & ipse Gallias habeat, & utrisque dies prorogetur: licebit ne decerni libere? si licuerit, libertatem* esse

esse recuperatam lætabor. si non licuerit, quid mihi attulerit ista domini mutatio præter lætitiam, quam oculis cepi iusto interitu tyranni? rapinas scribis ad Opis fieri, quas nos quoque tum uidebamus. ne nos & liberati ab egregijs uiris, nec liberi sumus. ita laus illorum est, culpa nostra. & hortaris me, ut historias scribam? ut colligam tanta eorum scelera, à quibus etiam nunc obsidemur? potero ne eos ipsos non laudare, qui te obsignatorem adhibuerunt? nec mehercule me raudusculum mouet, sed homines beneuolos, qualescunq; sunt, graue est insequi contumelia. sed de omnibus meis consilijs, ut scribis, existimo exploratius nos ad Cal. Iun. *statuere posse: ad quas adero, & omni ope, atque opera enitar, adiuuãte me scilicet auctoritate tua, & gratia, & summa æquitate causæ, ut de* Buthrotijs S.C. *quale scribis, fiat.* Quod *me cogitare iubes, cogitabo equidem. etsi tibi dederam superiore epistola cogitandum. tu autem quasi iam recuperata Rep. uicinis tuis Massiliensibus sua reddis, hæc armis, quæ q̃ firma habeamus, ignoro, restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.* Vale.

σχόλια



TERA dum eadem ista mihi) uerba pacuuij in iliona. l. 2. Acad. quæst. Coronatus) & tegat ornatas longa corona fores, inquit Ouid. de parilibus scribens l. 4. Fast. Quintus) Q. filius. ep. 23. h. l. Parilibus?) ab his L. Tarutius Firmanus urbis natalem diem repetebat. lib. 2. de Diuinat. celebrabantur. uero ad XII. Cal. Maias. ep. 9 l. 4. Lamiam) ep. 43. l. 13. si modo is est. Improbum) quũ se ebrium fieri sit passus, Propert. l. 4. de Tarpeiæ fabula: & coronam habuerit honoris Cæsaris causa. ep. 23. h. l. Explanabis) al. Explorabis. Literas) 13. h. l. VI. Cal.) Maias. Loca) al. ioca, quæ multa solent esse in epistolis. Philip. 2. Heresi Vestoriana) heresi, quam Vestorius in Arithmeticis satis exercitatus hic quasi instituat. epis. 12. h. l. Pherionum) heresi. alij, Phanonum. alij, Perionum. Vide an legi possit, Pyrrhoniũ, ut Pyrrhonios Philosophos significet. qui ἀπορητικοὶ sunt appellati. Laert. in Pyrrhone. ep. 6. l. 6. More Puteolano risisse) ut ridetur Puteolis, quò ueniunt homines animi, & penè ridendi causa. πολιτικώτερα) ciuiliora. ep. 6. h. l. Brutos) M. & D. Brutos. Cassium) C. Cassium. al. Cassios, C. Cassium, & Cassium Parmensem, qui ultimus ex interfectoribus Cæsaris, postea pœnas dedit. Paterc. Collegi) ep. 10. 11. & 12. h. l. Tyranno) Cæsare. Manere) uiuere. ep. 9. h. l. Ille) Cæsar tyrannus. Facturus non fuit) ep. 13. h. l. Clodio) Sex. Clodio. epist. sup. illum) Cæsarem. Ne passurum quidem fuisse) ipsum Sext. Clodium reuocari. Rufio) epist. 2. l. 5. Vestorianus) à Vestorio prius obseruatus. ibid. Victor) fortasse, Cornelius Victor, ut in ueterum monimentis legitur: uel, uictor, compos uoti. Nunquàm scriptus) nunquàm uictor scriptus, sed tantummodo uictor appellatus: uel nunquàm scriptus in commentarijs Cæsaris. Cæteri) cæteri exules sequentur. Quis non?) quis non sequetur, hoc est, reuocabitur? Non potuimus) illum interficientes. Eius) Cæsaris. Libellis) commentarijs. Philip. 1. & 2. Liberalibus) ep. 10. h. l. Non uenire?) facere, ut non ueniret, quum à M. Antonio cogeretur? Fac id potuisse aliquo mõ) nõ uenire, hoc est, liberũ fuisse, siue qs ueniret: siue nõ ueniret. uel M. Antoniũ id facere debuisse. alij, fac id oportuisse aliquo mõ. Venissemus) in senatum in ædem Telluris. Philip. 1. Defendendi fuerunt?) ut illis caueretur? ibid. Sessionem capitolinam) sessionem, qua usi sunt, qui dare operam debebãt, ut senatus à Prætt. in capitolium uocaretur. ep. 10. h. l. Non placuisse) nam Dij immortales quæ tum opera effici potuerunt? ibid. Illorum quidem) Brutorum, qui Cæsarem interfecerunt. Aliorum brutorum) aliorum, qui se quasi Brutos uolunt existimari: uel qui uere sunt Bruti, hoc est, turpes, ut sit iocus ex ambiguo. Letari) Cæsaris morte. ep. 9. h. l. Istos) Brutos, & Cassium. Præcipis) al. petis. Idibus Martij) ep. 1. h. l. Nostris amicis) Brutis, Cassio, & reliquis. Duiris) heroibus. ep. 4. h. l. Aditum ad cœlum dederunt) ut Dij fieri possint. ep. 11. h. l. Libertatem) ueram, non recuperata Rep. ep. 4. h. l. Tua) uerba. Ille) Cæsar. Funere elatus esset?) ep. 10. h. l. Calendis Iunij) quibus futurus est senatus. Philip. 1. & 2. & ep. 19. h. l. Antonium) ep. 14. h. l. Gallias) citeriorem, et ulteriorem. Vtrisque) Gallijs. Domini) tyranni. Mutatio) à Cæsare ad Antonium. Ad opis) ad Opis ædem, ubi erat septies millies HS. Philip. 2. & Paterc. ubi uero esset, P. Victor reg. 8. Tum uidebamus) quum Romæ essemus. Ne nos) al. nec nos. rectius fortasse, ne nos, ut sit ἀνταπάκλασις, uel ὀξύμωρον, liberati nec liberi. Illorum) Brutorum, & aliorum, qui, quantum in ipsis fuit, nos liberarunt. Culpa nostra) qui tyranni etiam facta defendimus. ep. 9. h. l. Hortaris) ep. 2. l. 15. epis. 11. l. 16. & lib. 1. de legibus. Eorum) Cæsarianorũ. Non laudare) in historia. Adhibuerũt?) ep. 3. h. l. Raudusculum) æs. ep. 8. l. 4. pecunia mihi ab illis in testamentis relicta. Mouet) ut eos laudem. Beneuolos) quales illi uidentur, qui nos hæredes instituunt. Qualescunque sunt) etiamsi Cæsariani sint, & mali. Adero) ut sim in senatu. Buthrotijs) ep. 16. l. 16. Fiat) quid postea factum fuerit, uidebis ep. 18. l. 16. Cogitare) de profectione in Græciam. ep. 13. h. l. Superiore epistola) ad te scripta. nam inter hanc & illam duæ intersunt, sed non ad Atticum scriptæ. Cogitandum) deliberandum. epist. 13. h. l. Vicinis tuis) nam Attica, unde dictus est Atticus, & Phocis, unde profecti sunt Massilienses, sunt uicinæ. Sua) quæ omnia præter libertatem Cæsar abstulerat. Flor. lib. 4. cap. 2. Oros. l. 6. cap. 15. & Dion lib. 41. Reddis) reddenda indicas, ut postea se reddituros Hircius, & Pansa pollicebantur. Philip. 13. Firma) contra Cæsarianos, ut Antonium, ibid. & Q. Fusium Calenum. Philip. 8. Habeamus) nos optimates. Autoritate) quæ nulla sit, Antonio ad libidinem suam Remp. uexante.

CICERO ATTICO S. 17

EPISTOLA *breuis, quæ postea ad te scripta est, sanè mihi fuit iucunda de Bruti ad Antonium, & de eiusdem ad te literis. posse uidentur esse meliora, quàm adhuc fuerint: sed nobis, ubi simus, & quo iam nos conferamus, prouidendum est. o mirificum* Dola*bellam meum: iam enim dico meũ, antea (crede mihi) subdubitabam. magnã* ἀναθεώρησιν *res habet. de saxo, in crucem, columnã tollere, locum illum sternendum locare. quid quæris? heroica. sustulisse mihi uidetur simulationem desiderij, adbuc quæ serpebat in dies, & inueterata, uerebar, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. nunc prorsus assentior tuis literis, speroq; meliora. quanquam istos ferre nõ possum: qui dum se pacem uelle simulant, acta nefaria defendunt. sed non possunt omnia simul. incipit res melius ire, quàm putaram. necuero discedam, nisi cum tu id me honeste putabis facere posse.* Bruto *certe meo nullo loco deero. idq;, etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter eius singularem, incredibilemq; uirtutem.* Piliæ *nostræ uillam totam, quæq; in uilla sunt, trado, in* Pompeianum *ipse proficiscens* Calendis Maij *quàm uelim* Bruto *persuadeas, ut* Asturæ *sit.* Vale.

σχόλια

EPISTOLA) *tua. Postea) post superioreis tuas literas. Ad te) al. à te. recte. De) de literis. Bruti) M. Bruti. Ad Antonium) ep. 2. l. 11. fam. Eiusdem) Bruti. Prouidẽdum est) ep. 13. h. l. Dolabellam) Cos. ep. 21. h. l. Meum) nunc amicum, olim generum. ep. 6. l. 6. Subdubitabam) an meum uocarẽ, ueritus, ne et ipse nimis Cæsarianus esset.* ἀναθεώρησιν) *contemplationem. ep. seq. & ep. 22. l. 9. Res) animaduersio Dolabellæ. Philip. 1. De saxo) proponere, se de saxo Tarpeio eos, qui rursus bustum in foro facere tentarint; aut tumultum excitarint, deiecturum. ep. seq. illinc enim damnati deijciebantur. Plutar. in Rom. unde Catinus olim Metellum uoluit præcipitare. Plin. l. 7. cap. 44. In crucem) sublaturum. proposita est enim crux, uel saxum. ep. seq. Columnam) quam uocat execratam Philip. 1. Tollere) euertere. ibid. sed hoc loco, tollere maluit dicere, ut quodam quasi ioco ex ambigui genere, columnam de saxo in crucem tollere, coniungeret. nam tolluntur damnati de saxo, quum deijciuntur: tolluntur item in crucem, quum suspenduntur. tollitur quoque columna de saxo, quum quasi è basi deijcitur: tollitur etiam in crucem, quum machinis quibusdam, quæ crucem referunt, deijcitur, uel detecta ijsdem imponitur. Heroica) sunt ista. Videtur) Dolabella. Simulationem desiderij) simulationem, qua simulabat se Cæsarem desiderare, ne Cæsariani sibi Consulatum adeunti aduersarentur. Periculosa) si uterque Cos. moleste ferre Cæsaris desiderium uideretur. Tyrannoctonis) epist. 6. h. l. Istos) Cæsarianos. Acta) Cæsaris. Philip. 1. & 2. Non possunt) fieri. Discedam) in Græciam. ep. 13. h. l. & si paulò ante scripsit, sibi prouidendum esse, quò se conferat. Deero) ep. seq. Trado) ibid. Quàm uellim) al. quam primum uelim. Asturæ sit) ep. 11. & 23. h. l.*

CICERO ATTICO S. 18

QVINTO Non. conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum epicopum has dedi literas, cum Piliæ nostræ uillam ad Lucrinum, uillicosq; procuratores tradidissem. ipse autem eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam, perpaucis diebus in Pompeianum, post in hæc Puteolana, & Cumana regna renauigare. o loca cæteroqui ualde expetenda, interpellantium autem multitudine penè fugienda. Sed ad rem ut ueniam, o Dolabellæ nostri magnam ἀριστείαν. quanta est ἀναθεώρησις? equidem laudare eum, & hortari non desisto. rectè tu omnibus epistolis significas, quid de re, quid de uiro sentias. mihi quidem uidetur Brutus noster iam uel coronam aureã per forum ferre posse. quis enim audeat uiolare, proposita cruce, uel saxo? præsertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum? nunc mi Attice me fac ut expedias. cupio, cum Bruto nostro affatim satisfecerim, excurrere in Græciam. magni interest Ciceronis, uel mea potius, uel mehercule utriusque, me interuenire discenti. nam epistola Leonidæ, quam ad me misisti, quid habet quæso, in quo magnopere lætemur? nunquam ille mihi satis laudari uidebitur, cum ita laudabitur, QVOMODO NVNC EST. non est fidentis hoc testimonium, sed potius timẽtis. Herodi autem mandaram, ut mihi κατὰ μίτον scriberet: à quo adhuc nulla litera est. uereor, ne nihil habuerit, quod mihi, cum cognossem, iucundum putaret fore. Quòd ad Xenonem scripsisti, ualde mihi gratum est: nihil enim deesse Ciceroni, tum ad officium, tum ad existimationem meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romæ esse. ad eum scripsi, me tibi mandasse per literas, ut

de Montani negotio cum eo loquere, & uelim cures epistolam, quam ad eum misi, reddendam, & ipse (quod commodo tuo fiat) cum eo colloquare. puto, siquid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne pro se quodammodo dependatur. De Attica pergratum mihi fecisti, quòd curasti, ante scirem recte esse, q̃ non belle fuisse. Vale.

σχόλια



VINTO Non.) Maij. hortis Cluuianis) ep. 44. l. 13. Phaselum) nauigium Campanum. Nonius scribit Pasellum. Epicopum) ἐπίκωπον, ἐπήρετμον. nauticum, ad remigandum aptum epist. 11. l. 5. al. episcopum, quasi speculatorium. ep. 10. l. 7. Ad Lucrinum) ep. 9. l. 4. ad lacum, ep. 13. h. l. in Cumano. ep. seq. Pæti) ep. 17. l. 1. Nostri) mei, & tui, ep. 26. l. 9. fam. Tyrotarichum) ep. 8. l. 4. Regna) ὑπερβολή quædam ex affectu, ut apud poetam: post aliquot, mea regna uidens, mirabor aristas. Cæteroqui) al. cætera quàm. Interpellantium) epis. 13. l. 15. ἀριστεῖαν) ep. 9. l. 16. rem pro qua ἀριστεῖον dari debeat: uel rem pro optimatibus gestam, quum animaduertit in eos, qui bustum in foro faciebant. Philip. 1. ἀνεωθεώρησις) contemplatio! ep. sup. Eum) Dolabellam. Hortari) ut optimatum partes, ut cœpit, sequatur. De re) de Dolabellæ animaduersione. De uiro) Dolabella. Brutus) M. Brutus. Coronam auream) quam qua ferunt, quamuis tuti uideantur, necesse est tamen à latronibus timeã: uel quòd sit dignus triumpho, quo decreto, aurum etiam coronarium decernitur. orat. in Pis. & aureæ erant triumphales coronæ. Gell. lib. 5. cap. 6. nisi quis malit ad ludos referre, quos et faciebant, & spectabant coronati. et ludi Bruti his tẽporibus instabant. ep. 4. l. 16. Per forũ) nedum intra parietes, ut ep. 5. h. l. quòd si ad triumphum quasi referas, triumphantes de foro in Capitolium currum flectebant. Verr. 7. Ferre posse) tuto. ep. 9. h. l. Violare) Brutum. Proposita) seditiosis à Dolabella. ep. sup. Cruce, uel saxo) ibid. Plausibus) Dolabellæ datis, quum studia omnium ordinum eius laudi, & gratulationi se obtulerint. Philip. 1. Infimorum!) quibus ea res fuit gratissima. ep. 21. h. l. Expedias) ex mea deliberatione. ep. 13. h. l. Bruto) cui nullo loco deesse uolo. ep. sup. Interest Ciceronis) utile est ad confirmationem Ciceronis, ep. 13. h. l. Discenti) sub Cratippo. l. 1. de. off. Leonidæ) ep. 22. h. l. et epist. 21. l. 16. fam. Ille) Cicero filius. Quomodo nunc est) uerba Leonidæ, qui ita scribebat: quomodo nunc est, Cicero filius laudandus est: adhuc laudandus est: adhuc eum non possum non laudare: aut quid simile. epist. 22. h. l. & ep. 17. l. 15. Timentis) quum quidem nunc laudet, sed, an futurum sit, ut iure posit ille laudari, timere, et dubitare uideatur. Herodi) ep. 2. l. 2. ep. 22. h. l. & Plutar. in Cic. κατὰ μίτον) per filum, singillatim. de singulis rebus: ut κατὰ λεπτὸν. ep. 13. l. 2. atque hoc ipsum μεταφορικῶς. Xenonem) ep. 13. l. 5. Scripsisti) ut Ciceroni pecuniam curaret, & præberet. ep. 1. l. 16. Nihil eum deesse Ciceroni) ep. 7. h. l. Flamman Flamminium) ep. 24. l. 16. fam. Montani) qui præs pro ipso Flãminio est. ep. 42. l. 12. Ne pro se) cui ut rem gratam faceret, præs est factus. Quodãmodo) quum primum dependatur, licet postea repetatur ex eo, p quo dependitur. Dependatur) à Montano præde, quod ille Planco debet. ep. 42. l. 12.

CICERO. ATTICO S. 19



N Pompeianum ueni V. Cal. Maij, cum pridie (ut antea ad te scripsi) Piliam in Cumano collocauissem. ibi mihi cœnanti literæ tuæ sunt redditæ, quas dederas Demetrio liberto prid. Cal. in quibus multa sapienter, sed tamen talia (quemadmodum tute scribebas) ut omne consilium in fortuna positum uideretur. itaque bis de rebus ex tempore, & coràm. De Buthrotio negotio utinam quidem Antonium conueniam: multum profecto proficiam. sed non arbitrantur eum a Capua declinaturum. quo quidem metuo ne magno Reip. malo uenerit. quod idem L. Cæsari uidebatur, quem pridie Neapoli affectum grauiter uideram. quam ob rem ista nobis ad Cal. Iun. tractanda, & perficienda sunt. sed hactenus. Vale.

σχόλια



N Pompeianum) ep. sup. V. Cal. Maij) si uel Cal. Maij profectus, ep. 17. h. l. uel V. Non. Maij conscendit, ep. sup. non potuit in Pompeianum uenire V. Cal. Maij, quoniam dies hæc multo est illis superior. Quare non uereor, quin legendum sit, V. Non. Maij, ut quo die conscendit, eodem in Pompeianum uenerit. uel utrobique legatur: VI. Non. Maij, ut paulò post, pridie, recte sit positum. Pridie) Calendis ipsis Maij. epist. 17. h. l. Scripsi) ibid. & ep. sup. In Cumano) ad Lucrinum. ep. sup. Ibi) in Pompeiano. Demetrio liberto) fortasse Pompeij. epist. 10. l. 4. Prid. Cal.) Maij. Coràm) loquemur. Buthrotio negotio) ep. 16. l. 16. Antonium) Cos. ep. 14. h. l. Eum) Antonium. A Capua) quam deducere conatur. Philip. 2. Declinaturum) ita, ut illum conuenire possim. L. Cæsari) ep. 21. h. l. Affectum) ægrotum. ibid. Ad Cal. Iun.) ep. 16. h. l. Tractanda) in senatu. ibid.

CICERO ATTICO S. 20



VINTVS *filius ad patrem acerbissimas literas misit: quæ sunt ei redditæ, cum uenissemus in Pompeianum: quarum tamen erat caput, Aquiliam nouercam non esse laturum. sed hoc tolerabile fortasse, illud uero: se ab Cæsare habuisse omnia, nihil*

à patre, reliqua sperare ab Antonio. ô perditum hominem. sed μελήσει. Ad Brutum nostrum, & Cassium, & ad Dolabellam epistolas scripsi. earum exempla tibi misi, non ut deliberarem, reddendæ ne essent (planè enim iudico esse reddendas) sed quòd non dubito, quin tu idem existimaturus sis. Ciceroni meo mi Attice suppeditabis, quantum uidebitur, meq; tibi hoc onus imponere patiere. quæ adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Librum meum illum ἀνέκδοτον non dum, ut uolui, perpolui. ista uero, quæ tu contexi uis, aliud quoddam separatum uolumen expectant, ego autem(credas mihi uelim)minore periculo existimo contra illas nefarias parteis uiuo tyranno dici potuisse, quàm mortuo: ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter: nunc quacunque nos commouimus, ad Cæsaris non modo acta, uerũ etiam cogitata reuocamur. De Montano, quoniam Flamma uenit, uidebis, puto rem meliore loco esse debere. Vale.

σχόλια



QVINTVS filius) Q. filius. Patrem) Q. fratrem. Ei) Q. fratri. Aquiliam nouercam) ep.13.h.l. Illud uero!) quomodo ferri potest! Hominem) Q. Filium. μελήσει) erit curæ. epi.3.l.12. sic Aristoph. in Pace: ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γε. Brutum) M. Brutum. Cassium) C. Cassium. episto.16. huius libri. Dolabellam) ep. seq. Ciceroni meo) filio. Suppeditabis) per Xenonem. ep.18.h.l. Fecisti) scribens ad Xenonem. ibid. Librum meum illum) de temporibus meis. ep. longa ad Lentul. in quo est expositio meorum consiliorum. Ascon. in orat. contra Ant. & Catil. & Dion lib.39. ἀνέκδοτον) non editum. ep.6.l.2. quippe quum nec edendum putem. ep. longa ad Lentul. & sanè nec uiuus edidit, sed filio edendum rel. quit. Dion lib.39. Ista) quæ fiunt à Cæsarianis. Contexi) in eo libro. al. connecti. vis) hortaris. epist.16 h.l. Illas) Cæsarianas. Tyranno) Cæsare, qui clemens erat, quum isti sint crudeles. Ille) Cæsar. Me quidem) etiam dictis mordẽtem. ep.16.l.9. fam. Acta) Philip.1. facta ep.9.h.l. Cogitata) quasi cogitata. ep.1.l.12. fam. Reuocamur) præsertim ab Antonio, qui se debere tueri Cæsaris commentaria dicat. epist.14.h.l. Montano) Montani negotio. ep. sup. Flamma) ibid. Venit) Romam. ibid.

Cicero Dolabellæ Cos. suo S. 21



ETSI contentus eram mi Dolabella tua gloria, satisq; ex ea magnam lætitiam, uoluptatemq; capiebam: tamen non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quòd uulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. neminem conueni(conuenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi uiri, qui ualetudinis causa in hæc loca ueniant, præterea ex municipijs frequentes necessarij mei) quin omnes, cũ te summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant: negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis, & consilijs obtemperans, præstantissimum te ciuem, & singularem Consulem præbeas. quibus ego quanquam uerissime possim respondere, te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio: tamen neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consilijs profecta uideatur: neque ualde nego: sum enim auidior, etiam q̃ satis est, gloriæ. & tamen non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni Regi Regum fuit honestum, habere aliquem in consilijs capiendis Nestorem: mihi uero gloriosum, te iuuenem Consulem florere laudibus quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neapolim uenissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen ante, q̃ me plane salutauit, ô mi Cicero, inquit gratulor tibi, cum tantum uales apud Dolabellam quantum si ego apud sororis filium ualerem, iam salui esse possemus. Dolabellæ uero tuo & gratulor, & gratias ago, quem quidem post te Consulem, solum possum uere Consulem dicere. deinde multa de facto, ac de re gesta: tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum unquam, nihil Reip. salutarius. atque hæc una uox omnium est. à te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere, meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare. quanquam mi Dolabella(hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas, si modo sunt aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis: nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti, tum his tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius: nihil est enim(mihi crede) uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. semper amaui, ut scis, M. Brutum propter eius summum ingenium, suauis

simos mores, singularem probitatem, atque constantiam: tamen Idibus Martij tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum etiam uidebatur. quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare uidear, antea dilexisse. quare quid est, quod ego te horter, ut dignitati, & gloriæ seruias? proponam tibi claros uiros, quod facere solent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quàm te ipsum. te imitere oportet, tecum ipse certes. nec licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse. quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est: contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. hoc si tibi fortuna quadam contigisset gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine tum animi, tum etiam ingenij, atque consilij: legi enim concionem tuam: nihil illa sapientius: ita pedetentim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium consensu daret. liberasti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu: neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. quo facto intelligere debes, in te positam esse Remp. tibiq; non modo tuendos, sed etiam ornandos illos uiros, à quibus initiũ libertatis profectum est. sed his de rebus corã plura propediem, ut spero. tu quoniam Remp. nosq; conseruas, fac, ut diligentissime te ipsum mi Dolabella custodias. Vale.

σχόλια

DOLABELLAE Cos.) ep.14.l 9.fam. Suo) sic Plinius sæpe, Cicero non sæpe, & penè nunquam, nisi forte aliquando ad Tironem scribens. ep.18.l.16.fam. & iterum ad Dolabellam, & Hircium. ep.6. & .14.l.15. & ep.18.l.16. Tua gloria) quam tollenda columna, locoque sternendo es adeptus. Philip.1. & ep.17. & .18. h.l. In hæc loca uenitant) al. in his locis conuenitant. quæ uero sint hæc loca, uide ep.18.h.l. Meis præceptis, & consilijs) mihi ut autori ep.14.l.16. Verissime possim) al. uerissime possum. Regi Regum) βασιλεῖ τῶν βασιλέων, ut à Græcis dicitur: cuius illa fuit. εὐχὴ. τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν. Homer. Iliad. B. & Aristot. lib.3. Polit. L. quidem Cæsar) qui Cos. fuit cum C. Martio figulo. ep.2.l.1. Aegrotum) affectum. ep.19.h.l. Neapolim) ibid. Sororis) Iuliæ. Filium) M. Antonium. Philip.2. Possum uere) al. possumus uere. Facto) tuo, πράξει, ut ep.12.h.l. Gesta) à te. Salutarius) dixit. al. salutarius testatus est. Transfuderim) sic requirit sequens uerbũ, exhauserim, ut sit quasi ἀντίθετον. al. transtulerim. Factis) πράξεσι. Amore fuerit) al. amore me fuerit. Idibus Martij) ep.1.h.l. Proponam) al. proponas. Nec licet) al. non licet. Animaduersionis) Philip.1. Infimo cuique) ep.18.h.l. Legi enim concionem) & emendaui. Quintil. lib.8. cap.2. & si alteram habuit Dolabella. ep.24.h.l. Pedetentim tum) al. pedetentim, & gradatim tum. Consensu) al. concessu. Periculo) incendij. ep.10.h.l. Metu) seditionis, quam serperet in urbe infinitum malum. Philip.1. Illos uiros) Brutos, Cassium, & reliquos. epist.16.h.l. Initium libertatis) Rep. non recuperata. episto.4.h.lib. Profectum est) interfecto tyranno. episto.9.h.lib. Custodias) præsertim contra M. Antonium tunc ueterem inimicum, Philip.1. quamuis inimicitias deposuerit. Philip.5.

CICERO ATTICO .S 22

SAEPIVS me iam agitas, quòd rem gestam Dolabellæ nimis in cœlum uidear efferre. ego autem, quanquam sanè probo factum, tamen, ut tantopere laudarem, adductus sum tuis & unis, & alteris literis. sed totum se à te abalienauit Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. o hominem pudentem. Cal. Ian. debuit: adhuc non soluit, præsertim cum se maximo ære alieno Faberij manu liberarit, & opem ab eo petierit: licet enim iocari, ne me ualde conturbatum putes. atque ego ad eum VIII. Id. literas dederam bene mane. eodem autem die tuas literas uesperi acceperam in Pompeiano, sane celeriter, tertio abs te die. sed, ut ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi: quæ si nihil profecerint, puto fore, ut me præsentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De Petulciano nomine, quòd mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi uidebar reliquisse: cuius non sine magna culpa uacillarunt. sed cum ipso uidero. De Montano, ut sæpe ad te scripsi, erit tibi tota res curæ. Seruius proficiscens quòd desperanter tecum locutus est, minime miror, neque ei quicquam in desperatione concedo. Brutus

noster singularis uir si in senatum non est Cal. Iun. uenturus, quid facturus sit in foro, nescio. sed hoc ipse melius. ego ex his, quę parari uideo, non multum Idibus Martijs profectum iudico. itaque de Græcia quotidie magis, & magis cogito: nec enim Bruto meo exilium, ut scribis ipse, meditanti uideo quid prodesse possum. Leonidæ me literæ non satis delectarunt. De Herode tibi assentior Saufeium legisse uellem. Vale.

σχόλια



SAEPIUS me iam agitas) per literas. Rem gestam) ep. 17. & 18. h. l. d Efferre) ibi. & ep. sup. Factum) πρᾶξιν. Literis) ex quibus tribuo, quicquid tribuo. ep. seq. A te) qui meo nomine petebas. ibid. Ea de causa) quòd non soluit. Hominem) Dolabellam. Pudentem) εἰρωνικῶς. al. impudentem. Debuit) mihi. ep. seq. Adhuc) quatuor mensibus iam finitis. Alieno) ex ambiguo: quod alijs debebat, & quod aliorũ erat. Philip. 1. & 2. Faberij) qui res Cæsaris procurarat. ep. 24. l. 12. & eius scriba fuerat. Appian. l. 3. Manu) qua chirographa sunt scripta: uel qua pecunia numerata, aut è Cæsaris domo delata est. Liberarit) ut debitor, & ut adulter. Antonius enim dicebat, hanc sibi cum Dolabella odij causam, quòd ab eo sorori, & uxori suæ stuprum oblatum esse comperisset. Philip. 2. & adultero dant sæpe pro corpore numos, ut inquit Orat. Dolabella tamen non dederat, sed Antonio auferenti non fuerat aduersatus, atque adeo aliquid & ipse acceperat, ut merito pecunia emptus dicatur ep. 14. l. 16. Opem) auxilium, & Opis ædem. ep. 16. h. l. nos in Quæstura plura diximus. Petierit) postularit, & adierit. & ita his omnibus in uerbis est iocus ex ambiguo. Ad eum) Dolabellam. VIII. Id.) Maij. In Pompeiano) ep. 19. h. l. Profecerint) ad eum mouendum, ut soluat. Albianum) epist. 14. l. 13. Petulciano) Petulcij cuiusdam. Erotem) ep. 15. l. 10. Factum) quasi aptum. Vacillarunt) ista negotia. al. uacillatum. Cum ipso) Erote. Montano) Montani negotio. epist. 13. h. l. Seruius) Ser. Sulpitius. l. 4. fam. Proficiscens) ex urbe. Brutus) M. Brutus. Cal. Iun.) ep. 16. h. l. Venturus) M. Antonio non permittente. In foro) ep. 18. h. l. Ipse Brutus. Melius) considerabit. Non multum) ep. 12. h. l. Idibus Martijs) ep. 1. h. l. Profectum) quum Remp. non recuperauerimus. ep. 4. h. l. De Græcia) de profectione in Græciam. ep. 13. h. l. Scribis ipse) scribit ipse, malo legere ex epist. seq. Meditanti) ibid. Prodesse possim) etiamsi cupio nullo loco ei deesse. ep. 17. & 18. h. l. Leonidæ) ep. 18. h. l. Herode ibid. Saufeium) ep. 1. l. 7. Legisse) illas literas. Vellem) al. uellem. ego ex Pompeiano VI. Id. Maij cogitabam. & sané ita fecit postea. ep. 24. h. l.

CICERO ATTICO S. 23



EGO *ex Pompeiano accepi binas à te literas, alteras sexto die, alteras quarto. ad superiores igitur prius. quàm mihi iucundum opportune tibi Barnachum literas reddidisse. tu uero cum Cassio, ut cætera. quã commode autem, quòd id ipsum, quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram, exemplumq; mearum literarum ad te miserã. sed cum Dolabellę auaritia, sic enim tu ad me scripseras, magna desperatione affectus essem, ecce tibi & Bruti, & tuæ literæ. ille exilium meditari. nos autem alium portum propiorem huic ætati uidebamus: in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto nostro, constitutaq; Rep. sed nunc quidem, ut scribis, non utrum uis: assentires enim mihi, nostram ætatem præsertim à castris ciuilibus abhorrere.* M. Antonius *ad me tantum de* Clodio *rescripsit, meam lenitatem, & clementiam & sibi esse gratam, & mihi uoluptati magnæ fore. sed* Pansa *furere uidetur de* Clodio, *itemque de* Deiotaro, *& loquitur seuere, si uelis credere. illud tamen non belle, ut mihi quidem uidetur, quòd factum* Dolabellæ *uehementer improbat.* De *coronatis, cum sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit, se coronam habuisse honoris* Cæsaris *causa, posuisse luctus gratia: postremo se libenter uituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum* Cæsarem. Ad Dolabellam, *quemadmodum tibi dicis placere, scripsi diligenter. ego etiam ad* Siccam. *tibi hoc oneris non impono. nolo te illum iratum habere.* Seruij *orationem cognosco: in qua plus timoris uideo, quàm consilij. sed quoniam perterriti omnes sumus, assentior* Seruio. Publilius *tecum tricatus est: huc enim* Cerelia *missa ab istis est legata ad me: cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere.* Antoniũ *si uidero, accurate agam de* Butbroto. Venio *ad recentiores literas. quanquam de* Seruio *iam rescripsi me facere magnam* πρᾶξιν Dolabellæ. *mihi mehercule ita uidetur, non potuisse maior tali re, talique tempore. sed tamen quicquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis. tibi uero assentior maiorem* πρᾶξιν *eius fore, si mihi, quod debuit, dissoluerit.* Brutus *uelim sit* Asturæ. Quod *autem laudas me, quòd nihil ante de profectione constituam, quàm, ista quò euasura sint, uidero: muto sententiam.*

neque quicquam tamen ante, q̃ te uidero. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo. cui quidem ego totam uillam, cellamque tradidi, eamque cogitabam V. Id uidere. tu Atticæ salutem dices. nos Piliam diligenter tuebimur. Vale.

σχόλια

EGO ex Pompeiano accepi) extrema epistola superior cum hac prima confusa est. al. Nonis Maijs, quum essem in Pompeiano, accepi. recte. nisi forte dies moueat, quum ep. sup. VIII. Id. hic Non. se literas ab Attico accepisse scribat. fieri tamen potuit, ut posterioribus tunc responderit, nunc uero ad superiores rescribat. Barnachum) nescioquem. Cassio) C. Cassio. Vt cætera) agis. Quàm commode) accidit? Ad eum) C. Cassium. Scripseram) epist. 10. h. l. Dolabellæ) al. ex Dolabellæ. rectius. Auaritia) qua se à te abalienauit, & me sibi inimicissimum reddidit. ep. sup. Scripseras) auarum esse Dolabellam, quum prodigus potius sit appellandus. quippe quum Antonij similis dicatur Philip. 11. & sibi parum utilis ep. 13. l. 8. fam. & de tabulis nouis, ut ære alieno pressus, cogitasse, & legem ferre noluisse epist. 23. l. 11. Desperatione) in qua Seruio non concedo. ep. sup. Affectus essem) quum exigere nomen ab eo non possem. Bruti) M. Bruti. Ille) M. Brutus. Meditari) se scribit. ep. sup. dum Resp. constet concordia. Patercul. Alium portum) Athenas, Græciam, ep. 13. h. l. uel potius mortem. Huic æstati) iam pene actæ. ep. 2. ad M. Brutum. Vt scribis) quum me cogitare iubes. ep. 16 h. l. Non utrum uis) semper facere decet. Abhorrere) ep. 13. h. l. M. Antonius) Cos. epi. 14. h. l. De Clodio) de Sext. Clodio. ibid. Lenitatem) in remittendo. ep. 15. h. l. Pansa) Cos. Des. ep. 9. h. l. Videtur) mihi, qui nunc cum illo uiuo. ep. seq. De Clodio) de restitutione Sext. Clodij. ep. 13. h. l. Deiotaro) ep. 11. h. l. Si uelis credere) illi Pansæ Cæsariano, & uinolento. ep. 1. l. 16. Factum) πρᾶξιν. ep. 17. h. l. Improbat) ut Cæsarianus, quum omnibus alijs sit res gratissima. epis. 21. h. l. Coronatis) epist. 16. h. l. Sororis tuæ) Pomponiæ. Filius) Q. filius. Patre) Q. fratre. Accusatus esset) per literas, quòd Parilibus coronatus fuisset. ep. 16. h. l. Rescripsit) Q. filius ad patrem. Cæsaris) à quo se habuisse omnia prædicat. epis. 20. h. l. Amaret etiam mortuum Cæsarem) ferè ut C. Matius. ep. 28. l. 11. fam. Scripsi diligenter) de nomine. ep. sup. Ego etiã) scripsi, ut Dolabellam appellet. Siccam) episto. 19. l. 12. Hoc oneris) appellandi Dolabellæ. Illum) Dolabellam. Iratum) abalienatum. episto. sup. Seruij) ep. sup. Orationem) fortasse habitam, ne qua tabula post Idus Mart. ullius decreti Cæsaris, aut beneficij figeretur. Philip. 1. nisi aliam significat de pace habitam. ep. 6. l. 15. Timoris) nam Seruius natura timidus erat. ep. 15. l. 10. Publilius) ep. 27. l. 12. Tricatus est) ep. 13. l. 15. urgebat enim Publilius ipse. epis. 2. & 6. l. 16. qui sint tricones, Nonius. Cerelia) ep. 42. l. 11. Ab istis) Publilio, Publilia, & matre. ep. 17. l. 12. Persuasi) & ita satisfeci epis. 1 l. 15. Ne licere quidem) ad me uenire. sic ep. 27. l. 12. Antonium) Cos. ep. 14. h. l. Videro) conuenero. ep. 19. h. l. Buthroto) ep. 16. l. 16. Magnam πρᾶξιν) magnum factum. epis. 17. h. l. Tali re) tali animaduersione. Philip. 1. Ei) Dolabellæ. Ex tuis literis) quibus adductus sum, ut eum tantopere laudarem. epis. sup. Maiorem πρᾶξιν) maius factum. Eius) Dolabellæ. Debuit) Cal. Ian. ep. sup. & ep. 14. l. 16. Sit Asturæ) ep. 17. h. l. De profectione) in Græciam. ep. 13. h. l. De matre) Pilia in Cumano collocata. ep. 19. h. l. Tradidi) ep. 18. h. l. V. Id.) Maij.

CICERO ATTICO S. 24

E POMPEIANO naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Id. hora ferè tertia. egressus autem è naui, accepi tuas literas, quas tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, Nonis Maij datas, à Lucullo postridie eadem ferè hora, qua ueni, VII. Id, Lanuuio datas. audi igitur ad omneis. primum quæ de re mea gesta & in solutione, & in Albiano negotio, grata. de tuo autem, cum in Pompeiano essem, Missenum uenit Antonius: inde ante discessit, q̃ illum uenisse audissem: à quo in Samnium. uide quid speres. Romæ igitur de Buthroto. L. Antonij horribilis concio, Dolabellæ præclara. iam uel sibi habeat numos, modo numeret Idibus. Tertullæ nollem abortum: tam enim Cassij sunt iam, q̃ Bruti serendi. De Regina uelim, atque etiam de Cæsare illo. persolui primæ epistolæ. uenio ad secundam. De Quintis, Buthroto, cum uenero, ut scribis. Quòd Ciceroni suppeditas, gratum. Quòd errare me putas, qui Remp. putem pendere è Bruto: sic se res habet: aut nulla erit, aut ab isto, istis'ue seruabitur. Quod me hortaris, ut scriptã concionẽ mittã: accipe à me mi Attice καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus satis exercitati sumus. nemo unquam neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorẽ, q̃ se arbitraretur. hoc etiam malis contigit: q̃d tu Bruto putas & ingenioso, & erudito: de quo etiam experti sumus nuper in edicto. scripseram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum. quin etiã cum ipsius precibus pene adductus, scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiã tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. quare sine quæso sibi quenque scribere: suã

cuique sponsam, mihi meam: suum cuiq; amorem, mihi meum. non scite: hoc enim Attilius poeta durissimus. atque utinam liceat isti concionari: cui si esse in Vrbe tuto licebit, uicimus: ducem enim noui belli ciuilis aut nemo sequetur, aut ij sequentur, qui facile uincentur. uenio ad tertiam. Gratas fuisse meas literas Bruto, & Cassio gaudeo. itaque ijs rescripsi. Quod Hircium per me meliorem fieri uolunt, do equidem operam, & ille optime loquitur, sed uiuit, habitat que cum Balbo, qui item bene loquitur. quid credas, uideris. Dolabellam ualde placere tibi uideo: mihi quidem egregie. Cum Pansa uixi in Pompeiano. is plane mihi probabat se bene sentire, & cupere pacem. causam armorum quæri plane uideo. Edictum Bruti, & Cassij probo. Quæris, ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. consilia temporum sunt, quæ in horas commutari uides. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio mihi profecisse permultum uidetur. prorsus ibat res. nunc autem uidemur habituri ducem: quod unum municipia, boniq; desiderãt. Epicuri mentionem facis, & audes dicere μὴ πολιτεύεσθαι. nõ te Bruti nostri uulticulus ab ista oratiõe deterret? Quintus frater, ut scribis, est dextella. per eũ igitur, quod uolemus, facile auferemus. Expecto, si, ut putas, L. Antonius produxit Octauiũ, qualis cõcio fuerit. hæc scripsi: statim enim Cassij tabellarius. eram cõtinuo Piliam salutaturus: deinde ad epulas Vestorij nauicula. Atticæ plurimã salutẽ. Vale.

σχόλια



POMPEIANO) quò ueneram. ep. 19. h. l. Luculli) Luculli L. F. ep. 4. l. 13. & fortasse episto. 1. l. 15. Hospicium) Neapolitanum. l. 2. Acad. quæst. & Plin. l. 9. cap. 54. VI. Id.) ut cogitaueram. episto. 22. h. l. In Cumanum) ubi Piliam collocarã. ep. 19. h. l. A Lucullo postridie eadem fere hora, qua ueni, VII. Id. Lanuuio datas) al. à Lucullo postridie eadem ferè hora ueni in Puteolanum. Ibi accepi duas epistolas, alteram Non. alteram VII. Id. Lanuuio datas. recte. nam simile uero non est, Ciceronem, quum ad Lucullum uenisset VI. Id. postridie tandem Attici literas ab eodem Lucullo accepisse, & non statim. sed uero simile est, à Lucullo in Puteolanum profectum, ibi duas epistolas accepisse ita, ut treis habuerit, quibus responderet, ut uere paulo post dicat, uenio ad tertiam. Gesta) sunt. Albiano negotio) ep. 22. h. l. De tuo) de tuo negotio Buthrotio. ep. 16. l. 16. Missenum) ep. 6. l. 10. Antonius) Cos. ep. 14. h. l. cum quo ea de re agendum est. ep. 19. h. l. A quo) à quo Misseno. In Samnium) profectus est. ep. 1. l. 15. Romæ igitur) agetur. L. Antonij) Tribuni pl. hic M. Antonij Cos. frater. Philip. sæpe et Plutar. in Ant. Horribilis concio) fuit. Præclara) contio. paulò post. Habeat) Dolabella. Nummos) quos mihi debet. ep. sup. Numeret) soluat. Idibus) quibus ueteres numerabant. ep. 24. l. 4. & ep. 1. l. 16. et ep. 4. l. 10. Tertullæ) ep. 11. l. 15. Tertulla M. Crassi uxor fuit. Suet. in Cæs. hic uxor Cassij uidetur: nisi alius Cassius significetur, uel, ut ego penè censeo, legatur: Tertiæ. Satis enim constat, uel Suet: autore in Cæs. Tertiam Bruti sororem fuisse, & Bruti sororem C. Cassio nupsisse: quæ quãuis à Plutarc. Iunia dicatur, in epistolis tamen ad M. Brutum, quæ nuper sunt inuentæ, Tertia uocatur ita, ut quiuis intelligere possit, Iuniam Tertiam fuisse appellatam. Nollem abortum) al. nomen abortum. Cassij) C. enim Cassius tam patriæ liberator fuit, quàm Brutus. ep. 16. h. l. uel plus etiam attulit. Plutarc. in Brut. Serendi) seminandi, ut postea nati tyrannos interficiant. Regina) Cleopatra. ep. 8. h. l. & ep. 15. l. 15. Velim) scire. Cæsare illo) C. Cæsaris ex Cleopatra filio. Suet. in Cæs. quem Cæsarionem Cleopatra uocabat. Dion l. 47. Quintis) Q. fratre, & Q. filio. ep. sup. Buthroto) ep. 16. l. 16. Quum uenero) agam. Ciceroni) filio meo. Suppiditas) ut ep. 20. h. l. Bruto) M. Bruto. Nulla) Resp. Ab isto) M. Bruto. Istisue) Brutis, & Cassio. ep. 16. h. l. Scriptam) à me, sed tanquàm à Bruto in Capitolio habitam. ep. 1. & 3. l. 15. uel habendam. paulò post. καθολικὸν θεώρημα) generalem contemplationem, commune præceptum. Earum rerum) præsertim literarum. Quid tu Bruto putas) contingere. Ingenioso) in Brut. Erue dito!) ut Antiochio! ep. 25. l. 13. In edicto) ipsius Bruti Prætoris à me scripto. Scripseram) illud edictum. Meum) quod ego scripseram. Ipsius) M. Bruti. Precibus) quibus me sæpius rogauit. in principio oratoris. Ad eum) M. Brutum. De optimo genere dicendi) oratorem potius, quàm libellum de optimo genere oratorum. Tibi scripsit) & me fractum, & elumbẽ appellauit. Cornel. Tacitus in dialog. de orat. Non probari) collocandi genus. Quintil. lib. 9. cap. 4. uult enim Brutus in alio esse genere oratorum. epist. 1. l. 15. Suam cuique sponsam) pulchram uideri. prouerb. suum cuique pulchrum. Non scite) dictum. Hoc enim) dixit. Attilius) M. Attilius. Poeta) tragicus. Durissimus) hinc Licinius ferreum scriptorẽ uocabat. l. 1. de finib. Liceat) per Cæsarianos. Isti) M. Bruto. Concionari) Romæ. Tutò) ut ep. 9. h. l. Ducem) quẽcunque, sed M. Antonium præsertim. Nemo sequetur) si Brutus Romæ fuerit. Ad tertiam) epistolam. Meas literas) epis. 20. h. l. Rescripsi) iterum scripsi. Hircium) Cos. Des. ep. 9. h. l. Meliorem) ut epist. 5. & 6. l. 15. Volunt) Brutus, & Cassius. Ille) Hircius. Habitatque) atqui ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς. ut est in prouerb. Cum Balbo) Cæsariano. ep. 3. l. 7. qui nunc hic est. ep. 9. h. l. Bene loquitur) de Rep. & de statu optimatium, sed homo tectus est. ep. seq. Placere) propter concionem præclaram. supra. Pansa) ep. sup. Se bene sentire) al. se assentire. Quæri) ab Antonio potissimum ep. 2. l. 12. fam. Edictum) libenter se uel in perpetuo exilio uicturos, dum Resp. constaret concordia. Paterc. ep. 1. l. 15. Philip. 1. & epis. 2. & 3. lib. xi.


l.xi.fam. Istis)Bruto,& Cassio. Prima illa actio)ep.22.h.l. Et hæc)præclara. supra. Antonium)fortasse L.Antonium potius,quàm M.Antonium.supra. Ibat)peribat,nisi Dolabella ista fecisset. Ducem)Dolabellam. Municipia)epis.6.h.l. Epicuri)qui dicebat Remp.capessere hominem bene sanum non oportere.orat.pro P.Sest.& lib.3.de orat. Facis) ut ipsi deditus.ep.6.l.4.& lib.5.de finib. Audes)ut Epicureus. μὴ πολιτεύεσθαι;) μὴ πολιτεύεσθαι χρῆναι; non oportere Remp.administrare? ep.12 l.7.fam. Bruti)ut Antiochi,epist.25.l.13.Stoici,ep.15.ad ipsum M.Brut. Vulticulus)grauitas,& seueritas quædam,qualis erat in Bruto,qui σεμνὸς dicitur.ep.12.l.15. Quintus frater)al.Quintus F.hoc est,Q.filius. recte. Vt scribis,est)al.ut scribis,Antonij est,recte.Q.enim filius multa sperabat ab Antonio.ep.20.h.l. Dextella)parua dextra,ut uulticulus paulò ante.Q.igitur filius est Antonij quasi manus dextra,& oculus,ut aiunt,dexter. Per eum)Q. filium. Quod uolemus)impetrare de Buthroto ab Antonio.ep.23.h.l. Auferemus)εἰρωνικῶς dictum uideri potest. L.Antonius)supra. Produxit)in concionem ut Tribunus pl. nam Tribuni pl.in concionem sæpe producebant.orat.in Vatin.quum concionem habere priuato non liceret,nisi magistratus aliquis dedisset.ep.1.l.4. Octauium) epis.5.h.l.hunc postea produxit Cornutus Tribunus pl.Dion lib.45. Concio)Octauij ipsius.ep.seq. Tabellarius)discedebat. Salutaturus)in Cumano.epis.29.h.l. Deinde)iturus. Ad epulas Vestorij)ut ep.12.h.l.& ep.seq. Salutem)dices.

CICERO ATTICO S. 25



VM paulo ante dedissem ad te Cassij tabellario literas,V.Id.uenit noster tabellarius,& quidem portenti simile,sine tuis literis.sed cito conieci,Lanuuij te fuisse.Eros autem festinauit,ut ad me literæ Dolabellæ perferrentur,non de re mea(non dum enim meas acceperat)sed rescripsit ad eas,quarum exemplum tibi miseram,sanè luculente.ad me autem,cum Cassij tabellarium dimisissem,statim Balbus.ὦ Dij boni,quàm facile perspiceres timere otium.& nosti uirum:quàm tectus:sed tamen Antonij consilia narrabat,illum circuire ueteranos,ut acta Cæsaris sancirent,idq; se facturos esse iurarent:ut rata omnes haberent,eaq; Duumuiri omnibus mensibus inspicerent.questus est etiam de sua inuidia,eaque omnis eius oratio fuit,ut amare uideretur Antonium.quid quæris:̓ nihil sinceri.mihi autem non est dubium,quin res spectet ad castra:acta enim illa res est animo uirili,consilio puerili:quis enim hoc non uidit,regni hæredem relictum:̓ quid autem absurdius,hoc metuere,alterum in metu non ponere:̓ quin etiam hoc ipso tempore multa ὑποσόλοικα, Pontij Neapolitanum à matre tyrannoctoni possideri.legendus mihi sæpius est Cato maior ad te missus:amariorem enim me senectus facit:stomachor omnia:sed mihi quidem βεβίωται. uiderint iuuenes.tu mea curabis,ut curas.hæc scripsi,seu dictaui,apposita secunda mensa apud Vestorium.postridie apud Hircium cogitabam.equidem πεντέλοιπον sic hominem traducere ad optimates paro λῆρος πολύς. nemo est istorum,qui otium non timeat:quare talaria uideamus:quiduis enim potius,quàm castra. Atticæ salutem plurimam uelim dicas. Expecto Octauij concionem,& siquid aliud,maxime autẽ ecquid Dolabella tinniat,an in meo noĩe tabulas nouas fecerit. Vale.

σχόλια



ITERAS)superio. V.Id.) Maij. Venit) Roma. Et quidem portenti simile,sine tuis literis)locutio sit fortasse elegantior.si ita legatur:et,quod est portenti simile,sine tuis literis:uel,& quidem(portenti simile) sine tuis literis. Lanuuij)unde literas etiam VII.Id.dederas.ep.sup. Fuisse)cum Bruto.epist.10.h.l. Eros)ep.15.l.10. De re mea)de nummis,quos mihi debet.ep.23.h.l. Meas)literas,quas scripsi diligenter.ibid. Acceperat)Dolabella. Ad eas)ad ep.21.h.l. Statim)uenit. Balbus)ep.sup. Timere)Balbum,ut Cæsarianum. Otium)quod omnes Cæsariani timent.ep.seq. Virum)Balbum. Tectus)quippe qui tanta sæpe epiphora opprimatur,ut loqui non possit, ut iocatur.ep.23.l.16.fam. Illum)Antonium. Circuire)percursatione,quam præclaram εἰρωνικῶς uocat.Philip.2.ep.19.h.l. Veteranos)Philip.10. Vt rata)acta.ibid. Duumuiri)qui in omnibus erant municipijs. Cæs.lib.1.de bel.ciu. Questus est) Balbus. De sua inuidia)qua ipse ut Cæsarianus premitur.ep.2.l.15. Antonium)ut Cæsarianũ. Nihil sinceri)οὐδὲν ὑγιές ep.1.l.15. Ad castra)ad arma,quorum causam quæri uideo.ep.sup.ad bellum,ep.4.l.15.ad cædem,ep.19.l.15. Illa res) Cæsaris cædes. Animo uirili) quòd tyrannum occidere non dubitarunt.animis uirilibus.ep.4.l.15. Consilio puerili) quòd Antonium non sustulerunt,quòd si me ad illam cœnam inuitassent,nihil reliquiarum fuisset.ep.4.l.12.fam.ego enim, si fuissem inuitatus,non solum Regem,sed regnum etiam de Rep.sustulissem.Philip.2. Non uidit) nemo tunc illorum uidit,nunc nemo nõ uidet,& iccirco,non uidet,uidetur legendum. Hæredem)Antonium. Hoc)ut Cæsarem. Metuere)sic ep.42.l.12. Alterũ) ut M.Antonium. Multa)fiunt. ὑποσόλοικα)absurda.epist.6.h.l. Pontij)epist.2.l.5. Neapolitanum)prædium, ut lib.2. Acad.quæst. Matre) Seruilia, quæ tunc quoque Cæsarianis ita erat amica, ut se frumenti curationem de S.C.sublaturam polliceretur.ep.11.&.12.l.15. Tyrannoctoni)Bruti. Possideri) inter amplissima prædia ex auctionibus hastæ a minimo à Cæsare addicta, quo tempore dicta est Tertiam deduxisse. Suet. ὑποσόλοικον. est igitur matrem frui adhuc donationibus

eius tyranni, quem filius etiam, ne donationes huiusmodi fierent, interfecit. Legendus)ut me quasi consoletur. Cato)de senectute, quo libro & tu delectaris. ep.3.l.16. Maior)nam & minor scriptus est. ep.35.l.12. βεβίωται)uita transacta est, epist.2.l.12. ætas acta est, ep.2.ad M.Brut. Iuuenes)ep.seq. Vestorium)ep.sup. qui uillam in Cumano uidetur habuisse. epist.29. lib.13. Hircum)Cos.Des.ep.9.h.l. πεντέλοιπον)ex quinque reliquum. epist.2.l.15. Hircus enim ex duobus Coss.& tribus Coss.Dess. solus ad optimates traduci posse uidebatur. Coss. erant Antonius, & Dolabella, quorum Antonius prorsus erat improbus, Philip.2. Dolabella, & si rem unam præclare gesserat, ep.21.h.l. erat tamen impudens, & emptus pecunia putabatur. ep.22.h.l.& ep.14.l.16. Coss.Dess. Hircus, & Pansa: Plancus, & D.Brutus: quorum Pansa seuere quidem loquebatur, sed illi non erat credendum. ep.23.h.l. Plancus dubia fide, & Reip. oppugnator, Paterc.& D.Brutus iampridem ad optimates transijt, ut iam πεντέλοιπος sit Hircius. Sic)familiariter cum eo cœnans, & uiuens. Traducere)ut Brutus, & Cassius uolunt. ep.sup. λῆρος πολὺς)nugæ multæ. ep.1.l.16. prouerb. nugas agere. sic Lucian. in Timon. ὕθλος πολὺς. Istorum)Cæsarianorum quidem omnium, sed istorum quinque potissimum. Qui otium non timeat)ep.seq. Talaria) quibus hinc euolare possimus. ep.11.l.15. prouerb. talaria induere. Videamus)paremus. ep.1.l.5. al. induamus. Quiduis)faciamus. Quàm castra)petamus. est enim res aliena nostris ætatibus. ep.13.h.l. Octauij cõcionem)ep.sup. In meo nomine)in nummis, quos mihi debet. ep.23.h.l. Tabulas nouas)χρεῶν ἀποκοπάς. ep.10.l.7. Fecerit)ut olim ferre legẽ uoluit. ep.23.l.11.

CICERO ATTICO S. 26



ERTIOR à Pilia factus, mitti ad te Idibus tabellarios, statim hoc nescio quid exaraui. primum igitur scire te uolui, me hinc Arpinum XVI. Cal. Iun. eò igitur mittes, siquid erit posthac: quanquam ipse iam, iamq; adero: cupio enim ante, q̃ Romam uenio, odorari diligentius, quid futurum sit: quanquam uereor, ne nihil coniectura aberrem: minime enim obscurum est, quid isti moliantur. meus uero discipulus, qui hodie apud me cœnat, ualde amat illum, quem Brutus noster sauciauit: &, si quæris (perspexi enim planè) timent otium: ὑπόθεσιν autem hanc habent, eamq; præ se ferunt, uirum clarissimum interfectum, totam Remp. illius interitu perturbatam: irrita fore, quæ ille egisset, simulac desistemus timere: clementiã illi malo fuisse: qua si usus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisse. mihi autem uenit in mentem, si Pompeius cum exercitu firmo ueniat, quod est εὔλογον, certe fore bellũ. hæc me species cogitatioq; perturbat: neq; enim iam, quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit: nam aperte lætati sumus. deinde habent in ore nos ingratos: nullo modo licebit, quod tum & tibi licuit, & multis. φαινοπροσωπητέον ergo, & ἰτέον in castra? millies mori melius, huic præsertim ætati. itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, q̃ antea: magnũ enim mendum continent. etsi illi iuuenes ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον. sed, si tu melius quippiã speras, quòd & plura audis, & interes consilijs, scribas ad me uelim simulq; cogites, quid agendum nobis sit super legatione uotiua. equidem in his locis moneor à multis, ne in senatu Calendis: dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparati, & quidem in istos, qui mihi uidentur ubiuis tutius, quàm in senatu fore. Vale.

σχόλια



ITTI)ex Cumano, ubi ipsa Pilia est. ep.19.h.l. Me hinc) profecturum. ep.1.l.15. Eò)Arpinum. Mittes) literas. Isti)Cæsariani. Discipulus)Hircus, qui me declamare coegit. epist.12.h.l. Apud me)in Puteolano. ep.1.l.15. Cœnat)ut ego prius apud illum cœnaui. epist. sup. Illum)Cæsarem etiam mortuum, ut Q. filius, ep.23.h.l.& C.Matius, ep.27.l.11. fam. Brutus)M.Brutus. Sauciauit)in femore, ut scribit Appian. Perspexi)ep.1.l.15. Timent otium)ep.sup. ὑπόθεσιν)argumentum, et quasi occasionem, πρόσχημα. ep.39.l.12. Virum clarissimum)Cæsarem. ep.11.h.l. Illius)Cæsaris. Perturbatam)sic disputat Dion l.44. nec utilem Reip. obitum Cæsaris fuisse scribit Matius ep.28.l.11. fam. Ille)Cæsar. Clementiam illi malo fuisse) unde illud cantatum est: men seruasse, ut essent, qui me perderent! Suet. in Cæs. Pompeius)Sext. Pompeius. ep.1.h.l. εὔλογον)consentaneum. ep.4.l.13. Cogitatioq;)de bello. Tum)Cæsaris bello. ep.13.h.l. Licuit)in urbe manere. ibid. Lætati sumus)Cæsaris morte. ep.9.h.l. Habent)isti Cæsariani. Nos ingratos)quòd ab eo salutem consecuti, postea ita sumus lætati. quin hæc pars quemcũque lætatum putabit, hunc in hostiũ numero habebit. ep.13.h.l. & ita media castra tollet Antonius. ep.21.l.15. φαινοπροσωπητέον)prodeundum est. ep.19.l.7. ἰτέον)eundũ est. Melius)præstat. ep.9.h.l. Ætati)qua res hæc est aliena. ep.13.h.l. Idus Martiæ)ep.1.h.l. Mendũ) hærede regni relicto. epist. sup. Iuuenes)tyrannoctoni ferè omnes. ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον) alijs in bonis hoc depellunt dedecus. prouerb. Benefactis pẽsare delicta. Legatione)ep.13.h.l. Votiua)ep.11.l.15. Et quidẽ in his locis)al. quòd in his locis. Ne in senatu)adsim. Calẽdis)Iunij. ep.16.h.l. Milites)ueterani. Philip.1.& ep.2.l.11. fam. Ad eam diem)ad Cal. Iun. ibid. Comparati)iam enim magna multitudo Romã conuenerat. ibid. legi tamen etiam potest: cõparari, quòd maior multitudo ad Cal. Iun. futura erat. ibid. In istos)tyrannoctonos.

M.Tulli

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER XV.

CICERO ATTICO S. 1



FACTVM male de Alexione. incredibile est, quanta me molestia affecerit, nec mehercule ex ea parte maxime, quòd pleriq; mecum: ad quem igitur medicum te conferes? quid mihi iam medico? aut, si opus est, tanta inopia est? amorem erga me, humanitatem, suauitatemque desidero. etiam illud, quid est, quod non pertimescendum sit, cum hominem temperantem, summum medicum tantus improuiso morbus oppresserit. sed ad hæc omnia una consolatio est, quòd ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus. De Antonio, iam antea tibi scripsi, non esse eum à me conuentum: uenit enim Missenum, cum ego essem in Pompeiano: inde ante profectus est, quàm ego eum uenisse cognoui. sed casu, cum legerē tuas literas, Hircius erat apud me in Puteolano. ei legi, & egi primum, quod attinet. nihil mihi concedebat. deinde ad summum, arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius Consulatus sui. cum Antonio autem sic agemus, ut perspiciat, si in eo negotio nobis satisfecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse. Redeamus ad nostros: de quibus tu bonam spem te significas habere propter edictorum humanitatem. ego autem perspexi, cum à me XVII. Cal. de Puteolano Neapolim Pansæ conueniendi causa proficisceretur Hircius, omnem eius sensum: seduxi enim, & ad pacem sum cohortatus. non poterat scilicet negare se uelle pacem, sed non minus se nostrorum arma timere, quàm Antonij, & tamen utrosque non sine causa præsidium habere, se autem utraque arma metuere. quid quæris? οὐδὲν ὑγιές. De Quinto F. tibi assentior. patri quidem gratissimæ, & bellæ tuæ literæ fuerunt. Ceceliæ uero facile satisfeci. nec ualde laborare mihi uisa est: & si illa, ego certe non laborarē. istam uero, quam tibi molestam scribis esse, auditam à te esse omnino demiror. nam quòd eam collaudaui apud amicos, audientibus tribus filijs eius, & filia: τοῦτο εὔλογον. quid est hoc? quid est autem, cur ego personatus ambulem? parum ne fœda persona est ipsius senectutis? Quod Brutus rogat, ut ante Calendas: ad me quoque scripsit: & fortasse faciam: sed planè, quid uelit, nescio: quid enim illi afferre cōsily possum, cū ipse egeā cōsilio? & cū ille suæ imortalitati melius, quàm nostro otio cōsuluerit? De Rgina rumor extinguet. De Flamma obsecro te siquid potes. Here dederā ad te literas exiēs è Puteolano, diuerterāq; in Cumanū. ibi penè ualentē viderā Piliā. quin etiā paulo clàm ijs eam uidi: uenerat enim in funus: cui funeri ego quoq; operam dedi. Cn. Lucullus familiaris noster matrem efferebat. mansi igitur eo die in Sinuessano, atque inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam exaraui. erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut ex te quæ reremnisi forte hoc ad te pu tas pertinere. Brutus misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, petiuitq; à me, ut eam ne ambitiose corrigerem ante, quàm ederet. est autem oratio scripta elegantissime sententijs, uerbis, ut nihil possit ultra. ego tamē, si illam causam habuissem, scripsissem ardentius. ὑπόθεσις, uides, quæ sit, persona dicentis. itaque eam corrigere non potui: quo enim in genere Brutus noster esse uult,

& quòd iudicium habet de optimo genere dicendi, ita consecutus est ea oratione, ut elegantius nihil esse possit. sed ego solus alius sum, siue hoc recte, siue non recte. tu tamen uelim orationem legas, nisi forte iam legisti, certioremq́; me facias, quid iudices ipse. quanquam uereor, ne cognomine tuo lapsus ὑπεραττικὸς sis in iudicando. sed si recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges posse & ἀττικώτατα grauissime dici. sed hæc corám. nunc nec sine epistola, nec cum inani epistola uolui ad te Metrodorum uenire. Vale.

σχόλια



FACTVM) liber, & epistolæ sunt consequentes. Alexione) ep. seq. & ep. 1. l. 7. Mecum) loquuntur. Te conferes?) tu Cicero? Quid mihi iam medico?) quid opus est medico mihi, cui tam βεβίωται? ep. 25. l. 14. Tanta inopia est?) ut non possum alium inuenire? Amorē) Alexionis. Hominem) Alexionē. Ea conditione) ea lege. ep. 17. l. 5. fam. Antonio) Cos. ep. 14. l. 14. Scripsi) ep. 14. l. 14. Conuenium) ut cupiebā. ep. 19. l. 14. Missenū) ep. 24. l. 14. Essem in Pōpeiano) ibid. Profectus est) in Samniū. ibid. Hircius) Cos. Des. ep. 9. l. 14. Erat apud me) ep. 26. l. 14. Legi) tuas literas. Egi) cū ipso Hircio ut Cos. Des. Quod attinet) ad rem Buthrotiā. ep. 16. l. 16. Concedebat) Hircius. Me) ut magistrū, quū sit ipse discipulus. ep. 26. l. 14. Huius rei) Buthrotiæ. Agemus) quum illum uiderimus. ep. 15. l. 14. In eo negotio) Buthrotio. Dolabellam) Cos. ep. 21. l. 14. Domu) Romæ, uel apud se. Nostros) Brutum, Cassium, & reliquos. Edictorum) ep. 24. l. 14. Perspexi) ep. 26. l. 14. XVII. Cal.) Iun. ibid. Pansæ) sui collegæ. Seduxi enim) al. uix enim. Sum cohortatus) traducere ad optimates uolēs ep. 25. l. 14. Non sine causa) quum utrique alteros timeant. Se autem) ut Cæsaris amicum, tyrannoctonos: ut Remp. studiosum, Antonium timere. Vtraque arma) tyrannoctonorum, & Antonij. οὐδὲν ὑγιὲς) nihil sinceri, ep. 25. l. 14. nihil sani, ep. 25. l. 3. prouerb. nihil sanum. Quinto F.) Q. filio. Patri) Q. fratri. Cereliæ) epist. 41. l. 12. Satisfeci) persuadendo. ep. 23. l. 14. Laborare) de re, pro qua fuerat legata. ibid. Illa) Cerelia laborabat. Istam) fortasse Publiliæ matrem, uel ipsam Publiliam. ep. 27. l. 12. Et filius) al. & tua filia. al. & filia tua. τοῦτο εὔλογον) hoc consentaneum. ep. 4. l. 13 al. TOECTOYOY, unde legi fortasse posit: τί ἐστὶ τοῦτο; ut. qd' sequitur, fuerit interpretatio quædam adiecta. quid hoc est? uel hoc modo: τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ut sit prouerb. τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν, ex eodem ore calidum, & frigidū efflare: quasi dicat, & si laudaui, nunc idem uitupero. Brutus) M. Brutus. Vt) ut ueniam Romam, uel potius eam Lanuuiū. ep. 4. h. l. Ante Calendas) Iun. ep. 16. l. 14. Scripsit) Brutus. Faciam) ibo. ille) Brutus. Immortalitati) qua Deus est futurus. ep. 11. l. 14. Consuluerit?) quum patriam liberarit quidem, sed Remp. non recuperarit, ep. 4. l. 14. hærede regni relicto. epist. 25. l. 14. Regna) ep. 24. l. 14. Flamma) ep. 18. l. 14. Here) heri. al. hercle. hic epistola diuidi poterat. Literas) uel partem huius epistolæ superiorem, uel epistolam. 26. l. 14. In Cumanum) epist. 19. l. 14. Ibi) al. ubi. Penè) al. bene. recte. nam nisi bene ualuisset, in funus non ita commode iuisset. Paulò clàm ijs eam uidi) alij aliter emendant: nos ita legendum conijcimus: paulò clarius Cumis uidi: inde enim paulò post diuertit Cicero. epis. seq. uel, in Neapolitanis eam uidi. Lucullus enim, ad quem in funus Pilia uenerat, Neapolitanum habuit. ep. 24. l. 14 si modo is est Lucullus L. F. Eo die) XVI. Cal. Iun. Sinuessano) ep. 8. l. 14. Postridie) XV. Cal. Iun. ep. seq. Arpinum proficiscens) ut scripseram ep. 26. l. 14. Brutus) M. Brutus. Habitam) quo die Capitolium occuparunt. ep. 10. l. 24. Ambitiose) φιλοτίμως. ὑπόθεσις) argumentum. epis. 4 h. l. & ep. 26. l. 14. al. ὑπόθεσιν. al. ὑποθέσεις. erat uero ὑπόθεσις, ut par est credere, de libertate. Dicentis) M. Bruti, cuius etiam ultiusculus est grauissimus. ep. 24. l. 14 & ep. 12. h. l. Quo enim in genere) oratorum, & dicēdi, in quo qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter, enucleateque faciat, eum solum attice dicere putant. in Brut. & in orator. Esse uult) ep. 24. l. 14. & ita disertus potius, quàm copiosus, aut eloquens appellari. ep. 44. l. 13. Elegantius) in eo genere. Alius sum) aliter sentio. Orationem) istam Bruti. Cognomine tuo) Attico. ep. 20. l. 5. ὑπεραττικὸς) ualde Atticus, nimis Atticus, sed in eo genere, in quo uult Brutus esse. Δημοσθένους) Demosthenis. Fulmina) quæ uibrabant, quód numeris cōtorta ferrentur. in orator. sic Pericles ab Aristop. in Acham. fulgurare, tonare, & permiscere Græciam dictus est. ibid. ἀττικώτατα) maxime Attica, ut ἀττικώτερα ep. 20. l. 1. Metrodorum) ep. 20. l. 16. fam. P. Aelius Metrodorus Romæ in ueterū monimentis legitur.

CICERO ATTICO S. 2



V. Cal. è Sinuessano proficiscēs, cum dedissem ad te literas, diuertissemq́; à Cumis in Vestiano, accepi à tabellario tuas literas: in quibus nimis multa de Buthroto: non enim tibi ea res maiori curæ aut est, aut erit, quàm mihi: sic enim decet, te mea curare, tua me. quam ob rem id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. L. Antonium concionatum esse, cognoui tuis literis & alijs, sordide: sed id quale fuerit, nescio: nihil enim scripsisti. De Menedemo, probe. Quintus certe ea dictitat, quæ scribis. Consilium meum à te probari, & ea non scribam, quæ tu à me postularis, facile patior: multoq́; magis id probabis, si orationem meam, de qua hodie ad te scripsi, legeris. Quæ de legionibus scribis ea uera sunt. sed nō

satis hoc mihi videris tibi persuasisse, quid de Buthrotiis nostris per senatum speres confici posse. quod puto (tantum enim video) non videmur esse victuri. sed si etiam nos hoc fallat, de Buthroto te non fallet. De Octavii concione idem sentio, quod tu: ludorumque eius apparatus, et Matius, ac Posthumus mihi procuratores non placent. Saserna collega dignus. sed isti omnes, quemadmodum sentis, non minus otium timent, quam nos arma. Balbum levari invidia per nos velim: sed ne ipse quidem id fieri posse confidit, itaque alia cogitat. Quòd prima disputatio Tusculana te confirmat, sanè gaudeo: neque.n. ullum est perfugium aut melius, aut paratius. Flamma quod bene loquitur, non moleste fero. Tyndaritanorum causa, de qua laboras, quae sit, ignoro. hos tamen πέντε λοιπόν *movere ista videntur, in primis erogatio pecuniae. De Alexione doleo: sed quoniam inciderat in tam gravem morbũ, bene actũ cũ illo arbitror. quos tamen secundos haeredes, scire velem, et diẽ testamenti. Vale.*

σχόλια

DECIMOQVINTO Cal.) Iun. Sinuessano) epist. sup. Proficiscens) Arpinum. Literas) sup. Cumis) ubi funeri (sic enim videtur) operam dedi, et Piliam vidi. ibid. Vestiano) al. Vestino, à Vestinis Italiae populis. Strab. et Plin. in Vestino vero divertissem, dixit, ut Plaut. in Mil. hic in proximo divortitur. diverteram in Cumanum, tamen dixit ep. sup. Buthroto) ep. 16. l. 16. L. Antonium) ep. 24. li. 14. Concionatum) iterum. nam prima concio fuit horribilis. ibid. Menedemo) ep. 4. h. l. fortasse Terentiano, ut Q. frater significetur, qui dictitaret, se illa, quae Menedemus apud Terentium fingitur facere, vere facturum, si filius Antonium sequeretur, ut scripserat. ep. 20. l. 14. vel potius illo Menedemo, qui postea securi percussus est. Philip. 13. Quintus) Q. frater. al quae. alij, quòd, ut ita verba construas: de Menedemo, probè factum est, quum est comprehensus, vel reprehensus, quòd ea dictitet, quae dictitet, et ob id fortasse etiam postea securi percussus. Non scribam) ep. 16. l. 14. Orationem meam) orationem eam, malo legere, ut eam significet, de qua scripsit, ep. sup. Scripsi) è Sinuessano Arpinum proficiscens. ibid. Legionibus) quatuor Macedonicis. epist. 23. l. 12. fam. Ea vera sunt) eas in Italiã reverti. ep. 13. h. l. et ep. 8. l. 16. hinc postea M. Antonius illis obviã est profectus. ep. 23. l. 12. fam. et Philip. 3. Buthrotiis) ep. 16. l. 16. Cõfici posse) ut postea S. C. cõfectũ est. ibi. Quod puto (tantũ enĩ video) nõ videmur eẽ victuri) al. quod puto (tãtũ enĩ odiũ video) nõ videmur eẽ victuri. nũquam, nisi fallor, locũ satis bene itelliges, nisi meliorẽ librũ inveneris. Octavij) ep. 5. l. 14. Cõcione) ep. 24. l. 14. et si concio ea videtur eẽ, quã habuit à Canutio Trib. pl. productus. Dion. l. 45. Ludorũque) ut Victoriae Caesaris. ep. 28. l. 11. fam. et Suet. in Augu. Eius) Octavij. Matius) ep. 2. et 3. l. 14. et ep. 28. l. 11. fam. ubi scribit ipse se ludos curasse. Posthumius) ep. 2. l. 9. Procuratores) ludorum. Non placent) ut minus Caesariani. Saserna) Hirc. de bel. Afric. Sasernae etiam pater, et filius de re rustica scripserunt. Varr. et Plin. Otium timent) epist. 26. l. 14. Balbum) ep. 3. l. 7. Invidia) ep. 25. l. 14. Prima) de contemnenda morte. Disputatio Tusculana) ep. 4. h. lib. Te confirmat) ad mortem contemnendam. Paratius) morte, et mortis contemptione. Flamma) ep. 18. l. 14. Loquitur) de Montani negotio. ibid. Tyndaritanorum) qui Siciliae sunt populi. Verr. 4. De qua laboras) al. de qua causa laborat. alij, de qua Pansa laborat. et sanè furere videtur ep. 23. l. 4. de Deiotaro, cui M. Antonius multa concesserat, ut etiam Siculis, ep. 12. l. 14. qua de re Pansa fortasse laborabat. Hos tamen) defendemus, vel quid simile. hic enim videtur distinguendũ, ut sit αἱ προσιούπησις: nisi quis, hunc tamen, velit legere: aut verbum Graecum, quod sequitur, aliter, atque nos interpretari. πέντε λοιπόν) ex quinque reliquum, hoc est, Hircium. ep. 25. l. 14. Movere) hinc Hircius ipse iratior Antonio dicitur ep. 6. h. l. Ista) quae facit Antonius. ep. 12. l. 14. Pecuniae) quae erat ad Opis. ep. 16. l. 14. Alexione) ep. sup. Morbum) ibid. Bene actum) ut epist. 10. lib. 13. Secundos haeredes) fecerit Alexion. Testamenti) Alexionis.

CICERO ATTICO S. 3

VI. Cal. accepi duas epistolas tuas, quibus duabus meis respõdisti. una erat XV. Cal. altera XII. data. ad superiorem igitur prius. accurres in Tusculanum, ut scribis: quo me VI. Cal. venturum arbitrabar. Quod scribis parendum victoribus: non mihi quidem, cui sunt multa potiora: nam illa, quae recordaris Lentulo, et Marcello Coss. acta in aede Apollinis, nec causa eadem est, nec simile tempus, praesertim cum Marcellum scribas, aliosque discedere. erit igitur nobis corã odorandum, et constituendum, tuto ne Romae esse possimus. novi conventus habitatores sanè movent: in magnis enim versamur angustiis. sed sint ista parvi: quin et maiora contemnimus. Calvae testamentum cognovi, hominis turpis, ac sordidi. Tabula Demonici quod tibi curae est, gratum. De Mario scripsi iam pridem ad Dolabellam accuratissime, modo literae redditae sint. eius causa et cupio, et debeo. Venio ad propiorem. cognovi de Alexione quae desiderabam. Hircius est tuus. Antonio, quam est, volo peius esse. De Quinto filio, ut scribis ἄλις. de patre corã agemus. Brutum omni re, qua possum, cupio iuvare. cuius de oratiuncula idem te,

quod me, sentire uideo, sed parum intelligo, quid me uelis scribere, quasi a Bruto habita oratione, cum ille ediderit. qui tandem conuenit? ñ sicut in tyrānum iure optimo cæsum multa dicentur, multa scribentur a nobis? sed alio modo, & tempore. De sella Cæsaris, bene Tribuni. *præclaros etiam* XIIII. *ordines. Brutum apud me fuisse gaudeo, modo & libenter fuerit, & sat diu. Vale.*

σχόλια

SEXSTO Cal.) Iun. al. XI. Cal. recte. nam si VI. Cal. accepisset literas, non dixisset paulò post: quò me VI. Cal. uenturum arbitrabar, sed hodie. Vna erat XV. Cal. altera XII. data) ita omnino legi debet, quãuis aliter in pluribus libris sit scriptum. Ad superiorem igitur prius) aliter facit ep. seq. Victoribus) quicunque illi sint. Non mihi quidem) & Philosopho, & in Rep. libere semper uersato. Nam illa) σολοικισμός. Lentulo, et Marcello Coss.) ep. 13. l. 7. Acta) ut magistratus curarent, ne quid Resp. detrimenti caperet. epist. 10. l. 16. fam. Nec causa eadem est) tunc enim de sua potentia dimicabant homines, ep. 3. l. 7. nunc uero timent otium, ep. 26. l. 14. Nec simile tempus) tunc enim uiuebat Pompeius, & multi boni, nunc pauci. Marcellum) C. Marcellum Consularem. Philip. 3 & epist. 13. & 14. l. 16. Aliosque) præsertim consulares, qui tunc ferè omnes Pompeium sunt secuti. Discedere) ab urbe. Coràm odorandum) al. cura moderandum. Noui conuentus) præsertim militum. ep. 26. l. 14. Habitatores) colonos, & municipes. epist. 6. & 24 l. 14. Sanè mouent) al. sanè me mouent. Sed sint ista parui, quin & maiora contemnimus) al. sed si ista paruipendimus, certe & maiora contemnimus. Caluæ) fortasse, Caluenæ. ep. 5. l. 14. Demonici) cuiusdam. De Mario) fortasse. epist. 1. l. 7. fam. & ep. 8. l. 2. ad Q. fr. al. de malo. Dolabellam) ep. 21. l. 14. Modo literæ redditæ sint) al. à quo modo literæ mihi redditæ sunt. Eius) Marij. Debeo) ut affinis, lib. 3. de leg. & amicus, ep. 8. l. 2. ad Q. fr. Propiorem) epistolam, ut ep. 13. h. l. Alexione) ep. sup. Desiderabam) de secundis hæredibus, & die testamenti. ibid. Hircius) Cos. Des. ep. 9. l. 14. Est enim ita, ut possis sperare de eo, de quo nihil mihi concedebat. ep. 1. h. l. Antonio) Cos. epist. 14 lib. 14. Quam est) al. quoniam est. De Quinto filio, ut scribis, ἅλας) ἅλας ἄγων καθεύδεις, salem uehens dormis: παροιμία ἐπὶ τῶν ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ καθευδόντων, inqt: Suid. ut Cicero significet, de Q. filio negligenter agi nunc, quũ periculũ sit, ne M. Antonium sequatur, à quo speret. epist. 10. l. 14. al. de Q. filio scribis A. M. C. De patre) de Q. fratre. al. Totus locus ita legitur: de Q. filio quod scribis, ac de Q. patre, corãm agemus. Brutum) M. Brutum. Cupio uidere) ep. 17. l. 14. Oratiuncula) habita in concione capitolina. epist. 1. h. l. Sentire) elegantissime quidem scriptam esse, sed ardentius scribi debuisse. ibid. Me uelis) me horteris. ep. 14. l. 14. Scribere) ibid. & epist. seq. Ille) Brutus. Ediderit) suam orationem, quam ad te misi. Tyrannum) Cæsarem. Alio modo) atque scribit Brutus. ep. 24. l. 14. Tempore) maturiore. ep. seq. Sella) aurea, lib. 1. de Diuinat. & Philip. 2. Cæsaris) Cæsari olim in curia, & pro tribunali decreta. Suet. in Cæs. Bene) fecerunt. Tribuni) Tribb. pl. qui, ut ego puto, prohibuerunt, ne Octauius illam sellam in theatrum ferret. Dion lib. 45. Præclaros) in plaudendo, uel explodendo. XIIII. ordines) equitibus lege Roscia datos. Ascon. in orat. pro Cornel. Apud me) domi mea Asturæ. Gaudeo) quia sic uolebam. epist. 23. l. 14.

CICERO ATTICO S. 4



VIII. Cal. ferè a Q. Fusio uenit tabellarius, nescio quid ab eo literularum, ut me sibi restituerem, sane insulse, ut solet: nisi forte, quem non ames, omnia uidentur insulse fieri. scripsi ita, ut te probaturum existimem. mihi duas a te epistolas reddidit, unam XI. alteram X. Cal. ad recentiorem prius, & leuiorem. laudo, si uero etiã Calfulenus, ἄνω ποταμῶν. Antonij consilia narras turbulenta: atque utinam potius per populum agat, q̃ per senatum: quod quidem ita credo. sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare uidetur, siquidem D. Bruto prouincia eripitur. quomodo ego de illius neruis existimo, non uidetur fieri posse sine bello. sed non cupio, quoniam cauetur Buthrotys. *rides. ast condoleo non mea potius assiduitate, diligentia, gratia perfici. Quod scribis te nescire, quid nostris faciundum sit: iampridem me illa ἀπορία solicitat: itaque stulta iam Iduum Martiarum est consolatio: animis enim usi sumus uirilibus consilijs (mihi crede) puerilibus: excisa enim est arbor, non euulsa: itaque, q̃ fruticetur, uides. redeamus igitur, quoniam sæpe usurpas, ad Tusculanas disputationes. Sauseium pete. celemus: ego nunquam indicabo. Quod te a Bruto scribis, ut certior fieret, quo die in Tusculanum essem futurus: ut ad te ante scripsi, VI. Cal. & quidem ibi te quamprimum peruidere uelim: puto enim nobis Lanuuium eundum, & quidem non sine multo sermone. sed μελήσει. Redeo ad superiorem: ex qua prætereo illa prima de Buthrotys: quæ mihi sunt inclusa medullis: sit modo (ut scribis) locus agendi. De oratione Bruti prorsus contendis: mecumq; iterum tam multis uerbis agis. ego ne ut eam causam, q̃*

is scripsit

is scripsit? ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. at, inquis, ἡρακλείδειον aliquod. non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius: licet enim de me, ut libet, existimes: uelim quidem quamoptime: si hæc ita manant, ut uidentur (feres, quod dicam) me Idus Martiæ non delectant: ille enim nunquam reuertisset, nos timor confirmare eius acta non coegisset: aut ut in Sauseianam, reliquasq; Tusculanas disputationes, ad quas tu etiam Vestorium hortaris. ita gratiosi eramus apud illum, quē Dij mortuum perdant, ut nostræ ætati, quoniam interfecto domino liberi non sumus, non fuerit dominus ille fugiēdus, rubeo (mihi crede) sed iam scripseram, delere nolui. De Menedemo, uellem uerum fuisset. De Regina, uelim uerum sit. cætera coràm, & maxime quid nostris faciendum sit, quid etiam nobis, si Antonius militibus obsessurus est senatum. hanc epistolam si illius tabellario dedissem, ueritus sum, ne solueret: itaque misi dedita opera. erat enim rescribendum tuis. Quàm uellem, Bruto studium tuum nauare potuisses. ego igitur ad eum literas. Ad Dollabellam Tironem misi cum mandatis, & literis. eum ad te uocabis, &, siquid habebis, quod placeat, scribes. ecce autem de transuerso L. Cæsar, ut ueniam ad se, rogat, in nemus, aut scribam, quò se uenire uelim: Bruto enim placere, se à me conueniri. ò rem odiosam, & inexplicabilem. puto me ergo iturum, & inde Romam, nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te: nihil dum enim a Balbo. tuas igitur expecto, nec actorum solum, sed etiam futurorum. Vale.

σχόλια

X VIII. Cal. ferè) al. X. Cal. Iunij. ferè. al. X. Cal. VIII. ferè. rectius, si tñ ita legas: X. Cal. h. VIII. ferè: hoc est, X. Cal. hora octaua ferè. A Q. Fusio) ep. 11. l. 1. Philip. 8. et. 10. & Dion l. 46. Nescioquid) ferens. Ab eo) Q. Fusio. Me sibi restituere) ut alienatū. Philip. 8. Insidijs) fecit, scripsit. Fieri) ab eo. Scripsi) ad ipsum Q. Fusium. Reddidit) Q. Fusij tabellarius. X. Cal.) Iun. Ad recentiorem prius) contra episto. sup. Leuiorem) epistolam: cōtrà ponderosam dixit. ep. 11. l. 2. Laudo) ea, q̄ scribis, uel eos, qui recte sentiunt. Si uero etiā) bene de Rep. sentit. Philip. 3. Calfulenus) al. Carsulenus. al. Carfulenus. ibid. & ep. 33. l. 10. fam. quamuis Appian. l. 3. Carsuleium uocet. ἄνω ποταμῶν) ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαὶ, sursum fluminum sacrorū feruntur fontes. prouerb. Ciceroni rerum ordo uerti uidetur, si Carsulenus bene de Rep. sentiat, qui Cæsarianus erat. Hirc. de bel. Alex. Antonij) Cos. ep. 14. l. 14. Per populum) ὁ δὲ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος ἀσταθμητότατον πραγμάτων ἁπάντων, ut inquit Demost. ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας λόγῳ. & Cicero ipse orat. pro Cluent. Muræn. & Planc. unde sperabat Cicero fore, ut quæ per populum ageret Antonius, facile rescinderentur. ego tamen malim interpretari: per populum, quoniam nihil eo nunc est fortius. ep. 4. l. 12. fam. et ideo nihil M. Antonium per illum assecuturum spero. Agat) de prouincijs. ep. 16. l. 14. Quàm per senatū) qui ut fortis sit, turpissimi tamen sunt Consulares. epist. 2. 4. & 5. l. 12. fam. Quod quidem ita credo) facturum Antonium. al. cui. quidem ita credo, ut sit quædam ἀπιστία πίστις, & ita dicat: cui quidem senatui ita credo, ut in eo non multum spei ponam. Eius) M. Antonij. Ad bellum) ad castra. episto. 25. l. 14. D. Bruto) l. 11. fam. Prouincia Gallia citerior à Cæsare olim data, & per senatum confirmata. Suet. in August. Eripitur) ab Antonio. ep. 16. l. 14. & Philip. 3. Quomodo ego) ut ego. Illius) D. Bruti. Non cupio) bellum. Cauetur) quasi cauetur bello, quum uacuus ager relinquatur, legionibus ad bellum uenientibus. ep. 2. h. l. Buthrotijs) epist. 16. l. 16. Rides) quia dixi, me non cupere bellum, quoniam ita Buthrotijs cauetur: quasi bellum non cupiam ob id solum, ne Buthrotijs caueatur. ast, inquit, condoleo, hoc modo caueri, & non potius mea diligentia perfici. Rides. ast condoleo) al. rides. aps condoleo. al. rides ab cordolio. legi fortasse possit: rides acon. doleo, hoc est, rides actionem, doleo: uel, rides? acon. doleo: rides? actionē doleo. acon. enim sic Probus interpretatur. Perfici) quum cœperim. ep. 16. l. 16. Nostris) heroibus. ep. 4. l. 14. ἀπορία) dubitatio ep. 11. l. 8. Iduum Martiarum) ep. 1. l. 14. Consolatio) epist. 26. l. 14. Vsi sumus) se admiscet, ne uideatur tyrannoctonos accusare, ut prius. ep. 16. l. 14. Viribus) epist. 25. l. 14. Arbor) tyrannus Cæsar. Non excisa) herede regni relicto. ep. 25. l. 14. Fruticetur) arbor. Vsurpas) ut in illis confirmatus. ep. 2. h. l. Ad Tusculanas disputationes) præsertim ad primam. ibid. Sauseium) ep. 1. l. 8. Pete) aggredere: nisi malis legere: peto, ut sit sensus: peto à te, ut celeriùs Sauseiū, ne nos à mortis desiderio deterreat, ut Epicureus ep. 6. l. 4. Quod te à Bruto scribis) rogatum. In Tusculanum essem futurus) uel, in Tusculano essem futurus: uel, in Tusculanum uenturus, siue iturus: solet dicere Cicero, ut eum hoc loco dixisse credimus. Scripsi) episto. sup. VI. Cal.) me uenturum arbitror. ibid. Lanuuium) ad Brutum. ep. 10. l. 14. Eundem) ut rogauit Brutus. ep. 1. h. l. Sermone) Cæsarianorum de nobis, qui ad Brutum Cæsaris interfectorem inerimus. μελήσει) erit curæ. ep. 3. l. 12. et ep. 20. l. 14. Ad superiorem) epistolam, Oratione Bruti) à me quidem scribenda, sed tanquam à Bruto habita. ep. sup. Contendis, mecumq; iterum tam) al. contendis committere, tam. Eam eam sam) scribam. Is) Brutus. Scripsit?) et edidit? ep. sup. Ab eo?) Bruto? παρεγχείρησις) commissio, aggressio, congressio conatus. Contumeliosior) hac ipsa. At, inquis) cōponendū est. ἡρακλείδειον) ep. 28. h. l. et ep. 2. et. 10. l. 16. Argumentū)

ὑπόθεσις.ep.1.b.l. Tempus)ep.sup. Velim,quidem quàm optime) de me existimes. Hæc)mala. Manant) al.manent. Idus Martiæ)ep.1.l.14. Non delectant)non consolãtur.magnum enim mendũ continent.ep.16.l.14. Ille)Cæsar. Nunquã reuertisset)ex bello Parthico,ad quod gerendum ne Rex crearetur,interfectus est,Suet.in Cæs.nisi malimus legere:nunquàm R.euertisset,hoc est,Cæsar nunquam rem,uel Remp.euertisset hoc modo.ea enim,quæ nunc fiunt,ille passus non fuisset.ep.16, lib.14. Eius)Cæsaris. Acta)facta.ep.9.l.14. Non coegisset)ut illo interfecto coegit & quidem decreto confirmare.ep.1. lib.12.fam. Aut ut in Sauscianam)al.aut ut in Sausciam.al.aut ut Sausceam. nos putamus legẽdum:aut uis in Sauscianam, scilicet coegisset:uel,aut Sauscianam,scilicet coegisset confirmare,per septimam, ut Grammatici uocant, syllepsin.et,Sausciamam,primam Tusculanam disputationem,exponimus,in qua de animorum immortalitate potissimum contra Epicureos,è quibus erat Sauseius,disputat.ep.2.b.l. Vestorium)ep.2.l.6. Hortaris)ut ipse confirmatus.ep.2.b.l. Apud illum)Cæsarem,qui nos nescioquo pacto ferebat mirabiliter.ep.20.l.14. Mortuum)sic ep.21.b.l. Perdant)al.perduint, ut sententiam,& uerba à Comico poeta simul acceperit. Vt nostræ)al.tum ut nostræ. Aetati)ep.26.l.14. Domino)Cæsare. Liberi non sumus) sublato enim tyranno,tyrannus manet.ep.16.l.14 Ille)Cæsar. Rubeo)quod pudeat hoc scripsisse. Menedemo)ep.2.b.l. Verum fuisset)quod scripseras.ibid. Regina)epis.24.l.14. Nostris)paulò ante. Quid etiam nobis)sit faciendum. Antonius)Cos. Militibus)ep.26.l.14. Illius)Antonij. Misi)tabellarium. Studium tuum nauare)ad eum tre.epist.10.b.l. Ad eum)Brutum. Literas)tabellario dedi.ep.seq. Ad Dolabellam)debentem.ep.23 l.14. Tironem)ep.2.l.7. Misi cum mandatis,& literis)sic ep.12.b.l. Eum)Tironem. L.Cæsar)epis.21.l.14. Nemus)Aricinum,ut puto. Inde)ex Aricino nemore,quod aberat ab urbe ad X. Mil.pass. Romam)uenturum per Appiam, in qua posita est Aricia. Summatim)scribo, Nihil dum enim)intellexi. A Balbo)qui tectus homo est.ep.25.l.14.

CICERO ATTICO S. 5

A BRVTO tabellarius rediyt:attulit & ab eo,& Cassio.consilium meum magnopere exquirunt,Brutus quidem utrum de duobus.o rem miseram.plenè non habeo, quid scribam:itaque silentio puto me usurum,nisi quid aliud tibi uidetur. sin tibi quid uenit in mentem, scribe quæso. Cassius uero uehementer orat, ac petit, ut Hircium quamoptimum faciam. sanum putas? ὁ θησαυρὸς ἄνθρακες. epistolam tibi misi, ut tu de prouincia Bruti,& Cassij per S.C.ita scribit & Balbus,& Hircius quidem se acturum:etenim iam in Tusculano est,mihiq;,ut absim,uehementer auctor est,ille quidem periculi causa,quod sibi etiam fuisse dicit. ego autem,etiam ut nullum periculum sit,tantum abest,ut Antonij suspicionem fugere non curem,ne uidear eius secundis rebus non delectari,ut mihi causa sit,cur Romam uenire nolim,ne illum uideã. Varro autem noster ad me epistolam misit,sibi à nescio quo missam(nomẽ enim delerat)in qua scriptum erat,ueteranos eos, qui reyciantur(nam partem esse dimissam)improbissime loqui, ut magno periculo Romæ sint futuri,qui ab eorum partibus dissentire uideantur.quis porrò noster itus, reditus,uultus,incessus inter istos? quid, quod si,ut scribit, L.Antonius in Decimum, reliqui in nostros: ego quid faciam? aut quo me pacto geram? mihi uero deliberatum est, ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe,in qua non modo florui cum summa, uerum etiam seruiui cum aliqua dignitate: nec tam statui ex Italia exire,de quo tecum deliberabo,quam istuc non uenire. Vale.

σχόλια

A BRVTO) à M.Bruto. Tabellarius)cui literas ad eum dederam.ep.sup. Attulit) literas. Ab eo)Bruto. Cassio)C.Cassio.epist.16.l.14. Vtrum de duobus)faciat,maneat,an abeat. Quid scribam)ad Brutum hac de re. Hircium)Cos.Des.ep.9.l.14. Faciam)ep.seq.& ep.24.l.14. Sanum putas?) Cassium,qui petat à me,ut bonum faciam Hircium,qui Cæsarem etiam mortuum amat,episto.26.l.14. & in quo οὐδὲν ὑγιές ἐστι.ep.1.b.l. ὁ θησαυρὸς ἄνθρακες)thesaurus carbones.prouerb. sic adhuc quidem Hircium bonum credidimus; sed et ipse,qui thesaurus esse putabatur,carbones sunt,quòd & ipse otium timeat.ep.26.l.14. Vt tu)ageres. Per S.C.ita)al.perscita,ut dicitur perlegans,& persubtilis:ut dictum sit ἐιρωνικῶς, quum sit legataria,ep.8.b.l.& sordida,epis.10.b.l.nisi cui placeat legere,per scita,scilicet populi. Balbus)epist.3.l.7. Acturum)postea in Consulatu, uel primo quoque tempore. In Tusculano est)ep.seq. Absim)Roma præsertim Cal.iun.ep.16.l.14. Autor est)Hircius. Ille)Hircius. Periculi)epist.26. b.l. Fuisse)causam,ut uelit abesse,quòd timeat ab Antonio,cui est iratior.ep.seq. Dicit)utilius enim & ipse statuit abesse. ibid. Ego autem &c.) sensus hic est paucis. absens nec uidebor Antonij rebus secundis non delectari,quod paruipendo:nec ipsum Antonium uidebo,quod pluris facio. Varro)ep.25.l.2. Delerat)al.deerat. Veteranos)Philip.1. Istos?) Cæsarianos? Scribit)Varro,uel Hircius,uel ille,cuius nomen deerat.al.scribis,quod sequimur. L.Antonius)epis.24.l.14. In Decimum)in D.Brutum mittitur,uel proficiscitur,ut postea profectus est.Philip.sæpe.al.in D.Brutum. Reliqui)Cæsariani. In

nostros)

nostros)heroas.ep.4.l.14. Pacto)al.facto. Florid)salua Rep. Summa)dignitate. Seruilii)sub Cesare,apud quem erant gratiosus.ep.sup. Satui)ep.13.l.14. Istuc)Romam.

Hircius Ciceroni suo S. 6



VM ad me Brutus noster scripsisset, & Cassius,ut Hircium, quem adhuc bonum fuisse sciebant, neque confidebant fore,mea actoritate meliorem facerem(Antonio est enim fortasse iratior,causæ uero amicissimus)tamen ad eum scripsi,eique dignitatem Bruti,& Casij commendaui. ille quid mihi rescripsisset, scire te uolui, si forte idem tu,quod ego,existimares,istos etiam nunc uereri,ne forte ipsi nostri plus animi habeant,quàm habent. Rure an redierim,quæris:an ego,cum omnes caleant,ignauiter aliquid faciam. etiam ex Vrbe sum profectus:utilius enim statui abesse.has tibi literas exiens in Tusculanum scripsi.noli autem me tam strenuum putare,ut ad Nonas recurram: nihil enim iam uideo opus esse nostra cura, quoniam præsidia sunt in tot annos prouisa.Brutus,& Cassius utinam quàm facile à te de me impetrare possunt,ita per te exorentur,nequod callidius ineant consilium:cedenteis enim hæc ais scripsisse quo'?aut quare?retine,obsecro te,Cicero illos,noli sinere hęc omnia perire,quę funditus mediusfidius rapinis,incendijs,cædibus peruertuntur.tantum siquid timent,caueant,nihil præterea moliantur.non mediusfidius acerrimis consilijs plus,quàm etiam inertissimis, dum modo diligentibus,consequentur.hæc enim quæ fluunt,per se diuturna non sunt,in contentione præsenteis ad nocendum habent uireis.quid speres de illis,in Tusculanum ad me scribe. Habes Hircij epistolam,cui rescripsi,nil illos callidius cogitare,idque confirmaui. hoc, qualecũque esset, te scire uolui. Obsignata iam epistola,Balbus ad me,Seruiliã redijsse,confirmare nõ discessuros.nunc expecto à te literas.

GRATVM, quod mihi epistolas:quæ quidem me delectarunt,in primis Sexti nostri.dices,quia te laudat.puto mehercule id quoque esse causæ: sed tamen etiam ante,quàm ad eum locum ueni,ualde mihi placebat cum sensus eius de Rep.tum scribendi cura.Seruius uero pacificator cum librariolo suo uidetur obijsse legationem,& omneis captiunculas pertimescere.debuerat autem non ex iure manu consertum.sed quæ sequuntur.tu quoque scribes. Vale.

σχόλια




VVM ad me Brutus noster scripsisset)ep sup. Cassius)ibid. Hircium)ibid. Bonum)ut thesaurum.ibid. Fore)bonum,ut Cesarianum.ibid. Facerem)ibid. Antonio)Cos. Iratior)propter erogationem pecuniæ.epi sto.2.h.l. Causæ)Cæsarianorum potius, quàm optimatium: & si Cicero illum ad optimates traducere uolebat.ep.25.l.14. Ad eum)Hircium. Scire)ex literis Hircij ipsius,quarũ exẽplum infra est scriptũ. Existimares)ex illis potissimum uerbis: ita per te exorentur,nequod callidius ineant consilium. Istos)Cæsarianos,& in his Hircium ipsum. Nostri)heroes.epis.4.l.14. Hircius)Cos.Des.ep.9.l.14. Ciceroni suo)sic ep.21.l.14. An redierim) ego Hircius, al.iam redierim. Quæris)tu Cicero. Ignauiter)sine igne,& calore per ἀντίθετον. Faciam)quæris, an faciã. Etiam) hic tandem respondet Hircius,hoc uolens quasi dicere:nõ solum mi Cicero rure iam redij,sed etiam,postquàm predij,ex urbe sum profectus. Vtilius enim statui abesse)quàm in urbe esse cum periculo.ep.sup. in Tusculanum)meum.ep.18.lib.9 fam. Ad nonas)quibus fore senatum putant.epis.8.h.l. Recurram)in urbem. Nostra cura)ut Coss.Dess. Prouisa)hoc uidetur Hircius dicere,timens ipse,& tamen cupiens Brutum,& reliquos terrere. Brutus,& Cassius)ep.16.lib.14. Impetrare)ut sim melior. Callidius)al.calidius. Cedenteis)Brutum,& Cassium discedenteis.paulò post. Hæc)ut me faceres meliorem. Ais)tu Cicero in tuis ad me literis. Retine)ne aliquò profecti,de bello nobis inferendo cogitent. atque hic ueretur Hircius, quod supra dixit Cicero. Illos)Brutum,& Cassium. Peruertuntur)ab Antonio,qui pecunias erogat.epist.2.h.l. Timent) Brutus, & Cassius à Cæsarianis. Illis)Bruto,& Cassio. Habes)tu Attice. Cui) Hircio. Rescripsi)ego Cicero. Illos) Brutum,& Cassium. Balbus)ep.3.l.7. Ad me)scripsit. Seruiliam)Bruti matrem.ep.11.h.l. Non discessuros)Brutum,& Cassium. Epistolas)misisti. In primis)me delectauit epistola. Sexti)Sext. Peducei.epist.12.l.7. Dices)te Cicero delectat Sexti epistola. Laudat)Sextus. Ad eum locum)epistolæ,ubi me laudat. Scribẽdi cura)al.scribendi causa. Seruius)Seru. Sulpitius.l.4 fam. Pacificator)ut ep.23.l.14.uel epis.1.l.10. Librariolo)paruo librario,ut sit librarium legum,ut orat.pro Mil. Videtur obijsse legationem)quamuis non tum obierit,sed obijt postea.Philip.9. Captiunculas pertimescere)ut iurisconsultus.in Brut. Non ex iure manu consertum)uocare,ut loquitur l.1.de orat.& orat.pro Muren. Sed quæ sequuntur)sed mage ferro rem repetere.ep.13.l.7.fam.& Gell.l.20.cap.9. Scribes)ad me.

CICERO ATTICO S. 7


OST tuum discessum binas à Balbo: nihil noui: itemque ab Hircio, qui se scribit uehementer offensum esse ueteranis. expectat animus, quidnã agant de Cal. Martijs. misi igitur Tironem, & cum Tirone plureis, quibus singulis, ut quid accidisset, dares literas. atq; etiam scripsi ad Antonium de legatione, ne, si ad Dolabellam solum scripsissem, iracundus homo commoueretur. quòd autem aditus ad eum difficilior esse dicitur, scripsi ad Eutrapelum, ut is ei meas literas redderet, legatione mihi opus esse: honestior est uotiua: sed licet uti utraque. de te quæso etiam atque etiam uide. uelim possis corã: si minus possis, literis idem consequemur. Græceius ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. id quidem mihi uidebatur, sed cauendum, tamen (ut ille) quæ plures uident. debet aliquid crastinus ad cogitandum nobis dare. Vale.

σχόλια


OST tuum discessum) à me. Binas) literas accepi. A Balbo) ep. 3. l. 7. Itemque ab Hircio) literas accepi, ut ep. sup. Offensum) & Antonio etiam ob id iratum. ibid. Veteranis) comparatis. epis. 26. l. 14. Agant) al. agam. De Cal. Martijs) nescimus prorsus, quid agendum esset de Cal. Martijs, quæ tanto ante præterierant. Quare uideant eruditi, an legi debeat: de Id. Martijs, quas placuit parricidium uocari, ut scribit Suet. uel, Cal. tantum, ut è uerbo sequenti litera M. accreuerit, & librarius Mart. descripserit: significetque Cal. Iun. quibus futurus erat senatus. ep. 16. l. 14. quãquàm mihi magis placet ad pensionem aliquam referre, ut ita dicat: expectat animus, quidnam ego agã de pensione, quã Dolabella debuit Cal. Mart. ut Cal. Ian. ep. 22. l. 14. Misi igitur Tironem) ut ep. 4. h. l. Vt quid accidisset) al. ut quidque accidisset. Dares literas) ad me scriberes. ep. 4. h. l. Ad Antonium) Cos. De legatione) ep. 13. l. 14. Ad Dolabellam) ep. 11. h. l. Scripsissem) de hac legatione. Iracundus homo) Antonius. Philip. 1. & 5. Ad eum) Antonium. Difficilior) metu, ne ab Octauio interficiatur. ep. 23. l. 12. fam. Suet. in Augu. Senec. l. 1. ca. 9. de clemẽt. & Plutar. in Ant. Eutrapelũ) P. Volumnium Eutrapelum, qui postea fuit præfectus fabrũm Antonij. epist. 26. l. 9. fam. Philip. 13. & Nep. in Attic. Vt is) Eutrapelus, ut Antonij amicus. Ei) Antonio. Honestior) quã alia legatio libera. honestius est enim uideri exire uoti, quàm priuatæ rei causa. Votiua) ep. 11. h. l. Vtraq;) uotiua, & libera. De te) quid facturus ipse sis. ep. 13. & 20. l. 14. sic ep. 12. l. 7. quid agas de tua legatione. ep. 9. h. l. Græceius) ep. 7. & 12. l. xi. fam. C. Cassium) ep. 16. l. 14. Comparari) sic epist. 26. lib. 14. Mitterentur) duce L. Antonio. ep. 12. h. l. Mihi uidebatur) alij, mihi non uidebatur. Ille) fortasse, Ille, Cæcilianus, ep. 9. l. 2. fam. l. 2. de finib. & Quintil. lib. 11. cap. 1. al. illæ. Quæ plures uident) al. quæ plures uidendæ. Debet) al. sed. mihi locus hic totus ut obscurus, ita è Comico aliquo poeta, fortasse Cæcilio, sumptus uidetur.

CICERO ATTICO S. 8


VARTO. Non. uesperi à Balbo redditæ mihi literæ, fore Nonis senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum, & ad Vrbem mittendum curarent. ò rem miseram, primum ullam ab istis, dein, si aliquam, hanc legatariam prouinciam: atque haud scio, an melius sit, quàm ad Eurotam sedere. sed hæc casus gubernabit. ait autem eodem tempore decretum iri, ut & ijs, & reliquis prætorijs prouinciæ decernantur. hoc certe melius, quàm illa Persice porticus: nolo enim Lacedæmonem longinquam Lanuuium existimaris. rides, inquies, in talibus rebus? quid faciam? plorando fessus sum. Vale.

σχόλια


VARTO Non.) Iun. nisi me coniectura fallit. epist. 11. h. l. Balbo) epis. 3. l. 7. Redditæ mihi literæ) ut ep. sup. Fore Nonis senatum) ep. 6. h. l. Brutus) M. Brutus. Cassius) C. Cassius. ep. 16. l. 14. Curarent) ep. 11. h. l. & Appian. lib. 3. Vllam) ullam prouinciam dari. Ab istis) Antonio, & reliquis Cæsarianis. Legatariam) uel quam legati administrare possint, unde legatio etiam dicitur epis. 10. h. l. uel quasi à Cæsare legatam. nam prouincias acceperant à Cæsare, ut inquit Appian. al. legatoriam, unde legunt alij, relegatoriam. An melius sit) uti ista curatione frumenti. ep. 11. h. l. Ad Eurotam sedere) otiari, nihil agere, planè cessare, ut cessant illi, qui sedent in porticu ad simulachrum Eurotæ Laconici Fluuij, quod fecit Eutychides. Plin. lib. 34. cap. 8. Brutus autem, & Cassius erant otiosi. epist. 12. h. l. Ait autem) Balbus. Decretum iri) in senatu. Ijs) Bruto, & Cassio Prætt. epist. 10. l. 14. Hoc certe melius) prouincias decerni. Illa Persice porticus) ludi Apollinares, qui fiunt in circo Flaminio, ubi Cn. Octauius, quum de Perseo triumphasset, porticum fecit, quæ quamuis Corinthia sit appellata, uidetur tamen Persice porticus, uel Persei porticus, ut etiam hic legitur, dici commode posse. Plin. l. 34. cap. 3. Brutus uero hos ludos erat facturus, si licuisset. epis. 10. & xi. h. l. fuit etiam, unde pen-

tuit appellari, Persei simulachrum. Plin.lib.34.cap.8.& lib.35.cap.10. Androbius praeterea pinxit scyllin anchoras Persicae classis praecidentem: unde fortasse porticus ista sit uocata. huiusmodi enim simulachra in porticibus collocari solebant. Plin. lib.35.cap.xi. Lacedaemonem longinquam) prope quam fluit Eurotas. Lanuuium) ubi cessat Brutus. epist.10.l.14. Existimaris) deceptus, quia dixeram, ad Eurotam sedere. ne igitur existimares, me uoluisse dicere, Lanuuium esse quasi Lacedaemonem, illud addidi: hoc certe melius, quàm illa persice porticus, ut iocum ex ambiguo intelligeres, & porticum, uel simulachrum, non Fluuium significari cognosceres. al. existimauit, scilicet Brutus. & tunc ita esset exponendum: nolo enim, scilicet peius dicere, ut sit ἀπροσιώπησις: sed Brutus existimauit Lanuuium esse Lacedaemonem, & ita sedit ad Eurotam. posset etiam legi: existimari.

CICERO ATTICO S. 9



II immortales, quàm me conturbatum tenuit epistolae tuae prior pagina. quid autem iste in domo tua casus armorum? sed hunc quidem nimbum cito transiisse laetor. tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, uehementer expecto: est enim inexplicabilis: ita circunsidemur copijs omnibus. me quidem Bruti literae, quas ostendis à te lectas, ita perturbarunt, ut quanquam ante egebam consilio, tamen animi dolore sim tardior. sed plura, cum ista cognoro. hoc autem tempore, quod scriberem, nihil erat, eoque minus, quòd dubitabam, tu has ipsas literas esses ne accepturus: erat enim incertum, uisurus ne te esset tabellarius. ego tuas literas uehementer expecto. Vale.

σχόλια



II immortales) principium affectus plenum. Egeris tua) alij, egeris de tua. Legatione) qua et ipse possis exire. ep.7.& .30.h.l. Bruti literae) fortasse ep.2.l.xi. fam. Ista) quae Romae fiunt.

CICERO ATTICO S. 10



BRVTI amanter scriptas. o iniquum tuum tempus, qui ad eum ire non possis, ego autem quid scribam? ut beneficio istorum utantur? quid turpius? ut moliantur aliquid? nec audent, nec iam possunt. age, quiescant auctoribus nobis? quis incolumitatem praestat? si uero aliquid de Decimo gratius: quae nostris uita, etiam si nemo molestus sit? ludos uero nõ facere quid foedius? frumentum imponere, quae est alia Dionis legatio? aut quod munus in Rep. sordidius? prorsus quidem consilia tali in re ne ijs quidem tuta sunt, qui dant. sed possim id negligere proficiens. frustra uero quid ingrediar? matris consilio cum utatur, uel etiam precibus, quid me inter ponam? sed tamen cogitabo, quo genere utar literarũ: nam silere non possum. statim igitur mittam uel Antium, uel Circaeos. Vale.

σχόλια



BRVTI amanter scriptas) literas. Ad eum) Brutum. Ire) & tuum studium nauare. epist.4.h.l. Quid scribam?) ad Brutum. & Cassium? Beneficio) prouincia legataria. ep.8.h.l. & ep.seq. Istorum) Caesarianorum. ibid. Quid turpius?) quàm uideri beneficium ab inimicis, & talibus accepisse? Moliantur aliquid?) ut dubitat Hircius? ep.6.h.l. Nec audent, nec iã possunt) amissis occasionibus. epi. seq. alij, nec audient, nec iã possunt. Praestat?) in tanta ueteranorum frequentia? ep.2.l.xi. fam. Si uero aliquid de Decimo gratius, quae nostris uita) al. si uero aliquid de Decijs, Gracchisque nostris, uita. al. si uero aliquid de Decijs, Graeceisque nostris, uita. epist.5.& .7.h.l. hinc alij aliter, nos ita legimus: si uero aliquid de Decimo grauius, quae nostris uita: hoc sensit: siquid grauius decernatur de D. Bruto, ut prouincia illa eripiatur, ep.4.h.l. quae uita erit Bruto, & Cassio? Molestus sit) illis? Ludos) Apollinares. epist.4. l.16. Non facere) Brutum, et Cassium ut Praetores, qui ludis Apollinaribus faciendis praeerant. Liu.l.25. Frumentum) frumenti curationem. ep.seq. Dionis) Dionis Syracusani, cuius uitam Plutarc. & Prob. Aemylius scripserunt. Legatio) potissimum quum missus est Corinthum: quae tamen legatio, exilium debet uocari. sic Caesariani dabant operam, ut Brutum, & Cassium quasi relegarent. Sordidius?) quàm huiuscemodi frumenti curatio? Possim id negligere) consilia ne ijs quidem tuta esse, qui dant. Proficiens) si proficerem dans consilia Bruto, periculum possem negligere. Quid ingrediar?) ad dandum consilium? al. qua ingrediar? Matris consilio quum utatur, uel etiam precibus) epist. sequen. Vtar) ad ipsum Brutum scribere si uoluero. Nam silere non possum) quin ad Brutum scribam. Mittam) literas ad Brutum. Antium) epist. seq. Circaeos) epist.13.l.12.

CICERO ATTICO S. II



NTIVM ueni ante VI. Cal. Bruto iucundus noster aduentus. deinde, multis audientibus, Seruilia, Tertulla, Porcia quærere, quid placeret. aderat etiã Fauonius. ego, quod eram meditatus in uia, suadere, ut uteretur Asiatica curatione frumenti, nihil esse iam reliqui, quod ageremus, nisi ut saluos esse: in eo etiam ipsi Reip. esse præsidiũ. quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. ego eadem illa repetiui. hoc loco fortibus sane oculis Cassius, Martem spirare diceres, se in Siciliam non iturus. ego ne ut beneficium accepisse in contumelia? quid ergo agis, inquam? at ille, in Achaiam se iturũ. quid tu, inquam, Brute? Romam, inquit, si tibi uidetur. mihi uero minime: tuto enim nõ eris. quid si possem esse? placeret ne? atque ut omnino neque nunc, neque ex Prætura in prouinciam ires. sed auctor non sum, ut te Vrbi committas. dicebam ea, quæ tibi profecto in mentem ueniunt, cur non esset tuto futurus. multo inde sermone querebãtur: atque id quidem Cassius maxime, amissas occasiones: Decimumq; grauiter accusabat. ea negabam oportere, præterita. assentiebar tamen: quanquam ingressus essem dicere, quid oportuisset: nec uero quicquam noui, sed ea, quæ quotidie omnes: nec tamen illum locum attingere, quenquam præterea oportuisse tangi, sed senatum uocari, populum ardentem studio uehementius incitari, totam suscipere Remp. exclamat tua familiaris. hoc uero neminẽ unquam audiui. ego repressi. sed & Cassius mihi uidebatur iturus (etenim Seruilia pollicebatur se curaturam, ut illa frumenti curatio de S. C. tolleretur) & noster cito deiectus est de illo inani sermone: uelle enim se dixerat. constituit igitur, ut ludi absente se fierent suo nomine. proficisci autem mihi in Asiam uidebatur ab Antio uelle. ne multa, nihil me in illo itinere præter conscientiam delectauit: non enim fuit committendum, ut ille ex Italia prius, quàm à me conuentus esset, discederet. hoc dempto munere amoris, atque officij, sequebatur, ut mecum ipse: ἡ δεῦρ᾽ ὁδὸς, σοὶ τί δύναται νῦν Θεοπρόπε. prorsus dissolutum offendi nauigium, uel potius dissipatum. nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. itaque etsi ne antea quidem dubitaui, tamẽ nunc eo minus, euolare hinc, idq; quamprimum, ubi nec Pelopidarum facta, neque famam audiam. sed heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legauit ad IIII. Non. Apr. id mihi heri uesperi nunciatum est. uotiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ, si stetisset Resp. uouissem, ea me, euersa illa, uota dissoluere. & habent, opinor, liberæ legationes diffinitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest: idq; adeo genus legationis, ut, cum uelis introire, exire liceat. quod nunc mihi additum est. bella est autem huius iuris quinquennij licentia. quanquam quid de quinquennio cogitem? contrahi mihi negotium uidetur. sed σκόλυμα mittamus. Vale.

σχόλια



NTIVM) ubi tunc erant Brutus, & Cassius, unde Antiates uocat ep. seq. VI. Cal.) Iun. epist. 4. h. l. hoc enim fuit inter Non. Maij, ep. 24. l. 14 & XVII. Cal. Quintil. epist. 19. & 26. h. l. atque Antium iuisse ante VI. Cal. sed scripsisse post IIII. Non. uidetur ep. 8. h. l. mensibus quinque ante Cal. Nouemb. ep. 21. h. l. Bruto) M. Bruto. Seruilia) mater M. Bruti. Tertulla) epist. 24. l. 14. Porcia) M. Catonis filia, & Bruti ipsius uxor. Plutarc. in Brut. & Val. Max. lib. 4. cap. 6. Quærere) cœperunt. Quid placeret) mihi: Q. D. E. R. F. P. quid de ea re fieri placeret: quid de curatione frumenti faciendum tanquàm in senatu censerem. Fauonius) ep. 1. l. 2. tunc erat Bruti familiaris. Plutarc. in Brut. Vteretur) Brutus, quòd id melius esset, quàm sedere ad Eurotam. ep. 8. h. l. Asiatica curatione frumenti) ibid. Nisi ut saluos esse) nisi ut saluus esset: uel, nisi ut saluos esset, comico more legendum esse, docet & locutio ipsa, & uerba, quæ sequuntur. neque enim locutio illa est latina. præterea si omnes essent salui, sine dubitatione, in eo esset præsidium Reip. atqui inquit, in eo etiam ipsi Reip. esse præsidiũ, si Brutus esset saluus, à quò penderet Resp. ep. 24. l. 14. Cassius) C. Cassius. ep. 16. l. 14. Hoc loco) dixit. Martem spirare diceres) τὸν ἄρη πνεῖν λέγοις ἄν, ut ep. 5. lib. 3. ad Q. fr. sic ἄρη βλέπειν. prouerb. Pyrrhichen oculis præ se ferre. Siciliam) epist. 8. h. l. Ego ne) ἐμφάσεις, & μίμησις. Beneficium) ep. sup. & seq. Accepisse) uidear ab istis. ep. sup. al. accepissem. In contumelia?) quum nihil hoc munere sit sordidius? ep. sup. al. contumeliam? At ille) Cassius dixit. Tuto) ep. 9. l. 14. Possem esse?) in urbe tuto? Placeret ne?) placeret ne tibi Cicero me Romam uenire? Atque ut omnino) al. atque ita placeret, ut omnino: fortasse melius, ut legas: atque ita placere, ut omnino: atque respondi mihi ita placere, ut &c. Neque nunc) in Prætura. Neque ex Prætura) neque in fine Preturæ. Non sum) tibi Brute. Quæ tibi) Attice. Futurus) Brutus. Cassius) qui M. Antonium simul cum Cæsare interimendũ cen-

fuerat,testamentumque Cęsaris abolendum. Patercul. Maxime)querebatur. Amissas occasiones) præsertim primo capitolino die.ep.10.l.14. Decimumque)Decimumque Brutum,qui cedendum putauit.ep.1.l.11.fam. Oportere)dicere, reprehendere. Praterita)quæ mutare non possumus.orat.in Pis. Assentiebar tamen)amissas esse occasiones. Quanquàm)quamque,libenter legam,ut pendeat oratio, donec perducatur ad uerbum, exclamat. Quid oportuisset) interfecto Cęsare facere. Quotidie omnes)dicunt. Attingere)ingressus essem. Quenquam) hominem. Praterea)præter Cęsarem. Tangi) occidi. Senatum uocari)in Capitolum à Pręt. epist.10.l.14. Ardentem)lętantibus omnibus bonis.ibid. Tua familiaris) Seruilia,quam tu colis.Nep.in Attic. Hoc uero)quod dicis tu Cicero. Neminem unquàm audiui)dicentem. Ego repressi) uel,ego Cicero repressi Seruiliam ita exclamantem:uel,ego Seruilia repressi Brutum,& Cassium id,quod dicis Cicero,facere uolentes. Iturus)in Siciliam,contrá,atque supra dixerat. Seruilia)ut olim Cęsari,& nunc Cęsarianis amica ita,ut Pontij Neapolitanū adhuc possideat.ep.25.l.14. Noster)Brutus. Sermone)de reditu in urbem. Velle)Romam redire. Ludi) ep.sup. In Asiam)ad curationem frumenti. Videbatur)matris uerbis de suo sermone deiectus, quód matris consilio uteretur.ep.sup. Antio)quò ad Brutum ueni. Ne multa)dicamus. Ille)Brutus. Vt mecum ipse)dicere possem,quód sequitur. ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν θεόπρεπες)hæc uia tibi quid potest nunc uates?hæc uia quid nunc prodest Cicero? quid te nunc Cicero iuuat huc uenisse?ep.6.l.16.præsertim quum Brutus matris consilio utatur.epis.sup. Dissolutum offendi nauigium)Brutum,Cassium,& reliquos male paratos:sic scopas dissolutas episto.12.l.7. Nihil consilio)factum. Ne antea quidem)ep.13.l.14.& ep.7.h.l. Dubitaui)al.dubitaueram. Euolare)sic ep.31.l.7.fam.extre.epis.12.l.14. Pelopidarum) Antoniorum,ut quasi exponit ipse Philip.13. Neque famam)neque nomen.ibid.& ep.31.l.7.fam. Dolabella)Cos.epist.21. lib.14. Legauit)ut petij.ep.7.h.l. IIII.Non.Apr.) illo quidem die legauit,sed heri nunciatum est.Ego tamen libenter delerem Apr.ut IIII.Non.Iun.significaret.ep.8.h.l. Votiua) legatio uoti causa data.epist.18.l.2.& ep.2.l.4. Erat absurdum) quum compos non essem factus. Vouissem)Dijs quasi pro salute Reip. Ea)uota. Me)ut uoti reum. Euersa illa)Rep. Dissoluere) alij,Dijs soluere:quod placet. Liberæ legationes) quæ dantur uel obeundarum hæreditatum,orat.1.cōtra Rull. uel exigendi,orat.pro L.Flacc.certe priuati negotij causa.ep.21.lib.12.fam.& lib.3.de legib. Lege Iulia) epist.16.l.5. Vt, quum uelis introire,exire liceat)nos interpungimus hoc modo:ut,quum uelis,introire, exire liceat:hoc sensu: illud est liberæ legationis genus, ut liceat introire in urbem, & exire, quum uelis,quod non licet cæteris legatis. Additum est)à Dolabella Cos. Bella est)ita nunc uidetur,quanquàm Cos.ego minui tempus,& annuum feci.lib.3.de finib. Quinquennij licentia) facultas,ut quinquennium abesse liceat. Quanquàm quid de quinquennio cogitem?)al.quanquàm quinquennium cogitem. Contrahi)in angustum adduci,& iam penè impendere periculum,& propinquam esse cædem,ep.19.h.l.ita, ut de quinquennio nō sit cogitandum.Quare pacem relinquemus,ut ad bellum reuertemur.episto.3.lib.16. βλάσφημα) execratio, maledictum, & quasi malum omen.

CICERO ATTICO S. 12

BENE mehercule de Buthroto.at ego Tironem ad Dolabellam cum literis, quia iusseras,miseram.quid nocet?de nostris autem Antiatibus satis uidebar planè scripsisse,ut non dubitares,essent quin otiosi futuri,usuriq; beneficio Antonij contumelioso. Cassius frumentariam rem aspernabatur. eam Seruilia sublaturam ex S.C. se esse dicebat.noster uero, καὶ μάλα σεμνὸς, in Asiam,postea quàm mihi est assensus tuto se Romæ esse non posse: ludos enim absens facere malebat:statim autem se iturum,simulac ludorum apparatum ijs,qui curaturi essent,tradidisset.nauigia colligebat.erat animus in cursu.interea in eisdem locis erāt futuri.Brutus quidem se aiebat Asturæ.L.quidem Antonius liberaliter literis sine cura me esse iubet.habeo unum beneficium, alterum forte, si in Tusculanum uenerit.o negotia non ferenda, quæ feruntur tamen. τῶν δ' αἰτίαν τῶν ζεόντων τίς ἔχει. Octauiano, ut perspexi, satis ingenij, satis animi:uidebaturq; erga nostros ἥρωας ita fore,ut nos uellemus,animatus. sed quid ætati credendū sit,quid nomini,quid hæreditati, quid κατηχήσει, magni consilij est:uitricus quidem nihil censebat, quem Asturæ uidimus. sed tamen alendus est,&,ut nihil aliud,ab Antonio seiungendus. Marcellus præclare, si præcipit nostro, nostri:cui quidem ille deditus mihi uidebatur. Pansę autem,& Hircio non nimis credebat.bona indoles ἐὰν διαμένῃ..

σχόλια

BENE mehercule)actum est,quòd Coss.causas probarunt.ep.16.l.16. Buthroto)ibid.& ep.23.l.14. Dolabellam)ut Cos. Miseram)ut epis.4.h.l. Quid nocet?)misisse, quamuis iam causas probarint. Antiatibus) Bruto,& Cassio,qui sunt Antij quasi Antiates.ep. sup. Scripsisse)ibid. Otiosi futuri) tanquàm ad Eurotā sedentes,ep.8.h.l.ita,ut periculum non sit,ne aliquid moliantur.ep.10.h.l. Beneficio)ep. sup. Antonij)Cos. Contumelioso)in contumelia.ep. sup. Aspernabatur)ibid. Seruilia)tua familiaris.ibid. Dicebat) pollicebatur.ibid. Nos

ster uero)Brutus.ibid. καὶ μάλα σεμνὸς)*& ualde grauis.ep.24.l.14.& ep.1.h.l. sic* σεμνότερος *ep.1.l.2.al* καὶ μάλα σεμνῶς,*& ualde grauiter. In Asiam)proficisci uelle uidebatur,ep. sup.uel se iturũ ostendebat. Assensus est) detectus de illo inani sermone.ibid. Ludos)ibid.& ep.10.h.l. Se iturum)in Asiam ostendebat. Asturæ)futurum.ep.23.l.14. L.quidem Antonius)epist.24.l.14.cui M.Antonius frater Italiam diuidendam dedit.Philip.5. Sine cura)de meo Tusculano,uel de uita.nam paulò post Cicero uix eius crudelitatem effugit.Philip.12. Beneficium) quòd L.Antonius me sine cura esse iubet. est enim quædam* ἀγανάκτησις. *Alterum forte)beneficium habebo,ut Tusculanum meum non diuidat:uel potius,ut diuidat,ut sit* εἰρωνικῶς *dictum. Venerit)cum hominibus armatis.epist.7.h.l.* τὰ δ' αἰτίαν τῶν βρούτων τὶς εἶχε;*). causam uero Brutorum quis sustinuit? ut hæc ita ferantur,utrius Brutorum culpa fuit,M.ne Bruti,qui,quum Cassius Antonium interimendum censuisset,repugnauit:Paterc.& ep 21.h.l.an D.Bruti,qui cedendum putauit?ep.1.l.xi. fam.& ep. sup al.* τὰ δ' ἐνδεῖν ἄν τῶν βρούτων τισίν, *hæc indiguissent Brutorum in quibusdam: opus fuisset Brutis,qui M. Antonium, & alios quosdam,ut Cæsarem interficerent. sic Ahalam Seruilium aliquem,aut etiam Brutum opus esse reperiri.ep.24.l.2. Octauiano)qui prius Octauius dicebatur.ep.5.l.14.al.in Octauiano.* ἥρωας*)ep.4.l.14. Animatus)quamuis patrem interfecerint. sed tunc simulabat,ut exitus docuit. Aetati) Octauiani XVIIII. annorum Paterc. XVII. Eutrop. intra XVIII. annos. Flor.ultra XVIII.Senec.l.1.cap.9.de clement.ep.8.l.16. Nomini)Cæsari.ep.5.& 22.l.14.Liu.l.116.& 117. Hereditati)epist.5.l.14.* κατηχήσει*)institutioni,qua fuit à Cæsare informatus,eruditus,& quasi initiatus.Dion l.45.atque hæc sunt ex attributis personæ.l.1.de inuent. Vitricus)L.Martius Philippus. Suet.in August.Dion l.45.& ep.51.l.13. Nihil censebat)credendum.Alendus est)Octauianus. Nihil aliud)*μηδὲν ἄλλο *ut ep.15.l.2. Marcellus)ep.3.h.l. Præclare)facit. Præcipit)quid faciendum sit. Nostro nostri)Quinto nostro Quinti nostri filio. sic enim interpretandum conijcimus. Cui quidem)Marcello. Ille)Q. filius. Pansæ autem,& Hircio)Coss. Desi. ep.9.l.14. Non nimis credebat)ut erat solitus. ep.4.l.10 Indoles)Q. filij,qui nunc mirus est ciuis, ut Fauonium,& Asinium dicas.epist.30.h.l. alij tamen hæc omnia ad Octauianum referunt.* ἐὰν διαμένῃ*)si permanserit.*

CICERO ATTICO S. 13



IIII. Cal.duas à te accepi epistolas.respondebo igitur priori prius.Assentior tibi, ut nec duces simus,nec agmẽ cogamus,faueamus tamen. Orationem tibi misi.eius custodiendæ,& proferendæ arbitrium tuum. sed quãdo illum diem,cum tu edendam putes? Inducias,quas scribis,non intelligo fieri posse. melior est ἀναντιφωνησία*: qua me usurum arbitror. Quod scribis legiones duas Brundusium uenisse:uos omnia prius: scribes igitur,quicquid audieris. Varronis* διάλογον *expecto.iam probo* Ἡρακλείδειον*,præsertim cum tu tantopere delectere. sed quale uelis,uelim scire. Quòd ad te antea,atque adeo prius scripsi(sic enim mauis ad scribendum tibi uere dicere) fecisti me acriorem.ad tuum iudicium,quod mihi erat notum, addidisti Peducei auctoritatem,magnam quidem apud me,& in primis grauem.enitar igitur,ne desideres aut industriam meam,aut diligentiam. Vectenum,ut scribis,& Faberium foueo. Clodiũ nihil arbitror malitiose.quanquam,si quid egerit de libertate retinenda,qua certe nihil est dulcius, tibi assentior.ita nec Gallo animo hominem nequam? quid enim dicam aliud? cautum Marcellum,me sic, sed non tamen cautissimum. Longiori epistolæ. superiorique respondi.nunc breuiori,propiorique quid respondeam,nisi eam fuisse dulcissimam? Res Hispanienses ualde bonæ.modo Balbilium incolumem uideam,subsidium nostræ senectutis. De Anniano item,quòd me ualde obseruat Visellia sed hæc quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis: sed Selicia,uenisse M.Scaptium,eumque non qua pompa,ad se tamen clàm uenturum,sciturumque me omnia,quæ ego statim.interea narrat eadem,Bassi seruum uenisse,qui nuntiaret legiones Alexandrinas in armis esse,Bassum arcessi,Cassiũ expectari.quid quæris? uidetur Resp.ius suum recuperatura. sed ne quid ante.nosti horũ exercitationem in latrocinio,& amentiam.Dolabella uir optimus.& si,cum scribebam secunda mensa apposita,uenisse eum ad Baias audiebam.tamen ad me ex Formiano scripsit,quas literas,cum è balineo exissem,accepi, sese de attributione omnia summa fecisse.Vectenum accusat.tricatur scilicet,ut homo talis: sed ait totum negotium Sestium nostrum suscepisse,optimum quidem illum uirum,nostrique amantissimum: quæro autem,quid tandem Sestius in hac re facere possit,quod non quis nostrum? sed, siquid præter spem erit,facies,ut sciam. sin est(ut arbitror)negotium perditum,scribes tamen,neque ista res commouebit. Nos hic* φιλοσοφοῦμεν*: quid enim aliud? & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus,*

ce explicamus, προσφωνοῦμεν Ciceroni: qua de re enim potius pater filio? deinde alia. quid quæris? extabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras uenturum putabant. ego autem in Pompeianum properabam, non quo hoc loco quicquam pulchrius, sed interpellatores illic minus molesti. sed perscribe quæso, quæ causa sit Myrtilo pœnas quidem illum pependisse audiui. & satis ne patet, unde corruptus? hæc cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam. hui, quàm timeo, quid existimes. & si quid ad me? quæ non sit foras proditura, nisi Rep. recuperata. de quo quid sperem, non audeo scribere. Vale.

σχόλια

OCTAVO Cal.) Iun. ut multo ante literas acceperit, & nunc tãdem respondeat. nam cuius alius mensis Cal. significare possit, non uideo. ep. xi. h. l. Duces) in bello. quod futurum est. epis. 23. & 26. l. 14. Simus) ut senes. ibid. Faueamus tamen) optimatum partibus. Orationem) quam me uoluisti scribere. epist. 3. & 4. h. l. Illum diem) uidebimus? ep. 10. l. 16. Quum tu edendam putes?) Rep. recuperata? paulò post. ἀνανταπόφωνησία) taciturnitas, iudicium, cuius est tuta merces, res sine responsione. ep. 1. l. 6. Vsuram arbitror) sic ep. 5. h. l. Legiones) ep. 2. h. l. Duas) fortasse Martiam, & Quartam. Philip. 3. Venisse) ex Macedonia. ep. 23. l. 12. fam. Prius) intelligitis, quàm nos, qui tamen propius absimus. Varronis) epist. 25. lib. 2. διάλογον) dialogum. Iam probo) nec prius recusabam. epist. 4. h. l. ἡρακλείδειον) ibid. Quale) ἡρακλείδειον. Prius) quàm ad alium quempiam. Scripsi (sic enim mauis ad scribendum tibi uere dicere) fecisti me acriorem) alij, scripsi (sic enim mauis) ad scribendum fecisti me alacriorem. fortasse ita legi posit: scripsi (sic enim mauis tibi uere dicere) ad scribendum fecisti me acriorem. uel, scripsi (sic enim mauis) ad scribendum (tibi uere dicere) fecisti me acriorem, ut uerbum, liceat, desit: nisi quis ita magis probet: scripsi (sic enim mauis) ad scribendum tibi, uere dicere fecisti me acriorem: ut græce sit dictum, uere dicere, τῷ ἀληθῶς εἰπεῖν, hoc est, ueritatem dicens, me acriorem fecisti ad scribendum. sic penè loquatur Plaut. in Epidic. sum defessus quærere. Pelucei) Sext. Pelucei. ep. 12. l. 7. Magnam quidem apud me) ep. 1. l. 10. Vectenum) ep. 15. l. 10. Faberium) ep. 24. l. 12. & ep. 22. l. 14. Clodium) epist. 14. l. 14. Malitiose) acturum. Quãquàm, si quid egerit) scire cupio, uel prouidebimus. hic enim uidetur distinguendum. De libertate retinenda) contra istos. Ita ne? Gallo animo) nos, donec melius inueniatur, legemus uel, ita'ne Gallo Caninio? scilicet iniuriam fieri? huic enim cum Antonijs inimicitiæ uidentur intercessisse. Val. Max. l. 4. cap. 2. uel, ita'ne Gallonio? ita'ne M. Antonio seruiemus, qui Gallonij quæstum, & sumptum sequitur. orat. pro P. Quintio, & lib. 2. de leg. Orat. Saty. 2. lib. 2. quòd uero Antonius ita uiueret, docet Philip. 2. Cautum Marcellum, qui discedat. episto. 2. huius libri. Me) cautum. Sic) ut est Marcellus, quum absim, & cogitem euolare. episto. 11. huius libri. uel, sic temere, ut apud Orat. Odis. 11. lib. 2. ἄντως, ἀπράκτως, ut exponit interpres Hom. Iliad. ξ. Propiorique) ut episto. 3. huius libri. Res Hispanienses) episto. 8. lib. 14. Balbilium) nescio quem. Anniano) nescioquo. al. Amiano. episto. 1. lib. 6. Visellia) Romæ in ueterum monumentis hoc nomen legitur. Humana) quæ sunt ferenda. ep. 21. h. l. Bruto) M. Bruto. Selicia) narrat. Opora Selicia in ueterum monimentis legitur, & Q. Selicius epis. 4. l. 1. fam. al. Seliciam, unde legi fortasse posit, Seruilia, cuius familiaris erat Scaptius. ep. 18. ad M. Brut. Venisse) à Bruto, uel ex Cilicia. M. Scaptium) ep. 21. l. 5. & ep. 1. l. 6. Non qua) non aliqua. uel, non qua solet. Ego statim) ad te scribam. Eadem) Selicia. Bassi) Q. Cæcilij Bassi. epis. 9. lib. 14. Venisse) ex Syria. Legiones Alexandrinas) quas A. Allienus ex Aegypto postea eduxit. ep. 12. l. 12. fam. Cassium) ut qui prius etiam in Syria fuerat. ep. 15. & 18. l. 5. Expectari) & postea profectus est. Philip. 11. & ep. 11. l. 12. fam. Sed ne quid ante) sed ne quid ante patiatur, timendum est. Horum) Antonij, & aliorum, quos latrones sæpe uocat. Vir optimus) quòd me legarit, ep. xi. h. l. uel quòd faciat, quæ tu uis. epistola seq. nisi εἰρωνικῶς sit dictum, quum nõdum, quod debet, soluerit. ep. 23. l. 14. Eum) Dolabellam. Batas) suas. ep. 51. l. 13. De attributione) nominum. ep. 3. l. 16. Vectenum) tanquàm monetalem. ep. 22. l. 10. Accusat) quòd soluere hanc pecuniam, uel attribui noluerit. Tricatur) nugas agit Dolabella. ep. 23. l. 14. prouerb. tricæ, apinæ. Homo talis) qui tricari solet. Sestiũ) ep. 17. l. 5. Quod non) posit facere. Quis nostrum?) aliquis nostrum? alij, quiuis nostrum? Negotium) exigendæ pecuniæ à Dolabella. Commouebit) quo minus scribas. Nos hic) scribemus. φιλοσοφούμενα) philosophica. epist. 27. l. xi. fam. al. φιλοσοφούμεθα, Philosophamur: fortasse rectius, ut τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος à Philosophicis minus seiungere uideatur. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος) quæ sunt de officio. ep. 10. & 13. l. 16. προσφωνοῦμεν) dedicamus. ibid. et ep. 20. l. 13. Ciceroni) meo filio, ut adhuc inscriptio docet. Potius) quàm de officio. Pater filio?) προσφωνήσοι ἄν; uidetur enim esse non ἀνοικεῖον. ep. 10. l. 16. Extabit opera) opus dixit ep. 4. l. 2. Varronem) ep. 25. l. 2. Venturum) fortasse in Cumanum lib. 1. Acad. quæst. uel in fundum Casinatem. Philip. 2. Pompeianum) ep. 17. l. 1. Properabam) ut ep. 18. l. 14. Hoc loco) Puteolano Cluuiano. ep. 9. & 18. l. 14. Pulchrius) & amœnius. ep. 13. l. 14. Interpellatores) epis. 18. l. 14. Illic) in Pompeiano. ibid. Myrtilo) homini illi, qui, qualis in Hippodamiam Oenomai filiam Myrtilus fuit, talis in M. Antonium (sic enim putamus) extitit. nonnullos enim ex custodibus corporis sui produxit Antonius tanquàm ab Octauio ad se interficiendum subornatos. Appian. hinc ad eum difficilis erat aditus. ep. 7. h. l. multitudo tñ hoc fictum ab Antonio credebat. ep. 23. l. 12. fam. Corruptus?) ab Octauiano. Tantum quòd) cõmodum, ut cõmodum per tãtum quòd exponit Terentij interpres in Eunuch. Orationem) quã nisi. paulò ante. Hui, quàm timeo) cerulas enim tuas miniatulas extimesco. epis. 10. l. 16. Existimes) de oratione. Quæ non sit) al. quòd non sit. Proditura) sed à te custodienda, ne quenquam offendat, & proferenda suo tempore.

Cicero Dolabellæ Cos. ſuo S. 14



I. Cal. accepi à Dolabella literas, quarum exemplum tibi miſi, in quibus erat, omnia ſe feciſſe, quæ tu uelles. ſtatim ei reſcripſi, & multis uerbis gratias egi. ſed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc cauſæ ſumpſi, quòd ex te ipſo corã antea nihil potuiſſem cognoſcere. ſed quid multa? literas hoc exemplo dedi. Antea cum per literas Attici noſtri de tua ſumma liberalitate, ſummoq; erga ſe beneficio certior factus eſſem, cumque tu ipſe etiam ad me ſcripſiſſes, te feciſſe ea, quæ nos uoluiſſemus: egi tibi gratias per literas iis uerbis, ut intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuiſſe. poſtea uero quàm ipſe Atticus ad me uenit in Tuſculanum huius unius rei cauſa, tibi ut apud me gratias ageret, cuius eximiam quandam, & admirabilem in cauſa Buthrotia uoluntatem, & ſingularem erga ſe amorem perſpexiſſet: teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. ex omnibus enim mi Dolabella ſtudiis in me, & officiis, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi & ampliſſimum uideri, & gratiſſimum eſſe, quòd perfeceris, ut Atticus intelligeret quantum ego te, quantum tu me amares. quod reliquum eſt, Buthrotiam & cauſam, & ciuitatem, quanquam à te conſtituta eſt (beneficia autem noſtra tueri ſolemus) tamen uelim receptam in fidem tuam, à meq; etiam tibi commendatam, auctoritate, & auxilio tuo tectam uelis eſſe. ſatis erit in perpetuum Buthrotiis præſidii, magnaq; cura, & ſolicitudine Atticum, & me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſa ſuſceperis, ut eos ſemper à te defenſos uelis. quod ut facias, te uehementer etiam, atq; etiam rogo. His literis ſcriptis, me ad συντάξεις dedi: quæ quidem, uereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint: ita ſum μετέωρος, & magnis cogitationibus impeditus. Vale.

σχόλια



EXTO Cal.) Iun. ut ep. ſup. Dolabella) Cos. In quibus erat) ſcriptũ. Feciſſe) de Buthrotiis. ep. 16 l. 16. Suo) ſic ep. 11. l. 14. Cauſa Buthrotia) ep. 16. l. 16. Tectam) prouerb. Sarta tecta. al. tutam. Scriptis) à me ad Dolabellam. συντάξεις) compoſitiones. ep. 12. l. 13. Miniata cerula tua) ep. 10. l. 16. Politian. Miſc. cap. 53. Notandæ ſint) à te Ariſtarcho. epiſto. 10. & 11. lib. 1. μετέωρος) ſuſpenſus, ſuſpenſo animo, intento animo. epiſt. 5. lib. 16. & epiſt. 11. lib. 5.

CICERO ATTICO S. 15



. ANTONIO *male ſit, ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt.* Ego teſtimonium *compoſui: quod, cum uoles, obſignabo. tu numos Arpinatum, ſi* L. Fadius Aedilis *petet, uel omnis reddito.* Ego ad te alia epiſtola ſcripſi de HS CX. *quæ Statio curarentur. ſi ergo petet* Fadius, *ei uolo reddi: præter Fadium, nemini. apud me item, puto depoſitum. id ſcripſi ad* Erotem, *ut redderet.* Reginam *odi. me iure facere ſcit. ſponſor promiſſorum eius* Ammonius, *quæ quidem erant* φιλόλογα, *& dignitatis meæ, ut uel in concione dicere auderem.* Saram *autem præterquam quòd nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem. ſemel eum omnino domi meæ uidi. cum* φιλοφρόνως *ex eo quærerem, quid opus eſſet:* Atticum *ſe dixit quærere. ſuperbiam autem ipſius* Reginæ, *cum eſſet trans* Tyberim *in hortis, commemorare ſine magno dolore non poſſum. nihil igitur cum iſtis. nec tam animum me, quàm ſtomachum non habere arbitrantur.* Profectionem *meam, ut uideo,* Erotis *diſpenſatio impedit: nam cum ex reliquis, quæ* Nonis Apr. *fecit, abundare debeam, cogor mutuari, quodq; ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam. ſed hæc* Tironi *mandaui, quem ob eam cauſam* Romam *miſi. te nolui impeditum impedire.* Vale.

σχόλια



. ANTONIO) ep. 24. l. 14. Buthrotiis) ep. 16. l. 16. Moleſtus eſt) epiſ. 18. h. l. Teſtimonium compoſui) rem Buthrotiam habere, ut ſcribitur ep. 16. l. 16. ipſe enim Cæſaris decretum obſignaui. ep. 18. & 20. l. 16. Obſignabo) al. obſignabis: fortaſſe rectius. nam qui teſtimonia ſignabant, uidentur obſignaſſe. ep. 12. l. 2. L. Fadius) ep. 18. h. l. Alia epiſtola) al. alias epiſtolas. Statio) ep. 1. l. 5. Nemini) ep. 22. h. l. Erotem) ep. 15. l. 10. Reginam)

nan)ep.24.l.14. Facere)odisse Scit)ipsa Regina. Eius)Reginæ. Ammonius) ut Aegyptius:quippe qui Ptolemæi Regis olim fuisset legatus.ep.1.l.1.fam. φιλόλογα) erudita.epist.12.l.13. quasi rationis plena. Saram)credimus esse nomen Aegyptium,& si Q..Salonium Sarram inuenimus apud Liu.l.35. φιλοφρόνως)comiter,benigne. Quid opus esset) ei domui meæ. Atticum)te,qui Atticus es,ep.10.l.5.uel potius patronum,& oratorem Atticum,quod non existimaret me Atticum oratorem dici merito posse.ep.1.h.l. Ipsius Reginæ) Cleopatræ. Trans Tyberim)epist.13.l.12. Hortis) fortasse illis,quos deinde Cæsar populo legauit. Suet.in Cæs. Nam Cleopatra Romam uenit, & apud Cæsarem habitauit.Dion lib.43. Istis) qui unquàm à Cæsare fuerunt. Stomachum non habere)al.stomachum habere. Profectionem)in Græciam. epist.23.l.14. Erotis)ep.15.l.10. Ex reliquis)quæ debentur.ep.2.l.16. Famam)ep.12.l.12. Tironi)lib.16.fam.

CICERO ATTICO S. 16

CICERO *noster quo modestior est,eo me magis commouet:ad me enim de hac re nihil scripsit, ad quem mirum potissimum debuit.scripsit hoc autem ad Tironem,sibi post Cal.Apr.(sic enim annuum tempus confici)nihil datum esse,tibi pro tua natura semper placuisse,teq́; existimasse id etiam ad dignitatem meam pertinere,eum non modo liberaliter à nobis, sed etiam ornate, cumulateq́; tractari.quare uelim cures(nec tibi essem molestus,si per alium hoc agere possem)ut permutetur Athenas,quod sit in annuum sumptum.& scilicet Eros numerabit.eius rei causa* Tironem *misi.curabis igitur,& ad me,siquid tibi de eo uidebitur,scribes.* Vale.

σχόλια

CICERO noster)filius meus. Modestior)in petẽdo,quum ne ad me quidem de nummis scribat. De hac re) de nummis. Ad quem)ut ad patrem,cuius intersit filio suppeditare. Ad Tironem)ad quem etiam scripsit ep. 21.l.16.fam. Annuum tempus)annum enim iam Cratippum audierat.l.1.de off.et ep.1.l.16. Placuisse) intellexi.ep.7.l.14. Cures)præsertim per Xenonem.ep.18.l.14.ut curauit.ep.1.l.16. Permutetur Athenas)ep.19. & 22.l.12.alij,permutetur Athenis. Eros)ep.15.l.10. Numerabit)Romæ tantũdem. Misi)ep.sup.

CICERO ATTICO .S 17

TANDEM *à Cicerone tabellarius:& mehercule literæ* πεπινωμένως *scriptæ, quod ipsum* προκοπὴν *aliquam significaret.itemq́; cæteri præclara scribunt,*Leonides *tamẽ retinet suum illud* ADHVC. *summis uero laudibus Erotes.quid quæris? uel uerba mihi dari facile patior in hoc,meq́; libenter præbeo credulum.tu uelim,siquid tibi est à tuis scriptum, quod pertineat ad me,certiorem me facias.* Narro *tibi,hæc loca uenusta sunt,abdita certe,&, siquid scribere uelis,ab arbitris libera,sed nescio quomodo* οἶκος φίλος. *itaque me referunt pedes in Tusculanum:& tamen hæc* ῥωπογραφία *ripulæ uidetur habitura celerem satietatem.equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra uera sunt:ranæ enim* ῥητορεύουσι. *tu,quæso, fac sciam, ubi* Brutum *nostrum,& quo die uidere possim.* Vale.

σχόλια

TANDEM à Cicerone tabellarius)uenit Athenis.ep. sup. πεπινωμένως)ep.7.l.14.al. πεπινυσμένως.ibid. προκοπὴν)progressionem,processum.nam πῖνος literarum significat doctiorem.ibid. Scribunt)de illo:refert Messala,ep. seq.& nos audiuimus.ep.3.l.16. Leonides)epis.18.l.14. Suum illud adhuc)ut dicat,et scribat hoc modo:adhuc,uel, quomodo nunc Cicero filius est laudandus.ibid. Laudibus)extollit meũ filium Ciceronem. Erotes)al.Herodes.ep.18.l.14. Patior)ut pater,qui gnati uitium non fastidit,ut inquit Orat.Saty.3.l.1. A tuis)procuratoribus.ep.2.l.xi. Scriptum)de meo filio. Narro tibi)sic ep.xi.l.2. Hæc loca)Pompeiana.ep.13.h.l. Arbitris)& interpellatoribus.ibid. οἶκος φίλος)οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, domus amica,domus optima.prouerb. ῥωπογραφία)plantarũ descriptio,dispositio,et ordo uirgultorum. Prognostica nostra)l.1.de Diuinat. ῥητορεύουσιν) clamant,canunt:nam uos quoque signa uidetis aquai dulcis alumnæ,quum clamore paratis inanes fundere uoces, absurdoq́; sono fontes,& signa cietis.ibid.unde poeta mutuatus est,illud:et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.

CICERO ATTICO S. 18

DVAS *accepi postridie Iduum, alteram eo die datam,alteram Idibus.prius igitur superiori.* De Bruto,*cum scies.* De Consulum *ficto timore cognoueram:Sica enim* φιλοστόργως *ille quidem, sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit.quid tu autem,* τὰ μὲν διδόμενα? *nullum enim uerbum à Siregio.non placet.*

De Pletorio uicino tuo, permoleste tuli, quenquam prius audisse, quam me. De Siro prudenter. L. Antonium per M. fratrem, ut arbitror, facillime deterrebis auctoritate, uel ui: sed non dum acceperas literas: nec cuiquam, nisi L. Fadio Aedili: aliter enim nec caute, nec iure fieri potest. Quod scribis tibi deesse HS C. quæ Ciceroni curata sint: uelim ab Erote quæras, ubi merces insularum. Arabioni de Sitio nihil irascor. ego de itinere, nisi explicato Λ, nihil cogito. quod idem tibi uideri puto. habes ad superiorem. nunc audi ad alteram. Tu uero facis, ut omnia, quod Seruiliæ non desit, id est Bruto. De Regina gaudeo te non laborare, certe etiam tibi probari. Erotis rationes & ex Tirone cognoui, & uocaui ipsum. Gratissimum, quod polliceris Ciceroni nihil defuturum. de quo mirabilia Messala, qui Lanuuio rediens ab illis uenit ad me. & mehercule ipsius literæ sic & φιλοστόργως, & πινῶς scriptæ, ut eas uel in acroasi audeam legere: quo magis illi indulgendum puto. Vale.

σχόλια

DVAS) epistolas. Postridie Iduum) al. postridie Idus, ut ep. 38. l. 12. Prius) respondebo. De Bruto) scribes. Quum scies) ubi, & quo die illum uidere possim. ep. sup. Consulum) Antonij, & Dolabellæ. episto. 14. & 21. l. 14. Ficto timore) Brutum, & Cassium aliquid callidius cogitare, ep. 6. h. l. & ep. 3. l. xi. fam. uel insidias sibi fieri, ep. 7. & 13. h. l. unde crimen etiam fictum ab Antonio uocat epist. 23. l. 12. fam. hinc Antonius barbaros Ithyreos cum sagittis in forum deducebat, idque præsidij sui causa se facere dicebat. Philip. 2. Sicca) ep. 19. l. 12. φιλοστόργος) amice, amanter. ep. 8. l. 13. Suspicionem) Consulum. τὰ μὲν διδόμενα;) quæ dantur: ep. 5. l. 6. Nullum enim uerbum) audiui de hac re. A Siregio) nescioquo. Pletorio) ep. 20. l. 5. Syro) ep. 17. l. 12. & fortasse Orat. Saty. 6. l. 2. Prudenter) factum. L. Antonium) ep. 24. l. 14. M. fratrem) M. Antonium eius fratrem, Cos. & tibi satis amicum. Nepos in Attic. Deterrebis) ne Buthrotijs sit molestus. ep. 15. h. l. Autoritate) decreto ab amplissimis uiris obsignato. siue S. C. ep. 16. l. 16. uel autoritate mei testimonij, ep. 15. h. l. uel tua ipsius autoritate, quæ magna est. Vel ui) tribunitia, qua Tribunus Tribuno resistet, uel alia. Nundum acceperas) quum tuas scripsisti. Literas) 15. h. l. Nec cuiquam) nummos Arpinatum reddes. ibid. L. Fadio) ibid. Ciceroni) filio meo. Erote) ep. 15. l. 10. Merces) fructus ep. 1. l. 16. Insularum) Argileti, & Auentini. ep. 27. l. 12. Arabioni) cuidam. Sitio) cuius iam P. Sitij meminit Hircius de bel. Afric. & Dion l. 43. Itinere) in Græciam. ep. 13. l. 14. Explicato) malim legere: explicaro. λ) ἕνην, hoc est, τὴν τριακοστήν. est enim ἕνη μὲν ἡ λ, νέα δὲ ἡ νουμηνία, uel ἔστι τὰ ὀνόματα τὸ μὲν τῆς λ ἕνη, τὸ δὲ τῆς νουμηνίας ἡ νέα. τότε δὲ τοὺς μὴ ταχέως ἀποδόντας τοὺς τόκους, ἢ τὰ δάνεια, ἀπῄτουν τὸ ὡς ὑπερόρους, ut scribit interpres Aristop. in Nubib. & Cicero se non discessurum, nisi explicata solutione testatur. item ep. 21. h. l. al. A. unde argento interpretari possemus, ut in illis notis, A. A. A. F. F. Seruiliæ) ep. xi. h. l. Non desit) al. non dees. Bruto) Seruiliæ filio, cui cedenti Italia HS. C. M. muneri misit Atticus Nep. in Attic. Regina) ep. 24. l. 14. & ep. 15. h. l. Cognoui) ep. 21. h. l. Ipsum) Erotem. Polliceris) rogatus ep. 16. h. l. Ciceroni) filio meo. Mirabilia) refert, & alij scribunt. ep. sup. Messala) qui fuit Athenis. ep. 37. l. 12. Lanuuio) epis. 10. l. 14. Ab illis) Bruto, & Cassio, qui Lanuuij sedent ad Eurotam. ep. xi. h. l. Ipsius) Ciceronis filij. φιλοστόργως) amanter, & pie. πινῶς) πεπινωμένως, ep. 17. h. l. al. πυκνῶς. ibid. In acroasi) al. in agro sic, ut omnino legi debeat: ἐν ἀκροάσει, in audientia, in concione, ut ep. 15. h. l. Illi) filio. Indulgendum) & suppeditandum.

CICERO ATTICO S. 19

DE Buciliano Sextium puto non moleste ferre. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum, tu uero, quicquid erit, quod me scire par sit, statim. XVII. Cal. abibo. etsi satis uidebar scripsisse ad te, quid mihi opus sit, & quid te facere uellem, si tibi commodum esset: tamen cum profectus essem, & in lacu nauigarem, Tironem statui ad te esse mittendum, ut ijs negotijs, quæ agerentur, interesset. atque etiam scripsi ad Dolabellam, me, si ei uideretur, uelle proficisci, petijque ab eo de mulis uecturæ itineris. ut in eis, cum intelligo te distentissimum esse quà de Buthrotijs, quà de Bruto, cuius etiam ludorum suorum curam, etiam administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere: ut ergo in eiusmodi re, tribues nobis paulum operæ: nec enim multum opus est. mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam spectare uidetur. uides homines: uides arma. prorsus non mihi uideor esse tutus. si tu aliter sentis, uelim ad me scribas: domi enim manere, si recte possum, multo malo. Vale.

σχόλια

DE Buciliano) ep. 4. l. 16. hunc, nisi fallor, Bucolianum uocat Appianus, l. 2. ubi inter Cæsaris interfectores numerat. Sextium) ep. 17. l. 5. Tiro) l. 16. fam. Ad me) redierit. Statim) scribito. XVII. Cal.) Quintil. epist. 26. h. l. Abibo) in Græciam. ep. 13. l. 14. Scripsisse) ep. sup. Profectus essem) ex hisce locis. ep. 17. h. l. In lacu nauigarem) Lucrino. ep. 13. & 18. l. 14. Mittendum) & tunc misi: unde nondum redijt. Agerentur) Romæ.

Dolabellam)

Dolabellam) Cos. Ei) Dolabellæ, qui me legauit. ep. xi. h. l. Proficisci) in Græciam. Ab eo) ut Cos. De mulis uectiuræ itineris) de publico prouideret ut Cos. nam legati, qui repente aliquo mitterentur, singula iumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant. Liu. l. 42. Vt in eis) tribues nobis paulum operæ: al. & meis. Buthrotijs) ep. 16. l. 16. Bruto) ep. sup. & seq. Ludorum) epist. 10. h. l. Suorum) ep. 26. h. l. illud tamen est uidendum, an alibi Cicero, cuius suorum, coniungat. Vt ergo in eiusmodi re) ἐπανάληψις in sensu, quamuis eadem uerba, ut in eis nō repetat. Ad cædem) ep. 21. h. l. sic ad castra ep. 25. l. 14. Esse tutus) etsi L. Antonius sine cura me esse iubet. ep. 12. h. l. Malo) quàm abire.

CICERO ATTICO S. 20

QVIDNAM est, quod audendum amplius de Buthrotijs? stetisse enim te frustra scribis. quid autem se refert Brutus? doleo mehercule te tam esse detentum. quod decem hominibus referendum est acceptum, est illud quidē ἐργῶδες sed ἀνεκτόν, mihiq; gratissimum. De armis, nihil uidi apertius. fugiamus igitur, &, ut ais, coràm. Theophanes quid uelit, nescio: scripserat enim ad me. cui rescripsi, ut potui. mihi autem scribit, uenire ad me se uelle, ut & de suis rebus, & quædam, quæ ad me pertinerent. tuas literas expecto. uide quæso, ne quid temere fiat. Statius scripsit ad me, locutum secum esse Q. Ciceronem ualde asseueranter, se hæc ferre non posse, certum sibi esse ad Brutum, et Cassium transire. hoc enimuero nunc discere aueo. hoc, ego, quid sit, interpretari non possum. potest aliquid iratus Antonio? potest gloriam nouam quærere? potest totum esse σχεδίασμα? & nimirum ita est. sed tamen & ego uereor, & pater conturbatus est: scit enim quæ ille de hoc mecum. quædam ἄφατα nolim. planè, quid uelit, nescio. à Dolabella mandata habebo, quæ mihi uidebuntur οὐδέν Vale.

σχόλια

QVIDNAM est, qd' audēdum amplius) quū nihil impetrari posset? Buthrotijs?) ep. 16. l. 16. Stetisse) quum expectares, quid decerneretur de Buthrotijs. Se r fert Brutus?) facturum? Esse detētum) quà de Buthrotijs, quà de Bruto. ep. sup. Decem hominibus) Xuiri sad diuidendos agros creatis, ut epist. 20. & 21. l. xi. fam. ut item orat. 2. contra Rull. & apud Liu. l. 42. quamuis aliud hic significare possit, & uideatur, quum decem homines, non Xuiros uocet. ἐργῶδες) operosum, laboriosum. ἀνεκτόν) tolerabile. epist. 38. l. 12. De armis) & de cæde. ep. sup. Et, ut ais) alij, sed, ut ais. Coràm) loquemur. Theophanes) ep. 5. l. 2. Vt & de suis rebus) loquatur. Pertinerēt) pertineant, requirit uerbum, scribet. Statius) epist. 2. l. 5. Q. Ciceronem) filium. Hæc) quæ fiunt ab Antonio, à quo reliquus sperabat. ep. 20. l. 14. Transire) ut postea transijsse uidetur ita, ut Antonius illum compellarit edicto. Philip. & tandem interficiendum curarit. Appian. lib. 4. profugere. ep. 22. h. l. exijt paulò post. ep. 23. & 30. h. l. se Catonem fore pollicetur ep. 1. l. 16. Potest) ἐπαναφορᾷ, & sine interrogatione legi debet. σχεδίασμα) fortuitum, & repentinum quiddam. ep. 1. l. 6. Pater) Q. frater. Ille) M. Antonius. De hoc) Q. filio. Mecum) locutus est. Quædam ἄφατα) quædam infanda, scilicet locutus est Antonius, ut Dolabella ep. 8. l. 13. atque hæc fortasse fuerunt, quæ postea etiam scripsit Antonius, Q. filium de patris, & patrui parricidio cogitasse. Philip. 3. Nolim) ita locutus fuisset: uel ita coniunge, nolim planè, scilicet nunc transeat, ne illum M. Antonius compellat edicto. A Dolabella) ut Cos. Mandata) ep. seq. Habebo) tanquàm legatus, atque ut legatus planè uidear. quid enim turpius, quàm legatus sine mandatis? lib. 3. de legib. οὐδέν) nihil. al. idest nihil. epist. seq sint quælibet, modo aliquid. & est dictum παρὰ προσδοκίαν, habebo, quæ uidebuntur, idest nihil, siue οὐδέν.

CICERO ATTICO S. 21

DIC mihi, C. Antonius uoluit ne fieri Septēuir? fuit certe dignus. De Menedemo est, ut scribis. facies omnia mihi nota. Egi gratias Vecteno: nihil enim potuit humanius. Dolabellæ mandata sint quælibet, modo aliquid, uel quod Niciæ nuntiem: quis enim hæc, ut scribis antea? ne nunc dubitare quenquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis? Quod ais, extrema quædam iam homines de Rep. loqui, & eos quidem uiros bonos, ego, quo die audiui illum tyrannum in concione clarissimum uirum appellari, subdiffidere cœpi: postea uero q̄ tecum Lanuuij uidi nostros tātum spei habere ad uiuendum, quantū accepissent ab Antonio, desperaui. itaque mi Attice fortiter hoc uelim accipias, ut ego scribo. genus illud interitus, quo casurus est, fœdum duces, & quasi denuntiatum nobis ab Antonio. ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. hæc omnis culpa Bruti. Pompeium Carteiæ receptum scribis. iam igitur contra hunc exercitum. utra ergo castra? media enim tollit *

Antonius.illa infirma,hæc nefaria.properemus igitur. sed iuua me consilio,Brundusio ne, an Puteolis.Brutus quidem subito, sed sapienter. πάσχω τι: quando enim illum? sed humana ferenda.tu ipse eum uidere non potes. Dij illi mortuo,qui unquam Buthrotum.sed acta missa.uideamus,quæ agenda sint.rationes Erotis,*& si ipsum nondum uidi,tamen & ex literis eius,& ex eo,qđ* Tiro *cognouit propemodum cognitas habeo.uersuram scribis esse faciendam mensium quinq;,id est ad* Cal. Nou. HS CC.*in eam diem cadere numos,qui à* Quinto *debentur.uelim igitur,quoniam* Tiro *negat tibi placere me eius rei causa* Romam *uenire(si te ea res nihil offendet)uideas,unde numi sint, mihi feras expensum.hoc uideo in præsentia opus esse.reliqua diligentius ex hoc ipso exquiram,in his,de mercedibus dotalium prædiorum:quę si fideliter Ciceroni curabũtur,quanquam uolo laxius, tamen ei propemodum nihil deerit.equidem uideo mihi quoque opus esse uiaticum: sed id ex prædijs, ut cadet,ita soluetur.mihi autem opus est uniuerso quidem.& si mihi uidetur iste,qui umbras timet, ad cædem spectare:tamen,nisi explicata solutione,non sum discessurus. sit ne autem excitata,nec ne, tecum cognoscam. hanc putaui mea manu scribendam:itaque feci.* Vale.

σχόλια

DIC MIHI) *ut rem occultã,sicut narro tibi,sæpe.* C. Antonius)*collega olim meus.ep.9 l.1.* Voluit) *noluit quidem,sed à M.Antonio destitutus est.Philip.2.* Septemuir)*non Epido, sed agrorum diuisor.Philip.5.* Fuit certe dignus)*qui quum nun quam bonis amicus fuisset,nunc L. Antonij,Lentonis, & Nuculæ esset collega,& quidem in eo magistratu,quẽ senatus ita improbauit,ut paulò post eius acta sustulerit.Philip.6.&.13.* De Menedemo est)*ep.2.h.l.al.Demea domi est.ep.30.l.13.* Egi gratias)*de attributione. ep.13.h.l.* Vecteno)*ibid.* Dolabellæ mandata)*ep.sup.* Modo aliquid)*potius,quàm nihil.ibid.* Niciæ)*ep.21.l.12.* Nunciem)*ut præmisso à Dolabella. epistō.9.l.14.* Ante? ne)*al.anteno? nos legimus: ante nos? quis enim,inquit, hæc ante nos nunciabit?* Discessus)*ep.13.l.14.* De sperationis)*ep.22.l.14.* Tyrannum)*Cæsarem.* Clarissimum uirum appellari)*ab Antonio. ep.11.l.14.* Lauinij) *epist.8.h.l. & ep.10.l.14.* Nostros)*ἥρωας. ep.4.l.14.* Ab Antonio)*cuius beneficio cõenmelioso etiam essent usuri.ep.12.h.l.* Itaque mi)*al.atque mi.* Casurus est)*alij,casurus es,hoc est,tu & quiuis bonus.sed uerba hæc omnia,genus illud interitus, quo casurus est,fœdum duces:uidẽtur alicuius tragici,quæ nuncius,uel alia persona dicat,& nunc Cicero more suo usurpet.* Ex hac nassa exire)*prouerb.* Bruti) *M.Bruti.ep.11.h.l.quòd Cassio censenti Antonium intermẽdum assentiri noluit.* Pompeium) *Sext.Pompeium.ep.1.l.14.* Cartheiæ)*ep.38.l.11.al.Cartheia,ut recipere ciuitate,orat.pro Cor.Balbo.* Contra hunc)*Sext. Pompeium.* Exercitum)*cõparabit Antonius,& reliqui Cæsariani.* Vtra)*Antonij,an Sex.Pompeij?* Castra?)*sequemur?* Media)*castra.* Tollit)*ep.13.&.26.l.14.al.tulit.* Antonius)*qui,nisi uictorem,neminem uicturum dicit.ep.23.h.l.* Illa)*Sext. Pompeij castra.* Hæc)*Antonij castra.* Nefaria) *quum his libertas oppugnetur, & penè opprimatur.* Brundusio ne,an Puteolis)*proficiscar,uel cõscendam.* Brutus quidem subito,sed sapienter)*cogitat proficisci.ep.24.h.l.* πάσχω τι) *quadam misericordia capior,afficior,Bruti discessu commoueor.* Quando enim illum?) *uidebo,quum discesserit? ante tamen uidit.epistō.2.l.16.* Humana)*sic epis.13.h.l.* Eum)*Brutum.* Videre non potes)*quum subito cogitet proficisci.* Dij)*male faciant.* Illi mortuo)*Cæsari.sic ep.4.h.l.* Buthrotum)*Buthrotiũ agrum proscripsit,in eumque milites deducendos curauit.ep.16.l.16. Quare nunc nec Brutus,nec quisquam nostrum eò se recipere tutò potest: quanquàm Bruto postea absens Atticus CCC. in Epeiro iussit dari.Nepos in Attic.uel hoc scribit,quòd ob id Atticus erat distentissimus.epist.19.h.l.* Acta) *ut præterita epistō.11.h.l.* Missa)*faciamus.* Erotis)*ep.15.l.10.* Nondum uidi)*quamuis uocarim.epistō.18.h.l.* Cognitas habeo)*cognoui. ibid.* In eam diem)*in Cal.Nouemb.* A Quinto)*à Q. fratre.* Debentur)*mihi.* Eius rei)*numariæ.* Ex hoc ipso)*Tirone.* Dotalium prædiorum)*insularum.ep.18.h.l.quæ Terentiæ uidentur fuisse,& ob id Ciceroni filio datæ ep.27.l.12.prædia præterea sunt etiam urbana.Verr.5.* Ciceroni)*filio ut domino.* Volo laxius)*suppeditari.* Nihil deerit) *ep.27.l.12.* Opus esse)*ad legationem.* Viaticum)*ut in legatione libera.nam cæteri legati sumptu publico ꝓficiscebantur.Verr.3.* Iste)*Antonius.* Vmbras)*prouerb.umbrã suam metuere.* Timet)*hinc aditus ad eũ difficilior esse dicitur ep.7.h.l.* Ad cædem) *ep.19. h.l.* Explicata solutione)*explicato λ.ep.18.h.l.* Hanc putaui mea manu scribendã *al.hæc putaui mea manu scribenda.*

CICERO ATTICO S. 22

DE FADIO, *ut scribis.utique alij nemini.rescribas uelim hodie.* Narro tibi: *Quintus pater exultat lætitia: scripsit enim filius, se idcirco profugere ad Brutum uoluisse,quod,cum sibi negotium daret Antonius,ut eum Dictatorem efficeret,præsidiũ occuparet,id recusasset:recusasse autem se,ne patris animum offenderet:ex eo sibi illum hostem. tum me, inquit, collegi uerens, nequid mibi ille iratus,tibi noceret.itaque eum placaui.& quidem* CCCC, *certa, reliqua in spe. scribit autem Statius illum cum patre habitare uelle*

hoc uero mirum: & id gaudet. quem tu illo certiorem nebulonem? ἐποχὴν uestram de re Cani delibe rationis probo. nihil eram suspicatus de tabulis. ἀκεραίως restitutam arbitrabar. Quæ differs, ut mecum corã, expectabo. tabellarios, quoad uoles, tenebis: es enim occupatus. Quòd ad Xenonem, probe. Quod scribo, cum absoluero. Quinto scripsisti, te ad eum literas. nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundusium, & quidem dicere aliquid de militibus. at ego iam destinaram Hydruntem quidem. mouebant me tuæ quinque horæ. hic autem quantus πλοῦς; sed uidebimus. Nullas à te XI. Cal. quippe, quid enim iam noui? cum primum igitur poteris, uenies. ego propero, ne ante Sextus: quem aduentare aiunt. Vale.

σχόλια

DE FADIO) ep.15.h.l. Nemini) nummos Arpinatium reddes. ep.15. & 18.h.l. Narro tibi) sic ep.11.l.2. Quintus pater) Q. frater. Filius) Q. filius. Profugere) transire. ep.20.h.l. Sibi) fortasse ut Tribuno pl. futuro. ep.13.l.16. Antonius) Cos. Eum) Antoniũ. Dictatorem) cuius ipse nomẽ è Rep. sustulerat. Philip.1. & 2. Patris) Q. fratris. Illum) Antonium. Hostem) factum fuisse. Collegi) ne ad Brutum profugerem: & est μίμησις. Ille) Antonius. Iratus) q. eum Dictatorẽ efficere noluissem, & ad Brutũ profugissem, si pfugissem. Tibi noceret) ò pater. Eum) Antoniũ. Placaui) et ita ad Brutum nõ profugi. Et quidẽ CCCC. certa) sibi esse scribit. Reliqua in spe) esse: reliqua sperare. ep.20.l.14. Statius) ep.1.l.5. Illum) Q. filium. Habitare) ep.37. & 40.l.13. Velle) quamuis antea scripserit, se Aquiliam nouercam nõ esse laturum. ep.20.l.14. Gaudet) Q. frater. Quem tu) putas esse. Illo) Q. filio, qui hæc faciat, & dicat. ἐποχὴν) dubitationem, retentionem. ep.4.l.6. Cani) ep.15.l.12. ἀκεραίως) integre, plene, Restitutam) rem. Corãm) loquaris. Es enim occupatus) ita, ut non possis scribere, & sic eos statim remittere. distentissimus. ep.19.h.l. Ad Xenonem) scripsisti. ep.18.l.14. Quod scribo) præsertim περὶ καθήκοντος. ep.13.h.l. Quum absoluero) ad te mittam. Quinto) Q. fratri. Te ad eum literas) misisse. Nemo attulerat) illas literas. Placere Brundusium) unde conscendam. ep. sup. Dicere) te. Militibus) quos etiã Brundusium uenisse scripsisti. ep.13.h.l. Destinaram) proficisci. Hydruntem) unde conscenderem. ep.5.l.16. Tuæ quinque horæ) quibus male habes, ut tuus dies, ep.2.l.9. nisi malumus legere: tuæ quinque horæ, hoc est, tuæ quinque epistolæ hora scriptæ, uel allatæ. Quãtus πλοῦς;) quãta nauigatio? ep.6.l.9. Nullas) literas accepi. XI. Cal.) ep.11.h.l. Ne ante) ueniat in Italiam. Sextus) Sext. Põpeius. ep.1.l.14. Aduentare) ep. seq.

CICERO ATTICO S. 23

GRATVLOR *nobis, Quintum filium exijsse. molestus non erit. Pansam bene loqui credo: semper enim coniunctum esse cum Hircio scio: amicissimum Bruto, & Cassio puto, si expediet. sed quando illos uidebit? inimicũ Antonio, quando, aut cur? quousque ludemur? ego autem scripsi Sextum aduentare, non quo iam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisq; nullus discederet. certe, si pergit, bellum paratum est. hic autem noster Citerius, nisi uictorem, neminem uicturum. quid ad hæc Pansa? utro erit, si bellum erit quod uidetur fore: sed & hæc, & alia corã, hodie quidem (ut scribis) aut cras. Mirifice torqueor, sine dolore tamen: sed permulta mihi de nostro itinere in utranque partem occurrunt. quousque, inquies? quoad erit integrum: erit autem usque, dum ad nauem. Vale.*

σχόλια

GRATVLOR nobis) mihi, tibi, & Q. fratri. Exijsse) ex urbe. Molestus non erit) Romæ, & apud Antonium. Pansam) Cos. Des. ep.9.l.14. Bene loqui) quum bene sentire etiã probarit. ep.24.l.14. Hircio) collega. ep.9.l.14. Puto) futurum. Illos) Brutum, & Cassium. Videbit?) quum subito discedere cogitent? epi sto.21.h.lib. Inimicum Antonio) puto Pansam. Quando, aut cur?) factus est Antonio inimicus Pansa, quum semper uterque fuerit Cæsarianus? de Clodio tamen, & de Deiotaro furere uidebatur, ep.23.l.14. & Hircius iratus. ep.6.h.l. Scripsi) ep. sup. Sextum) ep.1.l.14. Ab armisque nullus discederet) scutum Sextus non abijceret. ep.30.h.l. Pergit) Sextus. Cytherius) Cytheridis amator Antonius. ep.12.l.10. Neminem uicturum) ait, & media castra tollit. ep.21.h.l. hoc uero sedens pro æde Castoris dixit. Philip.3. & 5. Quid ad hæc Pansa?) dicit? Vtro erit) alij, cum utro erit: fortasse rectius, uter erit. Corãm) loquemur. Itinere) in Græciam. episto.23. lib.14. In utranque partem) ibid. Quousque) occurrent? Dum ad nauem) peruẽniam.

CICERO ATTICO S. 24

PANSA *si rescripserit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. Silium expectabam: cui ὑπόμνημα compositum, si quid noui. ego literas misi ad Brutum: cuius de itinere etiam ex te uelim, si quid scies, cognoscere. Tabellarius, quem ad eum miseram,*

ex itinere rediit VII. Cal. ei Seruilia dixit, eo die Brutum Puteolis profectum. sane doluí meas literas redditas non esse. Silius ad me non uenerat. causam composui. eum libellum tibi misi. te quo die expectem, uelim scire. Vale.

σχόλια

PANSA) ep. sup. Rescripserit) mihi. Meam) ad ipsum Pansam scriptam. Illius) Pansæ. Epistolam) rescriptam. Siluon) ep. 13. l. 12. ὑπόμνημα) commentarium. ep. 1. l. 2. & ep. 13. l. 16. Compositum) ut recordari posset, quando ad me ueniet. Siquid noui) accidit. Brutum) M. Brutum. Itinere) nam subito proficisci cogitabat. epis. 21. h. l. Ad eum) al. ad Brutum: quæ tamen interpretatio mihi uidetur, non lectio censenda. VII. Cal.) ep. xi. h. l. Seruilia) Bruti mater. ibid. Puteolis) al. bis: unde Baiis, alii, nos, n. y. hoc est, hora secunda, legimus. nam Lanuuio, uel Antio uidetur profectus, certe ex eo loco, ubi tunc erat Seruilia. episto. 5. & xi. h. l. Profectum) nescioquo. nondum enim ex Italia profectus est. ep. seq. Redditas) Bruto. Silius) quem tamen expectabam. paulo ante. Causam) fortasse optimatium, ut episto. 6. h. l. uel profectionis, cuius consilium postea exposuit Philip. 1. neque enim mihi id uidetur esse, quod paulo ante ὑπόμνημα uocauit, ne bis idem in eadem epistola & quidem breui dicat, & si bis etiam Silium posuit. possunt uideri uerba epistolæ. seq.

CICERO ATTICO S. 25

DE MEO *itinere uariæ sententiæ: multi enim ad me. sed tu incumbe quæso in eam curam. magna res est. an probas, si ad* Cal. Ian. *cogitamus? meus, animus est æquus, si tamen, ut si nihil offensionis sit, & tuus. etiam scribe, quo die* Olympia: *cum mysteria scilicet. ut tu scires. casus consilium nostri itineris iudicabit. dubitemus igitur. hiberna enim nauigatio odiosa, eoque ex te quæsieram mysteriorum diem.* Brutum, *ut scribis, uisum iri a me puto. ego hinc uolo prid.* Cal. Vale.

σχόλια

DE MEO itinere) in Græciam. ep. 13. l. 14. Variæ) sunt. Sententiæ) hominum. Ad me) scribunt, uel ueniunt. Curam) ut meam deliberationem suscipias. ep. 13. l. 14. Probas) probauit, et autor fuit. ep. 2. & 7. l. 16. Ad Cal. Ianu.) quibus initiu senatus cogendi fore uidetur, Coss. Hircio, & Pansa, Philip. 1. et. 5. Cogitamus?) ad discedendum. Meus animus est æquus) ad discedendum, & reuertendum. Si tamen, ut si nihil offensionis sit, et tuus) meus animus est æquus, si tamen etiam tuus est æquus, tanquam nihil sit offensionis, & uituperationis. ep. 13. l. 14. al. si tamen, ut nihil offensionis sit. et tu. inde nos in Quæstura legimus: sic tamē, ut nihil offensionis sit. & tu. hoc sensu: æquo discedo animo sic tamē, ut nihil offensionis sit. et tu etiā etc. sed rectius fortasse legetur ita: si tamē nihil offensiōis sit. et tu. hoc est, meus animus est q. idē æquus, sed si nihil offensionis sit. & tu, semp cum sequentibus iungo, hoc modo: et tu etiam scribe. non solum, inquit, uelim scribas, an probes, si ad Cal. Ianu. cogitemus: sed etiam, quo die olympia sint futura, ne, si inciderint in profectionis meæ dies, ad ea profectus existimer: quo nihil esset turpius. ep. 7. l. 16. Cum mysteria scilicet. ut tu scires) nos in Quæstura legimus: quo mysteria, scilicet ut tu scies. nam paulo post diem mysteriorum se quæsisse dicit: sic ep. 21. l. 5. & ep. 1. l. 6. sed hic, quum olympiorum meminerit, mysteria græca potius, quàm Romana uidetur significare, siue μικρὰ, siue μεγάλα sint illa, de quibus iam multa scribit Aristoph. interpres in Plut. quanquàm μικρὰ incidebant circiter τετάρτην φθίνοντος πυανεψιῶνος, ut nonnulli scripsere. Dubitemus igitur) antequàm nauigemus. Hyberna) ut erit, si post mysteria nauigem: si uero ante, uidebor ad mysteria nauigare. Quæsierā) paulo ante, nisi pars hæc postrema sit alterius epistolæ. Brutum) M. Brutū. Visum iri) ep. 2. l. 16. & si ego dubitabam, an uisurus essem. ep. 21. h. l. Volo) proficisci. sic ep. 1. l. 9. Prid. Cal.) ep. 11. h. l.

CICERO ATTICO S. 26

DE *Quinti negotio uideo a te omnia facta. ille tamē dolet, dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio* Mandibili. L. *Pisonem uellē exire legatū* ψευδεγγέγραφο *S. C. uelim scire, quid sit. tabellarius ille, quem tibi dixeram a me ad Brutū esse missum in Anagninum, ad me uenit ea nocte, quæ proxima ante Cal. fuit, literasq; ad me attulit, in quibus unum alienum summa sua prudentia, ut spectem ludos suos. rescripsi scilicet, primum me iam profectum, ut non integrum sit: dein* ἀτοπώτατον *esse, me, qui Romam omnino post hæc arma non accesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim, quàm dignitatis subito ad ludos uenire. tali enim tempore ludos facere illi honestum est, cui non necesse est spectare: mihi ut non est necesse, sic nec honestum est. equidem illos celebrari, & esse quamgratissimos mirabiliter cupio, idq; ita futurum esse confido, & tecum ago, ut iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur, deinde omnino reliquorum dies singulos persequare. sed de ludis hactenus.* Reliqua pars epistolæ: illa nanque in utraque. sed

que. sed

que. sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos uirileis. quod, quale tibi uideretur, ut possis interpretari, misi ad te exemplum epistolæ. quanquam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoque se attulisse literas à Bruto, easq; à Tusculano esse delatas. Ego itinera sic composueram, ut Non. Quint. Puteolis essem: ualde enim festino, ita tamen, ut, quantum homo possit, quamcautissime nauigem. M. Aelium cura libera. ei sine paucos specus in extremo fundo, & eos quidem subterraneos, seruitutis apud Talnæ quid habituros: id me iam iam nolle, neque mihi quicquam esse tanti. sed (ut mihi dicebas) quamlenissime, potius ut cura liberetur, quàm ut me succensere aliquid suspicetur. Idē de illo Tulliano. cupide libero. cum Caselio loquare. parua res est: sed tu bene attendisti: nimis callide agebatur. ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod penè fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem. itaque, ut erit, rem impediri malo. octauam partem Tullij luminarium in ædium ad strane memineris. cui Cerelia, uideris mancipio dare ad eam summam, quæ sub præcone fu t maxima. id opinor esse CCCLXXX. noui siquid erit, atque etiam siquid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quamsæpissime uelim. Varroni, quemadmodum tibi mandaui, memineris excusare tarditatem literarum mearum, Mundus istum. M. Ennius quid egerit de testamento, curiosius facias me uelim certiorem. Ex Arpinati, VI. Non. Vale.

σχόλια



DE Quinti negotio) de Q. fratris negotio. Ille) Q. frater. Leptæ) ep.17.l.5. Silio Mandibili) al. filio in andibili. nobis nunc placet legere: filio amabili. Q. enim filius iam exierat, epist0.13.h.l. & erat amabilis; ep.30.h.l. & ep.5.l.16. quamuis etiam εἰρωνικῶς dictum uideri posset. L. Pisionem) ep.31.l.7. Legatū ψευδεγγραφῳ S.C.) legatū falso senatus consulto, qualia multa tunc Antonius referebat. ep.1.l.12. fam. Quid sit) quod ea de re audio. Dixeram) quum ad me uenisti, ut expectabam. ep.23.h.l. uel dixeram per literas, ep.24.h.l. ut ep.25.l.13. In Anagninum ad me uenit) ep.1.l.12. Cal.) ep.xi.h.l. Vnum) scribit Brutus. Plut. scr. in Brut. Ludos suos) ep.10.h.l. Profectum) ex urbe, in Græciam iturum. ep.13.l.14. sic penè ep.3.l.8. quum profectus essem. Vt non integrum sit) totum locum nos olim, ut nunc legitur, in. Quæstura correximus. Dein ἀτοπώτατον esse) dein absurdissimum esse. Hæc arma) Antonij, qui milites comparauit. ep. 26.l.14. Periculi) ep.5.h.l. Dignitatis) quæ nulla fuisset inter istos. ibid. Ad ludos) quos semper contempsi. ep.10.l.2. Venire) redire. Illi) Bruto ut Præt. Non necesse est) quòd eos absens faciat. ep.xi.h.l. nam præsenti necesse esset spectare ut Præt. Mihi ut non est necesse) quòd Prætor non sim. Sic nec honestum) quòd iam profectus sim, quòd grauis, quòd Philosophus, quod studiosus Reip. qua uexata, non debeo ludos spectare. Esse quàm gratissimos) ut fuere. Philip.1. Commissione) ludorum. Ad me) scribas. Accipiantur) isti ludi. Omnino reliquorum) ludorum. al. omnia reliquorum. Epistolæ) Bruti. Illa nanque in utrãque. sed tamen) al. illa quidem in utranque partem, sed tamen. rectius. Possis interpretari) quod ego uix facere potui. ep.19.h.l. Puteolis) ep.21.h.l. Essem) donec conscenderem: quoniam Tiro negat tibi Brundusium Placere. ep.22.h.l. & fut. ep.1.l.16. Festino) in Græciam. ep.13. l.14. M. Aelium) epist0.30.h.l. Libera. ei sine) al. libera. uis me. alij, liberabis, me, ut duo uerba quasi desideres: dicens habere me. sed uide an legi posit: libera. is me, scilicet rogat, uel posit. Paucos specus) quasi aquæductus. Seruitutis) quæ fundis imponi solet. ep.1.l.3. ad Q. fr. ut est aquæductus, haustus, iter, actus. orat. pro Cæcin. sed iurisconsulti plura. Apud Talnæ) fundum, ut locustæ, & Varronis ep.1.l.3. ad Q. fr. de Talna, ep.29.l.13. al. apud tale, unde legi possit: apud talem, qualis scilicet M. Aelius. Id) seruitutis. Neque mihi quicquàm esse tanti) al. neque mihi iam esse tanti. Suspicetur) ipse M. Aelius. Idem) fac. al, idem ut, unde lego, idem tu, ut uerbū, libera, repetas. De ille Tulliano) de illa re Tulliana, hoc est, semisse, ep.30. h.l. Cupide libero) cura. Caselio) al. Cascelio. & sane Cascelius Hilarus, in ueterum monimentis legitur, & Hilarus ratiocinator appellatur. epist.9.l.1. Sed tu) sed si tu, magis probarem. Malitia) quæ uult uideri se esse prudentiam. l.3. de off. & eam imitatur, in partit. orat. unde multi malitiam sapientiam iudicant. l.1. de off. Vt erit) ut ut erit, fortasse rectius. Octauā partem Tullij luminarium in ædium ad strane memineris.) alij aliter, nos ita legi posse iudicamus: octauam partem tolli luminarium ædium ad Strenæ memineris. memineris, inquit, nisi res impediatur, ut uolo, tolli octauam partem luminarium earū ædium, quæ sunt ad Strenæ. & sanè Cicerones domum in Carinis habuere, ep.3.l.2. ad Q. fr. & P. Vict. reg.4. à Carinis uero sacræ uiæ caput oritur ab Streniæ sacello. Varr. in libris de ling. lat. Cui Cerelia) dixit, ut sit ἀποσιώπησις. alij, Quòd Cereliæ, quod maxime placeat, si libri sint, in quibus ita sit scriptum: ut sit: quòd uideris mancipio dare Ceteliæ, id opinor esse, etc. de Cerelia uero ep.41.l.11. Mancipio dare) ep.49.l.13. Varroni) ep.25.l.2. Mundus) epis.30.h.l. Dorsenum Mundum Plin. l.17. inter autores ponit, & Orat. ep.1.l.2. Istum) Varronem excusat apud me. M. Ennius) quòd rarum sit hoc nomē, uereor, ne legendum sit, M. Lennius, uel M. Lenius, ut librarius hic male descripserit, sicut descripserat ep.4.l.14. fam. uel M. Annius, epist0.4.lib.5. uel ut uideor etiam hic legisse, Memmius. epist0. 1. & 19. lib.13. fam. Curiosius) al. curiosus enim, κατὰ παρένθεσιν. VI. Non.) Quintil.

CICERO ATTICO S. 27

GAVDEO id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram: nam cum ad te VI. Non. darem, eidem tabellario dedi etiam ad Sestium sciptas πάνυ φιλοστόργως. Ille autem, ꝙ Puteolos prosequitur, humane: ꝙ queritur, iniuste: non enim ego tam illum expectare, cum de Cosano rediret, debui, q̃ ille aut non ire ante, q̃ me uidisset, aut citius reuerti: sciebat enim me celeriter uelle proficisci, seseq; ad me in Tusculanum scripserat esse uenturum. Vale.

σχόλια

GAVDEO) mihi. Id) ut ad Sestium scribam. VI. Non.) Quint. ep. sup. Darem) epistolam sup. Ad Sestium) ep. 17. l. 5. πάνυ φιλοστόργως) ualde amanter. ep. 18. h. l. Ille) Sestius. Puteolos) ep. sup. Prosequitur) me uult prosequi. Humane) facit. Expectare) expectat tamen epist. 2. l. 16. Cosano) ep. 4. l. 9. Celeriter uelle) ualde festinare. ep. sup. Proficisci) in Græciam. ep. 13. l. 14. Scripserat) Sestius.

CICERO ATTICO S. 28

TE, VT à me discesseris, lacrymasse, moleste ferebam. quod si me præsente fecisses, consilium totius itineris fortasse mutassem. sed illud præclare, quod te consolata est spes breui tempore congrediendi: quæ quidem expectatio me maxime sustentat. meæ tibi literæ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. librum tibi celeriter mittam de gloria. excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in thesauris tuis. De Planco memini. Attica iure queritur. Vale.

σχόλια

TE VT à me discesseris, lachrymasse) propter meam profectionem. Fecisses) lachrymasses. Itineris) ep. 13. l. 14. Mutassem) ne te lachrymantem uiderem. Præclare) cecidit. Bruto) M. Bruto. Scribam) quum illum conuenero. ep. 30. h. l. Librum) totum uolumen. nam duos de gloria libros scripsit. ep. 2. et. 6. l. 16. Gell. l. 15. cap. 6 quos Franciscus Petracha se habuisse testatur. ἡρακλείδειον) Herculeum, ep. 4. h. l. uel potius Heraclidium, quale Heraclides scripsit. ep. 18. l. 13. & ep.. 2. l. 16. Planco) ep. 16. l. 16. Memini) quid cum eo de Buthrotijs agere debeam. ibid. Queritur) quòd amorem mecum auferam. ep. seq. hinc accipit excusationem ep. 1. l. 16

CICERO ATTICO S. 29

QVO'D me de Bacchi, de statuarum coronis certiorem fecisti, ualde gratum: necquicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem prætereris. Et de Herode, & Metio meminero, & de omnibus, quæ te uelle suspicor. modo turpē sororis tuę filium, cum hæc scriberem. aduentabat autem βουλύσει cœnātibus nobis. ego, ut ad te pridie scripseram, Nonis constitueram uenire in Tusculanum. ibo igitur: quotidie tuas literas expectabo, & maxime de ludis: de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est: cuius epistolæ, quam interpretari ipse uix poterā, exemplū pridie tibi miseram. Atticæ meæ uelim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas, & ei tamen confirmes, me minime totū amorem eò mecū abstulisse. Vale.

σχόλια

QVO'D me de Bacchi) de Bacchi coronis Antonius Thylesius præceptor olim meus in libello de coronis plura. uide tamen, an placeat legere: Bacchij, qui gladiator est apud Orat. Saty. 7. lib. 1. ut per notam significet L. Antonium, quem gladiatorem sæpe uocat in Philip. Statuarum) L. Antonio, nisi fallor, positarū. Philip. 6. Prætererieris) quin scribas. Herode) ep. 18. l. 14. al. Erote. ep. 15. l. 10. Metio) ep. 2. l. 16. Meminero) quæ mandas. ep. 3. l. 16. Modo) aduentare audiui. Turpem) impurum. ep. 32. l. 12. Sororis tuæ) Pomponiæ. Filium) Quintum filium, qui exierat. ep. 23. h. l. Aduentabat) & uenit. ep. seq. Βουλύσει) τῷ βουλυτῷ, uespera, ad uesperum al. βουλήσει, uoluntate, sponte, consilio, quasi non uocatus, ut, quum de cœna loquatur, ad prouerbium respiciat: αὐτόματοι ἐπὶ δαῖτας ἀγαθῶν ἀγαθοὶ ἴενται: & quidem εἰρωνικῶς. Scripseram) in alia fortasse epistola. certe epist. 26. h. l. scripsit, se Non. Quint. Puteolis fore. Nonis) Quintil. Ibo igitur: quotidie) al. ibi igitur quotidie. rectius. De ludis) Bruti. ep. 10. & 26. h. lib. Interpretari) ubi nonnullos iacit igniculos uirileis. ep. 26. h. l. Atticæ) quæ de me queritur epist. sup. In te) qui de profectione mea deliberasti ep. 13. l. 14. Eo) al. ab ea. Abstulisse) al. attulisse.

CICERO ATTICO S. 30

BRVTI ad te epistolam misi. Dij boni, quanta ἀμηχανία. cognosces, cum legeris. de celebratione ludorum, tibi assentior. ad M. Aelium nullus tu quidem domum: sed sicubi inciderit. de Tulliano semisse, M. Axianum adhibebis, ut scribis. Quod cū Cosiano

egisti, optime. Quòd non solum mea, uerum etiam tua expedis, gratum. Legationem probari meã gaudeo. Quod promittis, Dij faxint: quid enim mihi meis iucundius? sed ista, quam tu excipis, me tuo. Brutum cum conuenero, perscribam omnia. De Planco, & Decumo, sanè uelim Sextum scutũ abijcere. De Mundo, siquid scies. rescripsi ad omnia. nunc nostra accipe. Quintus filius usque Puteolos: mirus ciuis, ut tu Fauonium, Asinium dicas: & quidem duas ob causas, & ut mecum, & σπείσασθαι uult cum Bruto, & Cassio. sed tu quid ais? scio enim te familiarem esse Othonum. ait hic sibi Iuliam ferre: constitutum enim esse dissidium. quæsiuit ex me pater, qualis esset fama. dixi, sanè nihil me audisse (nesciebam enim cur quæreret) nisi de ore, & patre, sed cur tu, in quam? at ille, filium uelle. tum ego, & si ἐβδελυττόμην, tamen negaui. putaui illa esse uera: σκοπὸς hoc est enim huic nostro nihil præbere. illa autem οὐ παρὰ τοῦτο. ego tamen suspicor hunc, ut solet, hallucinari. sed uelim quæras: facile autem potes: & me certiorem. Obsecro te, quid est hoc? signata iam epistola, Formiani, qui apud me cœnabant, Plancum se aiebant hunc Butrotium pridie, quàm hoc scribebam, id est III. Nonarum, uidisse demissum, sine phaleris: seruulos autem dicere, eum, et agripetas eiectos à Buthrotijs. macte. sed, amabo te, perscribe mihi totum negotium. Vale.

σχόλια



RVTI) M. Bruti. Nisi) ep. 26. h. l. nisi fuit alia. ἀμηχανία) consilij inopia, desperatio, ἀπορία, ut exponit Homeri interpres. Ludorum) ep. 26. h. l. M. Aelium) ibid. Nullus) non, ut ep. 23. h. l. Domum ueris. Sed sicubi inciderit) cum cura liberabis. ep. 26. h. l. Tulliano semisse) ibid. M. Axianum) fortasse M. Gellium Axianum, ut Gallius Axianus ab Axio sit dictus, ep. 15. l. 10. sicut Pomponianus à Pomponio. ep. 20. l. 3. al. Maxianam. al. Maximam: unde commodè potes legere: Maximum, ut Egnatium Maximum significet, ep. 34. l. 13. is enim de semisse, & cæteris usuris poterat, ut peritus, adhiberi, epist. 15. l. 10. & ep. 3. l. xi. Cosiano) fortasse Sestio quem Cosianum à Cosano, unde redierat, uocet. ep. 27. h. l. Optime) fecisti. Legationem) ep. xi. h. l. & ep. 13. l. 14. Probari) Laudari. ep. 1. l. 16. Promittis) te quoque uenturum. ep. 9. h. l. & ep. 3. l. 16. Ista) al. istam, et fortasse significat Seruilium. ep. xi. h. l. Brutum) M. Brutum. Perscribam) ep. 28. h. l. Planco) l. 10. fam. Decumo) D. Bruto. l. xi. fam. Sextũ) Sext. Pompeium. ep. 1. l. 14. Scutum abijcere) ab armis discedere. ep. 23. h. l. prouerb. al. scutum abijcere nolebam. & tunc erit sensus: de Planco, & D. Bruto uelim esse, ut scribes, sed nolebam Sextum ab armis discedere, ut uidetur cogitare ita, ut timendum sit, ne sine bello seruiamus. ep. 1. l. 16. De mũdo) ep. 26. h. l. uel, ut loquimur, de rebus mundi: ut Plaut. in Asinar. & Casin aliquid in mundo esse, dixit. Siquid scies) scribes. Quintus filius) qui ad me uenerat. epis. sup. Vsque Puteolos) prosecutus est, uel potius prosequitur profecturum. ep. 1. l. 16. Mirus ciuis) ep. 5. l. 16. Fauonium) ep. 1. l. 2. & ep. xi. h. l. sic Catonem ep. 1. l. 16. Asinium) ep. 32. l. 12. Dicas) esse Q. filium. Mecum) sic ep. 5. l. 16. σπείσασθαι) fœdus facere, atque id ipsum, ut tuto possit transire. ep. 20. h. l. Sed tu quid ais? Scio enim te familiarem esse Othonum. ait hic sibi Iuliam ferre) al. sed tu quid ais? scio enim te familiarem esse Othonis. ait hic mihi, Iuliam nõ uelle amplius ferre: quod uel sequaris, uel ita legas licet: sed tu quid ais? scio enim te familiarem esse, Otho num ait (dic mihi) Iuliam ferre? hoc sensu: sed tu quid ais? Otho, cuius te scio familiarem esse, numquid ait, dic mihi, se Iuliam ferre non posse? Dic mihi) ut ep. 21. h. l. Iuliam) Tutiam uidetur uocare ep. 2. l. 16. atque hæc fortasse illa est, quam Suet. in Othon. humilem fuisse scribit. Constitutum) ab Othone. Esse) audio. Dissidium) diuortium. Pater) Q. frater. Qualis esset fama) ipsius Iuliæ. Nihil me audisse) de moribus. Ore) forma. Patre) ipsius Iuliæ humili. Cur tu) quæris Quinte frater? Ille) Q. frater dixit. Filium) Q. filium. Velle) illam Iuliam uxorem. ἐβδελυττόμην) aspernabar, detestabar. Negaui) me scire. Illa) quæ sequuntur. σκοπὸς) propositum, ep. 18. l. 2. Hoc est) hic est, magis placet, ut σκοπὸς est ille, ep. xi. l. 8. Huic) Q. fratri. Nostro) Q. filio. Nihil præbere) q. illum uelit uxoris dote contentum esse. Illa) Iulia. οὐ παρὰ τοῦτο) non in eo: non in eo ponit rem, aut difficultatem, quasi, quod Q. filius diues non sit, hoc non curet, dum illum habeat maritum. ita enim uidetur credidisse Q. frater ita, ut illum Cicero hallucinari putaret. nec locutio illa noua est, παρὰ τοῦτο, in hoc, nã et Lucianus dixit, παρὰ τὸν βίον, in uita: quãquàm, sine eo, etiam interpretari possumus, ut sit, illa uero non est factura sine eo, idest nisi pater præbeat. sic enim prope loquitur Aristophanes in Auib. καὶ ταῦθ' ἡμῖν παρὰ χρῆμα ἔσται, etsi scio etiam παραχρῆμα legi, & ab eodem poetæ interprete in Plut. paulò aliter exponi. ut παρὰ λέξιν. Hunc) Q. fratrem. Hallucinari) dum putat Iuliam filio nupturam, nisi præbeat. Quæras) istam rem. Potes) ut familiaris Othonis. Certiorem) facias. Plancum) epist. 16. l. 16. Hunc Buthrotium) Buthrotijs profectum. epist. 18. l. 16. atque hoc addidit, ne quis credat eum Plancum esse, de quo paulò ante mentionem fecit. III. Nonarum) Quintil. al. III. Non. Vidisse) al. audisse. Eum) Plancum. Agripetas) agrarios. episto. 18. li. 16. Eiectos) concisos. ep. 1. l. 16.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER XVI.

CICERO ATTICO S. I



ONIS Quint. ueni in Puteolanum iens ad Brutum. in Neside hæc scripsi. sed eo die, quo ueneram, cœnanti Eros tuas literas. ita ne: Nonis Iulijs? mehercule istis. sed stomachari totum diem licet. quicquam ne turpius, quàm Bruto Iul.? redeo ad meum igitur, ἐλθωμεν. nihil uidi. sed quid est quæso, quod agripetas Buthroti concisos audio? quid autem Plancus tam cursim? ita enim meditabar diem, & noctem. sanè cupio scire, quid sit. Meam profectionem laudari gaudeo. Dymæos agro pulsos, mare infestum habere, nil mirum. uidendum est, ut mansio laudetur. ἐν ὁμοπλοίᾳ Bruti uidetur aliquid præsidij esse. sed opinor minuta nauigia: sed iam sciã, & ad te cras. De Ventidio, πανικὸν puto. De Sexto, pro certo habebatur, ad arma. quod si uerũ est, sine bello ciuili uideo seruiendum. quid ergo? Calendis Ianuarij in Pansa spes. λῆρος πολύς, in uino & in somno istorum. De CCX optime. Ciceronis rationes explicentur: Ouius enim recenset multa, quæ uellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis sat abunde: HS LXXII satis esse, affatim prorsus, sed Xenonem perexigue, & γλίσχρως præbere, minutatimq́; quo plus permutasti, quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit. hinc ex Cal. Apr. ad HS LXXX accommodetur: nunc enim insulæ tantum: uidendum enim est, quid, cum Romæ erit: non enim puto socrum illam ferendam. Pindaro Decumano negaram. Nunc, cuius rei causa tabellarium miserim, accipe. Quintus filius mihi pollicetur se Catonem. egit autem & pater, & filius, ut tibi sponderem, sed ita, ut tum crederes, cum ipse cognosses. huic ego literas ipsius arbitratu dabo: eæ te ne mouerint. has scripsi in eam partem, ne me motum putares. Dij faxint, ut faciat ea, quæ promittit: commune enim gaudium: sed ego nihil dico amplius. is hinc VII. Id. ait enim attributionem in Idus, se autem urgeri acriter. tu ex meis literis, quomodo respondeas, meditabere. plura, cum & Brutum uidero, & Erotem remittam. Atticæ meæ excusationem accipio, eamque amo plurimum: cui, & Piliæ salutem. Vale.

σχόλια



ONIS Quint.) omnia, quod ad tempus pertinet, respondent. Veni) ut constitueram. epist. 26. l. 15. In Puteolanum) ibid. Iens) ut ep. 9. l. 4. al. postridie flens: sed, postridie iens, legendum docent, quæ sequuntur. Brutum) M. Brutum, quem, dubitabam, an uisurus essem. epist. 21. l. 15. Neside) epist. 3. h. l. Eo die) Non. Quint. igitur postridie iens ad Brutum, in Neside hæc scripsi. Eros) ep. 15. l. 10. Tuas literas) reddidit. Ita'ne! Nonis Iulijs?) ita'ne in tuis literis scribis tu, uel proscribuntur ludi Non. Iul. epist. 4. h. l. quasi ratum sit, quod M. Antonius tulit, ut Quintilis Iulius appelletur! Macrob. lib. 1. Saturn. & Censor. de die nat. Mehercule istis) male sit, uel quid tale. est enim ἀποσιώπησις indignationis plena. al. de istis mehercule: unde fortasse totus locus ita legi posit: sed de istis mehercule stomachari totum diem licet. Bruto Iul.) scriptum esse, quam scribendum esset ep. 29. l. 15. al. Bruto Iul.? hoc est, Bruto Iulijs scribere, uel ludos eius ita proscribi. turpe uero erat Bruto, qui tyrannum interfecerat, ad eum scribi, uel eius ludos proscribi diebus mensis à tyranno dicti. & ob id postea dixit, se scripturum, ut uenationẽ proscriberent, III. Id. Quint. non autem Iul. ep. 4. h. l. Redeo ad meum igitur, ἔλθωμεν. nihil uidi) redeo igitur ad meum illud,

lud, quod usurpare soleo, eamus. nihil enim uideo, quod me retinere debeat. aliter uerbum græcum legitur. ἑτοιμεν, quod nos ita legendum suspicamur, ἕτοιμον, paratum: unde duplex sensus elici potest: uel, redeo igitur ad rem meam, quum in Puteolanum uenissem, nihil uidi ad nauigationem à meis paratum: uel, redeo igitur ad illud meum dictum, quo Pompeium olim momordi, parati nihil uidi, ut tyrannoctonos item mordeat, præsertim quum Brutum minus paratis audisset. ep. 4. h. l. Agripetas) agrarios. epis. 18. h. l. Concisos) electos. ep. 30. l. 15. Audio!) à Formianis! ibid. & à fama! ep. seq. Plancus) epist. 16. h. l. Cursim!) fugit! ep. 30. l. 15. & ep. 4. h. l. Diem, & noctem) illum currere. Profectionem) in Græciam. ep. 13. l. 14. Laudari) probari, ep. 30. l. 15. in cœlum ferri. epis 6. h. l. Dymæos) piratas olim à Pompeio in agrum Dymæum deductos. Strab. lib. 8. Plutar. in Pomp. & Appian. in Mithridat. Agro) olim à Pompeio assignato. Pulsos) ab istis agripetis, uel ab indigenis. Mare infestum habere) ep. 22. l. 9. Nil mirum) quum & pulsi sint, & olim fuerint piratæ. Videndum est, ut mansio laudetur) gaudeo quidem meam profectionem laudari, sed, quoniam Dymæi mare infestum habent ita, ut tuta non sit nauigatio, uidendum est, ut, si forte ob id sit manēdum, mansio quoque laudetur. ἐν ὁμοπλοίᾳ) in societate nauigationis, in eadem nauigatione. ep. 4. & 5. h. l. Præsidij) contra suspiciones periculi. ep. 4. h. l. Opinor) audio, ibid. Minuta nauigia) Brutum habere. Sciam) quum ad ipsum peruenero. Cras) scribam. Ventidio) ep. 34. l. 10. fam. & Plin. l. 7. cap. 43. πανικὸν) repentinum, & uanum terrorem. ep. 20. l. 5. Sexto) Sext. Pompeio. ep. 1. l. 14. Ad arma) iturum, nec ab his discessurum. ep. 23. l. 15. sed uerba, quæ sequuntur, uidentur postulare, ut potius exponamus, non iturum. & sanè M. Lepidus pacem effecit, qua sperabant omnes breui fore, ut Sext. Pompeium Resp. aspiceret. Philip. 5. & 13. & Dion lib. 45. hinc epis. 30. l. 15. recte dictum fuerit, Sextum scutum abijcere nolebam. Sine bello) Sexto scutum abijciente, & nullo alio aduersante tyrannidi. Seruiendum) Antonio præsertim. Calendis Ianuarij) ep. 25. l. 15. Pansa) nunc Cos. Des. & tunc Cos. futuro. λῆρος πολὺς) nugæ multæ. ep. 25. l. 14. In uino, & in somno) spem ponere. Istorum) Hircij, & Pansæ. ep. 12. l. 14. & epist. 27. l. 16. fam. Ciceronis) mei filij. Rationes) insularũ, & prædiorum dotaliũ. ep. 13. & 21. l. 15. Ouius) M. Ouius M. F. Ter. Rufus, in ueterum monimentis legitur. hinc Ouia ep. 16 l. 12. al. obuius. Recenset) de Cicerone filio, ut messala. ep. 18. l. 15. al. recenses, ut sit, tu obuius, & ultro recenses. Sat abunde) al. sit abunde. Satis esse) Ciceroni meo. Xenonem) ep. 18. l. 14. γλίσχρως) parce, restricte. Minutatimque) ne largius ille, quàm par sit, impendat. al. idest minutatim, ut interpretatio quædã adiecta esse uideatur. Permutasti) ut permutaretur, curasti. ep. 16. l. 15. Fructum) mercedem. ep. 18. l. 15. Annus) primus. ep. 16. l. 15. Itineris) quod filius fecit, Athenas proficiscens. Ex Cal. Apr.) sic enim annuum tempus conficitur. epist. 16. l. 15. Accommodetur) sumptus. ep. 27. l. 12. Insulæ) præbent. Tantum) fructum, quantus est HS. LXXX. Quid) facturus erit, & quo sumptu contentus futurus. ep. 27. l. 12. Socrum) meam, Publiliæ matrem. ibid. Ferendam) & ob id domum conducendam. ibid. Pindaro) nomẽ liberti in ueterũ monimentis, & serui apud Val. Max. l. 6. cap. 8. Decumano) qui decumanus est. al. de Cumano, ut sit, quum Pindarus me Publiliæ, & matris nomine rogaret, ut illis in Cumanum uenire liceret, negaui, ut epis. 27. l. 12. Quintus filius) qui me Puteolos est prosecutus. epist. 30. l. 15. Catonem) talem, qualis erat Cato. sic Pauonium. ibid. Pater) Q. frater. Filius) Q. filius. Sponderem) ita fore. Huic) Q. filio. Dabo) ad te. ep. 3. h. l. Eæ) tunc dandæ. Has) præsentes, ut aiunt. Motum) Q. filij uerbis. Faciat) Q. filius. Commune) nobis, qui διῒ οἱ sionus. epis. 2. l. 2. Is) Q. filius. Hinc) unde proficisci. VII. Id.) Quint. al. III. Id. recte. nam quum has literas VIII. Id. idest postridie Non. ut supra dictum est, scriberet, cras, non VII. Id. dixisset. Attributionem) dilatam, collatam. In idus) quibus numerari solent numi. ep. 24. l. 14. Vrgeri) à creditoribus. habebat enim æs alienum. ep. 41. l. 13. Brutum) ad quem iens, hæc scripsi. Erotem) qui tuas literas attulit. Remittam) ep. seq. Excusationem) querelæ. ep. 28. & 29. l. 15.

CICERO ATTICO S. 2



I. Id. duas epistolas accepi, unam à meo tabellario, alteram Bruti. De Buthrotijs longe alia fama in his locis fuerat: sed cum alijs multis hoc ferendum. Erotem remisi citius, q̃ constitueram, ut esset cum Hortensio, & quia equitibus quidem ait se idibus constituisse. Hortensius uero impudenter: nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Cal. Sext. ex qua pensione ipsa maior pars est ei soluta aliquanto ante diem. sed hæc Eros uidebit. Idibus de Publilio autem quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. sed cum uideas quantum de iure nostro decesserimus, qui de residuis CCCC. HS. CC. præsentia soluerimus, reliqua perscribamus, loqui cum eo (si tibi uidebitur) poteris, eum commodum nostrum expectare debere, cum tanta sit à nobis iactura facta iuris. sed amabo te mi Attice, (uides'ne quam blande?) omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito regito, gubernato, ut nihil à me expectes: quanquam enim reliqua satis apta sint ad soluendum, tamen fit sæpe, ut ij, qui debent, non respondeant ad tempus. si quid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. non modo uersura, uerum etiam uenditione, si ita res coget, nos uindicabis. Bruto tuæ literæ gratæ erant: fui enim apud illum multas horas in Neside, cum paulo ante tuas literas accepissem. delectari mihi Tereo uidebatur, & ha-

bere maiorem Accio, q̃ Antonio gratiam. mihi autem, quo lætiora sunt, eo plus stomachi, & molestiæ est, populum R. manus suas non in defendenda Rep. sed in plaudendo consumere. mihi quidem uidentur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam. sed tamen, dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet. Consilium meum q̃ ais quotidie magis laudari, non moleste fero, expectabamq́; si quid de eo ad me scriberes: ego enim in uarios sermones incidebam: quin etiam iccirco trahebam, ut quãdiutissime integrum esset. sed quoniam euro uilla extrudimur, Brundusium cogito: facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, q̃ piratarũ, qui apparere dicuntur. Sestius VI. Id. expectabatur, sed non uenerat, quod sciam. Cassius cum classicula sua uenerat. ego, cum eum uidissem V. Cal. in Pompeianum cogitabam, inde Aculanum. nosti reliqua. De Tutia ita putaram. De C. Metio non credo, nec tamen curo plus, q̃ tu. Planco, & Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras: sed, si tibi uidebitur, ne necesse babueris reddere: cum enim tua causa fecerint omnia, uereor, ne meas literas superuacaneas arbitrentur. Oppio quidem utiq́: quem tibi amicissimum cognoui: uerum, ut uoles tu. Quoniam scribis hiematurum te in Epeiro, feceris mihi gratum, si ante eo ueneris, q̃ mihi in Italiam te auctore ueniendum est. literas ad me q̃ sæpissime, sed de rebus minus necessarijs aliquem nactus, sin autem erit quid maius, domo mittito. Ἡρακλείδην, si Brundusium salui, adoriemur. de gloria misi tibi: custodies igitur, ut soles: sed notentur eclogarij, quos Saluius, bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. mihi ualde placent: mallem tibi. Etiam atque etiam. Vale.

σχόλια



SEXTO Id.) Quint. Bruti) tabellario. Alias) agripetas concisos, & Plancum fugisse. ep. sup. Hoc ferendum) quòd uerum, ut cupiebam, de agripetis, & de Planco non sit. Erotem) epist. 15. l. 10. Remisi) ep. sup. Hortensio) filio. ep. 3 l. 6. & ep. 17. l. 10. Equitibus) fortasse ut ep. 7. lib. 14. Impudenter) facis, petens. Debetur) fortasse propter Puteolos. ep. 3. l. 7. Videbit. Idibus de) al. uidebit Idibus. De. al. uidebit. De. Publilio) epist. 27. l. 12. Quod reliquum. Perscribi) in codice, & nunc non solui. Decesserimus) ita, ut urgere non debeat. epist. 6. h. l. Qui de residuis CCCC. HS. CC. præsentia soluerimus, reliqua perscribamus) quum ex CCCC. HS. CC. soluerimus & quidem præsentia, quum nostro iure aliter possemus facere, æquum uidetur, ut reliqua in codicem referamus, neque nunc soluamus. pro perscribamus legitur etiam, rescribamus. Loqui) hac de re. Cum eo) Publilio. Eum) Publilium. Commodum nostrum) soluendi reliqua. Expectare) nunc in tabulas referendo, & non urgendo. Debere) epist. 6. h. l. Iuris) quo non utimur. ibid. Reliqua) quæ mihi debentur. ep. 15. l. 15. Apta sint) concurrant nomina. ep seq. Ad soluendum) quibus debeo. Non respondeant) non soluant. Fama mea) quæ agitur, nisi soluam. existimatio, ep. 14. h. l. Potius) antiquius. Bruto) M. Bruto. Neside) ep. seq. Tereo) fabula olim ab Accio de Tereo scripta; & nunc in Bruti ludis acta. ep. 5. h. l. Accio) L. Accio poetæ, cuius in singulis uersibus populus Ro. maximo clamore, & plausu Bruti memoriam est prosecutus. Philip. 1. & 10. Antonio) propter cuius arma ipsi Bruto adesse non licuit. ibid. Plaudendo) al. laudando. Istorum) Cæsarianorum. Incendi) his plausibus. Doleant) Cæsariani his plausibus. Quidlibet) quod lubet, in ipso Afranij carmine leges Tuscul. 4. Consilium) profectionis. ep. 13. l. 14. Laudari) ep. sup.. Varios sermones) de meo itinere ep. 25 l. 15. Trahebam) differebam. Euro uilla) sic nec in Pompeianum se abdidit tempestatibus. ep. 10. h. l. al. furore illo. recte, nisi fallor. non enim uideo, cur Cicero è uilla euro potius, quàm austro, cui Puteoli, ubi tunc erat, magis expositi uidentur, ita se extrudi scribat, ut Brundusium cogitet: quasi uillas alias non haberet, quò se conferre posset: aut uenti uis ea esset, quæ illum discedere cogeret, & nõ Antonij furor. huc accedit, quod Puteolis naue discedenti nihil erat, cur Brundusium, peteret, tot litora circumuehendus: quum uel terra Brundusium proficisci posset, uel naue uectus aliunde in Græciam commodius transmittere. Brundusium cogito) aliter, atque tibi placebat. ep. 22. l. 15. al. Brundusium pergere cogito. Legionum) ep. 2. & 13. l. 15. Piratarum) Dymæorum. ep. sup. Appare re) & mare infestum habere. ibid. Sestius) ep. 17. l. 5. & si Sestius Naso uidetur esse is, qui inter coniuratos ponitur ab Appian. lib. 2. VI. Id.) Quint. Expectabatur) ep. 27. l. 15. Non uenerat) cum suis nauigijs. epist. 4. h. l. Cassius) C. Cassius. Classicula sua) ep. 4. h. l. Venerat) ad Brutũ. V. Cal.) Sext. sed ego malo legere, V. Id. quũ non ita multò post scribat, se cõscendere è Pompeiano. ep. seq. & ep. 6. h. l. ad Siccam uenisse octauo die & quidem IX. Cal. Aeculanum) al. Aculanum, ut in Ptolemæo scribitur, & inter mediterraneas urbes numeratur. unde apparet Ciceronem Brundusium terra, nõ mari proficisci cogitasse. ep. 2. l. 3. Reliqua) reliquas res, uel potius reliqua oppida, quæ sunt in uia, quam describit Strab. l. 6. De Tutia ita putaram) de Tucia uestali ita rem habere, ut scribis, putaram. Plin. l. 28. cap. 2. & Val. Max. l. 8. cap. 1. uel potius de Iulia ita esse, ut scribis, putaram, & ob id ἐβδελυττόμην. ep. 30. l. 15. C. Metio) ep. 29. l. 15, quidã P. uel Sp. Metius legitur ep. 1. l. 7. fam. Planco) ep. 16. h. l. Oppio) qui rescripsit. ep. xi. h. l. Scripsi) de re Buthrotia. ep. 16. h. l. Reddere) literas. In Epeiro) ep. seq. Eò) in Epeirum. Te autore) te probante. episto. 25. l. 15. Veniendum) ad Cal. Ian. ibid. Literas) mitte. Aliquem) i.

quemlibet, qui eò ueniat. Mittito) tabellarium. ἡρακλείδειον) Heraclidium. ep. 28 lib. 15. Salui) uenerimus. Adoriemur), scribere aggre liemur. ep. 4. l. 15. De gloria) libros. ep. 28. l. 15. Eclogarij) qui ταῖς ἐκλογαῖς delectātur. ueteres enim Grāmatici ἐκλογὰς, odas, satyras, & reliqua id genus scripta uocare non dubitarunt. Saluus) anagnostes. ep. 42. l. 13. In conuiuio) ep. seq. Placent) libri de gloria.

CICERO ATTICO S. 3

TV VERO sapienter: nunc demum enim rescribo ijs literis, quas mihi misisti conuento Antonio Tiburi: sapienter igitur, quòd manus dedisti, quodq; etiam ultro gratias egisti: certe enim, ut scribis, deseremur ocyus à Rep. q̃ à re familiari. quòd uero scribis te magis delectari Ὦ TITE, SI QVID EGO: siqd agis, addis mihi scribendi alacritatem. Quod Erotem non sine munusculo expectare dicis, gaudeo non fefellisse eam rem opinionem tuam. sed tamen idem σύνταγμα misi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum, & refectum. hunc tu tralatum in macrocolū lege in arcano conuiuis tuis, sed, si me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. De Cicerone, uelim ita sit, ut audiuimus. De Xenone corām cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter. De Erote faciam, ut mandas, & ea, quæ scribis, ex Saufeio, & ex Xenone cognoscam. De Quinto fratre, gaudeo tibi meas literas prius à tabellario meo, q̃ ab ipso redditas. quanquam te nihil fefellisset. ueruntamen. sed expecto, quid ille tecum, quid tu uicissim. nec dubito, quin suo more uterque. sed eas literas Curium mihi spero redditurum: qui quidem & si per se est amabilis, à meq; diligitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. Literis tuis satis responsum est. nunc audi, quod, & si intelligo scribi necesse non esse, scribo tamen. Multa me mouent in discessu, in primis mehercule, quòd disiungor à te. mouet etiam nauigationis labor, alienus non ab ætate solum nostra, uerum etiam à dignitate, tempusq; discessus subabsurdum: relinquemus enim pacem, ut ad bellum reuertamur: quodq; temporis in prædiolis nostris & belle ædificatis, & satis amœnis consumi potuit, in peregrinatione consumimus. consolantur hæc: aut proderimus aliquid Ciceroni: aut, quantum profici posset, iudicabimus. deinde tu iam, ut spero, & ut promittis, aderis. quod quidem si accideris. quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt meliora. maxime autem me angit ratio reliquorum meorum. quæ quāquam explicata sunt, tamen, quòd & Dolabellæ nomen in his est, & attributio est mihi nominum ignota, conturbor, nec ulla res magis angit ex omnibus. itaque non mihi uideor errasse, q̃ ad Balbum scripsi apertius, ut, siquid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subueniret: meq; tibi etiam mandasse, ut, siquid eiusmodi accidisset, cum eo communicares. quod facies, si tibi uidebitur, eoq; magis, si proficisceris in Epeirum. Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis. Brutus erat in Neside etiam nunc, Neapoli Cassius. ecquid amas Deiotarum? & non amas Eram? qui, ut Blesamius uenit ad me, cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sexti nostri sententia ageret, neque ad illum, neque ad quenquam nostrum retulit. Atticā nostram cupio suauiari: ita mihi dulcis salus uisa est per te missa ab illa. referes igitur ei plurimam, itemq; Piliæ dicas uelim. Vale.

σχόλια

TV VERO sapienter) fecisti. Antonio) Cos. Tiburi) in Tiburtino Metelli Scipionis. Philip. 2. & 5. & epist. 2. lib. 12. fam. Sapienter igitur) ἐπανάληψις. Manus dedisti) Antonio. Prouerb. Gratias egisti) de re Buthrotia: quòd causas probauit. epist. 16. h. l. Deseremur) & ideo Antonius, & reliqui potentiores retinendi sunt amici, ut rem ipsam familiarem per ipsos tueri possimus. Quòd uero scribis) proximis literis. Delectari) & iuuari. ep. 10. h. l. O Tite, siquid ego) libro, qui, Cato maior, inscribitur, epist. 25. l. 14. uel de senectute, cuius principium est: ô Tite, siquid ego: ep. 10. h. l. & Titus prænomen est Attici, ad quem librum scripsit. ep. 16. l. 2. Siquid agis) si legēs illum librum, aliquid proficis. Addis) affers, ut loquitur Philip. 4. Erotem) ep. 15. lib. 10. Munusculo) aliquo libro. Expectare) siquis recordetur epist. sup. scribi Erotem remissum fuisse: & uerba, quæ sequuntur, paulò accuratius consideret, animaduertat ille, nisi fallor, expectasse, legendum esse. Non fefellisse) quoniam munusculum attulit: uel, si supra legas, expectare, affert. σύνταγμα) uolumen. ep. 38. l. 12. ἀρχέτυπον) exemplar. ep. 5. l. 12. Hunc) ἀρχέτυπον. Macrocolum) ep. 25. l. 13. In

Arcano)in occulto:uel in Arcano Q. fratris.ep.2.l.10. Conuiuis tuis)ep.sup. & epis.4.l.12. In me)in librum meum. Tra-ti)ut à te male accepti. Cicerone)meo filio. Audiuimus) ep.17.&.18.l.15. & ep.1.h.l. Xenone)epist.18.l.14. Nihil ab eo)factum,aut datum.ep.1.h.l. Erote)al.Herode. recte,ut ep.29.l.15. Faciam)meminero.ibid. atque id ipsum, quum Athenas peruenero,ubi tunc non erat Eros,sed Herodes.ep.18.l.14. Saufeio)ep.1.l.7.is tunc Athenis uidetur fuisse. Ex Xenone)Philosopho potius,quam procuratore.ep.10.& 11.l.5. De Quinto fratre) al.de Q. F.hoc est, de Q. filio.recte. ep.1.h.l. Meas literas)quas in eam partem scripsi,ne me motum putares.ibid. Ab ipso)Q. filio. Redditas)illas,quas illi ipsius arbitratu dedi.ibid. Te)ut prudentem,& saepe expertum. Fefellisset)Q. filius,etiamsi nõ accepisses meas literas prius à tabellario. Veruntamen)gaudeo,ut ep.12.l.14. Sed expecto)ut sciam. Ille)Q. filius. Tecum)egerit,sit locutus. Suo more uterque)tu prudenter,& moderate,ille impudenter, & temere egerit. Eas literas) quas ista de re scribes. Curion)ep.2.l.7. Est amabilis)est,quem facile diligas.ibid. Discessu)ep.13.l.14. Disiungor à te)ep.5.h.l. Dignitate)quòd Reip. defuisse uidebor.ep.13.l.14. Subabsurdum)ὑποσόλοικον. al.absurdum. Pacem)quae nunc est. Bellum)futurũ.ep.23.l.15. Hoc praedixit Cicero, ut alia multa, tanquàm uates.Nep.in Attic.ipse sua rerum futurarum auguria uocat Philip.2. Praediolis)uillulis.ep.6.h.l. Amoenis)ep.19.l.12. Consumimus)al.consumemus. Proderimus)ep.13.l.14. Ciceroni)meo filio. Profici)προκόπτεσθαι,unde προκοπή.ep 17.l.15. Promittis)ep.30.l.15. Aderis)saltem in Epeiro.ep.sup. Reliquorum meorum)quae mihi debẽtur.ibid. Explicata sunt)ab Erote.ep.15.l.15. Dolabellae nomen)ep.23.l.14. In his)reliquis. Et attributio est mihi nominum ignota)al. & attributione mihi nomina ignota: non omnino male:hoc est,nomina mihi sunt ignota propter attributionem,quae me absente facta est.ep.13.l.15.hanc ut conficiat,Tironi mandat epis.24.l.16.fam. Conturbor)non conturbo,ut ep.7.l.4.uidetur enim iocari in uerbo illo. Balbum)ep.3.l.7. Non concurrerent nomina)non quadrarent rationes:non fierent paria:non concurrerent mea reliqua cum debitis:idest,reliqua,ex quibus tamen abundare debeo, ep.15.l.15.non essent apta ad soluendum.ep.sup. Subueniret)de suo. Siquid eiusmodi accidisset)epis.sup. Cum eo)Balbo. In Epeirum)ep.sup. Haec ego)scripsi. E Pompeiano) quò ueneram.ep. sup. Tribus actuariolis)ep.6.h.l.& ep.12.l.10. Decemscalmis) alij,decem scalmorum,ut lib.1.de orat.nauiculam duorum scalmorum dixit. Brutus) M.Brutus. Neside)insula Campaniae.Plin.lib.19.cap.8.& quidem Luculli.Philip.10. Etiam nunc)ut prius.epis.sup. Cassius)qui cum classicula uenerat.ibid. Deiotarum)Regem.epis.12.l.14. Eram)al.Heram:unde nemo non uidet legendum esse,Hieram ex orat. pro Deiotar. Qui)Hieras. Blesamius)orat.pro Deiotar. Ad me)rus. Ei) Hierae. Praescriptum esset) à Deiotaro. Sexti nostri)Peducei.ep.12.l.7. Ageret)cum Antonio.epist.12.l.14. Illum) Sextum. Quenquam nostrum) hospitum.Philip.2. Retulit)sed syngrapham in gynaeceo confecit.ibid. Plurimam)salutem.

CICERO ATTICO S. 4



TA *ut heri tibi narraui, uel fortasse hodie:Quintus enim altero die se aiebat. In Nesida VIII.Id.ibi Brutus.q̃ ille doluit de Nonis Iul.mirifice est conturbatus.itaque sese scripturum aiebat,ut uenationem etiam,quae postridie ludos Apollinares futura est,proscriberent.III.Id.Quint.Libo interuenit.is Philonem Pompeij libertũ, & Hilarum suum uenisse à Sexto cum literis ad Consules, siue quo alio nomine sunt.earum exemplum nobis legit,siquid uideretur.pauca παρὰ λέξιν: caeteroqui & satis grauiter,& non contumaciter.tantũ addi placuit,quod erat,*COSS.*solum,ut esset,* PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI, *ne illi non proferrent eas,quae ad se ipsos missae essent.Sextum autem nuntiauit cum una solum legione fuisse Carthagine,eiq; eo ipso die,quo oppidum Boream cepisset,nuntiatum esse de Caesare:capto oppido,miram laetitiam,commutationemq; animorum , concursumq; undique, sed illum ad sex legiones,quas in ulteriore reliquisset,reuertisse.ad ipsum autem Libonem scripsit,nihil esse,nisi ad larem suum liceret.summa postulatorum,ut omnes exercitus dimittantur,qui ubique sint.haec ferè de Sexto. De Buthrotijs undique quaerens nihil reperiebam.alij,concisos agripetas:alij,Plancum acceptis nummis,relictis illis,aufugisse.itaque non uideo sciturum me,quid eius sit,ni statim aliquid literarũ. Iter illud Brundusium,de quo dubitabam, sublatum uidetur:legiones enim aduentare dicuntur: haec autem nauigatio habet quasdam suspiciones periculi.itaque constituebam uti ὁμοπλοίᾳ , paratiorẽ offendi Brutum,q̃ audiebam:nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota, suntq; nauigia praeterea luculenta Sestij , Buciliani,caeterorum:nam Cassij classem,quae planè bella est ,non numero ultra fretum.illud est mihi submolestum,q; parum Brutus properare uidetur.primum confectorum ludorum nuntios expectat.deinde,quantum intelligo,tarde est nauigaturus,consistens in locis pluribus. tamen arbitror esse commodius tarde nauigare,q̃ omnino non nauigare.& si,cum processerimus, exploratiora uidebuntur,& etesijs utemur. Vale.*

σχόλια

ITA ut heri tibi narraui, uel fortasse hodie: Quintus enim altero die se aiebat. In Nesida VIII. Id. Ibi Brutus) nos hoc modo legi mus: ita, ut heri tibi narraui, uel fortasse hodie (Quintus enim altero die se aiebat) in Nesida VIII. Id. ibi Brutus. Vt, inquit, exposui, & narraui his literis, quas Quintus heri tibi, uel fortasse hodie (is enim dixit à datis literis altero die se Romæ fore) reddidit, ita in Nesida VIII. Id. sum profectus. ibi erat Brutus: ep. 1. 2. & 3. o. l. Ille) Brutus. De Nonis Iul.) ep. 1. h. l. Conturbatus) quod scriptum esset Non. Iul. Scriptum) ad ludorũ procuratores. Venationem) ut ep. 1. l. 7. fam. Ludos Apollinares) ep. 19. l. 2. al. lud. Apollinar. sic enim ueteres, Probo autore in notis, scribebant. Proscriberent) sic proscribere auctionem. ep. 36. l. 13. III. Id.) fortasse IIII. Id. nam lud. Apollinar. V. Id. fiebant. epis. 14. l. 4. & Varr. sed ij fortasse per duos dies sunt celebrati. Quint.) non autem Iul. quid enim turpius Brutos ep. 1. h. l. Libo) ep. xi. l. 7. Philonem) T. Iulius Philo Despotus, in ueterum monumentis inuenitur. Pompeij) Sext. Pompeij. Hilarum suum) libertum. al. Hilarum suum libertum. A Sexto) à Sext. Pompeio. Ad Consules) ad Antonium, & Dolabellã Coss. Alio nomine) quàm Coss. quũ isti non sint uere Coss. ut de Pisone, & Gabinio dixit orat. pro dom. Videretur) mutandum. Pauca) erant. παρὰ λέξιν) non proprie dicta, ut παρὰ μέλος: præter dictionem, cuius partes sunt στοιχεῖον, συλλαβή, σύνδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος. Aristot. in Poetic. siquis igitur non proprie, aut obscure loquitur, is παρὰ λέξιν loquitur. ὁρίζεται γὰρ λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι. Aristot. l. 3. Rhetor. plura Hermogenes tomo 1. περὶ τῶν ἰδεῶν. Ceteroqui) al. ceteraque: quod minime displicet. Grauiter) scripta. Non contumaciter) non enim pacem aspernabatur. ep. 1. h. l. Addi) Sext. Pompeij literis. Placuit) nobis. Quod erat) scriptum in illis literis. Coss) Consulibus. Vt esset) scriptum. Prætt. Trib. pl. Senatui) ut literarum præscriptio ita esset: Sext. Pompeius Cn. F. S. D. Coss. Prætt. Tribb. pl. senatui. sic ep. 1. & 2. l. 15. fam. nec enim uerisimile est, uoluisse Ciceronem. Coss. tolli, præsertim quũ placuerit addi, non demi. Illi) Coss. Non proferrẽt eas) tanquàm ad se priuatim, non publice scriptas. Sextum) ipsum Sext. Põpeium. Nunciauit) nobis Libo. al. nunciant. scilicet Philo, & Hilarus liberti. Carthagine) Hispaniæ. Dion. l. 45. Boream) Boream uocat Plin. l. 3. cap. 3. De Cæsare) de Cæsaris cæde. ep. 1. l. 14. Illum) Sext. Pompeium. Vlteriore) Hispania. Libonem) ut socerum. ep. xi. l. 7. Nihil esse) cur à se Antonius, & reliqui pacem sperarent. Larem suum) occupatum ab Antonio. Philip. 2. Liceret) sibi redire. Philip. 13. De Buthrotijs) ep. 30. l. 15. Nihil reperiebam) quòd alia fama in his locis fuerit. ep. 2. h. l. Agripetas) ep. 1. h. l. Plancum) ibid. Quid eius sit) quid eius rei sit. Aliquid literarum) deleris. Brundisiũ) ep. 2. h. l. Dubitabam) ep. 21. l. 15. Legiones) ep. 2. & 13. l. 15. Hæc autem nauigatio) Puteolis instituenda, ep. 21. l. 15. certe Hydrunte. ep. seq. Periculi) à Piratis. ep. 1. & 2. h. l. ὁμοπλοίᾳ) societate nauigationis. ep. 1. h. l. Paratiorem) à classe. Audiebam) & opinabar eum minuta nauigia habere. ep. 1. h. l. Domitius) ep. 47. l. 13. hic etiam inter coniuratos fuit. Philip. 2. Dicrota) ep. xi. l. 5. Sestij) qui expectabatur. ep. 2. h. l. Bucilianí) ep. 19. l. 15. Bucolianum quẽdam inter coniuratos ponit Appian. l. 2. Cassij classem) ep. 2. h. l. Non numero) Cassius enim conuertet cursum in Syriam, ubi expectabatur, epist. 13. l. 15. & quo postea profectus est. ep. xi. l. 12. fam. Fretum) siculum. ep. 6. h. l. & ep. 1. l. 2. Videtur) ep. seq. Exploratiora) à piratis non esse periculum. Et tectus) Etesijs, legendum contendimus. cupio, inquit, uti Bruti ὁμοπλοίᾳ, at, si quum processero, tutã nauigationem uidebo, nauigabo, & utar Etesijs: qui tamen postea prosequi noluerunt. epist. 25. l. 12. fam. & ep. 15. ad M. Brut. sic loquitur epist. 5. l. 14. fam.

CICERO ATTICO S. 5

TVAS iam literas Brutus expectabat: cui quidem ego non nouum attuleram de Tereo Accij. ille Brutum putabat. sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, commissiõe Græcorum frequentiam non fuisse: quæ quidem me minime fefellit: scis enim, quid ego de Græcis ludis existimem. nunc audi quod pluris est, quàm omnia. Quintus fuit mecum dies complureis: &, si ego cuperem, ille uel plureis fuisset: sed, quantum fuit, incredibile est, quàm me in omni genere delectarit, in eoq; maxime, in quo minime satisfaciebat: sic enim commutatus est totus & scriptis meis quibusdam, quæ in manibus habebam, & assiduitate orationis, & præceptis, ut tali animo in Remp. quali nos uolumus, futurus sit. hoc cum mihi non modo confirmasset, sed etiã persuasisset, egit mecum accurate multis uerbis, tibi ut responderem, se dignum & te, & nobis futurum, neque se postulare, ut statim crederes, sed, cum ipse perspexisses, tum ut se amares. quòd nisi fidem mihi fecisset, iudicassemq; hoc, quod dico, firmum fore, non fecissem id, quod dicturus sum: duxi enim mecum adolescentem ad Brutum: sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit, eumq; laudans amicissime mentionem tui fecerit, complexus, osculatusq; dimiserit. quam ob rem & si magis est, quod gratuler tibi, quàm quod te rogem, tamen etiam rogo, ut, siquæ minus antea propter infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri uidebantur, ea iudices illum abiecisse,

mibiq; credas, multum allaturam, uel plurimum potius ad illius iudicium confirmandum auctoritatem tuam. Bruto cum sæpe iniecissem de ὁμοπλοίᾳ. non perinde, atque ego putaram, arripere uisus est. existimabam μετεωρότερον esse: & hercule erat, & maxime de ludis. at mihi, cũ ad uillam redissem, Cn. Luceius, qui multum utitur Bruto, narrauit, illũ ualde morari, non tergiuersantem, sed expectantem, siqui forte casus. itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi expectem de legionibus: si aberunt, (ut quidam arbitrantur) Hydruntem: si neutrum erit ἀσφαλὲς, eodem reuertar. iocari me putas? moriar, si quisquam me tenet præter te: etenim circunspice: sed ante erubesco. o dies in auspicijs Lepidi descriptos, & aptos ad consilium reditus nostri. magna ῥοπὴ ad proficiscendum tuis literis. atque utinam te illic. sed ut conducere putabis. Vale.

σχόλια

VAS iam literas) præsertim de ludis. ep. 29. l. 15. Brutus) M. Brutus. Non nouum) uidetur tollenda negatio. nam si de Tereo prius audiuerat, qui Brutum putabat? Tereo) ep. 2. h. l. Accij) Poetæ. ibid. Ille) M. Brutus. Brutum) Accij poetæ fabulam de L. Iunio Bruto, qui Reges expulit, scriptam. lib. 1. de Diuinat. Putabat) Brutus Brutum fabulam suis ludis actam putabat, ut facto suo maxime accommodatam. Græcorum) ludorum. epist. 1. l. 7. fam. Quintus) Q. filius. Minime satisfaciebat) prius. al. minime putabam, satisfaciebat. Commutatus est) animo, quo prius erat. ep. 20. l. 14. Scriptis meis) fortasse περὶ καθήκοντος, ep. 13. l. 15. uel de gloria. ep. 28. l. 15. Tali animo) mirus ciuis. ep. 30. l. 15. Te, & nobis) θείοις. ep. 2. l. 2. uel te auunculo, me patruo, & Q. fratre patre. Adolescentem) Q. filium. Ei) Bruto. Ipse) Brutus. Gratulor) ut de sororis filio ita commutato. Ab eo) Q. filio. Quam sæpe) al. quam spem. De ὁμοπλοίᾳ) de societate nauigationis. ep. 1. h. l. sic loquitur ep. 13. l. 1. Arripere) al. accipere. μετεωρότερον) magis suspensum. ep. 14. l. 15. Esse) Brutum, dum loquebar. Erat) μετεωρότερος. Ad uillam) Puteolanã. ep. 1. h. l. Redissem) à Bruto. Cn. Luceius) non L. Luceius. ep. 3. l. 7. & epist. 1. l. 9. Illum) Brutum. Casus) inciderent, ne discedere esset necesse. Venusiam) ita positam, ut inde iter utroque dirigi commode posset, Brundusium, & Hydruntem. Strab. l. 6. Expectem de legionibus) ep. 2. & 13. l. 15. Si aberunt) nisi iocus hic lateat, sensus uidetur postulare, ut legatur: si aderunt. Quidam arbitrantur) qui dicunt eas aduentare. ep. sup. Hydruntem) proficiscar. ep. 22. l. 15. Neutrum) iter. ἀσφαλὲς) securum ep. 12. l. 7. & ep. 8. h. l. atque hoc quidem à legionibus, illud uero à piratis. ep. sup. sic igitur pene concludit: si non uenient legiones, Brundusium petam: si uenient, Hydruntem: sin iter Brundusium non erit securum à legionibus, Hydruntem uero à Piratis, Puteolos reuertar, hoc est, eodem. & ita uideor iocari. Præter te) à quo disiungi nollem. episto. 3. h. l. Circunspice) prospice, quò ista uergant. ep. seq. Ante erubesco) al. ante, quàm erubesco. recte. uide, inquit, quid mihi faciendum sit, & circunspice ante, quàm nauigem, ne forte me postea pudeat. Dies) ferias, quibus, ut ego puto, senatus non haberetur. siquidem Cal. Ian. initium cogendi senatus fore uidebatur. ep. 9. h. l. & Philip. 1. & 5. ad quas Cicero cogitabat adesse. ibid. & ep. 25. l. 15. Lepidi) unde Lepidianos uocat ep. 10. h. l. Et aptos) al. & apte, ut sit, descriptos, & apte, scilicet descriptos. Reditus nostri) ante Cal. Ian. ep. seq. ῥοπὴ) impulsio, momentum. Demost. orat. 11. ἡ μακεδονικὴ δύναμις ῥοπὴν ἔχει τινὰ, καὶ χρῆσιν. & Aristoph. in Vesp. ἔχεται ῥοπᾶς. ἀντὶ τοῦ μέγα κράτος, inquit interpres. Ad proficiscendum) in Græciam. ep. 13. l. 14. Tuis literis) inest, quum te affore promittas. ep. 3. h. l. Vtinam te) uideam. Illic) in Græcia, certe in Epeiro. episto. 2. h. l. Sed ut conducere putabis) facies.

CICERO ATTICO S. 6

EPOTIS epistolam expecto. cupidus ille meorũ? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda nõ putet. & ais μετ' ἀμύμονα. tu uero ἀμύμων. ille quidem ἄμβροτος. Mearum epistolarum nulla est συναγωγή. sed habet Tiro instar septuaginta. & quidẽ sunt à te quædam sumendæ, eas ego, oportet, perspiciam, corrigam. tum denique edentur. ego adhuc (perueni enim Vibonem ad Siccam) magis commode, quàm strenue nauigaui: remis enim magnam partem. prodromi nulli. illud satis opportune. duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Vibonensis: utrunque pedibus equis transmisimus. ueni igitur ad Siccam octauo die è Pompeiano, cum unum diem Veliæ constitissem, ubi quidem fui sane libenter apud Talnam nostrum, nec potui accipi (illo absente præsertim) liberalius. IX. Cal. igitur ad Siccam. ibi tanquam domi meæ scilicet, itaque obduxi posterum diem. sed putabã, cum Regium uenissem, fore, ut illic, δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες. cogitaremus, corbita ne Patras, an actuariolis ad Leucopetrã Tarentinorũ, ast inde Corcyrã: & si oneraria, statim ne freto, an Syracusis. hac super re scribam ad te Regio. mehercule mi Attice sæpe mecum ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται, cur ego tecum

cum

cum non sum? cur ocellos Italiæ, uillulas meas non uideo? sed id satis, superq́; tecum me non esse fugientem periculum. nec id nunc quidem (nisi fallor) ullum est: ad ipsum enim reuocat me auctoritas tua: scribis enim, in cœlum ferri profectionem meam, sed ita, si ante Cal. Ian. redeam: quod quidem certe enitar: malo enim uel cũ timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis. sed tamen prospice, quò ista uergant, mihique aut scribe, aut (quod multo malim) affer ipse. hæc hactenus. illud uelim in bonam partem accipias, me agere tecum, quod tibi maiori curæ sciam esse, q̃ ipsi mihi. nomina mea per Deos expedi, exolue. bella reliqui. sed opus est diligentia, cohæredibus pro Cluuiano Cal. Sext. persolutum ut sit. cum Publilio quomodo agendum sit, uidebis. non debet urgere, quoniam iure non utimur: sed tamen ei quoque satisfieri planè uolo. Terentiæ uero quid ego dicam? etiam ante diem, si potes. quin, si, ut spero, celeriter in Epeirum, hoc, quod satisdato debeo, peto à te, ut ante prouideas, planeq́; expedias, & solutum relinquas. sed de his satis, metuoq́; ne tu nimium putes. nunc negligentiam meam cognosce. De gloria librum ad te misi: & in eo proœmium id est, quod in Academico tertio. id euenit ob eã rem, q; habeo uolumen proœmiorum: ex eo eligere soleo, cũ aliquod σύγγραμμα institui. itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto proœmio, conieci id in eum librũ quem tibi misi. cum autem in naui legerem Academicos, agnoui erratum meum: itaque statim nouum proœmium exaraui, & tibi misi. tu illud desecabis, & hoc agglutinabis. Piliæ salutem dices, & Atticæ, deliciis, atque amoribus meis. Vale.

σχόλια


EPOTIS) *fortasse Cornelij Nepotis, ad quem sæpe scripsit Cicero. Suet. in Cæs. ep. 13. l. 12. & ep. 13. h. l. Cupidus) est. Ille) Nepos. Meorum!) meorum scriptorum! mearum rerum! γαυριῶ) glorior. Legenda nõ putet) tantum abest, ut cupiat. Ais) Nepotem ponendum esse, uel cupere. μετ' ἀμύμονα) post carentem reprehensione: μῶμον, καὶ ψόγον οὐκ ἔχοντα, ut exponit interpres Homer. Odyss. κ. sicut Aiax Odyss. λ. dicitur ἄριστος εἶδός τε, δέμας τε τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα πηλείωνα: atque iterum non multò post. hic uero, nisi planè decipior, Brutum, uel Sext. Peducæum significat, quem uocat ἀμύμονα, nisi forte sequitur ἐπεξήγησις, tu uero ἀμύμων, tu uero is es, quem uoco ἀμύμονα. Ille quidem ἄμβροτος) ille quidem immortalis, ut Brutus, qui Deus est futurus. ep. 11. l. 14. quòd si legatur, ut ego penè sentio, ille quidem ἄβροτος, exponetur, Nepos quidem non est homo: Nepos quidem tribunatus est, qui ea, quibus ego maxime γαυριῶ, legenda non putet. nisi magis placeat, ille quidem ἄβρωτος, ut apud Lucian. in Piscat. ἄβρωτος γάρ ἐστι, quum de Philosopho Cynico quasi pisce capto loquatur. συναγωγὴ) collectio. ep. 15. l. 9. Tiro) ep. 5. l. 13. A te) ad quem sunt missæ. Vibonem) ep. 2. & 3. l. 3. Ad Siccam) ad Siccæ fundum. ibid. ut in Siccæ suburbanum. ep. 28. l. 12. Prodromi nulli) Etesiarum nulli prodromi, Plin. lib. 2. cap. 47. nedum Etesiæ ipsi, quibus uti uolebam. ep. 4. h. l. prodromi Pompeiani. epis. 9. l. 1. Pedibus equis) terra, ut pedibus per Macedoniam uenire. ep. 8. l. 3. al. pedibus, equis. al. pedibus, & equis, ut Masinissa dicitur in Catone, iter ingressus pedibus, & equo. E Pompeiano) unde conscenderam. ep. 3. h. l. Veliæ) ep. seq. Apud Talnam) in uilla Talnæ. ep. 29. l. 13. al. apud Talnam, & sane Iuuentij Talnæ dicebantur. Liu. lib. 45. Plin. lib. 7. cap. 53. IX. Cal.) Sext. Regium) unde Regini, ep. seq. & Philip. 1. sicut à Regio nostro Regienses. ep. 7. l. 13. fam. dicuntur, al. Rhegium. ep. 4. l. 10. Illic) Rhegij. δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες) longam nauigationem meditantes: περὶ μακροῦ πλόου διανοούμενοι, ut exponit interpres Homer. Odyss. γ. epis. 12. h. l. Corbita) naui oneraria, & ob id tarda. Plau. in Pœnul. Patras) accederemus. ep. 9. l. 5. Actuariolis) episto. 3. h. l. Leucopetram) epist. seq. promontorium agri Regini. Philip. 1. Tarentinorum uero hic uocat, quòd esset Tarentinorum colonis, ut alij putant: uel quòd esset in finu Tarentino, qui 240. mil. pass. uel, ut alij uolunt, 390. complectitur. Strab. lib. 6. Ast inde) aliter, ac inde. Corcyram) episto. 9. lib. 5. Et si) accedere uolemus. Oneraria) corbita. Freto) episto. 4. huius libri. Syracusis) quò postea Cal. Sext. se uenisse dixit Philip. 1. Mecum) loquor ea, quæ sequuntur. ἡ δῆῦρ' ὁδός σοι τι δύναται;) hæc uia tibi quid potest? episto. 11. lib. 15. Tecum) ò Attice, à quo disiungor. episto. 3. huius libri. Villulas) ibid. Periculum) cædis impendentis. episto. 13. lib. 14. Vllum est) periculum, ut in pace. episto. 3. huius libri. Ad ipsum) periculum belli futuri. ibid. In cœlum ferri) laudari. epist. 1. h. l. Cal. Ian.) epist. 25. l. 15. Esse) tunc. Athenis tuis) epist. 10. l. 5. Prospice) circumspice. episto. sup. Ista) res Romanæ. Affer ipse) ueniens, ut promittis. episto. 3. h. lib. Expedi, exolue) ita, ut nihil à me expectes. episto. 2. h. l. Bella reliqui) nomina bella, & explicata reliqui. epist. 3. h. lib. al. bella reliqua reliqui, σὺν προσωνομασίᾳ. episto. 2. & 3. h. lib. Cohæredibus) epist. 44. lib. 13. Cluuiano) episto. 9. & 10. lib. 14. Publilio) episto. 27. lib. 12. Vrgere) ad soluendum. Iure non utimur) quum decesserimus. episto. 2. h. lib. Ante diem) uelim satisfacias. In Epeirum) proficisceris. episto. 3. h. lib. Satisdato) ut episto. 14. h. lib. De gloria) episto. 28. lib. 15. Tertio) nam quatuor erant libri. epist. 13. lib. 13. σύγγραμμα) opus, conscriptionem. In Tusculano) quum essem in Tusculano. Abusum) in tertio Academico. In eum librum) de gloria.*

CICERO ATTICO S. 7

VIII. Id. Sext. cum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter CCC. processissem, reiecctus sum austro uehementi ad eandem Leucopetram. ibi cum uentū expectarē (erat enim uilla Valerij nostri, ut familiariter essem, & libenter) Regini quidam illustres homines eò uenerunt Roma, sanè recentes, in ijs Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliqisset. hæc afferebant, edictum Bruti, & Cassij, & fore frequentē senatum Cal. à Bruto, Cassio literas missas ad consulareis, & prętorios: ut adessent, rogare. summam spem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conueniret, nostri Romam redirent. addebant etiam, me desiderari, subaccusari. quæ cum audissem, sine ulla dubitatione abieci consilium profectionis, quo mehercule ne antea quidem delectabar. lectis uero tuis literis admiratus equidem sum, te tam uehementer sententiam commutasse, sed, non sine causa, arbitrabar. & si, quamuis non fueris suasor, & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti, dummodo Cal. Ian. Romæ essem. ita fiebat, ut, dum minus periculi uideretur, abessem, in flāmam ipsam uenirem. sed hæc etiam si non prudenter, tamen ἀνεμέσητα sunt: primum, ꝙ de mea sententia acta sunt: deinde, etiam si te auctore, quid debet, qui consiliū dat, præstare præter fidem? illud admirari satis nō potui, ꝙ scripsisti his uerbis: BENE igitur tu, qui εὐθανασίαν bene, relinque patriam: an ego relinquebam? aut tibi tum relinquere uidebar? tu id non modo non prohibebas, uerum etiam approbabas. grauiora, quæ restant. VELIM σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere. itàne mi Attice defensione eget meū factum, præsertim apud te, qui id mirabiliter approbasti? ego uero istum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, sed ad eorū aliquem, quibus inuitis, & dissuadentibus profectus sum. etsi quid iam opus est σχολίῳ. si perseuerassem, opus fuisset. at hoc ipsum non constanter. nemo doctus unquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilij, inconstantiam dixit esse. deinceps igitur hæc. NAM si à Phædro nostro, expedita excusatio esset. nunc quid respondemus? ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possim, flagitij scilicet plenum, & dedecoris. utinam à primo ita tibi esset uisum. tu mihi, sicut esse soles, fuisses Cato. extremum illud uel molestissimū. NAM Brutus noster silet, hoc est non audet hominem id ætatis monere. aliud nihil habeo, quod ex ijs à te uerbis significari putem. & hercule ita est. nam XVI. Cal. Sept. cum uenissem Veliam, Brutus audiuit: erat enim cum suis nauibus apud Haletem fluuium citra Veliam millia passuum III. pedibus ad me statim. Dij immortales, q̃ ualde ille reditu, uel potius reuersione mea lætatus: effudit illa omnia, quæ tacuerat: ut recordarer illud tuum: NAM Brutus noster silet. maxime autem dolebat, me Cal. Sext. in senatu non fuisse. Pisonem ferebat in cælum: se autem lætari, ꝙ effugissem duas maximas uituperationes, unam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere desperationis, ac relictionis Reip. flentes me cum uulgo querebantur, quibus de meo celeri reditu non probabam: alteram, de qua Brutus, & qui unà erant (multi autem erant) lætabantur, ꝙ eam uituperationē effugissem, me existimari ad Olympia. hoc uero nihil turpius quouis Reip. tempore. sed hoc ἀναπολόγητον ego uero austro gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit. reuersionis has speciosas causas habes, iustas illas quidem, & magnas, sed nulla iustior, q̃ ꝙ tu idem alijs literis, PROVIDE, sicui quod debetur, ut sit unde par pari respondeatur? mirifica. enim δυσχρηστία est propter metum armorū. in freto medio hanc epistolam legi, ut, quid possem prouidere, in mentem non ueniret mihi, nisi ꝙ præsens me ipse defenderem. sed hæc hactenus. reliqua coram. Antonij edictum legi à Bruto, & horum contra, scriptum præclare. sed quid ista edicta ualeāt, aut quò spectent, planè non uideo. nec ego nunc, ut Brutus censebat, istuc ad Remp. capessendam uenio: quid enim fieri potest? num quis Pisoni est assensus? num redijt ipse postridie? sed abesse hanc ætatem longe à sepulchro negant oportere. sed, obsecro te, quid est, quod audiui de Bruto? Piliā πυρᾶζεσθαι παράλυσιν te scripsisse aiebat. ualde sum cōmotus. & si idem te scribere, sperare melius, ita planè uelim. ei dicas plurimam salutem, & suauissimæ Attice hæc

cebac

cæ hæc scripsi nauigans, cum Pompeianum accederem, XIIII. Cal. Vale.

σχόλια

VIII. Id. Sext.) quum Cal. Sext. Syracusas uenissem. Philip. 1. Leucopetra) quò me uenti detulerant. ibid. Austro) quo pacto ex Leucopetra, atque adeo ex Italia in Græciam nauiganti auster aduersus esse possit, dum reflectitur, periti etiam nautæ docere possunt. Cicero certe se ab eo reiectum hic, Philip. 1. epist. 15. ad M. Brut. & ep. 25. l. 12. fam. testatur: ep. uero. 2. l. 7. & ep. 9. l. 16. fam. ex portu Corcyræorum in Italiam ad Hydruntem austro peruenisse scribit. quin summus poeta, ut alios mittam, quum Aeneæ nauigationem lib. 3. describit, hunc uentum semper fere nominat. Valerij) P. Valerij comitis, & familiaris. Philip. 1. Regini) municipes. ibid. Hæc) quæ sequuntur. alij, hoc. alij, huc. Edictum Bruti, & Cassij) quod plenum æquitatis uidebatur. Philip. 1. quòd eo Prætores aliquid à Cos. postularent, epist. 3. l. 11. fam. testarenturque libenter se uel in perpetuo exilio uicturos, dum Resp. concordia constaret. Paterc. & si diuersum hoc uideri potest ab eo, de quo alibi retulimus. Cal.) Sext. ut exponitur Philip. 1. sed quum ibi scribat se Cal. Sext. Syracusas uenisse, & hic ad Leucopetram VIII. Id. Sext. reiectum, non uideo, quomodo Regini afferre potuerint, Cal. Sext. quæ iam præterierant, frequentem senatum fore. Quare facile adducor, ut credam, hic rectius, Cal. quàm in Philip. 1. Cal. Sext. legi, & exponi debere, Cal. Septemb. quibus etiam senatus erat futurus. Philip. 5. A Bruto, Cassio) al. à Bruto, & Cassio. Adessent) in senatu. Antonius) Cos. Cederet) optimatibus, et ad autoritatẽ senatus rediret. Philip. 1. Res) Resp. Conueniret) sic loquitur lib. 2. de legibus. Nostri) ἥρωες. ep. 4. l. 14. Redirent) tutò. ep. 11. l. 15. Subaccusari) & uituperari. epist. 13. lib. 14. Delectabar) nam multa mouebant. ep. 3. h. l. Sententiam) de mea profectione. Approbator) ut querebã. ep. 25. l. 15. Cal. Ian.) ibid. & ep. sup. Minus periculi) quod nullum erat. ep. sup. Abessem) à Rep. In flammam) ad bellum. epist. 3. h. l. Venirem) reuerterer. Prudenter) facta. ἀνεμέσητα) non inuidiosa, epist. 8. l. 12. uitio non uertenda. εὐθανασίαν) felicem mortem. Relinque) εἰρωνικῶς, quasi dicat Atticus: tu Cicero, qui mortem felicem, & bonã Tuscul. 1. uocas, εὐθανασίαν, quæ bene laudas, bene & feliciter patriam, pro qua moriendum erat, relinque. An ego) Cicero. Relinquebam?) Cal. Ian. reuersurus? Restant) in tuis literis Attice. Velim) ego Atticus. σχόλιον) commentarium, i. interpretationem. nam Suidas exponit, σημειολόγημα, ὑπόμνημα, ἑρμηνείαν. Elimes) tu Cicero. Istac facere) proficisci, & patriã relinquere. Istum ἀπολογισμὸν συντάξομαι) istam defensionem componam. Iam) quum reuertar? σχολίῳ?) commentario? Perseuerassem) in consilio proficiscendi, & in ipsa profectione. Opus fuisset) σχολίῳ. Hoc ipsum) hoc profectionis. Non constanter) feci, proficisci incipiens, & statim reuertens. Scripta sunt) præsertim contra Stoicos, qui dicebant, sapientem sententiam mutare nunquàm. orat. pro Muræn. Dixit esse) nunquàm enim laudata est in una sententia perpetua permansio. epist. longa ad Lentul. & tempori cedere semper sapientis est habitum. ep. 9. l. 4. fam. Igitur hæc) addis Attice, quæ sequuntur. al. igitur hoc. Phedro) Philosopho. epist. 1. l. 13. fam. Nostro) quippe quem ego unice dilexi, lib. 5. de finib. & tu Cicero audisti. lib. 1. de finib. Excusatio) tua Cicero, uel potius omnium, qui philosophiæ causa secedunt. Esset) ea uteretis Cicero. Nunc) quum expedita non sit. Quid respondemus?) accusantibus? Meum factum) de profectione. Catoni) ut Stoico, orat. pro Muræn. Probare non possim) ut solebam. ep. 2. l. 6. Flagitij) εἰρωνικῶς. Esset uisum) ne discederem. Cato) alter Cato. Extremũ illud) in tuis literis Attice. Nam Brutus noster silet) Attici uerba. Hoc est) Ciceronis interpretatio. Hominem) me ipsum. Id ætatis) ep. 26. l. 14. Monere) ne discedam. Venissem) redissem nam prius fuerat. ep. sup. Veliam) ad Talnam. ibid. Cum suis nauibus) ep. 4. h. l. Haletem fluuium) epist. 21. l. 7. fam. Ad me statim) uenit Brutus. Ille) Brutus. Reuersione) sic Philip. 1. quòd reuersio sit ex itinere cœpto, reditus ex confecto. Illa omnia) meam profectionem nunquam sibi probatam fuisse, & reliqua id genus. Pisonem) L. Pisonem. ep. 12. l. 7. Ferebat Brutus, ex quo primum cognoui, quæ Cal. Sext. in senatu fuisset ipsius L. Pisonis oratio. Philip. 1. & 5. primus enim Piso in Antonium est inuectus. ep. 2. l. 12. fam. Intelligebã) ep. 13. l. 14. Desperationis) ep. 22. l. 14. Ac relictionis Reip.) cui defuissem tam graui tempore, ep. 13. l. 14. relictio uero & si nouum uideri potest uerbum, quia tamen ἀναλόγως deducitur, & Cicero in huiusmodi est multus, non est reijciendum, donec melius inueniatur, si modo melius inueniri potest. Flentes) homines. Querebantur) de mea profectione, unde poteram intelligere, me suscipere uituperationem. atque hic παρένθεσις ut potest omitti, ita posita sensum clariorem faceret. Me existimari) qui ne Bruti quidem ludos spectare uoluissem. ep. 26. l. 15. Olympia) ep. 25. l. 15. Quouis) nedum tali, quale nunc est. ep. 26. l. 15. Sed hoc) quod ad Olympia pertinet. ἀναπολόγητον) non defendendum, defensione non egens apud te, qui me in eo non accusas: nec ego ita peccaui, ut sim defendendus, quum ad olympia neque accesserim, neque accedere cogitarim. Alijs literis) tu Attice scribis, ut sequitur. Proinde) tu Cicero. Sicui quod debetur) al. sicui quid debetur. recte. Respondeatur) soluatur. δυσχρηστία) mutuationis difficultas, qualis erat ep. 16. l. 7. uersura igitur solui nõ potest, ut uolebas tu Cicero. epist. 2. h. l. Armorum) Belli futuri. ep. 3. h. l. Freto) epist. sup. Hanc epistolam) qua me mones, ut prouideam, si cui quid debetur. Præsens) Romam reuersus. Antonij edictum) epist. 3. l. 11. fam. Legi à Bruto) legi apud Brutum, uel à Bruto datum. Horum Bruti, & Cassij edictum. ep. 3. l. 11. fam. Venio) ut proficiscar. neque enim id spero. Philip. 1. Est assensus?) uultu, nedum uoce? ibid. Rediit ipse postridie?) minime. neque enim tuto in senatũ uenire licebat. ep. 2. l. 12. fam. Hanc ætatem) ep. 26. l. 14. nam mihi ferè satis est, quod uixi, uel ad ætatem, uel ad gloriã. Philip. 1. Sepulchro) suo. Oportere) ideo reuertor, ne absim, & ut, quicunque casus consequatur, extet conscientiæ meæ testimonium. Philip. 1. πειράζεσθαι) tentari. ep. 23. l. 11. παραλύσει) neruorum resolutione, ut uertit Celsus lib. 3. cap. 27. Idem) Brutus. Quum Pompeianum accederem) quum in

Pompeianum accelerem,frequentius dicit Cicero,& hic ita legendum nobis uidetur. XIIII. Cal.) Septem.

CICERO ATTICO S. 8



VM sciam,quo die uenturus sim, faciam,ut scias. impedimenta expectanda sunt, quæ Anagnia ueniūt: & familia ægra est. Cal. uesperi literæ mihi ab Octauiano redditæ sunt.magna molitur.ueteranos,quiqui Casilini,& Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam:nec mirum:quingenos denarios dat:cogitat reliquas colonias obire.plane hoc spectat,ut se duce bellum geratur cum Antonio.itaque uideo paucis diebus nos in armis fore.quem autem sequamur? uide nomen:uide ætatem.atque à me postulat,primum ut clam colloquatur mecum uel Capuæ:puerile hoc quidem, si id putat clam fieri posse,docui literis,id nec opus esse,nec fieri posse.misit ad me Cæcinam quendam Volateranum familiarem suum,qui hoc pertulit, Antonium cum legione Alaudarum ad Vrbem pergere,pecunias municipijs imperare,legionem sub signis ducere.consultabat,utrum Romam cum ∞ ∞ ∞ ueteranorum proficisceretur,an Capuam teneret,& Antonium uenientem excluderet,an iret ad treis legiones Macedonicas, quæ iter secundum mare superum faciunt, quas sperat suas esse.hæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt,ut hic quidem narrat,& ei conuitium grande fecerunt,concionantemq; reliquerunt.quid quæris? ducem se profitetur,nec nos sibi putat deesse oportere.equidem suasi,ut Romam pergeret:uidetur enim mihi & plebeculam urbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos uiros secum habiturus.o Brute ubi es? quātam εὐκαιρίαν amittis.non equidem hoc diuinaui,sed aliquid tale putaui fore.nunc tuum consilium exquiro: Romam'ne uenio? an hic maneo? an Arpinum? ἀσφάλειαν habet is locus. fugiam Romam, ne desideremur, siquid actum uidebitur. hoc igitur explica. nunquam in maiore ἀπορίᾳ fui. Vale. σχόλια



VVM sciam,quo die uenturus sim) Romam. Anagnia) ex Anagnino.ep.1.l.12. al. Anania,unde placeret legere, Appia uia,quæ uenientibus è Græcia offertur plaustris commodior,ut inquit Strab.l.6.ep. seq.& Anagnia deuia est. Philip.2.nisi pars hæc prima epistolæ ad superiorem pertineat. Cal.) quas Cal. significet nisi forte Nouemb.dicere non possumus.nam neque Sext.quibus Syracusas uenit,epist. sup.neque Septemb.quibus Cicero Romæ fuit,et postridie in Senatum uenit,Philip.5.significare potest: ac ne Octob.quidem,quum Antonius hic iam ad legiones uenisse,epistola uero 23.l.12. fam.Brūdusium ad VII.Id.Octob.profectus dicatur. Octauiano) ep.5.l.14. Molitur) Octauianus. Quiqui Casilini) al.q Casilini. Plin.l.9.cap.57.Liu.l.23. Calatiæ) Plin.l.3 cap.5.Paterc. Perduxit) et cōscripsit.ep.28.l.10.fam. Quingenos denarios) πεντακοσίας δραχμάς.Dion l 45.& Appian.l.3. Dat) Octauianus, patrimoniumque suum effundit.Philip.3. Nomen) Cæsaris.ep.22 l.15. Aetatem) ibid. Postulat) Octauianus. Primum) neque sequitur deinde,ut ep.14.l.1.& orat,pro Mil.& pro dom.atque ita legendum est.ep.9.l.2.fam.non plurimum. Cæcinam quēdam) ne Cicero quidem norat,tātum abest.ut nosse nos possimus. Volaterranum) nam Cæcinæ Volaterrani erant.orat. pro Aul.Cæcinæ,Plin.l.10.cap.24.Volturrenos tamen uocat autor originum. Alaudarum) Philip.1.5.& 13.Suet.et Plin.l.11.cap.37. Sub signis) al. suis signis,hoc est,non Romanis,et Reip. quæ sublata legiones pauld post ad Octauianum tulerunt. Liu. l.117.& Patercul. Consultabat) Octauianus. Treis) è quatuor.ep.2.l.15. Macedonicas) quas Cæsar in Macedoniam præmiserat,bellum gesturus cum Dacis,& inde in Parthos profecturus. Liu.l.117. Suet.in August.& Appian.l.3. Cōgiarium) centum drachmas.Dion l.45.& Appian.l 3. Noluerunt) et promissis eius reclamarūt. Philip.5. Hic quidem) Cæcina Ei) Antonio. Profitetur) Octauianus, Nos) ut Reip.studiosos,& optimatium.quos ille nunc sequitur,quamuis postea deseruerit.Suet. Pergeret) ueniret,ep.10.h.l. Fidem fecerit) se Reip.partes tueri. εὐκαιρίαν) opportunitatem,l.3.de finib.occasionem l.1.de off. Omittis) me reuertente profectus.ep.15.ad M.Brut. Hoc diuinaui) ut hic adolescēs exercitum compararet. Phili.3. Putaui fore) sed à Bruto,et socijs ep.24.l.14. Exquiro) sic ep.seq. An hic maneo?) fortasse in Pompeiano,ep.10.h.l.uel potius Puteolis.ep.11.h.l. An Arpinum?) eo? ἀσφάλειαν) securitatem.ep.5.h.l. Habet) ut inter meos municipes. Fugiam Romam) al. fugiam enim Romam.unde legere possis: fugiamus Romam: ut dicat: quum ruri tuto esse non possimus, Romam quasi fugiamus uel ob id saltem.ne desideremur. sic locum ad exulandum aptissimum esse dixit.epis.8.l.4 fam. Siquid actum) μετ' ἀριστείας.ep. seq. ἀπορίᾳ) dubitatione,ep.11.l.7.

CICERO ATTICO S. 9



INAE uno die mihi literæ ab Octauio.nunc quidem,ut Romam statim ueniam, uelle se rem agere per senatū.cui ego,non posse senatum ante Cal.Ian.quod quidem ita credo.ille aūt addit,consilio tuo.qd multa? ille urget:ego aūt σκήπτομαι: nō cōfido ætati:ignoro,quo aīo:nil sine Pāsa tuo uolo:uereor,ne ualeat Antonius:nec à mari discedere libet:

& metuo, ne q̃ ἀριστεία me absente. Varroni q̃dem displicet consiliũ pueri, mihi nõ. firmas copias habet. Brutũ habere põt, & rem gerit palã. centuriat Capuæ, dinumerat. iam, iamq; uideo bellũ. ad hęc rescribe. tabellarium meum Cal. Roma profectum sine tuis literis miror. VI. Arpinum ueni, ad IIII. in Sinueßanum. eodem die uulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. itaque mutaui consilium: statueram enim recta Appia Romam. facile me ille esset assecutus: aiunt enim eum Cæsariana uti celeritate. uerti igitur me à Minturnis Arpinum uersus. constitueram, ut prid. Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res est. tria sunt autem, maneam'ne Arpini, an propius accedam, an ueniam Romam. quod censueris, faciam: sed quamprimum. auide expecto tuas literas. VI. Id. mane, in Sinuessano. Vale.

σχόλια

B IN AE *uno die mihi literæ) redditæ sunt. Octauio) ep. 5. l. 14. al. Octauiano, ut et ij. sup. Nunc quidem) rogat. Veniam) ut esse in senatu possim. Agere) ut egit. Philip. 3. Cui ego) rescripsi, et postea Oppio dixi. ep. 14. h. l. Non posse senatum) decernere, uel potius haberi. ep. 5. h. l. habitus est tamen postea XIII. Cal. Ian. ep. 28. l. 10. fam. Philip. 3. & 6. Ante Cal. Ian.) ep. 15. l. 15. Ille) Octauianus. Consilio tuo) uti uolo mi Cicero. σκέπτομαι) considero epist. 3. l. 12. Aetati) ep. 12. l. 15. Quo animo) hæc faciat, iuuandæ ne patriæ, an ulciscendi Cæsaris causa. Pansa) Cos. Des. ep. 9. l. 14. Tuo) qui tecum ô Attice loquatur, ep. 23. l. 15. quique, ut tu, Epicureus est. ep. 12. l. 7. fam. uel tuo mi Cicero, quem declamare coegit. epist. 12. l. 14. ut sint Octauij uerba κατὰ μίμησιν. & sanè Octauianus postea Pansæ paruit. Appian. lib. 3. Libet) ut, si opus fuerit, possim nauigare. ἀριστεία) res, quæ pro optimatibus geratur. Me absente) fiat. Varroni) epist. 25. l. 2. tunc M. Antonij inimico propter fundum Casinatem sibi ereptum. Philip. 2. Consilium) belli sic gerendi aduersus Cōs. Pueri) ep. 12. l. 15. penè pueri. Philip. 3. Mihi non) displicet. Firmas copias habet) Octauianus. Philip. 3. Brutum) quamuis profectum. ep. sup.. Habere potest) reuocatum Brutum secum habere potest aduersus Antonium. Centuriat) milites. Capuæ) quam uult tenere. ep. sup. Dinumerat) nummos. ibid. Cal.) ibid. VI. Arpinũ ueni, ad IIII. in Sinuessanum) al. VI. ueni ad me in Sinuessanum: quod & si defendi potest, recte dictum, ut eamus ad me, quod dixit Comicus: quia tamen paulò post scribit, se consilium mutasse, & se Arpinum uersus à Minturnis, quæ Sinuessa M. P. IX. ut scribit Antoninus aberant, uertisse ita, ut omnino in Sinuessanũ uenisse, nec tamen adhuc Arpini fuisse: legendum putamus: VI. ueniebam in Sinuessanum. Antonium) Cos. Mansurum) apud suos colonos. Philip. 2. Casilini) ep. sup. Appia) uia, in qua sunt Minturnæ, & sinuessa. Antonin. Romam) uenire. Ille) Antonius. Esset assecutus) in uia. Eum) Antonium. Cæsariana) ep. 9. l. 8. Verti) ne me Antonius assequeretur, iam alienatus. Philip. 2. Aquini) ep. 1. l. 5.. Arcano) ibid. Incumbe) exquiro enim tuum consiliũ. ep. sup. In Sinuessano) coniunge cũ sequenti epistola ita, ut sit ipsius principiũ, quum se dicat à Minturnis Arpinum uersus uertisse: uel in agro Sinuessano expone ex ea parte, quæ Minturnas, & pontẽ Tiretium attingit. ep. 12. h. l.*

CICERO ATTICO S. 10



ONIS *accepi à te duas epistolas: quarum alteram Cal. dederas, alteram pridie. igitur prius ad superiorem. nostrum opus tibi probari lætor. ex quo ante ipse posuisti, quæ mihi florentia sunt uisa tuo iudicio: cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. De Sicca ita est, ut scribis. ast ab ea ægre me tenui. itaque perstringam sine ulla contumelia Siccæ, & Septimiæ: tantum, ut sciant* παῖδες παίδων *sine uallo Luciliano, eum ex C. Fadij filia liberos habuisse. atque utinam eum diem uideam, cum ista libere uagetur, ut etiam in Siccę domum introeat. sed illo tempore opus est, quod fuit illis Triumuiris. moriar, nisi facete. tu uero leges Sexto, eiusque iudicium mihi perscribes,* ὡς ἐμοὶ μύριοι. *Caleni interuentum, & Caluenę cauebis. quod uereris, ne* ἀδόλεσχος *: mihi tu? quis minus? cui, ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæque optima uidetur, Quod me admones, tu uero etiam si reprehenderes, non modo facile paterer, sed etiam lætarer, quippe cum in reprehensione est prudentia cum* εὐμενεία. *ita libenter ea corrigam, quæ à te animaduersa sunt, eodem iure, quo Rubriana potius, q̃ quo Scipionis: & de laudibus Dolabellæ deruam cumulũ. attamen est isto loco bella, ut mihi uidetur,* ἐπιφωνία, *q̃ eum contra cives in acie. illud etiam malo, indignius esse hunc uiuere, q̃ quod indignius.* Πεπλογραφίαν *Varronis tibi probari non moleste fero: à quo adhuc* ἡρακλείδιον *illud non abstuli. Quod me hortaris ad scribendum, amice tu quidem, sed me scito agere nihil aliud. Grauedo tua mihi molesta est. quęso adhibe, quam soles, diligentiam.* Ὦ ΤΙΤΕ, *tibi prodesse lætor. Anagnini sunt Mu*

stella τολμέχιο, & Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem rogas, perpoliam, & mittam. hæc ad posteriorem. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus Panetius, absolui duobus: illius tres sunt. sed cum initio diuisisset ita, tria genera exquirendi officij esse, unum, cum deliberamus, honestum, an turpe sit, alterum, utile, an inutile, tertium, cum hæc inter se pugnare uideantur, quomodo iudicandum sit, qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile: de duobus primis præclare disseruit: de tertio pollicetur se deinceps scripturum, sed nihil scripsit. eum locum Possidonius persecutus. ego autem & eius librum accersiui, & ad Athenodorum Caluum scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret: quem expecto: quem uelim cohortere, & roges, ut quamprimum: in eo est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. quod de inscriptione quæris: non dubito, quin τὸ καθῆκον officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior, de officijs. προσφωνῶ autem Ciceroni filio. uisum est non ἀνοικεῖον. De Myrtilo dilucide. ὁ qualis tu semper istos. ita'ne in D. Brutum de istis? ego me, ut scripseram, in Pompeianum non abdidi, primo tempestatibus, quibus nihil tetrius: deinde ab Octauio quotidie literæ, ut negotium susciperem, Capuam uenirem, iterum Remp. seruarem, Romam utique statim, αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. is tamen egit sane strenue, & agit, Romam ueniet cum manu magna. sed est plane puer. putat senatum statim. quis ueniet? si uenerit, quis incertis in rebus offendet Antonium? Calendis Ian. erit fortasse præsidio, aut quidem ante depugnabitur. puero municipia mire fauent: iter enim faciens in Samnium uenit Cales, mansit Theani. mirifica ἀπάντησις, & cohortatio. hoc tu putares? ob hoc ego citius Romam, quam constitueram. simul ac constituero, scribam. etsi non dum stipulationes legeram: nec enim Eros uenerat: tamen rem prid. Id. uelim conficias. Epistolas Catinam, Tauromenium, Syracusas commodius mittere potero, si Valerius interpres ad me nomina gratiosorum scripserit: alij enim sunt alias, nostrique familiares fere demortui. publice tamen scripsi, si uti uellet eis Valerius, aut mihi nomina mitteret. De Lepidianis ferijs Balbus ad me. usque ad III. Cal. expectabo tuas literas: meque Torquati negociolo sciturum puto. Quinti literas ad te misi, ut scires, quam ualde eum amaret, quem dolet a te minus amari. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis uerbis suauium des. Vale.

σχόλια

NONIS) Decemb. si epistola superior data est VI. Id. Nouemb. ep. 8. h. l. quanquam Nonæ Decemb. nondum uenerant. ep. 13. h. l. epistolæ quidem omnes istæ ante Cal. Ian. sunt scriptæ, sed longo sæpe interuallo ita, ut uix sciri dies possint. Igitur prius) respondebo. Opus) librum de gloria, aliquid Ἡρακλείδειον, ep. 28. l. 15. ceteras συντάξεις, ep. 14. l. 15. uel potius orationem, epis. 13. l. 15. uel certe Philippicam secundam. Ante ipse) al. ante ipsa. Florentia) al. florentiora. Cerulas) ep. 14. l. 15. Sicca) is uidetur esse familiaris ille, pro quo contra rem Antonij negat uenisse Philip. 2. erat enim Ciceronis familiaris. ep. 6. h. l. Ita est) tacendum est, ne, dum M. Antonium, & Fadij filiam maledictis in oratione insectari uolumus, aliquid dicamus, quod in Siccam, & septimam fortasse Fadij affines contumeliosum esse uideatur. Ast ab ea ægre me tenui) ne eam nominarem, & insectarer. Perstringam) nomini parcens, sed tantum Fadij filiam appellans. παῖδες παίδων) filij filiorum: uel ut uertit Poeta ex Homer. Iliad. υ. nati natorum, hoc est, posteri. Sine uallo Luciliano) sine uallo, quo se Lucilius, & sua scripta quasi muniebat, quum dicebat, ea neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi uelle. l. 2. de orat. ego uero non recusabo, quo minus oẽs præsertim posteri mea legant, l. 1. de finib. & ita omnes παῖδες παίδων sciant, quæ sequuntur. Eum) M. Antonium. C. Fadij) libertini hominis. Philip. 2. ubi tamen Q. Fadius appellatur, quod C. & Q. literæ sæpe altera in alteram mutantur. Liberos) Philip. 2. & 3. Eum diem) recuperata Rep. ep. 13. l. 15. Ista) oratio, ibid. uel Philippica secunda. Illis) de quibus in ista oratione fit mentio. Triumuiris) Reip. constituẽ de causa tunc creatis. de quibus scripsit Varro ἐν τῷ εἰσαγωγικῷ, ut testatur Gell. l. 14. cap. 7. hos Plautus, nisi fallor, significauit in Persa, Sc. 2. Facete) dictum, uel scriptum est a me. Leges) orationem istam. Sexto) Sext. Peduceo. ep. 12. l. 7. εἷς ἐμοὶ μύριοι) unus mihi decem millia: uel, unus est mihi pro decem millibus, ut uertit ipse ep. 5. l. 2. tantum ipsi Sexto tribuo. ep. 1. l. 10. al. εἴθε μοι μύριοι, hoc est, utinam mihi infiniti, uel decem millia huiusmodi hominum sint, non decem solum, ut optabat Agamemnon Iliad. β. Calem) Q. Fusij Caleni. Philip. 10. Dion l. 46. Caluenæ) epis 2. & 5. l. 14. Vereris, ne) uereris, ne uidearis. ἀδολέσχος) loquax. al. διδοὺς λέσχας: unde legere fortasse possumus: διδοὺς λέσχας, ep. 1. l. 12. Mihi tu?) uidearis ἀδολέσχος? Quis minus?) uideri potest ἀδολέσχος? Cui) mihi. Aristophani) non poetæ, sed Grammatico, qui scriptoris fuit alter Aristarchus, ut ostendit Diogen. in Plat. & Epicur. cuius Athenæus sæpe mentionem facit. Archilochi) poetæ, qui, ut alia mittam, in Lycamben socerum scripsit. Ouid. in Ibid. Iambus) quo proprio rabies illum armauit Orat.

uit. Orat. in poet. ep. 21. l. 2. Est prudentia) al. & prudentia. ut magis placeat legere, sit prudentia. εὐμενεία) beneuolentia. sic Lucian. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. αὐτοῖς ἀσφαλῶς ἀποβαίνουσι χάριτι, καὶ εὐμενείᾳ τοῦ θεοῦ. Rubriana) quæ pertinent ad L. Rubrium, cuius hæreditatem abstulit Antonius. Philip. 2. Scipionis) quæ pertinent ad Q. Metellum Pium Scipionem, cuius uillam Tiburtinam M. Antonius occupauit. ep. 3. h. lib. & Philip. 2. & 5. Isto loco) Philippicæ secundæ, nisi fallor, ubi scribit Dolabellam in Hispaniam peruenisse, Antonium non peruenisse. Bella) quòd belle lateat. εἰρωνεία) alia dicentis, ac significantis dissimulatio. lib. 3. de orat. Quòd eum contra ciues in acie) al. quòd eum per contra ciues in acie. Nos ita legimus: quòd eum ter contra ciues in acie. quòd eum, inquit, ter contra ciues in acie fuisse dico Philip. 2. ubi ita scribitur: Ter depugnauit Cæsar cum ciuibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella. Malo) in oratione scriptum esse. Indignius esse hunc uiuere, quàm quod indignius) alibi ita loqui solet: tam indignū esse hunc uiuere, quàm quod indignissimum. al. pro quod legitur quid, ut sit sensus: malo ita scriptum esse: indignius esse hūc uiuere: quàm quomodo fortasse tibi placet. quid indignius, quàm uiuere eum? ut postea uidetur mutasse Philip. 2. Attici fortasse uerbis motus. πεπλογραφίαν) pepli descriptionem: librum, quem Varro sic inscripsit, quòd in eo fortasse laudes optimorum esset complexus, sic Athenienses πέπλον ἐποίησαν τῇ ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ, ut inquit Suidas. sic poeta summus Aeneæ clypeum describit. ἡρακλείδιον) Heraclidium. ep. 28. l. 15. & ep. seq. διάλογον, epis. 13. l. 15. Heraclidis more scriptum. ep. 18. l. 13. Grauedo) ep. 13. h. l. Diligentiam) & prudentiam. ep. 9. l. 6. O Tite) librum de senectute, cuius est hoc principium. ep. 3. h. l. Anagnini) ex Anagnia. episto. 8. h. l. Mustella) Philip. 2. ταξιάρχης) ordinis ductor, princeps gladiatorum. ibid. Laco) ibid. Plurimum bibit) ut poculorum princeps. ibid. Posteriorem) tuam epistolam. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος) quæ sunt de officio. ep. 13. l. 15. Quatenus Panætius) explicauit. lib. 3. de off. Absolui duobus) libris. ibid. Illius) Panætij. ibid. Tres sunt) libri. Tria genera) ibid. Reguli) ibid. Pollicetur se deinceps scripturum) deinceps se scripsit dicturum. ibid. Posidonius) Panætij discipulus. ibid. Athenodorum Caluum) ἀθηνόδωρος στωικὸς φιλόσοφος ἐπὶ ὀκταουιανοῦ, inquit Suidas. Strab. lib. 14. & 16. τὰ κεφάλαια) capita, summas. Mitteret) ut misit. ep. 13. h. lib. Quamprimum) mittat. in eo) libro. περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος) de eo, quod in casu uersatur, officio. ep. 8. l. 4. idest de eo officio, quod quum speciē habeat honesti, pugnat cum eo, quod utile uidetur, atque id ipsum sæpe casu. lib. 3. de off. Non dubito) non est mihi dubium. ep. 13. h. l. Tu aliud) sentis. Plenior, de officijs) quàm de officio, hoc est, περὶ τοῦ καθήκοντος. sic Hermogenes inscripsit, περὶ εὑρέσεων, non περὶ εὑρέσεως: quanquàm Cælius Calcagninus meus olim & præceptor, & amicus, qui nuper decessit, aliter disquirit. προσφωνῶ) dedico. ep. 13. l. 15. Ciceroni filio) meo. Non ἀνοίκειον) non incommodum, accommodatum igitur, & quasi domesticum, ut pater filio de officijs, & moribus scribat, ut Aristoteles, & M. Cato. Myrtilo) ep. 13. l. 15. Dilucide) scripsisti. O qualis tu semper istos) ò quales tu semper istos Cæsarianos describis. Ita'ne in D. Brutum de istis?) ita'ne in D. Brutum aliquis de istis mittetur? ep. 5. l. 15. uel ita legas licet: ita'ne in D. Brutum? de istis: hoc est, ita'ne exercitus mittetur in D. Brutum? de istis hactenus. Scripseram) fortasse episto. 8. h. l. Pompeianum) ep. 17. l. 1. Tempestatibus) ut euro. ep. 2. h. l. Octauio) al. Octauiano. ep. 5. l. 14. Quotidie) ep. 13. h. lib. Literæ) afferebantur, ut ep. 8. & 9. h. l. Negotium) pro Rep. contra M. Antonium. Capuam uenirem) ep. 8. h. l. Iterum Remp. seruarem) ut Cos. seruaram. Statim) uenire cogito. αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι) uerecundati quidem sunt recusare, sed ueriti sunt suscipere. ut Græcos Iliad. η. Hectore prouocante, pudebat quidem recusare, sed illi tamen suscipere uerebantur, sic me ab Octauiano ad seruandam Remp. inuitatum pudet quidem recusare, sed tamen uereor negotium suscipere. sic ep. 1. l. 6. Is tamen) Octauianus. Egit) in perducendis ueteranis ad suam sententiam. epis. 8. h. l. Veniet) me suadente. ibid. Puer) ep. 12. l. 15. & ep. sup. Senatum) per quem ait uelle se rem agere. ep. sup. Statim) futurum, uel concessurum. Veniet?) in senatum? Offendet) dicenda sententia. Calendis Ian.) epis. 25. l. 15. Erit) Octauianus. Præsidio) senatui, & Coss. Dess. ut postea Tribuni pl. retulerunt. Philip. 3. & ep. 6. l. 11. fam. Samnium) ep. 24. l. 14. Cales) ep. 13. lib. 7. Theanum) ibid. ἀπάντησις) obuiam itio. epist. 6. l. 9. Romam) cogito uenire. Etsi) al. hic epistola diuiditur, nec ego uideo, cur diuidi non possit. Eros) ep. 15. l. 10. Valerius interpres) ep. 9. l. 1. Alij enim sunt aliàs) gratiosi in illis oppidis. Familiares) olim in Quæstura conciliati. Verr. 1. Publicæ) ad homines publicos, & magistratus. Si uti uellet eis Valerius) si publicis hominibus, uel potius literis à me ad eos scriptis uti uellet Valerius, uteretur. Nomina) gratiosorum, ad quos nominatim possem scribere. Lepidianis feris) putamus legi oportere: Lepidianis ferijs, ut significet dies in auspicijs Lepidi descriptos. ep. 5. h. l. is autem uidetur esse M. Aemylius Lepidus Pontif. Max. cuius pronepos erat is, qui postea fuit Triumuir. orat. pro dom. & Philip. 13. Balbus) episto. 3. l. 7. Ad me) scripsit. Meque Torquati negotiolo sciturum puto) alij, deque Torquati negotiolo sciturum puto. alij, meque Torquati negotiola scituru puto. Quinti) Q. fratris. Eum) Q. filium. Minus amari) episto. 5. h. l.

CICERO ATTICO S. II



PPII *epistolæ, quia perhumana erat, tibi misi exemplum. De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam rescribis, cepi consilium domesticum. itaque me prid. Id. arbitror Romæ futurum. commodius est uisum, frustra me istic esse, cum id non necesse esset, quàm, si opus esset, non adesse. & simul, ne intercluderer, metuebam: ille enim*

iam aduentare potest: & si uarij rumores, multiq́; quos cuperem ueros: nihil tamen certi. ego uero, quicquid est, tecum potius, q̃ animi pendeam, cum à te absim & de te, & de me. sed quid dicam? bonũ animum. De ἡρακλειδείῳ *Varronis negotia salsa. me quidẽ nihil unquã sic delectauit. sed hæc, & alia maiora coràm.* Vale.

σχόλια



PPII) ep.2.h.l. & ep.10 l.9. Ocella) ep. ulto.14.l.10. Muginaris) moliris, & quasi tardius conaris. Sext. Pomp. & Non. Marcel. Dom sticum) a me ipso. Adesse) ep. ist. seq. Intercluder er) ab Antonio. Ille) Antonius. Aduentare) Brundusio, quò ierat. epist.8 & .9.h.l. Rumores) de Antonio, & legionibus, quæ promptis eius reclamarunt, & concionantem reliquerunt. ep.8 h.l. Tecum potius) ero, loquar. Bonum animum) habeamus, quum strenue agat Octauianus. ep. sup. De ἡρακλειδείῳ Varronis) ep. sup. Negotia salsa) plena salis, & pulchra. Sic) ut Varronis ἡρακλειδείῳ. Coràm) loquemur.

CICERO ATTICO S. 12



CASVM *mirificum. V. Id. cum ante lucem de Sinuessano surrexissem, uenissemq́; diluculo ad Pontem Tiretium, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter* Arpinas, *obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit* δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα. *ego statim, cedo, inquã, si quid ab Attico? non dum legere poteramus: nã & lumina dimiseramus, nec satis lucebat. cum aũt luceret, ante scripta epistola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est. illa omnium quidem elegantissima. ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio. nihil legi humanius. itaque ueniam, quò uocas, modo adiutore te. sed nihil tã* ἀπροσδιόνυσον *mihi primo uidebatur, q̃ ad eas literas, quibus ego à te consilium petieram, te mihi ista rescribere. ecce tibi altera, qua hortaris* πὰρ ἠνεμόεντα Μίμαντα, νήσου ἐπὶ Ψυρίης, *Appiã* ἐν ἀριστερ' ἔχοντα. *itaq; eo die mansi* Aquini. *longulũ sanè iter, & uia inepta. inde postridie mane proficiscens, has literas dedi. & quidẽ, ut à me dimitterem inuitissimus, fecerũt* Erotis *literæ. rem tibi* Tiro *narrabit. tu, quid faciendum sit, uidebis: præterea, possim ne propius accedere (malo enim esse in* Tusculano, *aut uspiam in suburbano) an etiam longius discedendum putas? crebro ad me uelim scribas. erit autem quotidie, cui des.* Quod præterea consulis, quid tibi censeam *faciundum: difficile est, cum absim. uerũtamen, si pares æque inter se: quiescendum: sin, latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter. auide tuum consilium expecto. timeo, ne absim, cum adesse me sit honestius. uenire non audeo. de Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atque ut ad te scribebam. omnia igitur uelim explices, & ad me certa mittas.* De reliquo quid ego tibi dicam? ardeo *studio historiæ: incredibiliter enim me commouet tua cohortatio. quæ quidem nec institui, nec effici potest sine tua ope. corã igitur hoc quidem conferemus. in præsentia mihi uelim scribas, quibus* Coss. C. Fannius M. F. *Trib. pl. fuerit. uideor mihi audisse,* P. Africano, L. Mummio. *id igitur quæro. tu mihi de ijs rebus, quæ nouantur, omnia certa, clara.* III. Id. *ex* Arpinati. Vale.

σχόλια



CASVM mirificum) sic exclamat. ep.10.l.15. V. Id.) ep.9.h.l. scripsit VI. Id. Sinuessano) ibid. δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα) longam nauigationem meditantem. ep.6.h.l. Ante scripta) prius scripta à te. Ne sim saluus) μὴ δὲ σωθείην. epist.14.h.l. Nihil tam ἀπροσδιόνυσον) nihil à re tam alienum. prouerb. nihil ad Bacchum. al. nihil tam ἀπροσδόκητον, nihil tam inexpectatum. Eas literas) 8. & .9.h.l. Consilium) de tribus. ibid. πὰρ ἠνεμόεντα Μίμαντα, νήσου ἐπὶ Ψυρίης, Appiam ἐν ἀριστερ' ἔχοντα) propter uentosum Mimanta, ad insulam Psyriam, Appiam ad sinistram habentem. me, inquit, hortaris carminibus Homericis ex odyss. γ. & quidem dimidiatis, ut Romam, quasi ad insulam Psyriam, ueniam, sed ita secundum mõtem Appenninum tanquam Mimanta, ut ad sinistram, ueluti Menelaus Chium, Appiam habeam: ne, si Appia ueniam, Antonius me consequatur. ep.9.h.l. & sanè è Campania Romam propter montes uenienti sinistra est Appia. Strab. lib.5. Aquini) ep.1.l.5. Et quidem) si liceat, lubens legam: T. quidem, & interpreter, Tironem quidem. illum enim uidetur significare. ep.24.l.16. fam. Erotis) ep.15.l.10. Literæ) fortasse de stipulationibus scriptæ. ep.10.h.l. Rem) quam scripsit Eros. Faciendum sit) de ista re. Putas?) putes, lego hoc ordine: præterea uidebis, possim ne propius accedere, an longius discedendum putes. Pares) erunt Antonius, & Octa-

uiamus. Quiescendum)incerta uictoria. Manebit)malum. Ad nos)pertinebit. Deinde communiter)deliberabimus,& cō
silium capiemus. Aude)al.hic epistola diuiditur:recte:ut in fine cognoscitur. Consilium)de tribus. ep.9.h.l. Adesse)epis.
sup. Antonij)Cos. Scribebam)epis.9.h.l.& ep.sup. Historiæ)quæ postulatur à me iam diu,uel flagitatur potius.lib.1.de
legib. Tua cohortatio)ibid.& epist.16.l.14. Sine tua ope)qui antiquitatem ita cognitam habes,ut eam totam in uolumine
exposueris.Nep.in Attic.epist.18 l.12. C.Fannius M.F.)ep.5.l.12. Trib.pl.fuerit)qui magistratus arbitrio, & autoritate
P.Africani gestus est.in Brut quamuis aliter uideatur,quòd Cicero alios sequatur autores, epist 5.l.12. uel quòd plures fuere
Caij Fannij.in Brut. Audisse)fortasse ex Hortensio.epis.5.l.12.& epist.30.l.13. P.Africano, L.Mummio)al.P.Africano,
L.Mummio Censoribus.recte.L.enim Mummius P.Africani collega fuit in Censura.lib.2.de off. in Consulatibus uero, quos
gessit duos autore Paterc. C.Liuius Drusus, & C.Fuluius Flaccus collegæ fuerunt. III.Id.ex Arpinati)quo pacto igitur
IIII. Id. proficiscens easdem dedit? sed diuidenda fuit epistola.

CICERO ATTICO .S 13

NIHIL erat plane, quod scriberem. nam, cum Puteolis essem, quotidie aliquid noui de Octauiano, multa etiam falsa de Antonio. ad ea autem, quæ scripsisti (treis enim acceperam III. Id. à te epistolas) ualde tibi assentior, si multum possit Octauianus, multo firmius acta tyranni comprobatum iri, quàm in Telluris, atque id contra Brutum fore. sin autem uincitur, uides intolerabilem Antonium: ut, quem uelis, nescias. O' Sestij tabellarium hominē nequam. postridie Puteolis Romæ se dixit fore. Quòd me mones, ut pedetentim: assentior: & si aliter cogitabam. nec me Philippus, aut Marcellus mouet: alia enim eorum ratio: & si non est, tamen uidetur. sed in isto iuuene, quanquam animi satis, auctoritatis parum est. tamen uide, si forte in Tusculano recte esse possim, ne id melius sit: ero libentius: nihil enim ignorabo: an hoc, cum Antonius uenerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin, quod Græci καθῆκον, nos officium. id autem, quid dubitas, quin etiam in Remp. præclare caderet? non ne dicimus, Consulum officium, senatus officium? præclare conuenit, aut da melius. Male narras de Nepotis filio. ualde mehercule moueor, & moleste fero. nescieram omnino esse istum puerum. Caninium perdidi, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum, nihil est, quod hortere: misit enim satis bellum ὑπόμνημα. Grauedini quæso omni ratione subueni. Quintus tui patris nepos scribit ad patris mei nepotem, se ex Nonis ijs, quibus nos magna gessimus, ædem Opis explicaturum, idque ad populum. uidebis igitur, & scribes. Sexti iudicium expecto. Vale.

σχόλια

NIHIL erat planè, quod scriberem)ad te. Quotidie) ep.10.h.l. Octauiano)ibid. Falsa)aliter enim audio-
atque ut scribebam, ep. sup. Possit) ita, ut superet Antonium. Octauianus)ep.5.l.14. Tyranni) Cæsaris pa-
tris. ibid. In Telluris) æde probata sunt. Philip.1.& ep.1.l.12. fam. Contra Brutum)ut Cæsaris interfectorē.
Vincitur)Octauianus. Quem uellis)uincere. Nescias)ita utrunque periculum imminet. Sestij) ep.17.l.5.
Mones)quòd censeas exitum expectandum. ep. seq. Pedetentim)accedam ad suscipiendum negotium, quod Octauianus pro-
ponit. ep.10.h.l. Aliter cogitabam)statim Romā uenire, & suscipere. ibid. Philippus) Octauiani uitricus, ep.12.l.15. Mar-
cellus)C.Marcellus Consularis. ep.3.l.15.& ep. seq. Alia)nam Philippus est uitricus, quòd Aricinam habet uxorem, Mar-
cellus uero Aricinæ filiam. Philip.3. Non est)quoniam in administranda Rep. eadem omnium debet esse ratio. Videtur)p-
pter affinitatem. Iuuene)Octauiano, quem poeta etiam, & reliqui scriptores tam sæpe iuuenem uocāt. puerum dixit epist.9.
h.l. Parum)à se ut puero, et nihil à senatu, à quo tamen postea, Cicerone sententiam dicente, tributa est. Philip.3. An hoc)
faciendum erit. Antonius uenerit)Brundusio Romā. ep.8.h.l. Mihi non est dubiū)non dubito. ep.10.h.l. Græci καθῆκον)
dicunt. Nos officium)dicamus. Nepotis)ep.6.h.l. Filio)mortuo. Esse)natum. Caninium)ep.5.l.14. Athenodorū)epis.
10.h.l. ὑπόμνημα)commentarium. ep.24.l.15. τὰ κεφάλαια. ep.10.h.l. Grauedini) ibid. Quintus tui patris nepos)
Q.Cicero tuæ sororis filius. Ad patris mei nepotem) ad filium meum Ciceronem suum fratrem patruelem. Nonis ijs)
Decemb. episto.1. lib.10. Gessimus)in Consulatu. Aedem Opis) pecuniam, quæ erat ad Opis. episto.16. lib.14. Explica-
turum)ut Tribunum pl. nisi fallor. Non. enim Decemb. Tribuni pl. etiam magistratum uijsse uidentur, Verr. 2. certe circiter
Id. Decemb. episto. sequent. III. Id. Decemb. ut scribit Dionys. lib.6. Sexti) Sext. Peducei. episto.12. lib.7. Iudicium)de
meo scripto. epistn.10.h.l.

CICERO ATTICO S. 14

NOLI putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam: sed mehercule pigritia: nihil enim habeo aliud quod dicam. & tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. sed ad rem uenio. Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, utrum remissior essem, an, an summo iure contenderem. nunc uero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua & ipse sentiat, & reliqui omnes, me ab illo alienatum: idque præ me feram, & quidem me mea facere, & Reip. causa, cur illum oderim, quod, cum eam me auctore defendere cœpisset, non modo deseruit emptus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuerit, euerterit. Quod autem quæris, quomodo agi placeat, cum dies uenerit: primum uelim eiusmodi sit, ut non alienum sit, me Romæ esse: de quo, ut de cæteris, faciam, ut tu censueris. de summa autem agi prorsus uehementer, & seuere uolo. & si sponsores appellare, uidetur habere quandam. ἀγωνίαν tamen, hoc quale sit, consideres uelim: possumus enim, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur: quo facto, non sum nescius sponsores liberari. sed & illi turpe arbitror eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere: & nostræ grauitatis, ius nostrum sine summa illius ignominia persequi. de hoc quid placeat, rescribas uelim. & non dubito, quin hoc totum lenius administraturus sis. Redeo ad Remp. multa mehercule à te sæpe ἐν πολιτικῷ genere prudenter: sed his literis nihil prudentius: QVANQVAM enim posset in præsentia belle iste puer retundere Antonium, tamen exitum expectare debemus. at quæ concio? nam est missa mihi. iurat, ita sibi parentis honores consequi liceat: et simul dextrā intēdit ad statuam. μὴ δ' σωθείην ἔποτε τοιοῦτο sed, ut scribis, certissimum esse uideo discrimen Cascæ nostri Tribunatus: de quo quidem ipso dixi Oppio, cum me hortaretur, ut adolescentem, totamq; causam, manumq; ueteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, eum non modo non inimicum tyrannoctonis, uerum etiam amicum fore. cum ille diceret, ita futurum: quid igitur festinamus, inquam? illi enim mea opera ante Cal. Ian. nihil opus est. nos autem eius uoluntatem ante Id. Dec. perspiciemus in Casca. mihi ualde assensus est. quam ob rem hæc quidem hactenus. Quod reliquum est, quotidie tabellarios habebis, &, ut ego arbitror, etiam, quid scribas, quotidie. Leptæ literarum exemplum tibi misi: ex quo mihi uidetur στρατιωτικῶς ille deiectus de gradu. sed tu, cum legeris, existimabis. Obsignata iam epistola, literas à te, & à Sexto accepi. nihil iucundius literis Sexti, nihil amabilius. nam tuæ breues, priores erant uberrimæ. tu quidem & prudenter, & amice suades, ut in his locis potissimū sim, quoad audiamus, hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant. sed me, mi Attice, non sanè hoc quidem tempore mouet Resp. non quo ea sit mihi quicquam carius, aut esse debeat, sed desperatis etiā Hippocrates uetat adhibere medicinam. quare ista ualeant. me res familiaris mouet: rem dico? immo uero existimatio: cum enim tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod soluam, expeditum est: Terentiam dico? scis nos pridem iam constituisse Montani nomine HS XXII. dissoluere. pudentissime hoc Cicero petierat, ut ei de suo: liberalissime, ut tibi quoq; placuerat, promiserā, Erotiq; dixerā, ut sepositū haberet. nō modo, sed iniquissimo fœnore uersurā facere Aurelius coactus est. nam de Terentiæ nomine Tiro ad me scripsit, te dicere, numos à Dolabella fore. male eū credo intellexisse, si quisquam male intelligit: potius nihil intellexisse: tu enim ad me scripsisti Coccey responsum, & iisdem penè uerbis Eros. ueniendum est igitur uel in ipsam flammam. turpius est enim priuatim cadere, quàm publice. ita cæteris de rebus, quas ad me suauissime scripsisti perturbato animo non potui, ut consueueram, rescribere. consenti in hac cura, ubi sum, ut me expediam: quibus autem rebus, uenit quidem mihi in mentem: sed certo constituere nihil possum, priusquam te uidero. qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus? sed non id agitur: neque id maxime curo: quid curem, uides. adsum igitur. Vale

σχόλια

NOLI putare)ut fortasse putas. Alexin)Alexidis.manum.ep.2.l.7. Videor agnoscere) ita prope accedit ad similitudinem literæ tuæ. Tractasset)mihi,quod debuit,non dissoluens.epist.23.l.14. Causam) ipsius Dolabellæ mutationem. Alienatam)abalienationem. Mea)causa,propter debitum. Eam)Remp. Me autore)meis præceptis,& consiliis.ep.21.l.14. Defendere)ibid. Deseruit)Remp. Emptus)ab Antonio.epis.22.l.14. Euerterit) postquam illum,& Antonium deuinxit uitæ similitudo.Philip.11. Agi)de nomine Dolabellæ.ep.3.h.l. Dies)soluendi. Spōsores)Dolabellæ. δυσωπίαν)stultam uerecūdiam.ep.33.l.13. Possumus enim,ut sponsores appellentur,procuratorem introducere)si nos pudet,possumus procuratorem introducere,qui id agat,ut sponsores appellentur,quū Dolabella ipse ut Cos. appellandus non sit. Illi)sponsores. Contestabuntur)q. uelint litigare, hoc nomen non deberi: sed litem Dolabellæ,& eius procuratoribus relinquent. Liberari)quum Dolabella,pro quo spopōderint, sit soluendo,& ipsi litem persequi nolint. Illi) Dolabellæ. Satisdato)ut ep.6.h.l. Procuratores)quos uult admoneri à Tirone.ep.24.l.16. fam. Eius) Dolabellæ. Nostræ grauitatis)esse arbitror. Et non dubito)al.nec dubito. ἐν πολιτικῷ) in ciuili.ep.6.l.14. Prudenter)dicta,uel scripta sunt. His literis)proximis,ex quibus uerba, quæ sequuntur, sumpta sunt. Quāquam uerba sunt Attici usque ad illud,at que concio! Posset)al.postea. Iste puer)Octauianus.ep.9.h.l. Retundere Antonium)ep.sup.al.retundit Antonium. Expectare debemus)& iccirco pedetentim agendum est.epist.sup. Concio!)Octauiani! Iurat)Octauianus in ipsa concione. Parentis)Cæsaris.episto.5.l.14. Honores)quos omnes si consequatur,tyrannus,certe Dictator fiat,necesse est. Liceat)ut Remp.defendat. Intendit)Octauianus concionādo. Ad statuam)Cæsaris.ep.3.l.12. fam. μηδὲ σωθείην, εἴποτε τοιοῦτο)ne saluus sim, si unquàm tale:ne saluus sim,inquit Octauianus, siquid unquàm tale fecero, quale Cæsar, cui statua illa posita est, fecit:hoc est, si Remp.ut ille fecit,oppressero.al. μηδὲ σωθείην ὑπὸ τοῦ τοιούτου, neque seruer à tali,ne uelim quidem,inquit Cicero, seruari ab isto,qui parentis honores consequi cupiat. Discrimen)Atticus,& Cicero uates fuere.nam postea triumuiratus tempore illi magistratus est abrogatus.Dion l.46. Cascæ)P. Seruilij Cascæ,qui Cæsarem secūdus uulnerauit.Suet.Philip.2. Tribunatus)quem gesturus est Hircio,& Pansa Coss.Philip.13.alij,Tribunatum. Oppio)ut Cæsariano.ep.10.l.9. Adolescentem)Octauianum iuuenem.ep. sup. Veteranorum)ep.8.h.l. Eum) Octauianum. Tyrannoctonis)ep.6.l.14. Ille)Oppius. Illi)Octauiano. Mea opera)in senatu.ep.9.h.l. Cal.Ian.)ibid.& epist.25.l.15. Eius) Octauiani. Voluntatem)quam habeat in tyrannoctonos. Ante Id.Decemb.)ad IIII. Id. Decemb. præsertim, quo die Tribuni pl.magistratum inibant.ep.sup.Dionys.lib.6. Perspiciemus in Casca)intelligemus quo animo ferat Octauianus Cascæ Tribunatum uel à Cæsare datum.ep.6.l.14.al.sciemus in Casca.al.persciemus in Casca. Assensus est)Oppius. Leptæ)episto.17.l.5. στρατηλάτης)imperator Antonius,ut coniicio. Deiectus de gradu)ut à legionibus relictus. Philip.3.&.4.ep.8.h.l. Sexto)Sext.Peduceo.ep.12.l.7. Quorsum eusdant)Attici uerba libenter usurpat,ut ep.21.l.9. Existimatio) fama.episto.2.h.l. Reliqua)ibid. Terentiæ)cui uel ante diem satisfieri uolebam.ep.6.h.l. Montani)ep.42.l.12. HS. XXII.) HS. XX. ibid.sed hic fortasse accedit usura. Dissoluere)Plāco,cui debet.ibid. Pudentissime)modestissime.ep.16.l.15. Cicero) filius,quicū pfectus est Mōtanus ipse.ep.42.l.12. Vt ea)al.uti.al.ut in.nos legimus:uel,ut id:uel,ut ea:ut,al nomen, uel ea HS intelligamus. De suo)dissolueremus,hoc est de suis mercedibus.ep.27.l.12, Promiseram)me dissoluturum. Erotique)epist. 15.l.10. Sepositum)tantum nomorum,ut id dissoluere possemus. Non modo)non modo non est id factum. Aurelius) Montani uel procurator,uel amicus,nisi fallimur.ep.24.l.16.fam.uel potius Ciceronis creditor.epist.15.l.4. Dolabella)qui debet. ep.23.l.14. Coccei)fortasse sponsor hic erat Dolabellæ.ep.8.l.12. In ipsam flammam)in ipsum periculum,prouerb. ita tamen,ut flammam flamminium respicere uideatur.ep.24.l.16.fam.pro quo præs erat Montanus.ep.42.l.12. Consentit)quam tu suadeas,ut in his locis potissimū sim. In hac cura) rei familiaris. Quibus autem rebus) expedire possim. Istic) Romæ. Marcellus?) epist.sup. Non id agitur)ut istic recte sim. Quid curem, uides)quum scribam,me re familiari, & existimatione moueri.

CICERO ATTICO S. 15

IVCVNDISSIMAS tuas legi literas.ad Plancum scripsi.habes exemplum. cum Tirone quid sit locutus, cognoscam ex ipso. Cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris. Vale.

σχόλια

IVCVNDISSIMAS tuas legi literas)ad me scriptas. Plancum)episto.seq. Scripsi)al. scripsi, misi. Exemplum)sequens. Tirone)lib.16.fam. Sit locutus)Plancus:& si penè puto legendum:sis locutus. Ex ipso) Tirone. Cum sorore)Pomponia. Ista)in qua nunc es.

M. Cicero L. Planco Præt. Des. S. 16



TTICI nostri te ualde studiosum esse cognoui, mei uero ita cupidum, ut meherculé paucos æque obseruanteis, atq; amanteis me habere existimē: ad paternas enim magnas, & ueteres, & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me, meaque erga te par, atq; mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est: egi enim sæpe. tibiq; totam rem demonstraui: quæ est acta hoc modo. ut primum Buthrotium agrum proscriptū uidimus, commotus Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, ut darem Cæsari: eram enim cœnaturus apud eum illo die. cum libellum Cæsari dedi, probauit causam, rescripsit Attico, æqua eum postulare: admonuit tamen, ut pecuniā reliquam Buthrotij ad diem soluerent. Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. quod cum esset factum, adiuimus ad Cæsarem, uerba fecimus pro Buthrotijs: liberalissimum decretum abstulimus: quod est obsignatum ab amplissimis uiris. quæ cum essent acta, mirari quidem solebam pati Cæsarem conuenire eos, qui agrum Buthrotium concupissent, neq; solum pati, sed etiam ei negotio te præficere. itaque & ego cum illo locutus sum, & sæpius quidem, ut etiam accusarer ab eo, q̃ parum constantiæ suæ confiderem: & M. Messalæ, & ipsi Attico dixit, ut sine cura essent: aperteq; ostendebat, se præsentium animos (erat enim popularis, ut noras) offendere nolle: cum mare transissent, curaturum se, ut in alium agrum deducerentur. hæc illo uiuo. post interitum uero Cæsaris, ut primum ex S.C. causas Consules cognoscere instituerunt, hæc, quæ scripsi, ad eos delata sunt. probauerunt causas sine ulla dubitatione, seque ad te literas daturos esse dixerunt. ego autem mi Plance, etsi non dubitabam, quin & S.C. & lex, & Consulum decretum, ac literæ apud te plurimum auctoritatis haberent, teque ipsius Attici causa uelle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione, & beneuolentia nostra mihi sumpsi, ut id à te peterē, quod tua singularis humanitas, suauissimiq; mores à te essent impetraturi. id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias. mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec carior Attico: cuius antea res solum familiaris agebatur, ea quæ magna: nunc accessit etiam existimatio, ut, quod cōsecutus est magna & industria, & gratia & uiuo Cæsare, & mortuo, id te adiuuante obtineat. quod si à te erit impetratum, sic uelim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum iudicem. ego, quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, studiose, diligenterq; curabo. da operam, ut Valeas.

σχόλια



. Planco Præt. Des.) quando sic in omnibus libris legitur, necesse est, dicamus, tunc duos L. Plancos fuisse, quorum alter Præt. Des. esset, alter Cos. Des. lib. 10. fam. Philip. 13. ep. 15. ad M. Brut. & Plin. lib. 2. cap. 31. prætereo epigramma, quod Caietæ legitur, in quo, ut alia mittam, hæc dicuntur: L. Munatius Plancus L. F. L. N. L. pronepos. hic uero, ad quem nunc scribit, rei Buthrotiæ præfectus est à Cæsare, & deinde à Coss. datus. ep. 18. h. l. & epist. 30. l. 15. atque hæ quidem epistolæ uidentur multò ante scriptæ fuisse, quamuis in hunc locum sint reiectæ. Paternas) ep. seq. Atticus) qui Buthroti domum habet. epis. 6. l. 2. Probauit) Cæsar. Eum) Atticum. Admonuit) Cæsar. Ciuitatem) Buthrotiam. Numerauit) pro Buthrotijs. Decretum) ep. 18. h. l. Amplissimis uiris) ibid. Conuenire) ut conueniunt creditores. ep. 12. l. 9. Te præficere) qui uendere prædes etiam solebas. Philip. 2. ep. 42. lib. 11. si modo is est. M. Messalæ) ep. 22. lib. 11. Præsentium) agripetarū. ep. 30. l. 15. Erat enim popularis) ep. 19. l. 2. Offendere nolle) si statim Buthrotum agrum iam proscriptum liberaret. Transissent) agripetæ, uel agrarij. ep. 18. h. l. Ex S.C.) ep. seq. Causas) & acta Cæsaris. ibid. Consules) Antonius & Dolabella. Cognoscere) ep. seq. Delata sunt) ab Attico. Probauerunt) aduersante etiam L. Antonio. ep. 15. l. 15. Causas) quamobrem Buthrotius ager liber esse deberet. Lex) epist. 15. h. l. & ep. seq. Consulum decretum) ibid. & ep. 19. h. l. Prolixe) sic prolixa ep. 1. l. 1. Agebatur) quia pecuniam numerauerat de suo. Existimatio) ep. 20. h. l.

Cicero Planco Præt. Des. S. 17



AM antea petiui abs te per literas, ut, cum causa Buthrotiorum probata à Consulibus esset, quibus & lege, & S.C. permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent, eam rem tu adiuuares, Atticumq; nostrum, cuius te studiosum cognoui,

cum,

& me, qui non minus laboro, molestia liberares: omnibus enim rebus magna cura, multa opera, & labore confectis, in te positum est, ut nostræ solicitudinis finem quamprimum facere possimus. quanquam intelligimus ea te esse prudentia, ut uideas, si ea decreta Consulum, quæ de Cæsaris actis inter posita sint, non seruentur, magnam perturbationem rerum fore. equidem, cum multa (quod necesse erat in tanta occupatione) non probentur, quæ Cæsar statuerit, tamen otij, pacisq́; causa acerrime illa soleo defendere: quod tibi idem magnopere faciendum censeo: quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. igitur mi Plance rogo te, & etiam oro, sic mediusfidius, ut maiore studio, magisq́; ex aĩo agere non possim, ut totũ hoc negotiũ, ita agas, ita tractes, ita cõficias, ut, q̃d sine ulla dubitatione apud Consules obtinuimus propter summam bonitatem, & æquitatem causæ, id tu nos obtinuisse non modo facile patiere: sed etiam gaudeas. qua quidem uoluntate esse erga Atticum, sæpe præsens & illi ostendisti, & uero etiam mihi. quod si feceris, me, quem uoluntate, & paterna necessitudine coniunctum semper habuisti, maximo beneficio deuinctum habebis. idq́; ut facias, te uehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

σχόλια

I A M antea petiui) ep. sup. Probata à Consulibus esset) ibid. Lege) ep. seq. S.C.) ep. sup. & ep. 1. l. 12. fam. Cognoscerent) episto. sup. & seq. Cofectis) uiuo, & mortuo Cæsare. episto. sup. Decretum) Consulum) ibid. Non seruentur) ut seruanda censuimus causa pacis, et otij. Philip. 1. et ep. 1. l. 12. fam. Occupatione) Cæsaris. Soleo defendere) Philip. 1. Paterna necessitudine) ep. sup.

Cicero Capitoni suo S. 18

NVNQVAM putaui fore, ut supplex ad te uenirem. sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Atticum quanti faciam, scis. amabo te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquando suo familiari aduersario tuo uo luisse consultum, cum illius existimatio ageretur. hoc primum ignoscere, est humanitatis tuæ: suos enim quisque debet tueri. deinde, si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo: quem quanti facias, præ te soles ferre: totum hoc, ut, quod semper existimaui, nunc planè intelligam, me à te multum amari. Buthrotios cum Cæsar decreto suo, quod ego obsignaui cum multis amplissimis uiris, liberauisset, ostẽdissetq́; nobis, se, cũ agrarij mare trãsissent, literas missurũ, quĩ in agrũ deducerent: accidit, ut subito ille interiret. deinde, quẽadmodũ tu scis (interfuisti. n. cum Cõsules oporteret ex S. C. de actis Cæsaris cognoscere) res ab ijs in Cal. Iun. dilata. accessit ad S. C. lex, q̃ lata est ad IIII. Non. Iun. q̃ lex earũ rerũ, quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset, Cõsulibus cognitionẽ dedit. causa Buthrotiorũ delata est ad Cõsules. decretũ Cæsaris recitatũ est, & multi p̃terea libelli Cæsaris plati. Cõsules de cõsilij sentẽtia decreuerũt scd̃m Buthrotios, Planciũ dederũt. nũc mi Capito (scio enĩ quãtũ semp̃ apud eos, q̃bus cũ sis, posse soleas, eo plus apud hominẽ facillimũ, atq; humanissimũ Plãcum) enitere, elabora, uel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. omnino res huiusmodi uidetur esse, ut sine cuiusquam gratia Plancus ipse pro ingenio, & prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum Consulum, quorum & lege, & S.C. cognitio, & iudicium fuit, conseruet, præsertim cum, hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium uentura uideantur: quæ non modo ij, quorum interest, sed etiam ij, qui illa non probant, otij causa confirmare uelint. quod cum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti, prolixoq́; facere. quod certe faciet, si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. quod ut facias, te uehementer rogo. Vale.

σχόλια


APITONI) L. Atteio L. F. A. N. Capitoni. ep. 8. l. 8. fam. uel potius, C. Atteio Capitoni. ep. 33. l. 13. Dion l. 39. ut sit fortasse idem, quem eidẽm L. Planco, nisi me coniectura fallit, comendat ep. 29. l. 13. fam. fuit etiam Capito Fonteius Antonij amicus. Orat. Saty. 5. lib. 1. & Plutar. in Ant. is uidetur esse, qui postea M. Aggrippæ subscripsit in Cassium. Pategcul. Suo) sic ep. 21. l. 14. Humanitatis tuæ) quam noui. ep. 21. h. l. Decreto suo)

ep.16.h.l. Obsignaui)ep.20.h.l.ita,ut possim testimoniũ dicere,ep.15.l.15. Amplissimis uiris)ep.16.h.l. Agrarij)agripe te.ep.30.l.15. Trãsissent)ep.16.h.l. Ille)Cæsar. Interiret)interficeretur Id.Mart.ep.1.l.14. Ex S.C.)ep. sup. Cognosce re)cum consilio.Philip.2. Ab ijs)Coss. In Cal.Iun.) quibus futurus erat senatus.ep.16.l.14. Dilata) al.dilata est. Lex) ep. sup. Delata est)ep.16.h.l. De consilij sententia)ep.21.h.l. Plancum) iampridem huic negotio à Cæsare præfectum.ep. 16.h.l.alij,literas ad Plancum. Dederunt)ut rem uideret. Posse soleas)& sis iucundus.ep.21.h.l. Eblandire)quasi blanditijs extorque. Decretum Consulum)epist.sup. Non modo ij)Cæsariani,uel aliquid à Cæsare consecuti, & in his Plancus ipse. Etiam ij)optimates,ut ego.ep.sup. Cognitos)in meorum temporum uarietatibus.ep.29.l.13 fam.sic enim puto.

Cicero Cupiennio S. 19



ATREM *tuum plurimi feci,meque ille mirifice & coluit,& amauit. nec mehercule unquam mihi dubium fuit,quin à te diligerer.ego quidem id facere non destiti.quam ob rem peto à te in maiorem modum,ut ciuitatem Buthrotiam subleues,decretumque* Consulum, *quod ij secundum Buthrotios fecerunt,cum & lege,& S.C. statuendi potestatem haberent,des operam , ut Plancus noster quamprimum confirmet , & probet. hoc te uehementer mi Cupienni etiam atque etiam rogo.* Vale.

σχόλια




VPIENNIO) C. Cupiennio Liboni Cumano, ut conijcere uideor ex Orat. Saty.2.lib.1. & interprete. Decretumque Consulum)ep.16.h.l. Lege,& S.C.)ep.sup.

Cicero Planco Præt. Des. S. 20



GNOSCE *mihi,quod,cum antea accuratissime de Buthrotijs ad te scripserim , eadem de re sæpius scribam.non mehercule mi Plance facio,quod parum confidam aut liberalitati tuæ,aut nostræ amicitiæ:sed cum tanta res agatur* Attici *nostri , nunc uero etiam existimatio,ut id,quod probauit* Cæsar, *nobis testibus , & obsignatoribus, qui & decretis & responsis* Cæsaris *interfueramus,uideatur obtinere potuisse,præsertim cum tota potestas eius rei tua sit,ut ea,quæ* Consules *decreuerunt secundum* Cæsaris *decreta , & responsa , non dicam comprobes,sed studiose,libenterque comprobes.id mihi sic erit gratum,ut nulla res gratior esse possit.& si iam sperabã,cum has literas accepisses, fore,ut ea,quæ superioribus literis à te petissemus,impetrata essent:tamen non faciam finem rogandi,quoad nobis nuntiatum erit,te id fecisse,quod magna cum spe expectamus:deinde enim confido fore,ut alio genere literarum utamur , tibique pro tuo summo beneficio gratias agamus.quod si acciderit,uelim sic existimes,non tibi tam* Atticũ , *cuius per magna res agitur,quam me,qui non minus laboro,quam ille,obligatum fore.* Vale.

σχόλια



LANCO) epist.16.h.l. Scripserim)ep.16.& .17.h.l. Agatur)ep.16.h.l. Existimatio)ibid. Nobis testibus)qui libellum dedimus,& uerba pro Buthrotijs fecimus.ibid. Obsignatoribus)inter amplissimos uiros.ibid. & epist.18.h.l. Tua sit)qui negotio es præfectus.epist.16.h.l. Decreuerunt)decretum fecerunt. episto.sup. Superioribus) 16.& .17.h.l.

Cicero Capitoni S. 21



ON *dubito,quin mirere,atque etiam stomachere , quod tecum de eadem re agam sæpius.hominis familiarissimi,& mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur* Attici.*cognoui ego tua studia in amicos,etiam in te amicorum.multum potes nos apud* Plancum *iuuare.noui humanitatem tuam:scio,quam sis amicis iucundus.nemo nos in hac causa plus iuuare potest,quam tu.& res ista est firma,ut debet esse.quã* Consules *de consilij sententia decreuerunt,cum & lege.& S.C.cognoscerent.tamen omnia posita putamus in* Planci *tui liberalitate:quem quidem arbitramur cum officij tui,&* Reip.*causa decretum* Consulum *comprobaturum,tum libenter nostra causa esse facturum.adiuuabis igitur mi* Capito:*quod ut facias,uehementer*

etiam atque etiam rogo. Vale.

σχόλια


APITONI) *epist.18.b.l. Sepius) nunc, & epist.18.b.l. Agitur) epist.16.b.l. Humanitatem tuam) epsto.18.b.lib. Quàm sit amicis iucundus) unde fit, ut multum apud eos possis.ibid. Res ista) alij, res ita. De consilij sententia) placuerat enim, ut ex.Cal.Iun.de Cæsaris actis Coss. cum consilio cognoscerent. Philip.2. Posita) quòd Planci ipsius tota sit potestas.episto. sup. Officij tui) quod tu nobis apud illum præstabis. alij, officij sui. Reip.) Otij, & pacis, quæ utinam nobis quoque detur ab eo, qui dixit, Pacem meam do uobis, Pacem meam relinquo uobis, cui laus omnis & gloria.*

SERIES CHARTARVM.

✱ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z *aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz && ??. Omnes Duerniones. ?? uero Ternus.*



Venetijs apud Hieronymum Scotum.
M. D. XXXXV.

